Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Testamenti Veteris Biblia Sacra, sive libri canonici priscæ Iudæorvm ecclesiæ Deo traditi

https://hdl.handle.net/1874/397231

BIBLIORVM PARS SECVNDA,

id est

LIBRI HISTORICI

Latini recens ex Hebræo facti, brevibúsque Scholiis illustrati ab Immanuele Tremellio & Francisco Junio.

Librorum Index sequente pagina continetur.



FRANCOFVRTI AD MOENVM
Ex officina Typographica And. Wecheli.
M. D. LXXVI.

Josuæ	Jehoſchuhhæ	liber unus.
	Judicum	liber unus.
	Ruthæ	liber unus.
	Schemuelis	libri duo.
	Regum	libri duo.
	Chronicorum	libri duo.
	Hhezræ	liber unus.
	Nechemjæ	liber unus.
	Eſteræ	liber unus.

ILLVSTRISSIMO POTENTISSIMOQVE PRINCIPI ET DOMINO, D. FRIDERICHO, COMITI PALATINO AD RHENUM, BAVARIÆ Duci, &c. Sacri Rom. Imperii Electori primario, Domino nostro clementissimo, gratiam & pacem a Domino.

QUEMADMODUM *in ductionibus aquarum, Illustrissime* PRINCEPS, *aliud præstant aquileges, aliud castellarii (ut Frontinus vocat) emodulantes laxiora aquæ conceptacula, aliud operæ huc illuc aquas tubulis canalibusq; derivantes: ita multiplicibus variisq; operibus utendum esse commonstrat omnium ætatum experientia, ut perennis hæc & salutaris aqua accommodè ad suos usus adhiberi possit. Nam ut illud taceamus: a Deo munificentissimo autore potus istius saluberrimi, non plenitudinem Spiritus, sed exiguas tantùm scintillas & particulas communicari nobiscum pro tenuitate nostra: amplius etiam agnoscimus, sive fontis ipsius (cujus petra manalis est Christus) id est, cõtextus sacri curationem puritatemq; spectabimus: sive Scriptura & locos, in quibus ut in castellis aquæ, summa doctrinæ cælestis capita continentur: sive uberes illos concionum rivos & exundantem latius in Christianos omneis explicationem veritatis: nullam omnino partem esse quæ nõ superet omnibus numeris facultates nostras, nullasq; humani ingenii vires ad tantam altitudinem & profunditatem sapientiæ Dei perfectè posse accedere. Et quamvis omnia hæc pertineant ad ædificationem corporis Christi: verbi gratia, Scriptura & loci ad scholas plurimùm, fluenta & rivi ad Ecclesiasticas conciones, fons verò hic Scripturæ ad Christianos omneis universè: nũquam tamẽ eò adducti sumus ut totam simul componendorum istorum omnium procurationem nobis assumamus: sive conscii tenuitatis nostræ coram Deo, sive rerum amplitudine perterriti, sive Dei ipsius autoritate exemploq; moti, & documentis Ecclesiæ. Si enim oculorum aciem ad nos advertimus, deficit animus: si ad Scripturam, mysteriorum amplitudine & profunditate absorbemur: sin ad autoritatem & exempla Dei, compellimur quidem ad scribendum ut dona Dei quantulacunque sunt in nobis fideliter expẽdamus, sed*

ἀπὸ τῆς πολυγραφίας καὶ πολυῤῥαφίας in hoc quidem argumento maximè avertimur. Cur enim tam paucos breveisq; libellos, hoc est, Biblia aut βιβλαρίδια ista commendavit Ecclesiæ, in thesaurum illius importanda? cur rerum tantarum tanta fecit compendia, nisi ut exemplo ipsius discamus luxuriantem istam orationis sylvam (quæ vanitatis ferè est aut mendaciorum comes) sophistis rhetoribusq; missam facere, & breviloquentiam simplicitatemq; consectari? Aut cur Pastoribus Doctoribusq; suas in Ecclesia & schola functiones disparavit, nisi ad singulos suis repagulis quæ verbo fixit continendos, & illorum dicta, facta scriptaq; (hæ enim sunt formæ utendorum piè donorũ Dei pro administratione & operatione ad quam quisq; vocatus est in Ecclesia) suis terminis constringenda? Quamobrem non possumus satis mirari præposteram illorum iudicia: qui ita in his mysteriis versantur ipsi, quasi omnia quæ ad locum unum adduci possunt, factis hinc inde coacervationibus multis teneãtur possint ve profundere: aut hoc ipsum ab aliis perinde exigunt, ac si omnis opera, nisi suffarcinata, foret inutilis. Excurrant illi per nos licet in voculæ unius argumento: in versu unico, si placet, ut in mediis Campaniæ latifundiis velitentur, aut in brevi aquula quasi in Oceano navigent ingenii sui fertilitate & exuberantia styli. denique maiores centones compilent (ut ait Satyricus) quàm sint duo Cesaris Anticatones. Nos vero commodius prospici stomacho esurienti, posse sacra hac dicta cogitamus, quàm levari copiâ nauseantem, aut deonerari saturum: & quod in ædificiorum structuris dicitur, opus istud Dei firmius sine illa immani farctura compingi & coalescere. Præterea quàm multa piè a multis ante nos dicta sunt! quæ omnia si nobis inculcanda essent: nullam apud omneis gratiam, sed invidiam summam iniremus: saltem hoc nomine apud bonos, quod actum (ut aiunt) agere diceremur. Denique meminimus illustrissime PRINCEPS, instituti nostri, & expectationis communis omnium. Non hîc aguntur homiliæ, & salubres e sacro fonte rivuli per sanctissimum agrum Christi concionalibus, ut ita dicamus, sulcis derivantur: non locorum compositiones & demonstrationes Dialectica subtilitate & brevitate indicantur, certaq; velut castella cõficiuntur iucundissimum hunc potum immissariis suis eructantia: Hæc in lectionibus, illa in concionibus Ecclesiasticis Theologi corrivantur: Verùm omnibus æquè Pastoribus & ovibus, Doctoribus discipulisq;, magnis & parvis, firmis & infirmis alteram sanctissimi illius fontis partẽ labore nostro excultam proferimus. Excultam autem

autem elaboratione nostra propterea dicimus, quòd acceßiuncula ista partim contextui (ut confidimus in Domino) aliquam lucem afferet, partim in Scholiis quamvis brevibus, locos difficiliores explanabit: quæstiones enim multæ, quæ anteà miris modis exagitatæ sunt, ipso contextu diluũtur, & multi nodi solvuntur uno aut altero Scholiorum verbo. Quorum omnium brevitatem facilè condonaturi sunt, quicunque hac viâ præcaveri putaverint aut ab ingenii humani nauſea aut a gravitate sumptuum. Atque hæc quidem de operâ nostra apud T. C. plus satis. De rebus autem quæ his libris continentur, de historiis sacris quid multis opus est dicere? Prima lex historiæ (inquiũt veteres) nequid falsi dicere audeat, deinde nequid veri non audeat: nequa suspicio gratiæ sit inscribendo, nequa simultatis. Certè quisquis sine animi perturbatione hos libros legerit, omnia supra quàm dici potest in brevitate hac, vera, certa simpliciaq́ recognoscet. Hîc enim tuetur Dominus autoritatem suam, fidem veritatemq́ ostendit, & sempiterno suo Spiritu obsignat in animis credentium: cui adhærentes fide, autoritatem non addimus sed accipimus, & in veritate illius confirmamur. Utinam verò Christiani omnes tum veram istarum rerum notitiam, tum legitimum earum usum a Deo opt. max. consequantur. Nos quidem in tradenda simplice veraq́ horum notitia fidelem pro eo ac potuimus & diligentem operam consumpsimus: quæ desyderabuntur (prout minimè dubitamus semper ad hominum scripta vel accuratißima aliquid amplius adjungi, detrahi, aut mutari posse) sive in posterum nostrâ, sive aliorum peritiorum operâ in dies subministrabit Deus. Usum verò hujus historiæ sanctæ legitimum licet præstantes viri olim tradiderint, & multi viri boni memoriâ nostrâ piè sapienterq́ scriptis consignaverint: nõ posse tamen incîdi in hominum mentes sine eodem Spiritu Prophetæ & Apostoli sexcentis locis demonstrarunt. Quod si historiam humana arte industriaq́ elaboratam, & ignoratione, vanitate plurimisq́ animi perturbationib. implicatam &, prout ipse Herodianus scribit, συγκεκραμμένην δόξῃ τῆς ἀληθείας μείζονι, tamen temporum testem, lucem veritatis, vitam memoriæ, magistram vitæ, nuntiam vetustatis vocavit Tullius: quantam obsecro, opinionem & reverentiam erga libros istos ingenerari oportet in animis credentium? Nam omnes illæ historiæ nihil ad nostram hanc: quam per Prophetas dictavit, per Ecclesiã tradidit, per Spiritum æternum suum obsignavit Deus. Ferinum itaque fuerit, ac non tantùm Christiano ullo, sed homine planè indignißimum, eosdem usus ab hisce hi-

storiis abjudicare: quas Deus commendat suis sanctitatis, veritatis utilitatisq; nomine. Temporum testificationem requirimus? quorum partem inde a creatione usque ad obitum suum exposuit Mosche: ecce hîc evolutam rationem temporum inde a Mosche usque ad finem regni Persici: hoc autem Alexander Macedo occupavit: cum Jadduahh sacerdotio fungeretur, cujus Nechemja mentionem facit. Lucémne veritatis? at hæc prælucens dicta vit veritas, et seipsam quodammodo literarũ monumentis expressam in Ecclesia utendam fruendam dedit. An memoriæ vitam? hîc memorabilia omnia de Deo creatore, hîc de rebus creatis, hîc de earum administratione ac singulari Ecclesiæ ductu, hîc de memoria sempiternæ vitæ documenta omnibus fide amplectentib. aperta exhibentur: in quæ simulac introspicimus, mens animus & memoria virtute Dei animatur. Animagisterium vitæ? Deus bone, quàm multifariam, quàm certò, quàm sanctè, quàm efficaciter nostris cogitationibus, sermonibus, factis, toti deniq; vitæ præstituuntur stata perpetuaq; regulæ in his libris! quæ doctrina, quibus exemplis circumfluunt! Non libet hoc loco elogia multa longius petita percurrere: modò per vulgata duo testimoniorũ genera adduxerîmus ex Testamento Novo. Unum est: Scripturæ hujus doctrinam testimoniis Christi Evangelistarum & Apostolorum confirmatam esse, qui illam tam sæpe quàm Moschen aut Prophetas alios sermoni suo adhibent, & autoritatem sibi apud auditores conciliant ab illius locis. Ideoq; Paulus Romanis, Quæ antè scripta sunt, inquit, ad doctrinam nostram scripta sunt, ut per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus. Idem Timotheo, Permane in iis quæ didicisti & quæ tibi concredita sunt, sciens a quo didiceris: Teq; a puero sacras literas novisse, quæ te possunt sapientem reddere in salute per fidem in Christo Jesu. Tota Scriptura divinitus est inspirata, utilis, &c. Alterum est, rationem usus percipiendi ex hoc Scripturarum genere ipsis locis singulis commonstrari, ubi adducitur. Nam ut missa faciamus ea doctrinæ capita, quæ in his libris quàm simplicissimè & accommodatissimè proferuntur: illud pro certo habemus, quot exempla in his libris extãt, totidem extare magisteria vitæ & fidei, ac juris factorumq; typos summis infimis, doctis indoctis, adeoq; omnibus imitanda fugiendáve propositos: proinde sive legamus promissiones, minas, præcepta, interdicta, beneficia judiciáve Dei, sive hominum officia rationem fidei aut vitæ spectantia, sive rerum creatarum quæ in cœlo aut terra degũt observatio quia: omnia universè & singillatim ad ingenerandam fidem pertinent,

nere, informanda studia, componendos animos, & corrigendos mores. Audiuntur promissiones a Deo? adhibetor fides. audiuntur minæ? castus affertor metus. audiuntur præcepta vel interdicta? obsequendi studiũ accedito. beneficia judiciáve proferuntur? animi cum reverentia Dei, qui certissimus & constantissimus illorũ autor est, eò advertuntor. Quæcunque hominum officia in exemplum subjiciuntur, imitationi sunto: ignorationis, infirmitatis, & contumaciæ exempla odium, horrorem, fugam, & studiosissimam cautionem ab iis induto animis nostris: prompta cœlestium terrestrium aquaticorumq; obsequia admirationem omnipotentiæ, sapientiæ, bonitatísque divinæ afferunto: omnia denique confirmanto fidem & patientiam, spem consolationémque pariunto, & accendunto Zelum: ne per nos fiat, ut quo majorum a Deo benefactorum sumus conscii cum animis nostris, eo majoris perfidiæ & ἀχαριστίας gravioris hîc & in seculo venturo condemnemur. Hæc ita sè habere cùm multis locis docent Apostoli, qui hæc rerum antegestarum & in sacrarium Ecclesiæ relatarum exempla propter nos fuisse scripta & facta testantur, δείγματα τε, ἐνδείγματα, ὑποδείγματα, ὑπόγραμμα, ἢ τύπους nominantes: tum inprimis Petrus his verbis aureis ostẽdit: Habemus firmiorem (videlicet quàm sint σεσοφισμένοι μῦθοι, quorũ antè meminerat) sermonem illum propheticum: cui rectè facitis quòd attendatis: velut lucernæ splendenti in obscuro loco, usquedum dies illucescat & lucifer exoriatur in cordibus vestris: Hoc inprimis scientes nullam prophetiam Scripturæ esse propriæ explicationis: non enim libidine hominis allata est olim prophetia: sed acti a Spiritu sancto loquuti sunt sancti homines illi Dei. Cùm itaque hi nostri historiarum libri impressa quadam a Deo majestate, autoritate, fide, utilitate, & forma longè anteferendi sint omnibus illis quos humana industria exaravit, & peculiares sint thesauri olim Ecclesiæ commissi, & ab eo tempore per manus traditi ad ædificationem nostram: prout illos Deus sua Ecclesia dignos judicavit, ita nos hanc recognitionem nostram, quantacunque est, nomine T. C. Ecclesiæ Christi offerimus. Dignissimum donum exhibet Deus Ecclesiæ suæ, dignum Christiano principe, dignum omnibus hominibus, dignum seculis: etsi nos imparem rebus, personis, expectationiq; operam exhibemus, sed pro demẽso donatione Christi. Octavium Augustum narrat Tranquillus in evolvendis utriusque linguæ autoribus nihil aquè sectatum esse quàm præcepta & exempla publicè vel privatim salubria: eaq; ad verbum excepta aut ad domesticos, aut ad exercituum provinciarumq; re-

ctores, aut ad urbis magistratus plerumq; misisse, prout quiq; monitione indigerent: etiam libros totos & senatui recitasse, & populo tos per edictum sæpe fecisse, quo magis persuaderet rem non a se primo animadversam, sed antiquis pariter fuisse curæ. Egregium profectò studium, & conveniens humano Principi, qui impotentem tyrannorum dominationem hac sua lenitate universæ posteritati προδιεγράψεν. Verùm quanto dignius Christiano Principe exempla hæc in manibus, in oculis, in animo ferri, & dicta factaq; ad normam eorum exigi! Hæc sunt proculdubio, hæc illa sunt studia, quæ Christianam juventutem alunt, senectutem confirmant, domi oblectant, foris conversantur, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticãtur, & ubivis locorum secundis adversisq; reb. sanctorum animos ad cælestes cogitationes evehunt, faciuntq; ut jam unà cum Christo sedeãt ἐν ἐπουρανίοις. Accipe igitur, Illustrissime Princeps, alterum hoc tuorum erga nos beneficiorum, nostriq; erga T. C. animi monimentum, & pignus officii: ut primùm Deo Optimo Maximo de clariore istius veritatis explicatione (si quam Deus, ut speramus, operâ nostrâ contulerit) immortales gratiæ in Ecclesia habeantur, deinde etiam T. C. cujus monitis atque subsidiis opus istud cœptum & hucusq; a nobis perductum est: postremò verò nobis piorum vota faveãt, studiumq; nostrũ in hoc opere consummãdo sanctis precibus sublevent coram Deo Patre nostro & Domino Jesu Christo: cui Regi æterno, immortali, invisibili, soli sapiẽti Deo honor & gloria in sempiterna secula. Amen.

Dominus T. C. quàm diutissimè incolumem servet, tibi adsit, te suo Spiritu regat, & omni benedictionum genere in dies ornet cumulatissimè.

T. C.

Servi addictissimi,

Immanuel Tremellius
Franciscus Junius.

Augustinus lib. 18. de civitate Dei cap. 40.

Cui narranti melius præterita credimus quàm qui etiam futura prædixerit quæ præsentia jam videmus? Nam & ipsa historicorum inter se dissonantia copiam nobis præbet, ut eis potius credere debeamus, qui divinæ quam tenemus non repugnant historiæ. Paulò post: Nos in nostræ religionis historia, fulti autoritate divina, quicquid ei resistit non dubitamus esse falsissimum, quomodolibet sese habeant cætera in secularibus literis: quæ seu vera seu falsa sint, nihil momenti afferunt quò rectè beateq; vivamus.

IEHO-

IEHOSCHuHHAE

LIBER UNUS.

LIBER *Jehoſchuhhæ res memorabiles, inde a morte Moſchis uſque ad mortem Jehoſchuhhæ ſucceſſoris, a Deo pro Iſraëlitis geſtas continet: ut fidem ſuam in ſuis promiſſionibus confirmaret, & promiſſa impleret. Eſtq; hiſtoria annorum amplius ſeptendecim.*

CAPUT PRIMUM.

Jehoſchuahh divinitus jubetur ſuſcipere populi adminiſtrationem, cum divini favoris promiſſione: vocatione ſuſcepta omnibus mandat, ut ad Jardenem traïciendum ſe parent, illis autem, quibus cis Jardenem poſſeſſio erat attributa, ut promiſſi memores, in expeditionē cum alijs proficiſcantur, qui omnes fidem dant Jehoſchuhhæ.

1 EVIT autem poſt mortem Moſchis ſervi Jehovæ: ut ediceret Jehova Jehoſchuhhæ filio Nunis miniſtro Moſchis, dicendo.

2 Moſche ſervus meus mortuus eſt: iam itaq; ſurge, tranſi Jardenem hunc tu & totus populus hic, in terrā quam ego do ipſis filiis Iſraëlis.

3 Omnem locum quem calcaverit planta pedis veſtri [a] daturus ſum: quemadmodum allocutus ſum Moſchen.

4 "A deſerto illo & "libano iſto uſque ad flumen" maximum, flumen Euphratis, tōtam terram" Chittæorum uſque ad mare magnum, ad occaſum ſolis: erit terminus veſter.

5 Non poterit conſiſtere quiſquam ante faciem tuam, ullis diebus vitæ tuæ: quemadmodum fui cum Moſche, ero tecum, non deſeram te, neque derelinquam te.

6 Confirmare & fortis eſto: tu enim poſſidendam trades populo huic terram illam quam juramento promiſeram majoribus eorum, me daturum eis.

7 Tantummodò confirmare & fortis eſto valdè, ut [b] obſervanter facias prorſus ſecundum legem illam, quam" præcepit tibi Moſche ſervus meus, ne recede ab" eo dextrorſum aut ſiniſtrorſum: ut ſecunderis quocunque iveris.

8 Ne diſcedito "liber iſte legis ex ore tuo, ſed meditare de eo interdiu & noctu, ut obſervanter facias omnino prout ſcriptum eſt in eo: tunc e-

[a] *Heb.* dedi. præteritum pro futuro. Deut. 1. 28.

Deut. 11. 24

[b] *Heb.* ad obſervandum faciēdo: hypallage, 7. ſic ver. 8.

nim proſperaberis in viis tuis, & tunc ſecundaberis.

9 "Nonne præcepi tibi? confirmare & fortis eſto, ne expaveſcito neq; conſternator: quia tecum *eſt* Jehova Deus tuus quocunque iveris.

10 Præcepit itaque Jehoſchuahh moderatoribus populi, dicendo.

[b] *Hebr.* per medium caſtrorũ, vel in medio.

11 Tranſite per[c] caſtra, & præcipite populo, dicendo, parate vobis "viaticum: nam intra tres dies vos trajecturi eſtis Jardenem hunc, ut ingrediamini ad poſſidẽdum terram, quam Jehova Deus veſter dat vobis hæreditariò poſſidendam.

12 Rëubeniticæ autem & Gaditicæ ac dimidiatę tribui Menaſchiticę edixit Jehoſchuahh, dicendo.

Num. 32.

13 Recordamini rei illius quam præcepit vobis Moſche, ſervus Jehovæ, dicendo: Jehova Deus veſter quietem largitur vobis, quòd dedit vobis terram hanc.

14 Fœminæ veſtræ, parvuli veſtri & pecora veſtra manebunt in hac terra, quam dedit vobis Moſche cis Jardenem: at vos trãſite[d] militari ordine ante fratres veſtros, quotquot *eſtis* valentes robore, & adjuvate eos.

[d] *Heb.* quini ut Exo. 13. 18. & infrà 4. 12.

15 Uſque dum quietem largitus ſit Jehova fratribus veſtris, ut vobis, & hæreditariò poſſideãt etiam ipſi terrã, quam Jehova Deus veſter dat eis: tunc revertemini in terrã hæreditatis veſtræ "quam dedit vobis Moſche ſervus Jehovæ cis Jardenẽ ad ortũ ſolis, & hæreditariò poſſidebitis eam.

16 Qui reſponderunt Jehoſchuhhæ dicendo, quicquid præcepiſti nobis faciemus, & quocunque miſeris nos ibimus.

17 Omnino ſecũdum ea quibus auſcultavimus Moſchi, ſic auſcultabimus tibi: tantummodò ſit Jehova Deus tuus tecum, quemadmodum fuit cum Moſche.

18 Quiſquis occaſionem dederit "mutandi præſtitutum tuum, & non auſcultaverit verbis tuis in omnibus quæ præceperis ei, morte plectetur: tantummodò confirmare & fortis eſto.

ANNOTATIO

4 *A deſerto*] deſertum Sinis intelligit, quo terminabatur ad meridiem promiſſa terra. *Libani*] Aquilonalis terminus. *Maximum*] termino ab oriente, Gen. 15. 18. *Chittæorum*] tractum orientalem incolentium. *Maris magnum*] terminum ab occidente. 7 *Quam præcepit*] Num. 27. ver. ultimo. Deut. 31. 7. & ſequentibus. *Abeuntes*] ſub. quod præcepit Moſche. 8 *Liberiſte*] de quo Deut. 31. 9. 9 *Nonne*] confirmat eum à vocatione divina. 11 *Viaticum*] ſi quid vobis præter cibũ ad iter eſt neceſſarium, illud jam parate. Man enim nondũ ceſſarat. 16 *Reſponderunt*] omnes tribus ad ſuperiora mãdata. 17 *Tantũmodò*] id eſt, videto, ut tibi Deus adſit, ſicut Moſi: & tu ab eo non recedas, ſicut Moſche nõ receſſit ab eo. Reſtipulatio. 18 *Mutãdi pſtitutũ*] id eſt defectionis a te.

CAPUT II.

Jehoſchuahh præmittit exploratores, qui divertunt Jerichunte apud Rachabã, & abeãdi, à periculo liberati, ac de regionis ſtatu informati, jurejurando promiſſa ei & toti cognationi ejus vita, ad Jehoſchuhham revertuntur, quem de omnibus certiorem faciunt.

1 "MISERAT autem *prius* Jehoſchuahh filius Nunis "Schittimis duos viros exploratores[a] clàm dicendo, ite, inſpicite terrã iſtam, adeóque Jerichuntem: qui abeuntes venerant in domum cujuſdam meretricis cauponæ, cujus nomen erat Rachab, ut cubarent ibi.

[a] *Heb.* ſilenter: id eſt, non cõmunicato cum populo conſilio: ut factũ fuerat. Num. 13.

2 Sed cùm renũciatum fuiſſet Regi Jerichuntis, dicendo:

do: ecce quidam veniunt huc per noctem e filiis Jisraëlis ad perveſtigandum hanc terram.

3 Miſit Rex Jerichuntis ad Rachabam qui edicerent: produc viros illos venientes ad te, qui ingreſſi ſunt domum tuam, nam ad perveſtigandum totam hanc terram venerunt.

4 (Aſſumens autem mulier illa duos viros illos, abſconderat utrunq;) quæ reſpondit ita, venerant ad me quidem viri, nec ſciebam unde eſſent.

5 Sed cùm claudẽda eſſet porta, in ipſis tenebris, viri illi exierũt: nõ novi quò abiverint viri illi: perſequimini eos celeriter, nã aſſequemini eos.

6 (Illa autem juſſerat ipſos conſcendere tectum ſuum: & abſconderat eos in [c] ſtipulis lini, quæ erant ei diſpoſitæ ſuper tectum.)

[c] *Heb.* in linis ſtipulæ. hypallage.

7 Quam ob rem virorum illorum *alii* perſecuti fuerant eos viâ ad Jardenem per vada ſingula, *alii* autem ″ portã clauſerant poſteà cùm egreſſi eſſent, qui perſequebantur iſtos.

8 ″ Illi autem nondum cubaverant cùm ipſa aſcendit ad eos ſuper tectũ.

9 Dixítque ad viros iſtos, novi Jehovam dediſſe vobis terrã hanc: cùm quia irruit terror veſtri ſuper nos: tùm quia diffluxerunt omnes habitatores iſtius terræ [d] metu veſtri.

[d] *Hebr.* à facie: ſic dein ceps.

10 Audivimus enim quo modo arefecit Jehova aquas maris algoſi, propter vos, cùm exiretis ex Ægypto: & quæ feciſtis duobus regibus Emoræorum, qui *erant* trans Jardenem, Sichoni & Hhogo, quos interneciони devoviſtis.

11 Quod audiẽtibus nobis liquefactum eſt cor ″ noſtrum, neque [e] conſtat animo quiſquam amplius metu veſtri: nam Jehova Deus veſter, eſt Deus in cœlis ſuprà, & in terra infrà.

[e] *Hebr.* neque conſtat amplius ſpiritus in quoquam à facie veſtra.

12 Nunc itaq; jurate mihi, quæſo, per Jehovam, quia exercui benignitatem erga vos: ſic exercituros vos quoque erga familiam paternam meam benignitatem, & date mihi ſignum [f] certum.

[f] *Heb.* veritatis.

13 Ut vivos cõſervetis patrẽ meum, & matrem meã, & fratres meos, & ſorores meas, & quicquid illorũ eſt: eripiatíſq; animas noſtras a morte.

14 Reſponderúntque ei viri iſti, ″ animam noſtram loco veſtri ad moriendum *damus*, ſi non enuntiaveritis ſermonem noſtrum hunc: utique erit cùm dederit nobis Jehova terram hanc, ut exerceamus erga te benignitatem & fidem.

15 (Tunc illa demiſit eos fune per feneſtram: nam [g] paries domus ejus erat in mœnibus, ita ut in ipſis mœnibus habitaret illa.

[g] *Hebr.* nam domus ejus erat in pariete mœnium: hypallage.

16 Dicens ipſis, ad iſtum montẽ ite, ne occurrant vobis qui perſequuntur: & latitate illic tribus diebus, donec revertantur perſequentes, deinde ibitis viâ veſtrâ.)

17 Dixerunt inquam viri iſti, ″ inſontes erimus ab adjuratione tua hac, qua adjuraſti nos.

18 Ecce nobis intrantibus in hanc terram: hunc funiculum filidiphi ligato in hac feneſtra, per quam nos demiſiſti, & patrem tuum cum

matre tua ac fratribus tuis, deniq; totam familiam patris tui jubeto convenire ad te in hanc domum.

19 Erit enim ut cujuſque, qui egreſſus fuerit e foribus domus tuæ, [b] cædis cauſa in caput ejus *recidat*, & nos ſimus inſontes: cujuſque verò qui erit tecum in hac domo, cædis cauſa *recidat* in caput noſtrum, ſi manus fuerit in eum *injecta*.

20 Sed ſi enunciaveris ſermonem noſtrum hũc: tunc erimus inſontes ab adjuratione tua, qua adjuraſti nos.

21 Qua dicente, ſecundum verba veſtra ſic eſto, & dimittente eos abierunt: [a] poſteà alligavit *illa* funiculum dibaphum ei feneſtræ.

22 Abeuntes ergo venerunt in montem illum, ac manſerunt ibi tribus diebus, donec rediiſſent, qui perſequebãtur *eos*: quæſierant enim eos qui perſequebantur totâ illâ viâ, ſed non invenerant.

23 Deinde revertentes duo viri iſti, cùm deſcendiſſent e monte, trajecerunt *Jardenem* & pervenerunt ad Jehoſchuhham filium Nunis: & enarrarunt ei quæcunque obvenerant ſibi.

24 Dixeruntq; ad Jehoſchuhham, *eamus*, nam tradit Jehova in manũ noſtram totam terram iſtam: atque etiam diffluunt omnes habitatores iſtius terræ metu noſtri.

[b] *Hebr.* ſanguis ejus in capite ejus. ſic paulo infrà.

ANNOTATIO.

a *Miſerat autem*] Hyperbaton eſt perpetuum toto hoc cap. cujuſmodi annotavimus Gen. 11. 1. quæ enim hoc capite narrantur geſta ſunt à Jehoſchuhha, antequam edictum de parando viatico promulgaret: *Atque* voluntate divina geſta fuiſſe eventus oſtendit. Voluit enim Deus per Rachabę relationem Iſraëlitis, ad eos confirmandos, innoteſcere populi præſentem conſtitutionem, ut Judic. 7. per ſomnii narrationem Gidhhonis animus confirmatus dicitur: & Jonathanis per evocationem ludicrã. 1. Schemu. 14. *Schittimis*] de quo Num. 25. & 33. 49. 7 *Virorum illorum*] civium Jerichuntis. *Portam*] urbis videlicet ne, ſi in vrbe eſſent exploratores, elaberentur. 8 *Illi*] cives, qui nondum a murmure plané ceſſarant. 11 *Noſtrum*] id eſt, populi noſtri. 14 *Animam noſtram*] vide in Deut. 7. 2. 17 *Inſontes erimus*] id eſt, eſſe volumus his duabus conditionibus quæ ſequuntur, ne quis ſit ejectus domum, & ne quid reveles. 21 *Poſteà*] cùm commodum & neceſſarium viſum eſt.

CAPUT III.

Jehoſchuahh à reditu exploratorum ad Jardenem, cum populo trajecturus, accedit, quo præparato die ad ſanctificationem comparato, ſacerdotes cum arca præmittit: ad quorum ingreſſum Jardenis divisus, tranſituris cedit. quo ſigno Iſraëlitæ confirmati, omnes ad unum trajiciunt.

1 ITAQUE cùm ſurrexiſſet Jehoſchuahh [a] manè, profecti Schittimis, pervenerunt uſq; ad Jardenem, ipſe & omnes filii Iſraëlis, pernoctaruntq; ibi, nondũ trajecerunt.

2 Fuitque [a] tertio pòſt die: ut tranſirent moderatores per [b] caſtra.

3 Et præciperent populo dicendo, cùm videbitis arcã fœderis Jehovæ Dei veſtri, & ſacerdotes Leviticos portantes eã: vos quoque proficiſcimini e loco veſtro & [c] ſequimini eam.

4 (Verumtamẽ longinquum *ſpacium* eſto inter vos & inter eam, quaſi bis mille cubitorum notæ menſuræ: ne *propius* accedite ad eam) ut cognoſcatis viã per quã ituri eſtis, non enim tranſiviſtis per eam viã [d] antea.

5 Edixerat enim Jehoſchuahh populo, ſanctificate vos: nam craſturus eſt Jehova in medio veſtri mirabilia.

6 De-

[a] *Heb.* a fine triũ dierũ. [b] *Hebr.* mediũ caſtrorum.

[c] *Hebr.* ite poſt eam.

[d] *Heb.* ab heri, nudiustertius: ſynecdoche uſitata.

6 Deinde edixit Jehoschuahh sacerdotibus dicendo, portantes arcam fœderis, transite ante populum: qui portantes arcam fœderis, iverunt ante populum.

7 Dixerat enim Jehova ad Jehoschuhham, isto die incipiam magnificare te ante oculos totius Jisraëlis: ut cognoscant, quemadmodũ fui cum Mosche, me futurum tecum.

8 Tu autem præcipito sacerdotibus portantibus arcam fœderis, dicẽdo: cùm perveneritis usque ad [d] extremitatem aquarum Jardenis, in ipso Jardene consistite.

9 Edixit itaq; Jehoschuahh filiis Jisraëlis: accedite huc, & audite verba Jehovæ Dei vestri.

10 Deinde dixit Jehoschuahh, [d] hac *re* cognoscetis Deum fortem, vivũ esse in medio vestri, & omnino expulsurũ a facie vestra Cenahhanæum, & Chittæum, & Chivvæum, & Perizzæum, & Girgaschæum, & Emoræum, & Jebusæum.

11 (Ecce arca fœderis *arca* domini totius terræ, transit ante vos per Jardenem.

12 Nunc itaque sumite vobis duodecim viros e tribubus Jisraëlis [e] virum unum in quamque tribum.)

13 Erit enim, cùm primùm quiescent plantæ pedum sacerdotum portantium arcã Jehovæ, domini totius terræ in aquis Jardenis, ut aquæ Jardenis discindantur, aquæ, inquam, descendentes, ab *iis quæ sunt* supernè: [d] quæ consistent acervo uno.

14 Fuitq; cùm proficisceretur populus e tentoriis suis ad trajiciendum Jardenem: & sacerdotes portantes arcam fœderis ante populum.

15 Dum pervenerunt portantes arcam usque ad Jardenem, & pedes sacerdotum portãtium arcam cœperunt intingi in extremitate aquarum ejus: [d] (est autem Jarden plenus, superans omnes ripas suas omnibus diebus messis.)

16 Ut consistentes aquæ, quæ descendebant supernè, consurgerent in acervum unum, procul valde ab 4 Adamo civitate quæ est a latere [d] Tzartanis, quę autem descendebant ad mare campestriũ, [d] mare salsum, [f] prorsus [d] excinderentur: populus autem transirent e regione Jerichuntis.

17 Stabant autem sacerdotes portantes arcam fœderis Jehovæ in ipso sicco in [g] alveo Jardenis firmi: dum omnes Jisraëlitæ transirent per siccũ, usque dum absolvissent tota gens illa trajicere Jardenem.

[e] *Hebr.* virũ unum, virũ unum. &c.

4 quæ & Adama, infrà 19.36.

[f] *Hebr.* deficerent, excinderẽtur.

[g] *Hebr.* in medio, id est, intra alveum.

ANNOTATIO.

1 *Mane*] noni diei mensis primi: trajecerunt enim die decimo ejusdem mensis, ut apparet infrà 4.19. 2 *Tertio post die*] a mandato, de parando viatico suprà 1.11. 4 *Nota mensura*] q. communis, quę duplicata mille cubitos efficiat, ut Num. 35.5. 8 *Ad extremitatem*] id est, in alveũ citerioris ripæ. 10 *Hac re*] quam exprimit ver. 13. 13 *Quæ consistent*] videlicet aquæ superiores. ut ex ver. 16. apparet. 15 *Est autem Jarden*] non tantùm id tunc contigit, ut plerique arbitrãtur, sed quotannis fit ex fluminis natura: ut apparet ex 1 Chronic. 12.16. & Ecclesiasti ci 24.36. 16 *Tzarthanis*] ager in tribu Ephrajimi, de quo 1. Reg. 4.12. & 7.46. Idem etiam dicitur Tzerera Judic. 7.22. & Tzereda mutata litera 1. Reg. 11.26. *Mare salsum*] Gen. 14.3. *Excinderentur*] id est, effluerent, & in lacu Asphaltite deperirent.

Caput IV.

Tranſmiſſo univerſo populo, ſacerdotes cum arca, juſſu Dei, Jardenem trajiciunt, qui illico revertitur in priorem ſtatum. Cujus beneficii monimenta utrinq; populo Dei eriguntur.

Fuit autem cùm abſolviſſent tota gens hæc trajicere Jardenem (″ quia edixerat Jehova Jehoſchuhhæ dicendo.

2 Sumite vobis e populo duodecim viros: [a] virum unũ ex unaquaque tribu.

3 Et præcipite eis dicendo: tollite vobis hinc ex medio Jardene, ex [b] ipſo loco ubi ſtant ſacerdotum pedes firmi, duodecim lapides: & tranſportãtes eos vobiſcum, collocate eos in [c] ſtatione in qua pernoctaturi eſtis hac nocte.)

4 Ut vocaret Jehoſchuahh duodecim illos viros, quos ſtiterat e filiis Jiſraëlis: virum unum e quaque tribu.

5 Quibus edixit Jehoſchuahh, tranſite in conſpectũ arcæ Jehovæ Dei veſtri in medio Jardene: & tollentes vobis quiſq; lapidem unum *imponito* humero ſuo: pro numero tribuum filiorum Jiſraëlis.

6 Ut ſit hoc ſignum in medio veſtri: ut cùm interrogabunt filii veſtri [d] poſthac, dicendo, quid lapides iſti vobis *deſignant*?

7 Dicatis eis, diſciſſas fuiſſe aquas Jardenis a præſentia arcæ fœderis Jehovæ, cùm tranſiret per Jardenẽ diſciſſas manſiſſe aquas Jardenis: ideoq; ſunt lapides iſti monimẽto filiis Jiſraëlis uſque in ſeculum.

8 Itaque facientes ſic filii Jiſraelis, quemadmodum præceperat Jehoſchuahh, ſuſtulerunt duodecim lapides e medio Jardene, quemadmodũ edixerat Jehova Jehoſchuhhæ, pro numero tribuũ filiorũ Jiſraëlis: quos tranſportarunt ſecum ad illam ſtationem, & collocarunt eos ibi.

9 ″Præterea duodecim lapides erexit Jehoſchuahh in medio Jardene, *eorum* loco, ubi ſtabant pedes ſacerdotum portantium arcam fœderis: fuerunt q; ibi ″ uſque in diem hunc.

10 Interea ſacerdotes portantes arcam ſtabãt in medio Jardene, donec abſolutum eſſet id totum quod præceperat Jehova Jehoſchuhhæ ut ederet populo, ſecundum omnia quæ ″ præceperat Moſche Jehoſchuhhæ: dum populus feſtinantes trajicerent.

11 Fuitq; cùm abſolviſſet totus populus trajicere: ut trajiceret arca Jehovæ, & ſacerdotes in conſpectu populi.

12 (Trajecerant autem Rëubenitæ & haditæ, & dimidiata tribus Menaſchis [e] militari ordine ante filios Jiſraëlis: quemadmodum edixerat eis Moſche.

13 Quaſi quadragies mille expediti ad militiam trajecerant ″ ante Jehovam in bellum, in campeſtria Jerichuntis.

14 Die iſto mignificavit Jehova Jehoſchuhham ante oculos omnium Jiſraëlitarum, ut revererentur eum, quemadmodum erant reveriti Moſchen omnibus diebus vitæ ejus.)

15 Edixerat namq; Jehova Jehoſchuhhæ dicendo.

16 Præ-

a Hebr. virũ unum virũ unum ex tribu, ſic 4. ver.

b Hebr. ex ſtatione pedũ ſacerdotũ.

c Hebr. in diverſorio: ſic ver. 8.

d Hebr. cras: ſynecdoche uſitata, ut infrà 21. ver.

e Hebr. quini, ut ſuprà 1. 14. Num. 32.

16 Præcipe ſacerdotibus portantibus arcam teſtimonii: ut aſcendant e Jardene.

17 Ideò præceperat Jehoſchuahh ſacerdotibus dicendò: aſcendite e Jardene.

18 Fuit autem cùm aſcenderent ſacerdotes portantes arcam fœderis Jehovæ e medio Jardene in ſiccum, *tantùm* avellebantur plantæ pedum ſacerdotum: ut reverſæ aquę Jardenis in locum ſuum, irent [f] ut antèà, ſuprà omneis ripas ejus.

[f] *Heb.* heri, nudiuſtertius: ſynecdoche uſitata.

19 Populus itaq; aſcenderũt é Jardene duodecimo die menſis primi: & caſtra poſuerunt [″] Gilgale, in extremitate, ad orientem Jerichuntis.

20 Illos autem duodecim lapides, quos acceperant e Jardene, erexit Jehoſchuahh Gilgale.

21 Edixitq; filiis Jiſraëlis dicendo: cùm interrogabunt poſthac filii veſtri patres ſuos dicendo, quid ſibi volunt lapides iſti?

22 Tunc inſtruite filios veſtros dicendo: per aridam trajecit Jiſraël Jardenem iſtum.

23 Nam arefecit Jehova Deus veſter aquas Jardenis propter vos, donec tranſiſſetis: quemadmodũ fecerat Jehova Deus veſter mari algoſo, quod arefecit propter nos donec tranſiſſemus.

24 Ut cognoſcant omnes populi terræ manũ Jehovæ [g] robuſtam eſſe: ut timeatis Jehovam Deum veſtrum omnibus diebus.

[g] *Heb.* quod robuſta eſt.

25 [″] Sic fuit cùm audirent omnes reges Emoræorum, qui erant in latere Jardenis verſus occidentem, & omnes reges Cenahhanæorum, qui accolebant mare, arefeciſſe Jehovam aquas Jardenis propter filios Jiſraëlis, donec trajeciſſent: ut liquefieret cor illorum, nec eſſet amplius in iis animus metu filiorum Jiſraëlis.

ANNOTATIO.

1 *Quia edixerat*] hyperbaton eſt, ut infrà 12. ver. quod huic libro admodum eſt familiare. 9 *Prætereà*] ut monimento eſſent cis Jardenem habitantibus. *Uſque in diem hunc*] id eſt, immutabili & perpetuo ſtatuto. 10 *Quæ præceperat Moſche*] quorum ſumma continetur Num. 27. 21. 13 *Ante Jehòvam*] id eſt ante arcã Jehovæ, ut oſtenditur infra 6. 12. 19 *Gilgale*] per anticipationem locum ita vocat, qui poſtea ita vocatus fuit infra 5. 8. 25 *Sic fuit*] quia hic verſus a præcedentibus pendet, & ad ſequentia non pertinet, ſuperioribus conjunximus.

CAPUT V.

Jehoſchuahh interruptum circumciſionis uſum, Dei mandato, inſtaurat Gilgale, vbi præſtituto tempore Paſcha celebratur, & Man ceſſat.

1 TEMPORE illo edixit Jehova Jehoſchuhhæ, para tibi gladios acutos: & [a″] ſecundò repetens circumcide filios Jiſraëlis.

[a] *Heb.* & redi, circũcide filios Jiſraëlis ſecundò.

2 Paravit itaque Jehoſchuahh ſibi gladios acutos: quibus circũcidit filios Jiſraëlis ad [″] collem præputiorum.

3 Hæc autẽ eſt ratio cur circũcidit Jehoſchuahh: [″] *quia* tot populus ille qui exierãt ex Ægypto, mares oẽs viri [b] ad bellũ apti *qui* mortui erant in deſerto, in ipſo itinere, poſtquam exiviſſent ex Ægypto.

[b] *Hebr.* virĩ belli: ſic infra 6. vſq.

4 Quia *inquam* circumciſi fuerant totus populus qui exierant: at totum populum, qui nati fuerant in deſerto, in ipſo itinere, poſtquam exiviſſent ex Ægypto, ″ non circumciderant.

5 (Quadraginta enim annis iverant filii Jiſraëlis per deſertum, donec conſumeretur tota gens illa, viri apti ad bellum egreſſi ex Ægypto, qui non auſcultaverant voci Jehovæ: eo quòd juraſſet Jehova eis ſe non permiſſurum eis ut viderent terram, quam juramẽto promiſerat Jehova majoribus eorum ſe daturum nobis, terram affluentem lacte & melle.)

6 Et *quia* horum filios ſtatuerat loco eorũ, ipſos circumcidit Jehoſchuahh: quia præputiati erant, non enim circũciderant eos in ipſo itinere.

7 Fuitq; cùm [c] omnino tota hæc gens circumciſa eſſet, ut conſiderent loco ſuo in caſtris donec [d] ſanitatem recepiſſent.

8 Tum dixit Jehova ad Jehoſchuhhã, hodie devolvi opprobriũ Ægypti à vobis: vocavitq; nomen loci illius [e] Gilgalem uſq; in diem hunc.

9 Cumq; filii Jiſraëlis caſtra haberent Gilgale: celebrarũt Paſcha quartodecimo die illius menſis veſpere, in campeſtribus Jerichuntis.

10 Comederuntque ex annona ipſius terræ poſtridie Paſchatis, azymos panes, & toſtum igne: eo ipſo die.

11 Quam ob rem ceſſavit Man poſtridie, cùm comederent de annona illius terræ: neque fuit deinceps filiis Jiſraëlis Man: ſed comederunt de proventu terræ Cenahhani anno illo.

c Hebr. cùm abſolviſſẽt tota illa gẽs circuncidi. *d Heb.* reviviſcerent ut Num. 20. 8. *e* id eſt, devolutio, ꝓpter devolutum ibi ab Jiſraëlitis probrum.

ANNOTATIO.

1 *Secundò repetens*] id eſt, rem ſemel ab Abrahamo obſervatam: ac deinde in deſerto a reditu exploratorum neglectam, rurſus in uſum revocans. 2 *Collem præputiorum*] nomen accepit ex præſenti facto, quòd præputia circumciſorum ſint ibi relicta. 3 *Quia totus*] hîc hyperbaton eſt valde obſcurum. quod ut illuſtraremus, ꝓſumpſimus particulam rationalem, quæ eſt in principio verſus ſequentis. 4 *Non circumciderant*] patres, quaſi fœdus Dei a ſe & poſteris ſuis abjicientes. 8 *Opprobrium Ægypti*] id eſt, ex Ægypto hauſtũ, Ægyptiis nõ Jiſraëlitis dignum. nam etſi non datum eſt illis quod cupiebant, ut redirent in Ægyptum, Num. 14. 4. animo nihilo minus Ægyptum ſpirabant, quod vel ex circumciſionis neglectu declararunt.

CAPUT VI.

Jehoſchuahh divinitus viſione præmonetur de fœlici ſucceſſu contra hoſtes, Deo duce, inſtruiturq; de ratione expugnandæ Jerichuntis: & jubetur civitatem internecioni devovere.

1 ″ Fuit autem cùm eſſet Jehoſchuahh ad Jerichuntem, & attollens oculos ſuos videret quòd, ecce ″ vir quidam ſtaret ex adverſo ejus cũ gladio ſuo ſtricto in manu ſua: ut iret Jehoſchuahh ad eum, ac diceret ei, utrum noſter es an hoſtium noſtrorum?

2 Qui dixit, ″ non, ſed ego ſum ″ princeps militiæ Jehovæ, modò veni. ″ quamobrem procidens Jehoſchuahh ſuper faciem ſuam in terrã, incurvavit ſe, dixitque ei: quid dominus meus edicit ſervo ſuo?

3 Tum edixit princeps militiæ Jehovæ Jehoſchuhhæ, ″ extrahe calceamentum tuum à pedibus tuis, nam locus in quo ſtas ſanctus eſt: fecitque ſic Jehoſchuahh.

4 ([a] Cives autẽ Jerichuntis occluſerant *eam*, & occluſam continebant metu filiorum Jiſraëlis: non erat qui exiret, nec erat qui intraret.)

5 Dixit

a Hebr. Jericho autem claudens, & clauſa erat: metonymia.

5 Dixit deinde [a] Jehova ad Jehoschuhham, vide trado in manum tuam Jerichuntem & regem ejus, valentes robore.

6 Circuite itaque civitatem ipsam, omnes viri [b] apti ad bellum, circundando civitatem [c] semel: sic facite sex diebus.

7 Et septem sacerdotes portanto septem buccinas arietinas ante arcã: die verò septimo circuitote civitatem [d] septies: sacerdotes verò clangunto buccinis illis.

8 Estoque cùm tractim sonabitur cornu arietino, cùm primùm audietis vocem buccinæ, ut vociferẽtur totus populus vociferatione magna: sic concidet murus civitatis in loco suo, ut ascendant populus quisque ex adverso sui.

9 Vocavit itaq; Jehoschuahh filius Nunis sacerdotes, & edixit eis, portate arcam fœderis: ac septem sacerdotes portanto septem buccinas arietinas ante arcam Jehovæ.

10 Populo autem edixerunt, transite & circuite civitatem istam: & expeditus quisque transito ante arcam Jehovæ.

11 Fuit ergo, cùm hoc edixisset Jehoschuahh populo, ut septem sacerdotes portantes septẽ buccinas arietinas ante Jehovam, transirent & clãgerent buccinis illis: arca verò fœderis Jehovæ [e] sequeretur eos:

12 (Expeditus autem quisque iret ante sacerdotes illos clangentes buccinis) denique [f] extrema acies sequeretur arcam, pergentibus *sacerdotibus* & clangentibus buccinis illis.

13 Nam populo præceperat Jehoschuahh dicendo, ne vociferemini, neque facite ut audiatur vox vestra, nec prodeat ex ore vestro ullum verbum: usq; in diem, quo edicam vobis vociferamini, tũc vociferabimini.

14 Sic, cùm circumduxisset arcam Jehovæ, circa civitatem ipsam circumeundo semel, reversi in castra, pernoctarunt in castris.

15 Deinde cùm surrexisset Jehoschuahh manè: rursus portaverunt sacerdotes arcam Jehovæ.

16 Et septem alii sacerdotes portantes septem buccinas arietinas ante arcam Jehovæ, ire pergebant & clangebant buccinis illis: (expeditus autem quisque ibat ante eos) & extrema acies sequebatur arcam Jehovæ, pergentibus *sacerdotibus* & clangentibus buccinis illis.

17 Sic circuierunt civitatem die secundo semel, ac reversi sunt in castra: ita fecerunt sex diebus.

18 Fuit autem die septimo, ut surgerent cúm aurora ascenderet, & circuirent civitatem hac eadem ratione septies: tantùm die illo circuiverũt civitatem illam septies.

19 Fuit verò vice septima, buccinaturis sacerdotibus: ut ediceret Jehoschuahh populo, vociferamini, nam dedit Jehova vobis istam civitatẽ.

20 Esto autẽ civitas ista [g] anathema, ipsa & quicquid est in ea Jehovæ: tantùm Rachab meretrix caupona vivat ipsa, & quicquid est cum ea domi ejus, quia fideliter abscondit legatos illos quos [h] miseramus.

b Hebr. viri belli.
c Hebr. vice una.
d Heb. septẽ vicibus. sic sæpius.
e Hebr. post eos. sic frequenter.
f Hebr. colligens. ut Nũ. 10. 25. vide annotata ibi. sic infra 16. ver.

21 Verumtamen vos, ſervate *vos* ab anathemate, ne ″ efficiatis *vos* anathema, accipientes de iſto anathemate: & ſubjicientes caſtra Jiſraëlis anathemati perturbetis ea.

22 Sed totum argentum & aurum, & inſtrumenta ærea aut ferrea res ſancta ſunto Jehovæ: in ″ theſaurum Jehovæ venito.

23 Vociferatus itaque eſt populus cùm illi clangerent buccinis: fuitque cùm populus audiret ſonum buccinæ, & vociferarentur populus vo. ce magna, ut corrueret murus loco ſuo, ita ut aſcenderet populus in civitatem, quiſque ex adverſo ſui: ſic cœperunt civitatem illam.

g Heb. a viro uſq; ad fœminã, a puero uſq; ad ſenẽ, & uſq; &c.

24 Devoveruntque internecioni quicquid erat in ea civitate [g] tam fœminas, quàm viros, tàm pueros quàm ſenes: & boves & pecudes aſinosque acie gladii.

25 Duobus autem viris illis, qui exploraverant illã terram, edixit Jehoſchuahh, ite in domũ mulieris illius meretricis cauponæ, & educite inde ipſam mulierẽ & quicquid ejus *eſt*, quẽadmodũ juramẽto promiſiſtis ei.

26 Cùm itaque ingreſſi pueri illi exploratores eduxiſſent Rachabam, & patrem ejus, ac matrem ejus atque fratres ejus, & quicquid *erat* ei, etiã omnes familias ejus eduxiſſent, collocarunt eos extra caſtra Jiſraëlis.

27 Ipſam autem civitatem combuſſerunt igni, & quicquid erat in ea: tantummodò argentum & aurum, inſtrumentaq; ærea & ferrea, poſuerunt *in* theſauro domus Jehovæ.

28 Sed Rachabam meretricem cauponam, & familiam paternã ejus, cum omnibus quæ erant ei, vivam conſervavit Jehoſchuahh, quæ habitavit inter Jiſraëlitas uſque ″ in diem hunc: eò quòd abſcondiſſet legatos illos, quos miſerat Jehoſchuahh ad explorandum Jerichuntem.

29 Prætereà adjuratione execratus eſt Jehoſchuahh tempore illo, dicẽdo: maledictus eſto vir ille ″ coram Jehova, qui ſurget ut ædificet civitatem hanc Jerichũtem, [h] pretio primogeniti ſui fundet eam: & pretio minimi ſui ſtatuat fores ejus.

h Heb. p primogenitũ & per minimum.

30 Erat autem Jehova cum Jehoſchuhha, adeò ut eſſet fama ejus in tota illa terra.

ANNOTATIO.

1 *Fuit autem*] hunc verſum cum duobus ſequentibus imperitè á proximè ſequenti hiſtoria divulſum, ei cõjungimus, hinc caput ſextum incipientes. *Vir*] Jehova forma viri. 2 *Non*] id eſt, neque ex Jiſraëlitis, neq; ex hoſtibus. *Princeps militiæ*] id eſt, tàm angelorum quàm populi Dei. Chriſtus autem eſt, ad quem ſolùm hic principatus pertinet. *Quam ob rem procidens*] hunc honorem exhibet ei. quia non angelum, ſed Jehovam eſſe intelligit. Angeli enim eum ſibi deferri nolunt Apoc. 19.10. & 22.8. 3 *Extrahe*] ſic Deus præcepit Moſchi Exodi 3.5. vide annotata ibi. 5 *Jehova*] quem 1. ver. virum, & 2. ver. principẽ militiæ Jehovæ vocarat. 20 *Anathema*] id eſt, exitio devota. *Miſeramus*] ego cum primoribus clam populo, ſup. 2. 1. 21 *Efficiatis vos anathema*] id eſt, eodem exitio vos obnoxios reddatis: ſic Deut. 7.26. 22 *Theſaurum*] id eſt, in tentorium conventus, ubi etiã manubiæ Midjanitarum Jehovæ aſſervabantur Num. 31. in fine. 26 *Extra caſtra*] tantiſper dum initiarentur & reciperentur in populum Dei, ut Num. 31. 19. vide ver. 28. 28 *Uſque in diem hanc*] id eſt, in perpetuũ, ut ſupra 4. 9. Auguſtinus lib. 6. locutionis de Joſua. *Habitavit*] & Schalmoni filio Nachſchonnis in tribu Jehũdæ nuptus Matthæi 1.5. 29 *Coram Jehova*] id eſt, ex decreto Jehovæ. *Surget*] id eſt, operã dabit ut ædificet. *Primogeniti*] hujus execrationis effectum vide 1. Reg. 16.34.

CAPUT VII.

Jiſraëlitæ propter ſcelus Hhacanis, ope Dei deſtituti cæduntur. cujus cauſa Jehoſchuhhæ Deo conſulenti explicatur: quapropter inquiſitione deprehenſo ſceleris autore, & ſupplicio affecto, populus Deo reconciliatur.

1 SED

1 SED prævaricati sunt Jisraëlitæ prævaricatione in anathemate: accepit enim [a] Hhacan filius Carmi, filii [b] Zabdi, filii Zerachi e tribu Jehudæ de illo anathemate,
2 quapropter accensa est ira Jehovæ in filios Jisraëlis.

Cùm enim mittens Jehoschuahh quosdã Jerichunte Hhajum, quod erat propè Beth-Avenem ab oriente Beth-Elis, edixisset eis dicendo, ascendite & explorate terram istam: ascendentesq; homines illi exploràssent Hhajum:

3 Ac reversi ad Jehoschuhhã dixissent ad eũ, ne ascendat totus hic populus, quasi bis mille viri, aut quasi ter mille viri ascendãt ut percutiãt Hhajum: ne fatiges ducendo illuc totum populum hunc, cùm pauci sint isti.

4 Ideoq; ascendissent de populo illuc quasi ter mille viri: fugerunt a facie virorum Hhaji.

5 Cæciderunt q; ex eis viri Hhaji ad triginta sex viros, persequentes inquam, eos *a loco qui* erat ante portam usque ad [c] Schebarimos, cæciderũt eos in illius declivi: quam ob rem liquefactum est cor populi adeò [c] *velut* in aquam abiret.

6 Jehoschuahh autem lacerans vestimenta sua, procidit super faciẽ suam in terram, ante arcam Jehovæ usque ad vesperam, ipse & seniores Jisraëlis: [c] imposuerũtq; pulverem quisque capiti suo.

7 Dicebatq; Jehoschuahh, Aha domine Jehova, quare [d] unquam traduxisti populum hunc trans Jardenem? ut dedas nos in manum Emoræi ad perdendum nos? at utinam voluissemus [e] morari trans Jardenem.

8 *Attende* ad me domine: quid dicam postquã obvertit Jisraël cervicẽ ante hostes suos?

9 Nam audientes Cenahhanæi & omnes habitatores istius terræ, circumvenient nos, & excindent nomen nostrũ ex hac terra. Et quid facies nomini tuo maximo?

10 Dixit autem Jehova ad Jehoscuhham [f] surge, quorsum hoc? [g] te manere dejectum in faciem tuam?

11 Peccavit Jisraël, atq; etiam trãsgressi sunt [c] fœdus meũ quod præcepe-rã eis: nam etiã acceperunt [c] de anathemate, ac [c] etiam furati sunt, etiamq; [c] mentiti sunt, deniq; reposuerũt etiam illud inter [c] instrumenta sua.

12 Ideò non poterũt consistere filii Jisraëlis ante hostes suos, cervicem vertent ante hostes suos, quia sunt [h] rei anathematis: non pergam esse vobiscum, nisi perdatis [c] hoc anathema e medio vestri.

13 Surge, sanctifica populum hunc, dicens, sanctificate vos in crastinũ: sic enim ait Jehova Deus Jisraëlis, anathema est in medio tui Jisraël, non poteris consistere ante hostes tuos, donec amoveritis anathema istud e medio vestri.

14 Appropinquate ergo mane per tribus vestras: estoq; ut tribus illa quam prehenderit Jehova, appropinquet per familias suas, & familia illa quam prehenderit Jehova, appropinquet per domos suas, & domus, quã

[a] qui & Hhacar 1. Chro. 2. 7. & Hhacor infrà. ver. 24.
[b] Zimri 1. Chron. 2. 6.
[c] Heb. ut esset in aquã, id est, ut diffluceret quasi aqua.
[d] Hebr. traduxisti traducendo.
[e] Heb. & mã sissemus.
[f] Heb. surge tibi.
[g] Heb. tu decidens in faciem tuam.
[h] Hebr. sunt in anathemate.

prehenderit Jehova, appropinquet per viros suos.

15 Tum esto, ut deprehensus cum hoc anathemate [e] comburatur igni, ipse & quicquid *est* ei: quia transgressus est fœdus Jehovæ, & quia commisit flagitium in Jisraële.

16 Cùm itaque surgens Jehoschuahh manè: jussisset Jisraëlẽ appropinquare per tribus suas: prehensa est tribus Jehudæ.

17 Deinde cùm jussisset appropinquare quamque familiam Jehudæ, prehendit familiam Zerachæam: posteà jussit appropinquare familiam Zerachæam per viros suos, & prehensus est Zabdi.

18 Denique jussit appropinquare familiam ejus per viros ejus, & prehensus est Hhacan filius Carmi filii Zabdi, filii Zerachi e tribu Jehudæ.

19 Tum dixit Jehoschuahh ad Hhacanem, fili mi, tribue nunc gloriam Jehovæ Deo Jisraëlis, & ede ei confessionem: & enuntiato nũc mihi quid feceris, ne celes me.

20 Respondit itaque Hhacan Jehoschuhhæ dicens: verũ est, ego peccavi Jehovæ Deo Jisraëlis, & [f] hoc & illud commisi.

21 Cùm enim viderem inter illa spolia togam [k] Babylonicam unã præstantẽ, & ducentos siclos argenti, & lingulam auream unã quinquaginta siclorum pondere, concupiscens accepi ea, ecce autem sunt abscõdita in terra, in medio istius tentorii mei, argentum autem *est* sub ipsa *toga*.

22 Tunc misit Jehoschuahh legatos, qui cucurrerunt in illud tentorium & ecce ea *toga* abscondita erat in tentorio ejus, & argentum illud sub ea.

23 Qui accipiẽtes ea e medio illius tentorii attulerunt ea ad Jehoschuham & ad omnes filios Jisraëlis: statueruntque ea coram Jehova.

24 Tunc Jehoschuahh, & totus Jisraël cum eo, assumpto Hhacane filio Zerachi, & argẽto & toga & lingula aurea, & filiis ejus ac filiabus ejus, & bobus ejus, asinisq; ejus, & gregibus ejus, & tẽtorio ejus, deniq; quicquid erat ei: deduxerunt ea in convallem Hhacoris.

25 Ubi dixit Jehoschuahh, quàm perturbasti nos? perturbabit te Jehova hoc die: obrueruntq; eum totus Jisraël lapidibus, & combusserũt eos igni, [e] cùm obruissent eos lapidibus.

26 Postremo erexerunt super eum acervum lapidum magnum usq; in hunc diem, sic aversus est Jehova a furore iræ suæ, idcircò vocavit *quoq;* nomen loci illius convallem Hhacoris usque in hunc diem.

[f] *Heb.* & secundũ hoc & secundũ illud commisi.

[k] *Heb.* Schinharis, id est, Babyloniæ regionis, vide Gen. 10:10.

ANNOTATIO.

1 *In anathemate*] de quo capite præcedenti ver. 20. 21. 22. 5 *Schebarimos*] id est, fractionum locum: sicenim sonat Hhæbræa vox. videtur nomen accepisse indè, quòd acies Jisraëlitarum ibi fractæ sint. 6 *Imposuerunt*] *pulverem*] lugentiũ more, de malo accepto, ut 1. Schemu. 4. 12. & alibi passim. 11 *Fœdus meum*] id est, obedientiam, quam promiserant in fœdere, non præstiterunt. Exodi 19. 8. & 24. 7. synecdoche. *De anathemate*] id est, rebus comburendis, ex ver. 24. cap. 6. *Etiam furati*] de rebus servandis Jehovæ, de quibus ibid. 22. ver. *Abstinete* 24. *sunt*] non afferendo in thesaurum Jehovæ, quod à singulis afferendum erat, ver. 27. ibid. *Instrumenta*] id est, rem perdendas res, quàm Deo destinatas, rebus propriis commiscuerunt, in peccato persistentes. quare se & sua eodem anathemate obligarunt. 12 *Hoc anathema*] id est, tum res anathemati devotas prius, tum eas, quæ contagione ejusdem criminis hauserunt, nempe familiam cum Hhacanis rebus. 15 *Comburatur*] id est, postquam superatum fuerit, quod ex lege in blasphemum, & divini mandati contemptorem constitutum est. Levitic. 24. 14. & sequentibus. & Num. 15. 30. & 35, absumitor eadẽ ratione, quasi perdendæ res & anathemati devotæ, tollende sunt. *Hoc & illud*] id est, incendio, ex lege Deut. 13. 16. quam Jisraëlitæ executi sunt, infrà ver. 25. & 26. 20 *Hoc & illud*] vide annot. ver. 15. gula illa commisi, quæ Deus commissa esse in Jisraële queritur suprà 11. 25 *Cùm obruissent*] vide annot. ver. 15.

CAPUT

CAPUT VIII.

Deus Jisraelitis reconciliatus jubet Jehoschuhham Hhajum aggredi stratagemate, & victoriam promittit, spoliaq; populo concedit, reliquis igni & gladio cõsumendis. Deinde Jehoschuahh partâ victoriâ altare ex legis præscripto erigit ad sacrificandum, Decalogum lapidibus insculpit, & benedictiones ac maledictiones proponit.

1 TUM dixit Jehova ad Jehoschuhham, ne timeto neque consternator, sume tecum totum populum [a] aptum ad bellum, & surgens ascende versus Hhajum: vide trado in manũ tuam regem in Hhaji & populum ejus, civitatemq; ejus, & terram ejus.

2 Ut facias Hhajo & regi ejus, sicut fecisti Jerichunti & regi ejus: tantùm spolia ejus & jumenta ejus diripietis vobis: dispone tibi insidias cõtra civitatem istam a posteriore parte ejus.

3 Surgẽs itaque Jehoschuahh & totus populus aptus ad bellum, ut ascenderet versus Hhajum: delegit Jehoschuahh triginta millia virorũ valentium robore, ut præmitteret eos noctu.

4 Præcepitq; eis dicendo, videte vos qui insidiaturi estis huic civitati a posteriore parte ipsius civitatis, ne procul collocetis vos ab ipsa civitate valde: sed estote vos omnes parati.

5 Ego autem totusq; hic populus qui mecum *erit*, appropinquabimus ad istam civitatem: eritque cùm procedent obviam nobis, quemadmodum prius, & fugiemus ante eos.

6 Ut exeant post nos, donec avellerimus eos ab ipsa civitate, (dicent enim, fugiunt ante nos quemadmodum prius:) fugiendo ante eos.

7 Tum vos surgitote ex insidiis, ut expellatis [b] reliquias ipsius civitatis: tradet enim Jehova Deus vester eam in manum vestram.

8 Esto autem, cùm occupabitis ipsam civitatem, ut incendatis ipsam civitatem igni, secundũ verbum Jehovæ facitote: videte, præcepi vobis.

9 Sic præmisit eos Jehoschuahh, qui abeuntes ad locum insidiarũ, consederunt inter Beth-Elem & inter Hhajum ab occasu Hhajo: pernoctavit autem Jehoschuahh nocte illa in medio populi.

10 Deinde surgens Jehoschuahh manè, recensuit populum: ascendebatque ipse cum senioribus Jisraëlis ante populum versus Hhajum.

11 Totus quoque populus, [c] acies quę erat cum eo, ascendentes appropinquarunt donec venirent e regione ipsius civitatis: posueruntque castra ab Aquilone Hhajo: vallis autẽ quædã erat inter eos & inter Hhajũ.

12 Præterea sumpsit quasi quinquies mille viros: quos disposuit in insidiis inter Beth-Elem & inter Hhajum, ab occasu civitatis Hhaji.

13 Admovente autem populo tota castra, quæ erant ab Aquilone civitati illi, & extremam partem eorum ab occasu ipsius civitatis: perrexit Jehoschuahh ea nocte in medium illius convallis.

14 Vnde fuit, cùm *id* vidisset Rex Hhaji, ut manè [d] festinanter surgentes procederent viri illius civitatis obviam Jisraeli in prœlium, ipse cum

a Hebr. belli. sic deinceps.

b Hebr. ipsã civitatem. metonymia & synecdoche. sic infrà ℣. 24.

c Heb. bellũ

d Heb. ut festinarent & manè surgerent.

toto populo ſuo, eo ipſo tempore ante planitiem illam: neſciebat autē
ille ſibi inſidias eſſe a parte poſteriore civitatis.

15 Tunc finxerunt ſe plaga affici Jehoſchuahh & totus Jiſraël ante eos:
fugeruntque viâ ad deſertum.

16 Quapropter conclamati ſunt totus populus, qui remanſerat in civi
tate Hhaji ad perſequendos eos: qui perſecuti ſunt Jehoſchuhham, ita ut
avellerentur a civitate ſua.

17 Neque remanſerat quiſquam Hhaji aut Beth-Ele qui non exirent
ad perſequēdum Jiſraëlem: reliqueruntq; civitatem ſuam apertam dum
perſequebantur Jiſraëlem.

e Heb. haſtā vexillarem quæ & c. ſic infrà.

18 Poſteà cùm edixiſſet Jehova Jehoſchuhhę, extende[e] vexillum iſtud
quod eſt in manu tua verſus Hhajū, quia in manū tuā tradā ipsū: extendit
Jehoſchuahh vexillū illud quod erat in manu ſua verſus ipſam civitatē.

19 Tunc illæ inſidię ſurgentes citò e loco ſuo, accurrentesque cùm ex-
tendiſſet manum ſuam, & ingreſſæ civitatem ipſam ceperunt eam: & fe-
ſtinanter incenderunt civitatem igni.

f Hebr. manus. ſynec. doche.

20 Cumq; reſpicientes viri Hhaji poſt ſe, viderent quód, ecce, aſcen-
deret fumus ipſius civitatis verſus Cœlum, non erant in eis [f] vires fugien-
do huc & illuc: nam populus qui fugiebat ad deſertum, convertit ſe con
tra eum qui perſequutus fuerat.

21 Etenim Jehoſchuahh & totus Jiſraël videntes ſuas inſidias cepiſſe ci
vitatē, & aſcendere fumū ipſius civitatis: reverſi percuſſerūt viros Hhaji.

22 Ipſæ verò *inſidiæ* exierunt ex ipſa civitate obviam illis, ita ut eſſent
Jiſraëlitis in medio, iſtis hinc, & illis inde: percuſſerunt verò illos adeò,
ut non relinquerent illis ſuperſtitem aut effugientem.

23 Sed regem Hhaji ceperunt vivum, quem obtulerunt Jehoſchuhhę.

24 Fuit autem cùm abſolviſſēt Jiſraëlitæ occidere omnes habitatores
Hhaji in ejus agro, in eo deſerto ubi perſequuti fuerant ipſos, & cecidiſ-
ſent omnes illi acie gladii, donec conſumerentur: ut reverſi omnes Jiſra-
ëlitæ Hhajum, percuterent reliquias ejus acie gladii.

g Heb. a viro uſq; ad fœminam.

25 (Fueruntque omnes qui ceciderunt die illo, [g] cùm viri tum fœmi-
næ duodecies millia: omnes viri Hhaji.)

26 Nam Jehoſchuahh non retraxit manū ſuam, quam extenderat cum
vexillo: uſquedum internecioni devoviſſet omnes habitatores Hhaji.

27 Tantùm jumenta & ſpolia civitatis illius diripuerunt ſibi Jiſraëli-
tæ: ſecundum verbum Jehovæ, quod præceperat per Jehoſchuhham.

28 Deinde combuſſit Jehoſchuahh Hhajum: & diſpoſuit ipſum in tu-

h Hebr. ſeculi.

mulum [h] perpetuum, in ſolitudinem uſque in diem hunc.

29 Denique regem Hhaji ſuſpendit e ligno uſque ad tempus veſper-
tinum: cùm autem occideret ſol, præcepit Jehoſchuahh ut cadaver ejus
demitterent e ligno, quod projecerunt ad oſtium portæ civitatis ipſius,
& ſtatuerunt ſuper ipſum acervū lapidum magnum uſq; in diem hunc.

30 Tunc extruxit Jehoſchuahh altare Jehovæ Deo Jiſraëlis: in mōte
Hhebalis.

31 Quemad-

31 (Quemadmodum præceperat Moſche ſervus Jehovę filiis Jiſraëlis, ſicut ſcriptũ eſt in libro legis Moſchis,) altare e lapidibus integris, ſuper quos non agitaverat ferrum: in quo obtulerunt holocauſta Jehovæ, & ſacrificaverunt euchariſtica. Deut. 27.

32 Prætereà inſcripſit ibi aliis lapidibus exemplum legis Moſchis, quã præſcripſerat filiis Jiſraëlis.

33 Cumq; totus Jiſraël & ſeniores ejus, moderatoresque & judices ejus adſtarent arcæ [i] utrinq;, corã ſacerdotibus Leviticis portantibus arcã fœderis Jehovæ, peregrinus æquè ac indigena, dimidiũ ejus e regione montis Gerizzimorũ, alterum verò dimidiũ ejus e regione montis Hhebalis: (quẽadmodũ prius p̃ceperat Moſche ſervus Jehovę populo ipſi Jiſraëli.)

34 Póſtmodum pronuntiavit omnia verba ipſius legis, benedictionẽ ac maledictionem, prorſus ut ſcriptum erat in ipſo libro legis.

35 Nullum fuit verbum ex omnibus quæ præceperat Moſche, quod non pronuntiaverit Jehoſchuahh coram tota congregatione Jiſraëlis, & fœminis & parvulis, peregrino etiam, qui ibat inter eos.

[i] *Hebr.* hinc & inde.

ANNOTATIO.

3 *Surgens*] ut Gen. 31. 17. 7 *Tum*] ſigno dato, de quo infrà 18. ver. 13 *Illius conꝝ allis*] quæ videlicet medio erat inter Hhajum & Jiſraëlitarum exercitum: de qua ſuprà ℣. 11. 14 *Cùm id ꝝ vidiſſet*] Jiſraëlitas iniquo loco caſtra collocaſſe, nempe in depreſſa valle, hac opportunitate allectus eſt ad irrumpendum. *Eo ipſo tempore*] ſine dilatione aut deliberatione. *Planitiem illam*] quæ civitati ad orientem adjacebat: ut ita Jiſraëlitas a latere aggrederentur, & fugientibus iter præciderent. 15 *Ad deſertum*] qua reditur Jerichuntem. 18 *Extende ꝝ vexillum*] ut hac explicatione, vexilli ſignum daretur inſidiantibus irruendi in civitatem, & fugientibus faciẽ in hoſtes convertendi. 26 *Retraxit*] quod fuiſſet ſignũ receptus. 29 *Tempus ꝝ veſpertinũ*] vide legem Deut. 21. 22. ſic infrà 10. 26. 31 *Agitaverat*] vide prohibitionem Exodi 20. 25.

CAPUT IX.

Fama ſucceſſus Jiſraëlitarum commoti reliqui Cenahhanæi reges in eos conſpirant: Gibhhonitæ contrà aſtu vitam ab eis fœdere obtinent, ſed cum perpetua ſervitute junctam.

1 Fuitque cùm *iſta* audiviſſent omnes reges illi, qui erãt cis Jardenem, in montanis & in planitie, & in omnibus portubus maris magni, [a] uſque ad *regionem* ſubjectã Libano: Chittæus & Emoræus, Cenahhanæus, Perizzæus, Chivvæus & Jebuſæus:

2 Ut congregarent ſe pariter ad pugnandum cõtra Jehoſchuhham & contra Jiſraëlem [b] animo uno.

3 Habitatores autẽ Gibhhonis cùm audiviſſent quę fecerat Jehoſchuahh Jerichunti & Hhajo,

4 Fecerunt [c] ipſi quoque aſtu, ut abeuntes fingerent ſe legatos veniſſe *e longinquo*: ſumentes enim ſaccos tritos *impoſuerunt* aſinis ſuis, & utres vini tritos, ruptosq; & colligatos.

5 Et calceamenta trita & reſarta pedibus ſuis, ac veſtimenta trita ſibi induta: omnisq; panis viatici eorum aruerat, [c] abierat in micas.

6 Qui adeuntes Jehoſchuhham in caſtra Gilgalem, dixerunt ad eum, & ad *primores* viros Jiſraëlis: e terra lõginqua advenimus, nunc ergo pangite nobiſcum fœdus.

[a] *Hebr.* contra Libanũ.

[b] *Hebr.* ore uno: ſynecdoche. ſic 2 Chron. 18. 12.

[c] *Hebr.* erat micę. ſic infrà 12. ℣.

7 Dixerunt autem *primores* viri Jiſraëlis ad ″ Chivvæũ: fortaſsis in ″ medio mei habitas: & ″ quo modo pangerem tecum fœdus?

8 Qui dixerunt ad Jehoſchuhham ″ ſervi tui ſumus: dixitque ad eos Jehoſchuahh, qui eſtis? & unde venitis?

9 Tum dixerunt ad eum, e terra longinqua valde venerunt ſervi tui ad nomen Jehovæ Dei tui: nam audivimus famam ejus, & omnia quæ fecit in Ægypto.

10 Omnia etiam quę fecit duobus regibus Emoræorũ, qui erant trans Jardenem: Sichoni regi Cheſchbonis, & Hhogo regi Baſchanis, qui erat Hhaſchtarothis.

11 Quapropter edixerunt nobis ſeniores noſtri & omnes habitatores terræ noſtræ dicendo, ſumite in manu veſtra viaticum ad ipſum iter, & abite obviam eis, dicetis autem ad eos, ſervi veſtri ſumus, nunc ergo pangite nobiſcum fœdus.

12 Hic panis noſter eſt, calidum in viaticum accepimus illum e domibus noſtris, quo die exivimus ut veniremus ad vos: nunc autem ecce aruit & abiit in micas.

13 Et hi ſunt utres vini, quos impleveramus novos, jã ecce, rupti ſunt: ſimiliter hæc veſtimenta noſtra & calceamenta noſtra detrita ſunt, [d] quia magnum eſt iter hoc valde.

d Hebr. præ multitudine itineris valde.

14 ″ Quę cùm accepiſſent viri illi *primores* ex viatico eorum: & os Jehovæ non conſuluiſſent:

15 Fecit cum eis Jehoſchuahh pacẽ, pepigitq; cum eis fœdus de illis in ″ vita ſervandis: quod juramento promiſerunt eis principes cœtus.

e Heb. a fine triũ dierũ.

16 Fuit autem [e] tertio pòſt die quàm pepigiſſent cum eis fœdus: ut audierunt eos propinquos eſſe ſibi, & in medio ſui eos habitare.

17 Profecti filii Jiſraëlis venerunt ad civitates eorũ tertio die: erant autẽ civitates eorũ Gibhhon, & Cephira, & Beerothę, & Kiriath-Jehharim.

18 Sed non percuſſerunt eos filii Jiſraëlis, eó quòd juramento promiſſent eis duces cœtus per Jehovam Deum Jiſraëlis: quamvis murmurarent totus cœtus contra ipſos duces.

19 Dixerunt enim omnes duces ad totũ cœtum, nos juramento promiſimus eis per Jehovã Deũ Jiſraëlis: ideò nunc ″ non poſſumus ″ tãgere eos.

20 Hoc faciamus eis, ut ſervemus in vita eos: ne ſit ſuper nos ″ indignatio, propter illud juramentum quo juravimus eis.

21 Cùm ergo dixiſſent ad eos duces illi, ſinuntor vivere: fuerunt putatores lignorum, & haurientes aquam pro toto cœtu, quemadmodum dixerant ipſis duces.

22 Vocavit enim eos Jehoſchuahh, & allocutus eſt dicendo: quare decepiſtis nos dicendo: longinqui ſumus a vobis valde, cùm vos in medio noſtri habitetis?

d Hebr. excinderur.

23 Nunc ergo ″ maledicti eſtis: neque [d] deficiet ex vobis ſervus, & qui putent ligna, ac hauriant aquam pro domo Dei mei.

Qui

24

24 Qui respondentes Jehoschuhhę dixerunt: *fecimus*, quia [e] certò nunciatum fuerat servis tuis, id quod præcepit Jehova Deus tuus Moschi servo suo, ut daret vobis totam hanc terram, & ut perderet omnes habitatores hujus terræ à facie vestra: quare metuimus valdè [f] vitę nostræ a vobis, & fecimus rem hanc.

[e] *Heb.* nuntiando nuntiatum.

[f] *Hebr.* animis nostris

25 Nunc autem, ecce, nos in manu tua, ut bonum & ut rectum *videtur* in oculis tuis facere nobis, fac.

26 Fecit ergo eis sic: & eripuit eos e manu filiorum Jisraëlis, ut non occiderent eos.

27 Constituítque eos Jehoschuahh in die illo putatores lignorum, & haurientes aquam pro cœtu: idque pro altari Jehovæ usq; in diem hunc, in eo loco quem electurus esset.

ANNOTATIO.

4 *Ipsi quoq;* id est, ut reliqui omnes Cenahhanæi vitæ suæ consulebant conspiratione, sic ipsi hac astutia. 7 *Chivvæum* id est, Gidhhonitas qui Chivvæi erant. *Medio mei* ac ideo regio quam tenes jure divino ad me pertinet. *Et quo modo* id est, quale fœdus velles me tecum inire. 8 *Servi tui* id est, ad quævis imperata facienda parati. 14 *Quæ cùm* id est, quos sermones cùm admisissent & probassent, adducti specie rerum quas in viatico sumpserant. 15 *In vita servandis* nulla addita conditione ad personas, bona, vel regionē pertinente, proinde ut cum exteris licebat, qui Cenahhanæi non erant. vide Deut. 20. 10. 2. Schem. 2. 12. & 21. 2. 19 *Non possumus* quia fidem legitimè dedimus, nondum enim ad eorum urbes accesseramus, cùm illi se nobis dederent, & vitam a nobis peterent. Est autem mandatum Deut. 20. 10. & sequentibus, ne postquam accesserimus ad expugnanda loca a Deo nobis destinata ullos vivere sinamus: sed cùm hi vitā prius petierint, quàm eos aggrederemur, non habemus cur illos contra juramentum nostrum, internecioni devovere debeamus. Eadem ratione vita concessa est Rachabæ & toti familiæ paternæ ejus, suprà 4. Et eadem ratione reliquias Cenahhançorum vltro se dedentes Schelomo tributarias fecit 1. Reg. 9. 20. Contrà verò, propter violatum a Schaule juramentum hoc, divinitus famines immittitur, nec ira Dei prius sedatur, quàm de familia Schaulis ultio sumpta sit, 2. Sam. 21. *Tangere eos*] ut vitam adimamus. 20 *Indignatio*] quæ esset si legitimè præstitum juramentum violaremus. 21 *Pro toto cœtu*] id est, servi publici, nomine cœtus populi Dei publicas angarias obeūtes in domo Dei, infrá 23. ver. Et Hhetzræ 8. 20. quare etiam Netinæi id est, dedititij vocātur in Hhetzra & Nechemia frequenter. 23 *Maledicti*] id est, miserę conditioni & labori osæ addicti.

CAPUT X.

Reges qui ad pugnandum contra Jehoschuhham se congregarant, audita defectione Gibhhonitarū vires in eos convertunt, sed Jehoschuhhæ auxilio liberantur illi, & reges divinitus cædūtur, quam victoriam Jehoschuahh persecutus regionē totam occupat & Gilgalem revertitur.

1 FUIT ergo, cùm audivisset Adoni-Tzedek rex Jeruschalaimorum cepisse Jehoschuhham Hhajum & exitio devovisse ipsum, quemadmodum fecerat Jerichunte & rege ejus, sic fecisse Hhajo & rege ejus: præterea pacem fecisse habitatores Gibhhonis cum Jisraëlitis, & [a] *Jisraëlitas* esse in medio eorum.

2 (Timebant autem valde, eò quòd civitas magna esset Gibhhon, sicut una ex civitatibus regiis: imò quòd etiam major esset Hhajo, & oēs cives ejus essent strenui.)

3 Ut mitteret Adoni-Tzedek rex Jeruschalaimorum, ad Hohamū regem Chebronis, & ad Piramum regem Jarmuthi, & ad Japhihham regē Lacischi, & ad Debirum regem Hheglonis, qui dicerent:

4 Ascendite ad me & auxiliamini mihi, ut percutiamus Gibhhonem: nam pacem fecit cum Jehoschuhha & cum filiis Jisraëlis.

5 Congregati itaque, ascenderunt quinque reges Emoræorum, rex Je-

ruſchalaimorum, rex Chebronis, rex Jarmuthi, rex Laciſchi, rex Hheglonis, ipſi cum omnibus copiis ſuis, & caſtra ponentes contra Gibhhonem, bellum gerebant adverſus eam.

6 Sed miſerunt cives Gibhhonis ad Jehoſchuhham in caſtra Gilgalé, qui dicerent, ne remitte manus tuas a ſervis tuis: aſcende ad nos celeriter, & ſerva nos auxilians nobis, nam congregantur contra nos omnes reges Emoræorum habitantes in montanis.

7 Aſcendit itaq; Jehoſchuahh Gilgale, ipſe & totus populus aptus ad bellum cum ipſo: & quidem omnes valentes robore.

8 (Dixerat enim Jehova ad Jehoſchuhhã, ne timeto ab eis, nam in manum tuam tradidi eos: non conſiſtet ex eis quiſquam in conſpectu tuo.)

9 Pervenitque ad illos Jehoſchuahh repentè: tota ipſa nocte aſcenderat Gilgale.

10 "Fudit itaque illos Jehova coram Jiſraële, qui percuſſit eos cæde magna apud Gibhhonem: deinde perſecutus eos via [a] qua aſcenditur Bethchoronem, percuſſit eos Hhacekam & Makkedam uſque.

11 Fuit autem cùm fugerent a facie Jiſraëlis, ipſis *verſantibus* in declivi Bethchoronis, & Jehova dejiciente in eos lapides magnos e Cœlis Hhazekam uſque, quibus moriebantur: (plures erant qui moriebantur lapidibus illis grandinis, quàm quos occiderunt filii Jiſraëlis gladio.)

12 Ut tunc" alloqueretur Jehoſchuahh Jehovam die quo [b] expoſuit Jehova hunc Emoræum filiis Jiſraëlis: & diceret ante oculos Jiſraëlis, Sol in Gibhhone [c] ſubſiſte, & Luna in convalle Ajalonis.

13 Subſtitit ergo Sol, & Luna ſtetit donec vindicata eſſet gens *Jiſraëlitica* ab hoſtibus ſuis: nonne hoc ſcriptum eſt in" libro recti? ſtabat autem ſol in medio Cœlo, neque feſtinabat ad occaſum quaſi diem integrum.

14 Nec fuit ſimilis diei illi ante eum, vel poſt eum, auſcultante Jehova voci cujuſquam: nam Jehova pugnabat pro Jiſraële.

15 "Tandem reverſus eſt Jehoſchuahh, & totus Jiſraël cum eo ad caſtra Gilgalem.

16 Cùm autem fugientes quinque reges illi, abſcondiſſent ſe in quadã ſpelunca Makkedæ:

17 Nuntiatumque fuiſſet Jehoſchuhhæ dicendo: inventi ſunt quinq; illi reges abſconditi in quadam ſpelunca Makkedæ:

18 Dixit Jehoſchuahh, obvolvite lapides magnos ori illius ſpeluncæ: & præficite ei viros ad cuſtodiendum illos.

19 Vos autem ne cõſiſtite, perſequimini hoſtes veſtros, & [d] poſtremos quoſque eorum cædite: ne permittite eos ingredi in civitates ſuas: quãdoquidem tradidit eos Jehova Deus veſter in manum veſtram.

20 Fuitque cùm abſolviſſent Jehoſchuahh & filii Jiſraëlis percutere eos cæde magna valde, donec" conſumerentur: ſuperſtites vero qui ſupererant ex eis ingreſſi eſſent in civitates munitas.

21 Ut reverterentur totus populus in" caſtra ad Jehoſchuhham Makkedam

a *Heb.* aſcenſus.

b *Heb.* poſuit corã filiis Jiſraëlis.

c *Hebr.* ſile: ſic accipitur 1. Sam. 14. 9.

d *Hebr.* trũcate illos cauda.

kedã [e] incolumes: non moverat cõtra filios Jisraëlis quisquã linguã suam.
22 Diceretq; Jehoschuahh, aperite os illius speluncæ, & producite ad me quinque reges istos ex ipsa spelunca.
23 Qui facientes sic, produxerunt quinque reges istos ad eum ex ipsa spelunca, regem Jeruschalaimorum, regem Chebronis, regem Jarmuthi, regem Lacischi, regem Hheglonis.
24 Deinde fuit cùm produxissent reges istos ad Jehoschuhham, ut vocaret Jehoschuahh omneis viros Jisraëlis, & ediceret ductoribus virorũ militantium, qui venerant cum ipso, appropinquate, imponite pedes vestros [f] cervicibus istorum regum: qui appropinquantes imposuerunt pedes suos cervicibus eorum.
25 Tunc dixit ad eos Jehoschuahh, ne timete, neq; consternamini, confirmamini & fortes estote, nam sic facturus est Jehova omnibus hostibus vestris, quibuscum vos pugnaturi estis.
26 Percussitq; eos Jehoschuahh posteà & morte affecit eos, suspendẽs eos e quinq; lignis: qui manserunt suspensi e lignis illis usq; ad vesperam.
27 Fuit enim tempore occasus solis, ut præcipiente Jehoschuhha, demitterent eos ex ipsis lignis, ac projicerẽt eos in speluncam illam ubi absconderant se: & imposuerunt lapides magnos ori illius speluncæ usque in hunc ipsum diem.
28 MAKKEDAM autem cepit Jehoschuahh eodem die, [g] cujus *incolas* percussit acie gladii, & cum rege ejus internecioni devovit, ipsos, id est, omnem animam quę erat in illa, non reliquũ fecit superstitem: sed fecit rege Makedæ, quemadmodum fecerat rege Jerichuntis.
29 DEINDE progressus Jehoschuahh & totus Jisraël cum eo Makkeda Libnam, oppugnavit Libnam.
30 Cumq; tradidisset ipsam quoque Jehova in manum Jisraëlis & regẽ ejus, percussit eam acie gladii, id est, omnem animam quæ erat in ea, non reliquum fecit in ea superstitem: sed fecit rege ejus quemadmodum fecerat rege Jerichuntis.
31 DEINDE progressus est Jehoschuahh & totus Jisraël cum eo Libna Lacischum: & castris positis obsidens eam oppugnavit eam.
32 Tradiditq; Jehova Lacischum in manum Jisraëlis, qui cepit eã die secundo, & percussit eam acie gladii, id est, omnem animam quæ erat in ea, secundum omnia quæ fecerat Libnæ.
33 TUNC ascendit Horam rex Gezeris ad auxiliandum Lacischo, sed percussit eum Jehoschuahh & populum ejus, adeò ut non faceret ei reliquum superstitem.
34 DEINDE progressus est Jehoschuahh & totus Jisraël cum eo Lacischo Hheglonem: & castris positis obsidentes eam, oppugnaverunt eam.
35 Quam ceperunt eodem die, & percusserunt eam acie gladii, id est, omnem animam quæ erat in ea, eodem die internecioni devovit: secundum omnia quæ fecerat Lacischo.

[e] *Hebr.* cum pace: id est, incolumitate.
[f] *Hebr.* collis: sic in fine versus. synecdoche.
[g] *Hebr.* & percusserat eã.

36 DEINDE ascendit Jehoschuahh & totus Jisraël cum eo Hhegloné Chebronem, & oppugnaverunt eam.

37 Quam capientes percusserunt acie gladii, & regem ejus & omnes civitates ejus, id est, omnem animam, quæ erat in [h] unaquaq; earum, non reliquum fecit superstitem, secundum omnia quę fecerat Hhegloni, internecioni enim devovit eam, id est, omnem animam quę erat in ea.

38 DEINDE revertens Jehoschuahh & totus Jisraël cum eo, Debirũ venit & oppugnavit eam.

39 Cumque cœpissent eam & regem ejus & omnes civitates ejus, percusserunt eos acie gladii, & internecioni devoverunt omnem animam in unaquaque earum, non reliquum fecit superstitem: quemadmodum fecerat Chebroni, sic fecit Debiro & regi ejus, & quemadmodum fecerat Libnæ & regi ejus.

40 DENIQUE percussit Jehosahuahh totam regionem, [i] mõtanam & australem, & planam, & decursibus irriguam, & omnes reges earum, non reliquum fecit superstitem: sed omnem animam humanam interne-
cioni devovit, quemadmodum præceperat Jehova Deus Jisraëlis.

41 Sic percussit eos Jehoschuahh inde a Kadescho-Barnehhæ Hhazam usque: totam etiam terram Goschenis Gibhhonem usque.

42 Omnes autẽ istos reges & terram eorum cepit Jehoschuahh [k] una expeditione: nam Jehova Deus Jisraëlis pugnabat pro Jisraële.

43 Tum demum reversus est Jehoschuahh & totus Jisraël cum eo ad castra Gilgalem.

h *Heb.* in ea: sic in fine ℣ & ℣. 39.

i *Heb.* montis & austri, & planitiei, & decursuum. Deut. 20. 16. & 17.

k *Hebr.* vice una.

ANNOTATIO.

1 *Jisraëlitas esse in medio*] Sic enim legitur cap. 9. 17. 10 *Fudit*] lapidibus, ut versus sequens explicat. 12 *Alloqueretur*] precibus interpellaret eum. *In convalle Ajalonis*] ad tribum Zebulunis pertinente versus alterũ terminum promissæ terræ ad Aquilonem vide Judicum 12. Est enim altera ab ea quę commemoratur infrà 19. 42. Sensus autem verborum est: sol ne occidas nobis in Gibhhone pugnãtibus, & Luna ne nobis afferas noctem. 13 *Libro recti*] forensium annalium sive actorum publicorum qui intercidit, ut alii multi forenses, quorum scriptura meminit. 15 *Tandem*] ab hoc versu ad ultimum usque hyperbaton continuum est: nam antequam Gilgalem rediret cum exercitu, omnia, quæ subjungit, gesta sunt. ideo eundem versum in fine capitis repetit. 20 *Consumerentur*] qui per agros oppressi sunt. 21 *In castra*] militaria. nam stativa erant Gilgale ut apparet ver. 15 & ultimo. *Non moverat*] id est, ne verbo quidem a quoquam injuriam acceperant. 28 *Omnem animam*] humanam: nam cætera prædæ erant Deut. 20. 16. & 17. & infrà ℣. 40. hoc sensu sequentia omnia accipienda sunt. 32 *Die secundo*] ab obsidione: nã uno die non potuisset civitates tam remotas expugnare. 35 *Eodẽ die*] quo obsederunt. 36 *Deinde*] vide ampliorem hujus historiæ explicationem infrà 14. & 15. 38 *Revertens*] meridiana parte relicta, Gilgalem versus tendens. 41 *Goschenis*] non Ægypti, sed eam de qua infrà. 15. 51.

CAPUT XI.

Devictis quinq; regibus, oẽs reliqui conjunctis copiis Jisraëlitas statuunt invadere, sed impinantes oppressi cæduntur, & tota eorum regio occupatur distribuenda tribubus Jisraëlis, ac bellis imponitur.

1 EVITQUE cùm audivisset *ista* Jabin rex Chatzoris: ut mitteret ad Jobabum regem Madonis, & ad regem Schimronis, & ad regem Acschaphi.

2 Ad reges quoque qui erant ab Aquilone *regionis*, in montanis & in campestribus, in [a] australibus partibus Cimerothanis & in planitie, & in tractibus Dori versus mare.

a *Heb.* in austro Cimerotharũ, id est, regionũ sitarum in utraq; ripa Genezareth cis & trans Jerdenem.

3 Ad

3 *Ad* Cenahhanæum ab oriente & occidente, & Emoræum, & Chittæum, Perizzæumque & Jebusæum in montanis: Chivvæum etiam subjacentem Chermoni, in regione″ Mitzpæ.

4 Qui prodierunt ipsi, & omnes copiæ eorum cum eis, populus multus, sicut arena quæ *est* in littore maris, multitudine: & equi ac currus multi admodum.

5 Et ex condicto convenerunt omnes reges isti: deinde venientes castra posuerunt simul ad aquas Meromi, ut pugnarent contra Jisraëlem.

6 Dixit autem Jehova ad Jehoschuhham, ne time a facie eorum, nam cras hoc eodem tempore traditurus sum omneis illos confossos corã Jisraële: equis eorum suffragines succîdito, & currus eorũ comburito igni.

7 Venit itaque Jehoschuahh & totus populus militaris cum eo cõtra illos ad aquas Meromi repentè, & irruerunt in eos.

8 Quos tradidit Jehova in manum Jisraëlis, ita ut percuterent eos, persequutique sunt eos usque ad magnam Tzidonem, & usque ad [b] salinas, ac usque ad convallem Mitzpæ versus orientem: percusserunt autem eos adeò, ut non reliquum facerent eis superstitem.

b Hebr. ad cõbustiones aquarũ id est, loca ubi aquæ cõburũtur in salem, ut infrà 13. 6.

9 Fecitque Jehoschuahh quemadmodum ipsi edixerat Jehova: equis eorum suffragines succîdit, & currus eorum combussit igni.

10 Reversus deinde Jehoschuahh, tempore illo cepit Chatzorem, cujus regem percussit gladio: Chatzor enim antea erat caput omnium regnorum istorum.

11 Percusserunt autem omnem animam quæ erat in ea, acie gladii internecioni devoventes, non reliqua fuit ulla anima humana: Chatzorẽ verò combusit igni.

12 Similiter omneis civitates regum istorum, & omnes reges earũ cepit Jehoschuahh, percussitque eos acie gladii internecioni devovendo eos: quemadmodum præceperat Mosche servus Jehovæ. Deut. 20. 16. & 17.

13 Verumtamen nullã earum civitatum quæ″ manserunt cum aggere suo cõbussit Jisraël: præter Chatzorẽ solã, *quam* combussit Jehoschuahh.

14 Omnia autem spolia istarum civitatum & jumenta diripuerunt sibi filii Jisraëlis: tantúm omnes homines percusserunt acie gladii, adeò ut perderent eos, non fecerunt reliquam ullam animam humanam.

15 Quemadmodum præceperat Jehova Moschi servo suo, sic præcepe rat Mosche Jehoschuhhæ, & sic fecit Jehoschuahh, nihil detraxit ex omnibus quæ præceperat Jehova Moschi.

16 Cepit ergo Jehoschuahh totam regionem istam, montanam & totam austrálem, & totam terram Goschenis, & planitiem atque campestria, id est, montana Jisraëlis & planitiem ejus.

17 A monte″ glabro [c] quo ascenditur Sehhirem usque Bahhal-Gadem in cõvalle Libani, sub monte Chermonis, quorum omnes reges cepit, & percutiens morti tradidit eos.

c Heb. ascẽdente Sehhirem, metonymia.

18 ″Diebus multis gessit Jehoschuahh contra omnes reges istos bellũ.

19 Nulla fuit civitas quæ pacẽ fecerit cum filiis Jiſraëlis, præter Chivæos habitatores Gibhhonis: omnia iſta ceperunt bello,

20 A Jehova enim fuit quòd obfirmarant cor ſuum, ad occurrendum bello Jiſraëli, ut internecioni devoveret illas, nec fieret illis gratia: ſed ut perderent eas, quemadmodum præceperat Jehova Moſchi.

21 TEMPORE autem illo veniẽs Jehoſchuahh excîdit Hhanakæos e mõtanis, e Chebrone, e Debiro, e Hhanabo, & ab omnibus "montanis Jehudæ, & ab omnibus montanis Jiſraëlis: cum civitatibus illorum internecioni devovit eos Jehoſchuahh.

22 Nullus Hhanakæorum reliquus factus eſt ĩn terra filiorum Jiſraëlis: tantùm Hhazzæ, Gathi & Aſchdodi ſuperfuerunt.

23 Sic cepit Jehoſchuahh totã illam terram, quemadmodũ edixerat Jehova Moſchi: deinde dedit eam Jehoſchuahh in poſſeſſionem Jiſraëlitis, "ſecundũ partitiones eorũ per tribus eorũ: cùm terra quieta fuit a bello.

ANNOTATIO.

3 *Mizpæ*] id eſt, ſpeculæ: nam regio eſt ſita in ingreſſu Libani ſupra Jardenẽ, in qua ſpeculatores collocati erant, ut eorum cuſtodiâ, ſecura ſervaretur regio. Non eſt autem illa Mitzpa quæ ad tribum Jehudæ pertinet, infrà 15.38. neque Benjaminis infrà 18.26. neque illa Mitzpe Moabitarum de qua 1. Schemu. 22.3. ſed ea quæ eſt Gilhhadi, juncta, de qua Gen. 31.49. & Jud. 10. 13 *Manſerunt cum aggere*] id eſt, quæ obſidionem quidẽ expectarunt, ſed antequam aggeres vi dejicerentur ſe dediderunt: Ex lege Deut. 20.10. 17 *Glabro*] id eſt, qui totus eſt glabretum ſine arboribus, 18 *Diebus multis*] ſex annis & paulo plus. quod colligitur ex ætate Calebi, cùm peteret poſſeſſionem a Jehoſchuhha infrà 14.6. & ſequentibus. 21 *Montanis Jehudæ*] hinc colligitur librum hũc compoſitum fuiſſe poſt diviſionem populi in duo regna, & Schaulis mortem. quod confirmatur frequenti illa formulâ qua facta a Jehoſchuhha dicuntur duraſſe in diem hunc. ſuprà 4.9. & ſæpius. 21 *Hhanakæos*] vide annotata Num. 13. 22. 23 *Secundum partitiones*] de quibus infrà 15. & ſequentibus.

CAPUT XII.

Epilogus expeditionum Jiſraëlitarum ſub Moſche & Jehoſchuhha: cum catalogo regionum quas occuparunt, & regum quos occiderunt.

1 HI autem ſunt reges iſtius terræ, quos percuſſerunt filii Jiſraëlis & hæreditariò poſſederunt terram eorum, trans Jardenẽ ad ortum ſolis: a flumine Arnonis uſque ad montem Chermonis, & omnia campeſtria ad orientem.

Num. 21. *a Heb.* & medio ipſius fluminis.

2 Sichon rex Emoræorum qui habitabat Cheſcone: qui dominabatur a Hharohhere, quod eſt ad ripam fluminis Arnonis, "& [a] interamni ipſius fluminis, ac dimidio Gilhadis uſque ad Jabbokum torrentem, terminum Hhammonitarum.

b Hebr. Cinnerotharum. vide Num. 34. 11.

3 Et a campeſtribus uſque ad mare [b] Cinnereth ab oriente, & uſque ad mare campeſtrium, mare ſalſum ad orientem, *ubi eſt* via "Beth-Jeſchimothas: & ab Auſtro ſub ipſis "decurſibus collis.

4 Et conterminus Hhog rex Baſchanis e reliquiis Raphaæorũ: qui habitaverat Hhaſchtarothis & Edrehhi.

5 Dominabaturq; in monte Chermonis & Salchę & in toto Baſchane, uſque ad terminum Geſchuræorum, & Mahhachathæorum, & in dimidio Gilhhadis, contermino Sichoni regi Cheſchbonis.

6 Moſche ſervus Jehovæ & filii Jiſraëlis percuſſerunt eos: deditque illam Moſche ſervus Jehovæ hæreditariam poſſeſſionem Rëubeniticæ & Gaditicæ, ac dimidiatæ tribui Menaſchiticæ.

7 Hi

7 Hi verò ſunt reges iſtius terræ, quos percuſſit Jehoſchuahh cum filiis Jiſraëlis cis Jardenem ad occidentem, a Bahhal-Gade in convalle Libani uſque ad montem glabrum, qua aſcenditur Sehhirem: deditq; eam Jehoſchuaah tribubus Jiſraëlis hæreditariam poſſeſſionem ſecundum partitiones eorum.

8 In montanis ac in planitie & in campeſtribus, & in decurſibus, & in deſerto, ac in auſtrali plaga: *terram* Chittæi, Emoræi, & Cenahhanæi, Perizzæi, Chivvæi, & Jebuſæi.

9 Rex Jerichuntis unus: rex Hhaji, quæ a latere erat Bethelis unus.
10 Rex Jeruſchalaimorum unus: rex Chebronis unus.
11 Rex Jarmuthi unus: rex Laciſchi unus.
12 Rex Hheglonis unus: rex Gezeris unus.
13 Rex Debiri unus: rex Gederis unus.
14 Rex Chormæ unus: rex Hharadi unus.
15 Rex Libnę unus: rex Hhadullami unus.
16 Rex Makkedæ unus: rex Beth-Elis unus.
17 Rex Tappuachi unus: rex Cheperis unus.
18 Rex Apheki unus: rex″ Scharonæ unus.
19 Rex Madonis unus: rex Chatzoris unus.
20 Rex Schimronis Meronis unus: rex Achſchaphi unus.
21 Rex Thahhanachi unus: rex Megidduntis unus.
22 Rex Kedeſchi unus: rex Joknehhami cum Carmelo unus.
23 Rex Dori cum tractu Dori unus: rex gentium ad Gilgalem unus.
24 Rex Thirtzæ unus: omnes reges triginta unus.

ANNOTATIO.

2 *Interamni*] Deut. 2. 35. item 3. 16. 3 *Beth-Jeſchimothas*] quæ eſt in termino Moabitarum. vide Ezech. 25. 9. *Decurſibus collis*] de quibus Deut. 3. 17. 18 *In Scharone*] vide 1. Chron. 27. 29.

CAPUT XIII.

Jehoſchuhhæ jam ſeni Deus præcipit, ut totam promiſſam terram tam occupatam quàm occupandam cis Jardenem novem tribubus cum dimidio diſtribuat, quæ diſtributio antequā explicetur, repetit diſtributionem factam a Moſche trans Jardenem duabus tribubus cum dimidiata.

1 IEHOSCHUAHH autem″ ſenex erat & [a] vergens ætate: quare dixit Jehova ad eum, tu ſenuiſti, vergens ætate es: & terra relinquitur multa admodum hæreditariò poſſidenda.

2 Hæc terra eſt quæ relinquitur, omnes limites Peliſchtæorum & tota Geſchuræa.

3 A″ Schichore, qui eſt ante Ægyptum uſque ad terminum [b] Hhekronis verſus Aquilonem, Cenahhanæis″ accenſetur: *regio* quinque ſatrapicæ, Gathææ, & [f] Hhekroniticę, quæ Hhavvæorum *fuit*.

4 Ab Auſtro tota terra Cenahhanæi & [g] Magora quod eſt Tzidonio-

a Hebr. vergens dieb. ſic infrà bis.
b vel Accaronis, ut hiſtorici nominant.
c vel Gazæa a Gaza.
d vel Azotæa ab Azoto.
e Aſcalonæa ab Aſcalone.
f Akaronæa ab Accarone.
g Heb. Mehhara: ſed uſitatū eſt literā hebraicā Hhajin in g mutari. eſt autē fluvius in ora Libano ſubjecta inter Tzidonē & Berytum, vide Plin. lib. 5. cap. 20.

rum usque Aphekum: usque ad terminum Emoræi.

5 Terra etiam [h] Giblæa & totus Libanus ad ortum solis, a Bahhal-Gade sub monte Chermonis: usq; ad ingressum Chamathæ.

6 Omnes habitatores illius montis a Libano usque ad [i] salinas omnes, Tzidonio sego expellam a conspectu filiorum Jisraëlis: tantum fac ut *sortitione* accidat Jisraëli in possessionem, quemadmodum præcepi tibi.

7 "Nunc itaque divide terram istam in possessionem novem his tribubus & dimidiatæ tribui Menaschiticæ.

8 "[k] Cum *altera dimidiata* ejus Rëubenitica & Gaditica acceperunt possessionem suam quam dederat eis Mosche trans Jardenem ad orientem, "quemadmodum dedit eis Mosche servus Jehovæ.

9 (A Hharohhere quod est ad ripã fluminis Arnonis, & civitate, quæ *est* interamnis, tum totam planitiem Medebæ Dibonem usque.

10 Id est, omnes civitates Sichonis regis Emorẹi, qui regnabat Cheschbone: usque ad terminum Hhammonitarum.

11 Tum Gilhhadem & terminum Geschuræum & Mahhacathæum, totumque montem Chermonem ac totum Baschanem Salcam usque.

12 Totum regnum Hhogi in Baschane, qui regnabat Hhaschtarothis & Edrehhi: hic residuus erat e reliquiis" Raphaæorum,) cùm percussisset eos Mosche & expulisset eos.

13 Quamvis non expulerint filii Jisraëlis Geschuræũ & Mahhacathæum, sed inhabitaverit Geschuræus & Mahhacathæus in medio Jisraëlitarum, usque in diem hunc.

14 Tantùm tribui Leviticæ non dedit possessionem: "igni consumenda Jehovæ Dei Jisraëlis sunt possessio ejus, quemadmodum dixit ei.

15 Dederat autem Mosche tribui filiorum Rëubenis per familias eorũ *in possessionem.*

16 Fuitque eis terminus a Hharohhere, quod est ad ripam fluminis Arnonis, tum civitas quę est interamnis, tum tota planities usq; Medebam.

17 "Cheschbonem cum omnibus civitatibus ejus, quæ sunt in illa planitie: Beth-Bahhal [l] Dibonem & Bamoth-Bahhalem, & Mehhonem.

18 Item Jahhetzam & Kedemothas & Mephahhatham.

19 Item Kiriathajima & Sibmam & Zereth-Schahharam in mõtanis illius convallis.

20 Item Beth-Pehhorẽ, & "Aschdothas-Pisgę & Beth-Jeschimothas.

21 Denique omnes civitates illius planitiei & totum regnum Sichonis regis Emoræorum, qui regnarat Cheschbone: cùm percussisset Mosche eum & principes Midjanitarum Evin & Rekemum & Tzurem & Churem & Rebahhum, "Toparchas Sichonis, inhabitantes eam terram.

22 Bilhhamum quoque filium Behhoris divinum occiderant filii Jisraëlis gladio ad cæsas copias eorum.

23 Fuitque terminus filiorum Rëubenis Jarden cum termino *ejus*: hæc *est* possessio filiorũ Rëubenis per familias eorũ, civitates cum villis earũ.

ITEM

h a Gabale, promontorio supra Tzidonem, sic dicta. Plin. ibid.

i Heb. combustiones aquarũ: vide annotata suprà 11. 8.

k Hebr. cum eo: synecdoche.

l Bahhal-mehhon & Behhõ Nũ. 32. 3. & 38. & Beth-mehhon. Jirmejæ 48. 23.

24 ITEM dederat Moſche tribui Gadis, ℘ filiis Gadis ꝑ familias eorũ,
25 Fuitque illis terminus Jahhazer cum omnibus ciuitatibus Gilhhadis, et dimidiata terra Hhammonitarum: vſque Hharohherem, quæ eſt ante conſpectum Rabbæ.
26 Item a Cheſchbone vſque [m] Ramatham Mitzpę, & Betonimos: & a Machanajimis vſq; ad terminum [n] Debiræ.
27 In cõvalle autẽ [o] Beth-Haramũ & [p] Beth-Nimram & Succothas & Tzaphonẽ reſiduũ, regni Sichonis regis Cheſchbonis, Jardenẽ cum termino *ejus*: vſq; ad extremitatẽ maris Cimrethe, trans Jardenẽ ad oriẽtem.
28 Hæc eſt poſſeſſio filiorum Gadis per familias eorum: ciuitates cum villis earum.
29 DENIQUE dederat Moſche dimidiatæ tribui Menaſchis: fuitque dimidiatæ tribus filiorum Menaſchis per familias eorum.
30 Fuit, inquam, terminus eorũ a Machanajimis totus Baſchan, totũ regnum Hhogi regis Bahchanis, & omnes villæ Jairis, quæ erant in Baſchane ſexaginta ciuitates.
31 Item dimidium Gilhhadis cum [q] Hhaſchtarothis & Edrehhi ciuitatibus regni Hhogi in Baſchane: hæc dederat filiis Maciris filii Menaſchis pro dimidiata parte filiorum Maciris per familias eorum.
32 Iſta ſunt, quæ poſſidenda tradiderat Moſche in campeſtribus Moabitarum trans Jardenem Jerichuntis orientem verſus.
33 Tribui autem Leviticæ non dederat Moſche poſſeſſionem: Jehova Deus Jiſraëlis eſt poſſeſſio eorum, quemadmodum dixit eis.

m Ramothas Gilhhadis, infrà 20.8.
n Kirjath-Sepheri, infrà 15.15.
o Beth-haranem, Num. 32.36.
p Nimram, Num. 32.3.
q Behheſchtera infrà 21.27.

ANNOTATIO.

1 *Senex*] de ætate ejus vide cap. ſequenti ℣. 10, 3 *Ahchichore*] amnis eſt, qui Petrã Arabiæ præterfluens in Sirbonim paludem influit, & Ægyptum a terra promiſſa diſterminat. *Accenſetur*] non enim erant Philiſtæi juſti poſſeſſores ejus, ſed vi Hhavvæos expulerant Deut. 2.22. ideò finem verſiculi vertimus, quæ Hhavvæorum fuit. 7 *Nunc itaque*] cùm ſenio confectus ſis ſup. ℣. 1. 8 *Cum altera*] præcedentia mandatum continent, ſequentia referunt diſtributionem prius factam a Moſche Num. 32. & 34. ut appareat cur novem tribubus tantum cum dimidiata jubetur poſſeſſionẽ diſtribuere. *Quemadmodũ*] id eſt, præſtita conditione quam præſcripſerat Moſche. 12 *Raphæorum*] vide Gen. 14.5. 14 *Igni conſumenda*] ſynecdoche eſt, ſimul & metonymia: nam ſpecies pro omni oblationum genere, & igni conſumenda pro parte eorum aſſervata ponuntur Num. 18. 17 *Cheſchbonẽ*] eam habuerunt communem Rẽubenitæ cum Gaditis: unde factum eſt ut jnfrà 21.39. a Gaditis dicatur Levitis data. *Dibonem*] non eſt ea quæ Num. 33.45. Dibon-Gadis vocatur ad differentiam hujus Dibonis, quamvis etiã illa interdum Dibon ſimpliciter dicatur, ut Numerorum 32.34. 20 *Aſchdodas-Piſgæ*] vide Deut. 3.17. *Beth-Jeſchimothas*] de qua Num. 33.49. & Ezech. 25.9. 21 *Toparchas*] vide annotata Num. 31.8. 25 *Et dimidiata terra Hhammonitarum*] quam ademerat eis Sichon Num. 21.26. nam attingere quicquam eorum quæ adhuc poſſidebant Hhammonitæ expreſsè prohibuerat Deus Deut. 2.16. & ſequentibus. unde Jiphthahh Judic. 11.15. negat Jiſraelitas quicquam occupaſſe, quod ad Hhummonitas pertineret. 31 *Pro dimidiata*] ſex enim ejus filii hæreditatẽ acceperunt ultra Jardenem cum novem tribubus infrà 17.2.

CAPUT XIV.

Generalis propoſitio partitionis terræ quinque prioribus verſibus continetur: inde verò uſq; ad finem capitis narratur ſingulari privilegio, antequam divideretur terra, Calebo poſſeſſionẽ attributam eſſe, ut promiſerat Deus Num. 14.

1 ISTA verò ſunt quæ poſſidẽda acceperunt filii Jiſraëlis in terra Cenahhani: quæ poſſidenda tradiderunt Elhhazar ſacerdos & Jehoſchuahh filius Nunis ac primores paternarum familiarum per ſingulas tribus filiis Jiſraëlis.

2 Sortitione poſſeſſionis ſuæ: (quemadmodũ præceperat Jehova per Moſchen) novem tribubus & dimidiatæ tribui.

3 Cùm dediſſet Moſche poſſeſſionẽ duabus illis tribubus, & dimidiatę tribui trans Jardenem: Levitis autem nõ dediſſet poſſeſſionem inter eos.

4 "Erãt enim filiorũ Joſephi duæ tribus, Menaſche & Ephrajim, "quare non dederũt partem Levitis in ipſa terra, ſed civitates ad habitandũ, & ſuburbana prædia earũ, pro pecoribus eorum, & pro facultatibus eorũ.

5 Quemadmodum præceperat Jehova Moſchi ſic fecerunt filii Jiſraëlis: & partiti ſunt terram.

6 Acceſſerant enim "filii Jehudæ ad Jehoſchuhham Gilgalem, & dixerat ad eum Caleb filius Jephunnæ Kenizzæus: tu noviſti verbum quod edixit Jehova Moſchi viro illi Dei, mei causâ, & tui causâ Kadeſchi Barnehhæ.

7 Quadraginta annos natum fuiſſe me cùm mitteret Moſche ſervus Jehovæ Kadeſcho-Barnehhæ ad explorandum hanc terram: & retuliſſe ei reſponſum, quemadmodum erat in [a] animo meo.

8 Fratres quidem meos, qui aſcenderãt mecum, liquefeciſſe [b] animum populi: me verò [c] plenè ſecutum eſſe Jehovam Deum meum.

9 Ideoque juraſſe Moſchen die illo dicendo: *mentiar* niſi terra illa per quam inceſſit pes tuus tibi cedat in poſſeſſionem filiisque tuis uſque in ſeculum: eó quòd plenè ſecutus es Jehovam Deum meum.

10 Nunc autem, ecce, vivum conſervavit Jehova me quemadmodum dixerat: jam "quadrageſimus quintus annus eſt, ex quo edixit Jehova edictum hoc Moſchi, "cùm rediret Jiſraël in deſertum: nunc ergo, ecce ego hodie natus ſum octoginta quinque annos.

11 Adhuc hodie robuſtus ſum, ut quo die miſit me Moſche, ut vires meæ tunc *fuerunt*, ſic etiam vires meæ nunc *ſunt* ad bellum, & ad "procedendum atque veniendum.

12 Quapropter nunc da mihi montem iſtum, id quod edixerat Jehova die illo: quãvis tu audieris illo die Hhanakæos eſſe ibi, & civitates eſſe maximas & munitiſſimas, "fortaſſis Jehova erit mecum ut expellam eos quemadmodum prædixit Jehova.

13 "Benedixit ergo ei Jehoſchuahh: deditque Chebronem Calebo filio Jephunnæ in poſſeſſionem.

14 Idcirco ceſſit Chebron Calebo filio Jephunnæ Kenizzę "in poſſeſſionem, uſq; in diem hunc: propterea quòd plenè ſecutus eſſet Jehovam Deum Jiſraëlis.

15 (Nomẽ autem Chebronis anteà fuerat [d] urbs "Arbahhi, is eſt homo ille maximus inter Hhanakæos) "tum terra quieta fuit a bello.

[a] *Hebr.* cum corde meo.
[b] *Hebr.* cor.
[c] *Hebr.* impleviſſe poſt Jehovã *ire*, ut infrà aliquoties.
[d] *Hebr.* Kirjath-Arbahhi.

ANNOTATIO.

1 *Iſta*] quæ hoc & ſequentibus quinque capitibus comprehenduntur. 4 *Erant enim*] hoc verſu docet quo modo exceptis Levitis & illis qui poſſeſſionem acceperant ultra Jardenẽ, novem cum dimidia ſuperfuerint. *Quare non dederunt*] tum quia mandaverat Deus ut exciperentur Levitæ a poſſeſſione terræ, tum etiam quia Moſchis ea emplũ exceptionẽ cõfirmabat 6 *Filii Jehudæ*] ut cõtribuli ſuo Calebo, advocati patrocinarẽtur. hæc autẽ gesta fuiſſe

fuisse ante expugnatam Chebronem, ostendit comparatio hujus loci cum ℣.36.&37.capitis 10. 10 *Quadragesimus quintus*] id est, 7. ab ingressu in terram: unde colligitur septem annos Jehoschuhham impendisse in debellã dis Cenahhanæis. *Cùm rediret*] Dei sententiâ jussus retrocedere. Num. 14. 25. 11 *Procedendum*] vide Num. 27. 17. 12 *Fortassis*] offert se propriis viribus montis incolas aggressurũ cõfisus promissione divina. vide Exod. 32. 30. Dubitandi verò particulam adjicit, cùm ad notandam humanitus reî difficultatem, tùm ad comparãdos & confirmandos in eadem spe animos audientium, ut 1. Schem. 14. 7. 13 *Benedixit*] id est, approbavit petitionẽ ejus & concessit ei Chebronem, quamvis non promiserit ut propriis viribus aggrederetur Caleb, sed ipse cum toto Jisraële eam oppugnavit, & captam dedit Calebo. vide suprà 10. 37. 14 *In possessionem*] vide infrà 21. 11. & sequẽtibus. 15 *Arbahhi*] viri nomen est, a quo civitas denominabatur. *Tum terra*] idem repetit quod in fine decimi, ut eò clarius temporum ὑςέρωσις cognoscatur.

Caput XV.

Termini possessionis Jehudæ cum omnibus civitatibus & villis in ea cõprehensis recẽsentur.

1 Fuit autem sors pro tribu filiorum Jehudæ per familias
eorum: ad terminum Edomæorum, desertũ Tzinis me-
2 ridiem versus *erat* extremitas australis.
Fuitq; eis terminus meridianus, extremitas maris sal-
3 si: ab [a] eo sinu qui spectat meridiem versus.
Unde procedens adversus meridiẽ ad ascẽsum Hhak
rabimorũ pertransit Tzinem, ascenditq; a meridie Kadeschum-Barneh-
hæ: ac transiens Chetzrone, ascendit Adarem, & divertit Karkahhum.
4 Inde transiens Hhatzmonem, procedit ad [″] flumen Ægypti, cujus
termini exitus sunt in mare: hic est vobis terminus meridianus.
5 Terminus autem orientem versus, est [″] mare ipsum salsum, usq; ad ex-
tremitatem Jardenis: terminus verò ad latus Aquilonare, a sinu istius ma
ris, [″] pars Jardenis.
6 Unde ascendens hic terminus Beth-Choglam, transit ab Aquilone
Beth-Hharabæ; deinde ascendit idem terminus ad lapidem Bohanis
[b″] Rẽubenitæ.
7 Unde ascendit idem terminus Debirum a convalle Hhacoris, & A-
quilonem versus spectat [c] Gilgalem, qui est e regione ascensus Adummi-
morũ, qui est ipsi valli a meridie: tũ transit terminus ipse ad aquas Hhen-
Schemeschi, suntque progressus ejus ad fontem Rogelis.
8 Inde ascendit idem terminus per vallem filiorum Hinnomi ad latus
urbis Jebusæorum a meridie, ipsa est Jeruschalaima: unde ascendit idem
terminus ad verticem montis qui *est* in conspectu [d] vallis Hinnomi ver-
sus occidentem: quique est in extremitate convallis Raphaæorum ver-
sus Aquilonem.
9 Póst definit terminum istum mons a [e] vertice suo ad fontem aquarũ
Nephtoachi, & procedit ad civitates montis Hhephronis: definit etiam
terminum istum Bahhala, ista est Kiriath-Jehharim.
10 Deinde divertens terminus ipse a Bahhala occidentẽ versus, ad mõ-
tem Sehhiris, transit ad latus mõtis Jehharimorum ab Aquilone, *hoc jam*
est Cesalon: tum descendens Beth-Schemeschum transit Timnam.
11 Posteà procedit iste terminus ad latus Hhekronis Aquilonem ver-
sus, & definit ipsum terminum ad Schicceronem, & transiens montem
Bahhalæ, procedit Jabneelem, & sunt exitus istius termini in mare.

a Hebr. ab ea lingua.

b Hebr. filii Rẽubenis.

c infrà 18. 17. Gelilothas.

d Hebr. Gehinnõ unde voce corrupta irrepsit Gehẽnæ nomẽ propter immanes cruciatus eorum qui immolabantur Moeco 2. Reg. 23. 11. & Jer. 19.

e Heb. a vertice mõtis.

12 Denique terminus occidentalis eſt, quod eſt ad mare magnum & terminum *ipſius*: hic eſt terminus filiorum Jehudæ circumquaque per familias eorum.

13 Calebo autẽ filio Jephunnæ, dederat partem inter filios Jehudæ [d] ex præſtituto Jehovæ ad Jehoſchuhham: urbẽ Arbahhi, *qui fuit* pater Hhanakitarum: ea eſt Chebron.

14 Expuleratq; inde Caleb tres Hhanakitas: Scheſchaium & Achimanem & Talmaium, [e] Hhanakitas.

15 Poſtea" aſcendens inde ad habitatores Debiri: (nomen autem Debiri anteà fuerat urbs Sepheri,)

16 Dixerat Caleb, qui percuſſerit urbem Sepheri & ceperit eam: viciſſim dabo ei Hhachſam filiam meam in vxorem.

17 Cumq; cepiſſet eam Hhothniel" filius Kenazi agnatus Calebi: dedit ei Hhachſam filiam ſuam in vxorem.

18 Fuitq; cùm conventura eſſet," vt perſuaderet illi de petendo a patre ſuo agro: quare ea deſiliit de aſino: cui dixit Caleb, quid tibi eſt?

19 Tum dixit illa, da mihi munus: quandoquidem terram [f] ſiccam dediſti mihi, des mihi quoq; ſcaturigines aquarum: dedit itaq; ei ſcaturigines ſuperiores & ſcaturigines inferiores.

20 Hæc eſt poſſeſſio tribus filiorum Jehudæ per familias eorum.

21 Suntque civitates iſtæ: extremitatis *pertinentis* ad tribum filiorum Jehudæ conterminæ Edomæis ad meridiem: [g] Kabtzeel, & Hheder, & Jagur.

22 Et Kina, & [h] Dimona, & Hhadhhada,

23 Et Kedeſch, & Chatzor, & Jithnan,

24 Ziph, & Telem, & Behhalothæ,

25 Et Chatzor, Chaddatha, & Kerijothæ, (Chetzrõ ea *eſt*" Chatzor,)

26 Aman, & [i] Schemahh, & Molada,

27 Et [k] Chatzar-Gadda, & Cheſchman, & Beth-Pelet,

28 Et Chazzar-Schuhhal, & Beer-Schebahh, & Bizjothia.

29 [l] Bahhala, & Hhijima, & Hhetzem.

30 Et [m] Eltolad, & [n] Ceſil, & Chorma.

31 Et Tziklag & [o] Madmanna, & Sanſanna,

32 Et [p] Lebaothæ, & [q] Schilchima, & Hhajin, & Rimmon: omnes civitates" viginti novem, & villæ earum.

33 In humili loco, Eſchtaol, & Tzorhha, & Aſchna,

34 Et Zanoach, & Hhen-Gannimah, Tapuach, & Hhenam,

35 Jarmuth, & Hhadullam, Soco, & Hhazeka,

36 Et Schahharajima, & Hhadithajima, & Gedera ſive Gederothajima: civitates quatuordecim & villæ earum.

37 Tzenan, & Chadaſcha, & Migdal-Gadis.

38 Et Dilhhan, & Mitzpæ, & Jokteel,

39 Laciſch, & Botskath, & Hheglon,

40 Et

d Heb. ſecũdum os.

e Hebr. natos Hhanako, ut paulò ante in verſu, filios Hhanaki.

f Hebr. ficcitatis.

g Jekabtzeel, Nechẽję 11.25.

h Dibon Ibid.

i Schebahh Jöſ. 19.2. & Jehoſchuahh Nechẽ. 11.26.

k fortè Chatſar-Suſa, de qua infrà 19.5 & Chatſar-Suſim 1. Chro. 4.31.

l Bala infrà 19.3. & Bilha 1. Chro. 4.29.

m Tholad 1 Chro. 4.29

n Betul Jud. 19.4. & Betuel 1. Chro 4.30.

o Mecona Nechem. 11.28.

p Beth-Lebaothæ infrà 19.6.

q Scharuchem infrà 19.6. & Schehharajima 1. Chr. 4.31.

40 Et Chabbon,& Lachmas,& Cithliſch.
41 Et Gederothæ,Beth-Dagon, & Nahhama, & Makkeda, civitates ſexdecim & villæ earum,
42 Libna, & [r] Hhether,& Hhaſchan.
43 Et Jiphtach,& Aſchna,& Netzib.
44 Et Kehhila, & [s] Aczib, & Mareſcha: civitates novem & villæ earũ.
45 Hhekron cum pagis ejus & villis ejus.
46 Ab Hhekrone uſque ad mare,omnes *civitates* quę ſunt juxta Aſchdodum & villæ earum.
47 Aſchdod,pagi eius,& villæ ejus: Hhazza pagi ejus & villæ ejus uſque ad flumen Ægypti: & mare magnum,ac terminus *ejus*.
48 In montanis autem: Schamir,& Jattir,& Socho.
49 Et Danna,& urbs Sannæ,ea *eſt* Debir.
50 Et Hhanab,& [t] Eſchtemo,& Hhanimæ.
51 Et Goſchen, & [u] Cholon,& Gilo: civitates undecim & villæ earũ.
52 Arab,& Duma,& Eſchehham,
53 Et Janum,& Beth-Tapuach,& Apheka,
54 Et Chumta,& urbs Arbahhi,ea *eſt* Chebron,& Tzihhor:civitates novem & villæ earum.
55 Mahhon,Carmel,& Ziph,& [a] Juta,
56 Et Jizrehhel, & Jokdehham, & Zanoach,
57 Kajim, Gibba, & Timna: civitates decem & villæ earum.
58 Chalchul,Beth-Tzur, & Gedor,
59 Et Mahharath, & Beth-Hhanotæ, & Eltekon: civitates ſex & villæ earum.
60 [b] Kiriath-Bahhal,ea *eſt* Kiriath-Jehharima,& Rabba:civitates duę & villæ earum.
61 In deſerto,Beth-Hharabæ,Middin,& Secaca.
62 Et Nibſchã,& civitas ſalis,& Hhẽ-Gedi: civitates ſex & villæ earũ.
63 Jebuſæos autem inhabitantes Jeruſchalaima non potuerunt filii Jehudę expellere:ſed habitabat Jebuſæus cum filiis Jehudæ Jeruſchalaimis uſque in diem hunc.

r Hhetã 1. Chro.4.32.
s quæ & Cerib Gen.34.5.& Cozeba.1. Chro.4.22.
t Eſchtemoahh infrà 21.14.
u Chilen 1. Chro.6.43.
a Jutta infrà 21.16.
b quæ & Bahhala 1. Chro. 13.6. & Bahhales-Jehudæ 2.Schem. 6.2.

ANNOTATIO.

4 *Flumen Ægypti*] Sichorem intelligit,de quo ſuprà 13.3.& infrà ℣.47. 5 *Mare ipſum*]totum,ab auſtrali ſinu uſque ad orientalem, quo Jarden in ipſum mare influit. *Pars Jardenis* jid eſt, ab extremitate Jardenis partẽ ejus uſque ad locum Genezareth Juda maximam poſſedit, etiamſi quarundam tribuum fines in ipſum Jardenem inciderent,hac ratione fiebat ut fines Naphthali ad Jardenẽ,eſſent Judæ contermini,ut habetur infrà 19.34. 6 *Reubenitæ*]nihil habuit ea tribus cis Jardenem : ſed locus videtur ab hoc Bohane Rẽubenita denominatus propter rẽ aliquam geſtã ibi,quæ ipſum attingat.ſicut infrà ℣.37.Migdal-Gadis dicitur. 15 *Aſcendens inde*] videtur Calebo attribui expeditio in eam civitatem,quæ tamen ſuprà 10.36.Jehoſchuhhæ & toti Jiſraëli attribuitur: quod ſit,quia pro ipſo Caleb ſuſcipitur: ideò ipſe prœmiũ proponit primo occupanti. 17 *Filius Kenazi*]id eſt, deſcendens a Kenazo, ſive nepos, ſive abnepos, 1. Chron.4. 18 *Ut perſuaderet*]id eſt,veniam obtinuit a ſponſo, a patre ſuo petendi. 25 *Ea eſt Chatzor*]cujus meminit in principio verſus. 32 *Hhajim & Rimmon*]ſic ſeparatim leguntur infrà 19.7.& 1.Chron.4.32.unde apparet duas civitates fuiſſe.quia autem Nechemiæ 11.29.conjunctæ ſunt Hhen-Rimmon,videntur ita vicinæ fuiſſe,ut unam quaſi civitatem conſtituerent: *Viginti novem*] plures quidem recenſuit, ſed quia illarum partem Schimhonitis ceſſiſſe apparet infrà 19.9. ideò hic tantum 19. numerat quæ remanſerunt penes tribum Jehudæ.& quarum etiam aliquot Schimhhonis & Jehudæ communes fuerunt. 37 *Migdal-Gadis*]vide annotata ſuprà 6.℣. 38 *Jokteel* jid eſt,Petram Arabiæ vide 2.Reg.14.7. 63 *Sed habitabat Jebuſæus*]detinebant enim arcem,& alteram civitatis partem ad Jehudã pertinentem, a Davide primum ſunt devicti 2.Schem.5.vide Judic.1.8.

CAPUT XVI.

Termini filiorum Joſephi in genere: deinde Ephrajimi ſpeciatim recenſentur.

1 DEINDE prodiit ſors pro filiis Joſephi, a Jardene Jerichũ
tis, inde ab aquis Jerichuntis ad orientem: deſertũ illud,
quod aſcendit Jerichunte per montana Beth-Elem.
2 Inde progreditur Beth-Ele″ Luzum: & tranſit ad ter
mium″ Arcæi″ Hhatarothas.
3 Poſteà deſcendit occidentẽ verſus per terminũ Japh
letæi uſque ad terminum Beth-Choronis inferioris & Gezerum uſque:
ſuntque exitus ejus in mare.
4 Itaque poſſeſſionẽ acceperunt filii Joſephi, Menaſche & Ephrajim.
5 Fuit autem terminus filiorum Ephrajimi per familias eorum, fuit,
inquam, terminus poſſeſſionis eorum orientem verſus Hhatarothæ-A-
daris uſque Beth-Choronem ſuperiorem.
6 Et procedit terminus occidentem verſus Michmetatam ab Aqui-
lone, tum divertit terminus oriẽtem verſus Taanatam-Schilontis, quam
pertranſit ab oriente ad Janoachum.
7 Tum deſcendit a Janoacho Hhatarothas & [a] Nahharam: & incur-
rens in Jerichuntem exit ad Jardenem.
8 A Tappuacho procedit terminus verſus occidentem ad flumen Ka-
næ: ſuntque exitus ejus in ipſum mare: hæc *eſt* poſſeſſio tribus filiorum
Ephrajimi per familias eorum.
9 Præter civitates illas, quæ diſtinctæ erant pro filiis Ephrajimi in me-
dio poſſeſſionis Menaſchitarum: omnes *inquam* civitates illas cum vil-
lis earum.
10 Sed non expulerunt Cenahhanæũ qui habitabat Gezere: quapro-
pter habitavit Cenahhanæus inter Ephrajimitas uſque in diem iſtum:
fuit tamen tributo ſerviens.

[a] quæ & Nahharan. 1. Chro. 7, 28.

ANNOTATIO.

2 *Luzum*] Non eſt ea, quæ ex Jahhakobi viſione. Gen. 28. 19. vocata fuit Beth-El: ſed altera non admodum remota, a Beth-Elita quodam extructa: de qua Judic. 1. 26. *Arcæi Hhatharothas*] falluntur qui utroq; hoc nomine unum locum deſignari putant: quod evincit hhebræi textus diſtinctio. Eſt autem hic locus Erech, ex quo Cuſchai ille conſiliarius Davidis, qui infregit conſilium Achitophelis, denominatus eſt Arcæus. 2. Sam. 16. five Erecæus Latinâ formâ. *Hhatarothas*] Agrum ſitum in termino Ephrajimi Binjaminis & Jehudæ: Quam ob rem ratione termini variis nominibus diſtinctus eſt: infrà ℣. 5. & 7. & 1. Chron. 2. 54.

CAPUT XVII.

Reliquæ dimidiatæ tribui Menaſchis, hæreditas a Jehoſchuhha datur Ephrajimo conjunctis: & utriſque de anguſtia finium querentibus, ratio illos dilatandi oſtenditur.

1 FUIT verò ſors tribui Menaſchis, (″ quia ipſe primogenitus
erat Joſephi): Maciri quidem primogenito Menaſchis, prin
cipi Gilhhaditidos, eo quòd ipſe *erat* vir bellicoſus, ideò fuit
ejus Gilhhaditis & ″ Baſchan.

Num. 32.

2 Fuit

2 Fuit verò filiis Menaſchis ″ reliquis per familias ſuas, filiis [a] Abihhezeris, & filiis Cheleki, & filiis Aſrielis, & filiis Schecemi, & filiis [b] Chepheris, & filiis Schemiddahhi: (*nam* hi ſunt filii Menaſchis, filii Joſephi, mares per familias ſuas.

3 Tzelopachado autem filio Chepheris, filii Gilhhadis, filii Maciris, filii Menaſchis, non fuerant filii ſed filiæ: hæc autem ſunt nomina filiarũ ejus, Machlà, & Nohha, Chogla, Milca, & Thiertza.

4 Quæ acceſſerunt coram Elhhazare ſacerdote, & coram Jehoſchuhha filio Nunis, & coram principibus, dicendo, Jehova præcepit Moſchi dari nobis poſſeſſionem inter fratres noſtros: quapropter dedit eis *Jehoſchuahh* ad [c] præſtitutũ Jehovæ poſſeſſionem inter fratres patris earum.)

5 Acciderunt inquã [d] partes Menaſchis ″ decem: præter terrã Gilhhaditicam & Baſchanem quæ ſunt trans Jardenem.

6 Nam filiæ Menaſchis poſſederunt poſſeſſionem inter filios ejus: terra autem Gilhhaditica fuit filiorum Menaſchis reliquorum.

7 Fuit verò terminus Menaſchis verſus Aſcherem Micmetatha, quæ eſt in conſpectu Schecemi: proceditque terminus verſus dexteram ad habitatores Hhen-Tappuachi.

8 (Menaſchis *quidem eſt* regio Tappuachi: ſed Tappuach in termino Menaſchis, *eſt* filiorum Ephrajimi).

9 Unde deſcendit terminus ad flumen Kanæ ad meridiem ipſius fluminis, civitates iſtæ Ephrajimi ſunt inter civitates Menaſchis: terminus autem Menaſchis eſt ab Aquilone ipſius fluminis, ſuntque exitus ejus in mare.

10 Quæ ad Auſtrum, Ephrajimi *ſunt*, ad Aquilonem verò, Menaſchis, ″ eſtque mare ″ terminus ejus: & in Aſcherem incidunt ab Aquilone, in Jiſſaſcharem verò ab oriente.

11 Eſt enim Menaſchis in Jiſſaſchare & in Aſchere, [e] Beth-Schean cum pagis ejus, & [f] Jiblehham cum pagis ejus, & habitatores Dori cum pagis ejus, & habitatores Hhendori cum pagis ejus, & habitatores Tahhanaci cum pagis ejus, & habitatores Megidduntis cum pagis ejus: tres [g] illi tractus.

12 Sed ″ non potuerunt filii Menaſchis expellere a civitatibus iſtis: & voluit habitare Cenahhanæus in terra iſta.

13 (Fuit quidem cùm fortes evaſiſſent filii Jiſraëlis, ut redderent Cenahhanæum tributarium: ſed [g] omnino non expulerunt eum.)

14 Quapropter allocuti ſunt ″ filii Joſephi Jehoſchuhham dicendo: quare dediſti mihi in poſſeſſionẽ ſortem ″ unicam, & partẽ unicam, cùm ego ſim populus multus, adeò ut ″ hucuſq; benedixerit mihi Jehova.

15 Sed dixit ad eos Jehoſchuahh, quandoquidem populus multus es, aſcẽde in iſtam ſylvam, & ″ præcîde tibi illîc, & in terram Perizzæi & Raphaæorum: ſiquidem anguſtus eſt tibi ″ mons Ephrajimi.

16 Dixerunt autẽ filii Joſephi, nõ eſſet ſatis nobis iſte mõs, ptereà curr[9]

[a] Jhhezer, Nũ. 26.30.
[b] Chuppim 1. Chrõ. 7. 15.
Num. 27.
Num. 32.
[c] *Hebr.* os.
[e] *Heb.* funiculi: metonymia, quia funiculus hæreditas in patres dĩ videbatur ut infrà 14.
[e] Beth-Schã 1. Schẽ. 31. 12.
[f] Bilhham 1. Chron. 6. 70. & Gath Rimmõ infrà 21, 25.
[g] *Hebr.* expellẽdo nõ expulit eũ, *poſteritas* Joſephi.

″ferrati ſunt apud omnes Cenahhanæos, qui habitãt in terra convallis illius, apud eos qui ſunt Beth-Scheane, & in pagis ejus, & apud eos qui ſunt in convalle Jitzrehhelis.

17 Rurſus allocutus eſt Jehoſchuahh domum Joſephi Ephrajimum & Menaſchem dicendo: populus multus es, & robur magnum eſt tibi, ne ſit tibi ſors vnica.

18 Quin mons eſto tuus, ſi ſylva eſt, at præcidito eam, ut ſint tui exitus ejus: nam ″expelles Cenahhanæum, quamvis currus ferrati ſint ei, quãvis robuſtus ſit.

ANNOTATIO.

1 *Quia ipſe eſt primogenitus*] rationem addit cur duæ partes ſint Menaſchi attributæ, quia primogenitus eſſet: de lege Deut. 21.17. Nam quod legitur Gen. 48.18. & ſequentibus prælatum Ephrajimum Menaſchi, a Jahhakobo, hoc non ad tranſlationem primogenituræ referendum eſt, ſed ad propheticam benedictionem ſobolis. *Beſchan*] ex parte: ſynecdoche, vide ſup. 13. 2 *Reliquis*] qui non acceperant poſſeſſionem trans Jardenem. 5 *Decem*] id eſt, ſex in eos qui nominantur ℣. 2. quarum ſexta in quinque filias diviſa eſt. 10 *Terminum ejus*] unius uſque Ephrajimi & Menaſchis. 12 *Non potuerunt*] ſtatim in principio: nam ita Deus prædixerat fore. Exod. 23. 29. & 30. 13 *Fuit quidem*] vide Judic. 1. 28. 14 *Filii Joſephi*] Utraque tribus. ut apparet ex ℣. 15. 16. 17. *Vnam*] id eſt, cui poſſidendæ una tribus ſatis eſſet: nam bona pars hæreditatis illis aſſignatæ a Cenahhanæis detinebatur. *Hucuſque*] id eſt, ad tantum numerum me excreſcere voluerit. erant enim utriuſque tribus virorum amplius 87. millia. 15 *Præcide tibi*] id eſt, locum habitabilẽ effice tibi ſuccisa ſylvâ. *Mons Ephrajimi*] in quo ſylva iſta eſt. 16 *Ferrati*] id eſt, falcibus inſtructi: metonymia. 18 *Expelles*] ſecurè pronunciat fore ut expellas ex promiſſione Dei, ſuprà 13.6.

CAPUT XVIII.

Iſraëlitæ omnes convenientes, tabernaculum tranſferunt Gilgale Schiluntem, & juſſu Jehoſchuahhæ dant e ſingulis tribubus gæodætas, ut ex eorum deſcriptione reliqua terra ſeptem tribubus, quæ ſupererant, ſorte diſtribuatur: & ſors prima quæ Binjamini accidit, recenſetur.

1 CONGREGATI autem ſunt totus cœtus filiorum Iſraëlis Schiluntem, collocaveruntque ibi tentorium conventus: poſtquam terra domita fuit coram eis.

2 Cumque reliquę eſſent e filiis Iſraëlis ſeptem tribus, quarum poſſeſſionem non diviſerant,

3 Dixit Jehoſchuahh ad filios Iſraëlis: quouſque vos remiſſè agetis, [a] quo minus progrediamini ad hæreditariò poſſidendum terram, quam dedit vobis Jehova Deus majorum veſtrorum.

4 Date ex vobis ternos viros ex quaque tribu: ut mittam eos & ſurgãtes obambulent terram, ac deſcribant eam, ſecundum poſſeſſionem ″ſuam, deinde redeant ad me.

5 Sic partientur ſe in ea in ſeptẽ partes: Jehuda manebit in termino ſuo ab Auſtro, & domus Joſephi manebunt in termino ſuo ab Aquilone.

6 Vos autem cùm deſcripſeritis terram ſeptem partibus, adferetis ad me huc: ut jaciam pro [b] tribubus veſtris ſortem, hîc coram Jehova Deo noſtro.

7 Nam non eſt pars Levitis [c] inter vos, quia [d] miniſterium Jehovæ eſt poſſeſſio ejus: Gad verò & Rëuben ac dimidiata tribus Menaſchis acceperunt poſſeſſionem ſuam trans Jardenem ab oriẽte, quam dedit eis Moſche ſervus Jehovæ.

8 Sur-

a *Hebr.* ad progrediendum.

b *Hebr.* pro vobis, ut infrà ℣. 8. & 10. mittendos alloquitur ac ſi tribus allocutus eſſet, quæ mittebant eos: ſyllepſis.

c *Heb.* in medio veſtri.

d *Hebr.* ſacerdotiũ: ſynecdoche.

8 Surrexerunt itaque viri illi ut abirent: præcepitque Jehoschuahh abituris, ut describerent ipsam terram dicendo, ite & obambulate istã terram, ac describite eam, deinde revertimini ad me, ut hîc jaciam pro tribubus vestris sortem coram Jehova Schilunte.

9 Abeuntesque viri isti transiverunt per ipsam terram, & descripserũt eam oppidatim in septem partes in libro: deinde venerunt ad Jehoschuhham in castra Schiluntem.

10 Jecitque pro [e] tribubus illorum Jehoschuahh sortem Schilunte corã Jehova: sic partitus est ibi Jehoschuahh terram istam filiis Jisraëlis, secundum partitiones illorum. [e] *Heb.* pro filis.

11 ASCENDIT enim sors tribus filiorum Binjaminis per familias eorum: deinde prodiit terminus sortis illorum inter filios Jehudæ & inter filios Josephi.

12 Fuit autem illis terminus in angulo versus Aquilonem a Jardene: & ascendit terminus ipse ad latus Jerichuntis ab Aquilone, deinde ascendit per montem, occidentem versus, suntque exitus ejus in desertum Beth-Avenis.

13 Unde transit terminus Luzum, ad latus Luzi versus meridiem, illa est Beth-El: postea descendit terminus Hhatarothas-Adaris secundum montem, qui est ab Austro Beth, Choroni inferiori.

14 Unde definiens terminus ille, divertit in angulo occidentali meridiem versus, a monte qui est in conspectu Beth-Choronis ad meridiem, & sunt exitus ejus ad Kirjath-Bahhalem, (ea est Kirjat-Jehharima,) civitatem filiorum Jehudæ: hoc est latus occidentale.

15 Latus autem versus meridiem ab extremitate Kirjath-Jehharimorum: hoc exiens a termino occidentali progreditur ad fontem aquarum Nephtoachi.

16 Tum descendit idem terminus ad extremitatem montis qui est in conspectu vallis filii Hinnomi, quique est in convalle Raphaæorum in aquilonali parte *ejus*: descenditque per vallem Hinnomi ad latus Jebusæi meridiem versus, descendit inquam ad fontem Rogelis.

17 Et definiens versus Aquilonem procedit Hhen-Schemeschum, inde procedit [f] Gelilothas, quæ sunt e regione ascensus Adummimorum: ac descendit ad lapidem Bohanis Rëubenitæ. [f] *Hebr.* alio nomine Gilgal supra 15.7.

18 Inde transiens ad latus *quod est* e regione Hharabæ aquilonem versus, descendit Hharabam.

19 Postea transit terminus ad latus Beth-Choglæ versus Aquilonem: suntque exitus ipsius termini in sinum maris salsi Aquilonarem, in extremitatem Jardenis meridianam: hic est terminus meridianus.

20 Denique Jarden terminat ipsum in latere orientem versus: hæc *est* possessio filiorum Binjaminis per terminos ejus circumquaque, pro familiis eorum.

21 Sunt autem civitates pro tribu filiorum Binjaminis, per familias eorum: Jericho, & Beth-Chogla, & Hhemek-Ketzitz.
22 Item Beth-Hharaba, & Tzemarajima, & Beth-El,
23 Et Hhavvim, & Para, & Hhophra,
24 Item Cephar-Hhammonai, & Hhaphni, & Gebahh: civitates duodecim & villæ earum.
25 Gibhhon, & Rama, & Beerothę,
26 Et Mitzpa, & Cephira, & Motza,
27 Et Rekem, & Jirpeel, ac Tareala,
28 Et Tzelahh, Eleph, & Jebusæi *civitas*, (ea *est* Jeruschalaima,) Gibhhath, & Kirjath, civitates quatuordecim & villæ earum: hæc *est* possessio filiorum Binjaminis per familias eorum.

ANNOTATIO.

4 *Suam*]id est, suarum tribuum quæ ipsis eventura est. 11 *Ascendit & prodiit*]ex urnis, quarum altera nomina tribuum, altera regionum continebat. 12 *In angulo versus Aquilonem*]id est, in divertigio Jardenis, quò magis adhuc ad orientem divertit. *Beth-Avenis*]ea est Beth Aven, cujus meminit suprà 7.2. 13 *Illa est Beth-El*]vide Gen. 28.19. nam Luz altera, retinuit Luzi nomen. de qua Judic. 1.26.

CAPUT XIX.

Reliquæ sex tribus similiter sorte suam hæreditatem consequuntur, & omnes communi consensu Jehoschuhham civitate, quam petiit, munerantur.

1 DEINDE prodiit sors secunda Schimhhoni: pro tribu Schimhhonitarum per familias eorum: fuitque possessio eorum intra possessionem filiorum Jehudæ.
2 Fuit enim eis in possessione illorum, Beer-Schebahh & [a] Schebahh, & Molada,
3 Item Chatzar-Schuhhal, & [b] Bala, & Hhetzem,
4 Et Eltolad, & Bethul, & Chorma,
5 Et Tziklag, & Beth-Marcabothæ, & [c] Chatzar-Susa,
6 Et [d] Beth-Lebaothæ, & Scharuchen: civitates tredecim & villæ earum.
7 [e] Hhajim, Rimmon, & [f] Hhether, & Hhaschan: civitates quatuor & villæ earum.
8 Omnes, inquam, villæ quæ erant circa civitates istas usque ad [g] Bahhalath-Beerem, sive Ramatham meridianam: hæc est possessio tribus filiorum Schimhhonis per familias suas.
9 [h] Ex portione filiorum Jehudæ, est possessio filiorum Schimhhoni, quia fuit [i] major pars filiorum Jehudæ, quàm eis conveniret, ideo possessionem acceperunt filii Schimhhonis intra possessionem eorum.
10 POSTEA ascendit sors tertia pro filiis Zebulunis per familias eorum: estq; terminus possessionis eorum " Saridum usque.
11 Unde ascendit terminus eorum secundum mare, etiam Marhalam, & incurrit Dabbeschetam: postea incurrit etiam in torrentem, qui *est* in conspectu " Joknehhami.
12 " Convertitur autem Sarido antrorsum, versus ortum solis ad terminum

a suprà 15. Schemahh. & ea esse videtur quæ 1 Chro. 4.32. Tocen vocatur: nam omnia utrobique conveniũt, hac excepta, q̃ ibi alioquin omitteretur.
b vide 15. suprà, in margine de hoc & sequentibus nominibus civitatum.
c suprà 15. Chatzar-Gadda, conveniunt enim nomina significatione: nam Gadda turmam & Susa equitatũ significat.
d & Beth-Birei 1. Chro. 4.31.
e q̃ & Hhaschan 1. Chro. 6.59.
f Hhetham 1. Chrõ. 4.32.
g Bahhala 1. Chro. 4.33. sive Ramothas meridianas 1 Schẽ. 30.27.
h Heb. ex funiculo: metonymia, ut suprà 17.5,
i Hebr. magna præ illis.

num[k] Cisloth-Taboris: & procedit Dabratham ac ascendit Japhihham.
13 Indeque transit antrorsum orientem versus Githam-Chepheris, *alias* Hhitta-Katzinis: proceditque [l] Rimmonē-Methoarum *aliâs* Nehhā.
14 Unde divertit terminus ille aquilonem versus Channathonē: suntque exitus ejus in vallem Jiphthach-Elis.
15 Cum [m] Kattatha, & [n] Nahhalale & Schimrone, & Jideala, & Bethlechemo: civitates sunt duodecim & villæ earum.
16 Hæc *est* possessio filiorum Zebulunis per familias eorum: *nimirum* civitates istæ & villæ earum.
17 Issascari prodiit sors quarta pro filiis Jissascaris per familias eorum.
18 Estque [o] termini eorum: ad Jizrehhelē & Cesullothæ, & Schunem,
19 Et Chapharajima, & Schion, & Anacharatha.
20 [p] Prætereà Rabbith, & [o] Kischion, & Ebetz,
21 Et [p] Remeth, & [q] Hhen-Gannim, & [r] Hhē-Chadda, & Beth-Patzetz.
22 Unde incurrit terminus in [s] Taborem, & Schachatzima, & Beth-Schemeschum: suntque exitus termini eorum in Jardenem: civitates sexdecim & villæ earum.
23 Hæc est possessio tribus filiorum Jissascaris per familias eorum: hæ civitates & villæ earum.
24 Tum prodiit sors quinta pro tribu filiorum Ascheris per familias eorum.
25 [t] Estq; termini eorum [s] Chelkath & Choli, & Beten, & Acschaph.
26 Et Alammelech, & Hhamhhad, & [t] Mischeal: incurritq; in Carmelum in occidente, & in [u] Schichorem ad [x] Libnatham.
27 Inde convertitur versus orientem solis Beth-Dagonem, & incurrit in Zebulunem, & in vallem Jiphtach-Elis ad Aquilonem, Beth-Hhemeki & Nehhielis: proceditque ad [x] Cabulem [y] sinistrorsum.
28 Item [z] Hhebron, & Rechob, & Chammon, & Kana: usque ad Tzidonem magnam.
29 Unde convertitur terminus Ramam, usque ad civitatem munitam [a] Tzor: convertitur quoque terminus Chosam, suntq; exitus ejus in mare a tractu Aczibæ.
30 Prætereà Hhumma, & [b] Aphek, & Rechab: civitates viginti duæ & villæ earum.
31 Hæc est possessio tribus filiornm Ascheris per familias eorum: civitates istæ & villæ earum.
32 Filiis Naphtali prodiit sors sexta: pro filiis Naphtali per familias eorum.
33 Estque [x] termini eorum a Chelepo, & ab querceto in Tzahhanannimis, & ab Adamæi fossa, & Jabneele, usque Lakkumum: suntque exitus ejus in Jardenem.
34 Unde cōvertitur termin⁹ versus occidētē Aznothas-Taboris, & pce

[k] Tabor 1. Chronic. 6. 62. & Karta infrà 21. 34.
[l] Dimna infrà 21. 35. & Rimmono 1. Chron. 6. 62.
[m] Citrone Judic. 1. 29.
[n] Nahalolo Judic. 1. 29.
[o] Kedesch, 1. Chronic. 6. 57.
[p] Jarmuth, infrà 21. 29 & Ramoth 1. Chro. 6. 58.
[q] Hhanen ibid.
[r] Dabrath infrà 21. 28
[s] Chukkòth 1. Chro. 6. 60
[t] Maschal 1. Chro. 6. 59.
[u] Hhabdon infrà 21. 30 & 1. Chro. 6. 59.
[a] Tyrum.
[b] Aphik. Judic. 1. 30.

dit inde Chukkokũ versus: incurritq; in Zebulunẽ a meridie, in Aschelem verò incurrit ab occidente, & in ″Jehudã ad Jardenem ab ortu solis.

35 Urbes autẽ munitæ sunt: Tziddim-Tzer, & [c]Chamath, [d]Rakkath, & ″ Cinnereth,

36 Et Adama, & Rama, & Chatzor,

37 Et [e] Kedesch, & Edrehhi, & Ahen-Chatzor,

38 Et Jireon, & Migdal-El, Chorem, & Beth-Hhanath, ac Beth-Schemesch: ciuitates novendecim & villæ earum.

39 Ista *est* possessio tribus filiorum Naphtali *per* familias eorum: hæ civitates & villæ earum.

40 Pro tribu filiorũ Danis per familias eorum prodijt sors septima.

41 Estq; terminus possessionis eorum: Tzorhha & Eschtaol, & [f] Hhir-Schemesch,

42 Et [g] Schahhalabin, & Aialon, & Jitla,

43 Et Elon, & Timnatha, & Hhekron,

44 Et Elteke, & Gibbeton, & Bahhalath,

45 Et Jehud, & Bene-Berak, & Gath-Rimmon,

46 Et Me-Jarkon, & Rakkon: cum termino suo e regione [h] Japhunis.

47 Prodierat autem terminus filiorum Danis minor [i] quàm illis sufficeret: quapropter″ ascendentes filij Danis pugnauerũt contra Leschemum, & capientes eã percusserunt eam acie gladij, & hæreditariò possidentes eam, habitauerunt in ea, vocaueruntq; Leschemum, Danem, de nomine Danis patris sui.

48 Ista est possessio tribus filiorum Danis per familias eorum: hæ ipsæ civitates & villæ earum.

49 Cumq; absolvissent possessionẽ accipere ipsi [9] terræ p terminos ej⁹: dederũt filii Jisraëlis possessionẽ Jehoschuhhæ filio Nunis in medio sui:

50 Ex præstituto Jehovæ dederunt ei civitatem, quam petierat [k] Timnath-Serachum in monte Ephrajimi: extruxit deinde ipsam civitatem & habitavit in ea:

51 Istę sunt possessiones quas possidendas dederunt Elhhazar sacerdos, & Jehoschuahh filius Nunis, ac primores paternarum familiarum tribubus filiorum Jisraëlis per sortem, Schilunte, coram Jehova, ad portam tentorii conventus: sic absolverunt partiri terram.

[c] Chamath Dor infrà 21.32. & Chammon 1. Chronic. 36.61.

[d] fortassis ea est, quæ Karha infrà 21.32. & Kiriathajim 1. Par. 6.61. dicitur.

[e] Kedesch in Galilæa 1. Chro. 6.61. ad differentiam illius quod est in Jissaschare.

[f] Beth-Schemesch 1. Reg. 4.9. &c. Har Chores, Jud 1.35. nam significatione conveniunt.

[g] Schahhalbim ibidẽ.

[h] vulgò Joppe.

[i] *Heb.* ab eis id est, infrà eos.

[k] Timnat-Cheres Judic. 2.9. literis inversis.

ANNOTATIO.

10 *Saridum*] ultima est in angulo meridiano, termino occidentali. 11 *Joknehhamı*] angulum septentrionalem in eodem termino. 12 *Convertitur Sarido*] describit meridianum terminum ascendendo ab occidente ad orientem versus. 18 *Termini eorum*] australis nimirum ab occidente versus orientem. *Ad Jizrehhelem*] quæ erat filiorum Josephi suprà 17.16. 20 *Præterea*] in occidentali termino, in angulo meridiano ad Aquilonem. 21 *Hhen-Ghadda*] hinc terminum aquilonarem incipit describere ab occidente in orientem. 25 *Esth, terminı*] occidentalis ab Aquilone ad meridiem. 26 *In Schichorem*] rivus est alius ab eo cujus suprà 13.3. est enim fluvus quem Plin. lib. 5. cap. 19. vocat Pagidam sive Belum. *Libnatham*] id est, promontorium album, Plin. ibid. de suprà Hhacuntem: ideo Hhacuntis hîc non meminit, quia inclusa est his terminis: meminit autem ejus Judic. 11.26. 27 *Cabulem*] vide de ea 1. Reg. 9.13. *Sinistrorsum*] id est, ab ea parte quæ maximè septentrionalis est. 33 *Ad terminı*] orientalis ab Aquilone ad meridiem. 34 *Et in Jehudam*] vide annotata suprà 15.5. 35 *Cinnereth*] vide hæc de nomen accepit lacus, quem accolebant Naphtalitæ, posteà dictus Genezareth. 47 *Ascendentes*] vide hæc fusius Judic. 18. ex cujus loci collatione constat, quę hîc legũtur, longo tẽpore post Jehoschuhhæ mortẽ gesta esse.

CAPUT

Jisraëlitæ a Deo per Jehoschuhham admoniti civitates receptus designant.

1
2 DEINDE allocutus est Jehova Jehoschuhham dicendo.
Alloquere filios Jisraëlis dicendo: date ex vobis civi-
3 tates illas receptus, de quibus edixi vobis per Mosche. Num.35.9. Deut.19.1.
Ut confugiat illuc occisor, qui percusserit quempiam errore, per imprudentiam: ut sint vobis receptui a vindice sanguinis illius.
4 Qui, vbi confugiens ad unam ex civitatibus istis, steterit ad ostium portæ civitatis, & [a] exposuerit, audientibus senioribus illius civitatis, rationes suas: tum [b] recipiunto illum in eam civitatem ad se, & danto ei locum, ut habitet cum ipsis.
5 Ut cùm persequetur illum vindex illius sanguinis, tum non tradant occisorem in manum ejus: (nam per imprudentiam percussit proximũ suum, cùm non odisset hic illum [c] anteà):
6 Sed maneat in civitate illa, donec stet corã cœtu ad judicium suum: ″ *ac deinde* usq; ad mortem sacerdotis maximi, qui erit in diebus illis: tunc revertens occisor ille veniet in civitatem suam & in domum suam, *etiam* in civitatem vnde fugerat.
7 Quapropter ″ sanctificaverunt Kedeschũ in Galilęa, in monte Naphtali, & Schecemũ in monte Ephrajimis & urbem Arbahhi, ea est Chebron, in monte Jehudæ.
8 Trans Jardenem autẽ Jerichuntinum orientem versus dederunt Betzerum in deserto, in planitie e tribu Rëubenis, & Ramothas in Gilhhade e tribu Gadis, & Golanem in Baschane e tribu Menaschis.
9 Hæ sunt civitates ″ conventus omnibus filiis Jsraëlis & peregrino peregrinanti inter eos, ut confugiat illuc quisquis percusserit quempiam per errorem: & non moriatur manu vindicis illius sanguinis, donec ″ steterit coram cœtu.

a Hebr. elocutus fuerit in auribus seniorum &c. verba sua.
b Heb. colligunto.
c Heb. ab heri nudiustertio: synecdoche.

ANNOTATIO

6 *Ac deinde*] sub. si causa cognita, imprudens fecisse judicabitur. Num.35.25. lum consecraverunt. 9 *Conventus*] id est, ad quas conveniebant occisores, cio dixerit. 7 *Sanctificaverunt*] id est, in asy *Steterit &c.*] id est, causam in judi

CAPUT XXI.

Ciuitatis sacerdotibus & Leuitis cum suis suburbanis, a singulis tribubus sorte attributæ recensentur.

1 TUM accesserunt primores paternarum *familiarum* e Levitis ad Elhhazarem sacerdotem, & ad Jehoschuhham filium Nunis: & ad primores paternarum *familiarum* tribuum e filiis Jisraëlis. Confer cũ 1 Chro.6.54.
2 Allocutique sunt eos Schilunte in terra Cenahhani dicendo: Jehova præceperat per Moschen dari nobis civitates ad habitandum, & prædia suburbana earum pro jumẽtis nostris. Num.35.

a Heb. ſecũdum os.

3 ″Dederunt itaque filii Iſraëlis Leuitis de poſſeſſione ſua[a] ex præſtituto Jehovæ: civitates iſtas & ſuburbana prædia earum.

4 Cum enim prodiret ſors pro familiis Kehathitarũ, fuerunt filiis Aharonis ſacerdotis e Levitis a tribu Jehudę, & a tribu Schimhhonitica & a tribu Binjaminis ſorte, ″ civitates tredecim.

5 Filiis autẽ Kehathi reliquis ex familiis tribus Ephrajimi, & ex tribu Danis, & ex dimidiata tribu Menaſchis, ſorte″ civitates decem.

6 Filiis autem Gerſchonis ex familiis tribus Jiſſaſcaris, & ex tribu Aſcheris, & ex tribu Naphtali, ac ex dimidiata tribu Menaſchis in Baſchane, ſorte civitates″ tredecim.

7 Filiis Merari per familias eorum ex tribu Rëubenis & ex tribu Gadis, & ex tribu Zebulunis civitates″ dudodecim.

8 Dederunt, inquam, filii Jiſraëlis Levitis civitates iſtas, & ſuburbana prædia earũ (quemadmodum præceperat Jehova per Moſchem) ſorte.

9 DEDERUNT itaq; ex tribu filiorum Jehudæ, & ex tribu filiorum Schimhhonis civitates iſtas, quas legere poterit *lector* nominatim.

10 Ut eſſent filiorum Aharonis e familiis Kehathitarum de filiis Levi: nam illis fuit ſors primùm.

b antea ubique Hhanakitæ, & pater Hhanak

11 Dederunt, inquam, eis urbem Arbahhi patris[b] Hhanokitarum, ea eſt Chebron in monte Jehudæ: & ſuburbana prædia ejus circa eam.

12 Agrum verò ejus civitatis & villas ejus dederunt Calebo filio Jephunnæ, in poſſeſſionem ejus.

13 Filiis ergo Aharonis ſacerdotis dederũt civitatem receptus occiſoris Chebronẽ cum ſuburbanis prædiis ejus: & Libnam cũ ſuburbanis ejꝰ.

14 Et Jattirem cum ſuburbanis ejus: & Eſchtemoahhum cum ſuburbanis ejus.

15 Et Cholonẽ cum ſuburbanis ejus: & Debirum cũ ſuburbanis ejus.

16 Et Hhajinẽ cũ ſuburbanis ejus: & Juttã cũ ſuburbanis ejꝰ: Beth-Schemeſchũ cum ſuburbanis ejus: civitates novem ex duabus tribubus illis.

17 Ex tribu autem Binjaminis, Gibhhonem cum ſuburbanis ejus: Gebahhum cum ſuburbanis ejus.

18 Hhanatothas cum ſuburbanis ejus, & Hhalmonem cum ſuburbanis ejus: civitates quatuor.

19 Omnes civitates filiorum Aharonis ſacerdotum, tredecim civitates cum ſuburbanis earum.

20 FAMILIIS autem filiorum Kehathi Levitarũ, qui reliqui erant a filiis Kehathi: fuerunt quoq; civitates ſortis eorum ex tribu Ephrajimi.

21 Qui dederunt eis civitatem receptus occiſoris, Schecemũ cum ſuburbanis ejus in monte Ephrajimi: & Gezerum cum ſuburbanis ejus.

c Jokmehhamum, 1. Chro. 6. 68

22 Item[c] Kibtzaima cum ſuburbanis ejus, & Beth-Choronem cum ſuburbanis ejus: civitates quatuor.

23 Ex tribu autem Danis Elteken cum ſuburbanis ejus: Gibbetonem cum ſuburbanis ejus.

24 Aja-

24 Ajalonem cum ſuburbanis ejus: Gath-Rimmonem cum ſuburbanis ejus: civitates quatuor.
25 A dimidiata autem tribu Menaſchis Tahhnacum cum ſuburbanis ejus, & [d] Gath-Rimmonem cum ſuburbanis ejus: civitates duas.
26 Omnes civitates decem cum ſuburbanis earum: pro familiis filiorum Kehathi reliquorum.
27 AT FILIIS Gerſchonis ex familiis Levitarum a dimidiata tribu Menaſchis civitatem receptus occiſoris, Golanem in Baſchane cum ſuburbanis ejus, & Behheſchteram cum ſuburbanis ejus: civitates duas.
28 Item ex tribu Jiſſaſcaris Kiſchionem cum ſuburbanis ejus: Daberatham cum ſuburbanis ejus.
29 Jarmuthũ cum ſuburbanis ejus, Hhen-Gannima cum ſuburbanis ejus: civitates quatuor.
30 Et ex tribu Aſcheris Miſchealem cum ſuburbanis ejus: Hhabdonẽ cum ſuburbanis ejus.
31 Chelkatham cum ſuburbanis ejus, & Rechobum cum ſuburbanis ejus: civitates quatuor.
32 Et ex tribu Naphtali civitatem receptus occiſoris Kedeſchum in Galilæa cum ſuburbanis ejus, & Chammothas-Dori cum ſuburbanis ejus, & Kardanem cum ſuburbanis ejus: civitates tres.
33 Omnes civitates Gerſchunnitarum per familias eorum: tredecim civitates cum ſuburbanis earum.
34 DENIQUE familiis filiorum Merari Levitarum reliquorum: ex tribu Zebulunis Joknehhamum cum ſuburbanis ejus, Karthã cum ſuburbanis ejus.
35 Dimnam cum ſuburbanis ejus: Nahalalem cum ſuburbanis ejus: civitates quatuor.
36 Ex tribu autem Rëubenis, Betzerum cum ſuburbanis ejus: & Jahhetzam cum ſuburbanis ejus.
37 Kedemothas cum ſuburbanis ejus: Mephahhatham cum ſuburbanis ejus: civitates quatuor.
38 Ex tribu autem Gadis, civitatẽ receptus occiſoris Ramothas in Gilhhade cum ſuburbanis ejus, & Machanajima cum ſuburbanis ejus.
39 Cheſchbonem cum ſuburbanis ejus: Jahhezerem cum ſuburbanis ejus: omnes civitates quatuor.
40 Omnes civitates iſtas filiis Merari per familias eorum, reliquis ex familiis Levitarum: fueruntque ſortis eorum civitates duodecim.
41 Omnes civitates Levitarum intra poſſeſſionem filiorum Jiſraëlis, civitates quadraginta octo cum ſuburbanis earum.
42 Sunt civitates iſtæ, [d] unaquæq; cum ſuburbanis ſuis circa ipſam: ſic de ſingulis civitatibus iſtis.

d vide ſuprà 17.11.

d Heb. civitas civitas.

ANNOTATIO.

3 Dederunt] in uſũ & habitationẽ, manente interea dominio directo penes tribus quibus ſorte obvenerãt, ut ex-

emplũ Chebronis docet infrà ℣. 11. & 12. 4 *Civitates tredecim*] de quib. infrà ℣. 11. & ſeq. 5 *Civitates decem*] de quibus infrà ℣. 20. & ſequẽtib⁹. 6 *Tredecim*] de quibus infrà ℣. 27. &c. 7 *Duodecim*] de quibus infrà 34. &c.

CAPUT XXII.

Rëubenitæ cum Gaditis & Menaſchitarum parte a Jehoſchuhha, partâ jam quiete, cum laude & præmio domum remittuntur, Qui ad Jardenem, antequam trajiciunt, altare in commonionis ſymbolum extruentes, Iſraëlitis omnibus occaſionem præbent belli contra eos ſuſcipiẽdi, Sed miſſis legatis, & audita illorum defenſione, belli conſilium deponunt.

1 ℣ CÙM autem ℣ dediſſet Jehova Iiſraëlitis totam terrã, quã juramento promiſerat ſe daturũ majoribus eorũ, & hęreditariò poſſidentes eam, habitarent in ea:

2 Et quietẽ largitus eſſet Jehova illis circũquaq;, ſecundũ omnia quæ juramẽto promiſerat majoribus eorum: neq; conſiſteret quiſq̃ ante faciem eorum, ex ℣ omnibus hoſtibus eorũ, omnes hoſtes eorum tradidiſſet Jehova in manum eorum.

3 Non excidiſſet quicquam ex ullis rebus bonis, quas locutus fuerat Jehova *ſe præſtaturum* domui Iiſraëlis, cuncta eveniſſent:

4 Tunc Jehoſchuahh convocavit Rëubeniticam & Gaditicam ac dimidiatam tribum Menaſchis.

5 Dixitq́ue ad eos, vos obſervaſtis omnia quæ præcepit vobis Moſche ſervus Jehovæ: & auſcultaſtis voci meæ in omnibus quæ præcepi vobis.

6 Non deſeruiſtis fratres veſtros jam ℣ diebus multis, uſq; in diẽ hunc: & obſervaſtis obſervationem & præceptum Jehovæ Dei veſtri.

7 Nunc autem, cùm quietem largitus ſit Jehova Deus veſter fratribus veſtris, quemadmodum dixerat eis: nunc inquam converſi [a] abite in tentoria veſtra, in terram poſſeſſionis veſtræ, quam dedit vobis Moſche ſervus Jehovæ trans Jardenem.

a Heb. abite vobis.

8 Tantum [b] obſervanter admodum facite præceptum & legem illam, quam præcepit vobis Moſche ſervus Jehovæ, diligentes Jehovam Deum veſtrũ, & ambulãtes in omnibus viis ejus, & obſervãtes p̃cepta ejus, & adhærẽtes ei: deniq; colẽtes eũ ex toto corde veſtro, & ex toto animo veſtro.

b Hebr. obſervate faciendo admodum.

9 Benedixitq́; Jehoſchuahh eis: ac dimiſit eos ut abirent in tẽtoria ſua.

10 ℣ (Nam dimidiatæ tribui Menaſchiticæ dederat Moſche *poſſeſſionem* in Baſchane: alteri verò dimidiatæ ejus dedit Jehoſchuahh ℣ cum fratribus eorum cis Jardenem ad occidentem): inſuper etiam cum dimitteret eos Jehoſchuahh in tentoria eorum, ſimul [c] muneratus eſt eos.

c Heb. benedixit eis: benedicendi enim verbũ non ſolùm bene precari, ſed etiam beneficium conferre ſignificat.

11 Et allocutus eſt eos dicendo, cum opibus multis redite in tentoria veſtra, nimirum cum pecore numeroſo admodum, cũ argento, & auro, & ære, & ferro, & veſtimentis multis admodum: participes eſtote prædæ hoſtium veſtrorum cum fratribus veſtris.

12 Revertentes itaque abiverunt Rëubenitæ & Gaditæ & dimidiata tribus Menaſchitica a *filiis* Iiſraëlis Schilunte, quę *eſt* in terra Cenahhani: ut venirent in terram Gilhhadis, in terram poſſeſſionis ſuæ, in qua conſtituti fuerant poſſeſſores [d] ex præſtituto Jehovæ per Moſchen.

d Heb. ſecũdum os, per manum Moſchis.

13 Cumq́; perveniſſent ad limites Jardenis, qui ſunt in terra Cenahhani: extruxerunt Rëubenitæ cum Gaditis & dimidiata tribu Menaſchitica illic

illîc altare prope Jardenem, altare magnum ad aſpectum.
14 Quare audientes filii Jiſraëlis dicentem: ecce, extruxerunt Rëubenitæ cum Gaditis & dimidiata tribu Menaſchitica altare illud e regione terræ Cenahhani, in limitibus Jardenis, in [c] latere filiorum Jiſraëlis.
15 Audientes, inquam, filii Jiſraëlis congregati ſunt totus cœtus filiorum Jiſraëlis Schilunte, ut aſcenderent contra eos in militiam.
16 Interim miſerunt filii Jiſraëlis ad Rëubenitas & ad Gaditas, & ad dimidiatam tribum Menaſchis in terram Gilhhadis, Pinchaſum filium Elhhazaris ſacerdotis.
17 Ac decem principes cum eo, [f] principem unum ex quaque domo paterna, ex ſingulis tribubus Jiſraëlis: (erat autem eorum quiſque primarius domus paternæ ſuæ in millibus Jiſraëlis.
18 Qui venerunt ad Rëubenitas & ad Gaditas & ad dimidiatam tribum Menaſchis in terram Gilhhadis: & allocuti ſunt eos dicendo.
19 Sic dicunt totus cœtus Jehovæ: quæ eſt prævaricatio hæc, qua prævaricati eſtis in Deum Jiſraëlis avertêdo vos hodie [g] a Jehova, cùm extruxiſtis vobis altare, ut rebelletis hodie contra Jehovam?
20 [h] An parum eſt nobis, quod nondum purificavimus nos ipſos ab iniquitate Pehhoris uſq; in diẽ hunc: unde fuit illa plaga in cœtu Jehovæ.
21 Quòd vos avertimini hodie a Jehova: unde futurũ eſt vobis rebellãtib⁹ hodie cõtra Jehovã, [i] ut cras adverſ⁹ totũ cœtũ Jiſraëlis efferveſcat.
22 Quòd ſi fortè immũda *videtur* terra poſſeſſionis veſtræ, trãſite in terrã poſſeſſionis Jehovæ, in qua habitat tabernaculũ Jehovæ, & poſſeſſores conſtituimini inter nos: modò contra Jehovã ne rebelletis, & contra nos ne ſitis rebelles, extruentes vobis altare præter altare Jehovæ Dei noſtri.
23 An non Hhacan filius Zerachi prævaricatus eſt prævaricatione cauſâ illius anathematis, unde in totum cœtum filiorum Jiſraëlis fuit ira fervens? quamvis ipſe vir unus *prævaricatus ſit*, nõ expiravit propter iniquitatem ſuam *ſolus*.
24 Reſpondentes autem Rëubenitæ cum Gaditis, & dimidiata tribu Menaſchitica: ſic allocuti ſunt primores millium Jiſraëlis.
25 *Deus* fortis, Deus Jehova, Deus fortis, Deus Jehova ipſe ſcit, & Jiſraël ipſe ſciat: ſi rebellione, ſive prævaricatione in Jehovam, ne ſervet nos hodierno die.
26 *Si* extruximus nobis altare ut averteremus nos a Jehova: ſive ut offerremus in eo holocauſtum cum munere, ſive ut pararemus in eo ſacrificia euchariſtica, Jehova ipſe requirat.
27 Imò ſi non ex ſollicitudine de hac re fecimus iſtud, dicentes: in [l] poſterum allocuturi eſſent filii veſtri filios noſtros dicendo: quid vobis [k] cũ Jehova Deo Jiſraëlis?
28 Quandoquidẽ terminũ poſuit Jehova inter nos & inter vos Rëubenitæ & Gaditæ, Jardenẽ hunc, non eſt vobis portio in Jehova: & effecturi eſſent filii veſtri, ut filii noſtri ceſſarent, quo minus timerent Jehovam.

c Hebr. in tranſitu.

f Hcb. principẽ unum principẽ unum in domũ paternam, in oẽs &c.

g Hebr. ab *eundo* poſt Jehovã: ſic infrà aliquoties.

h Heb. an parum eſt nobis ab iniquitate Pehhoris, quòd non purificavimus nos ab ca. trajectio. Num. 25.

i Heb. cras: & ſic ſæpius infrà.

k Hebr. & Jehovæ.

l Heb. in poſterum.

29 Quapropter diximus, extruentes faciamus jam nobis altare, non ad holocauſtum, neque ad ſacrificium.

30 Sed teſtis ſit inter nos & inter vos, & inter generationes noſtras poſtnos: de exercendo cultu Jehovæ coram eo, holocauſtis noſtris & ſacrificiis noſtris, eucharisticisque noſtris: ut non dicant filii veſtri in poſterum filiis noſtris, non eſt vobis portio in Jehova.

31 Diximus enim, ſic erit cùm alloquẽtur nos aut generationes noſtras in poſterum, ut dicamus, Reſpicite ſimilitudinem altaris Jehovæ, quam fecerunt patres noſtri, non ad holocauſtum, neque ad ſacrificium, ſed ut teſtimonium ſit inter nos & inter vos.

32 Abſit[1] a nobis illud, ut rebellemus cõtra Jehovã, & ut avertamus nos hodie a Jehova ædificãdo altare ad holocauſtũ, ad munus, aut ad ſacrificium: excepto altari Jehovæ Dei noſtri, quod eſt ante tabernaculum ejus.

33 Cumque audiviſſet Pinchas ſacerdos & principes cœtus, id eſt, primores millium Jiſraëlis, qui *erant* cum eo, verba iſta, quæ locuti fuerant Rëubenitæ cum Gaditis & Menaſchitis, visũ eſt bonũ in oculis eorum.

34 Quapropter dixit Pinchas filius Elhhazaris ſacerdotis ad Rëubenitas & Gaditas & ad Menaſchitas: hodie novimus in medio noſtri eſſe Jehovam, ut qui non ſitis prævaricati contra Jehovam prævaricationem iſta: tunc eripuiſtis filios Jiſraëlis e manu Jehovæ.

35 Reverſus itaq; eſt Pinchas filius Elhhazaris ſacerdotis cum ipſis principibus a Rëubenitis & a Gaditis e terra Gilhhadis in terram Cenahhan ad filios Jiſraëlis: & retulerunt eis rem.

36 Cumq; bona videretur res illa in oculis filiorum Jiſraëlis, benedixerunt Deo filii Jiſraëlis: nec amplius locuti ſunt ut aſcenderent contra illos in militiã, ad perdẽdũ terrã illã, in qua Rëubenitę & Gaditę habitabant.

37 Sic indiderunt Rëubenitæ & Gaditæ altari iſti nomen: *dicentes*, ſed teſtis eſt inter nos, Jehovam eſſe Deum.

[1] *Hebr.* abſit nobis ab illo: hypallage.

ANNOTATIO.

1 *Cum autem*] ſolent tres hi verſus præcedente capite includi, ſed ſeries hiſtoriæ requirit, ut ſequentibus conjungantur, ideo ab hoc verſu capitis initium fecimus: oſtenditur enim iſtis, quando defuncti ſunt Rëubenitæ & reliqui, munere a Deo per Moſchen ipſis impoſito. Num. 32. *Dediſſet*] licet Jiſraëlitæ, ſuâ negligentiâ, partem ejus aliquam intermitterent. 2 *Ex omnibus hoſtibus*] quos Jiſraëlitæ aggreſſi eſſent ab eis hoſtiliter laceſſiti. 6 *Fortebus multis*] ſeptem continuis annis, quibus duravit bellum contra Cenahhanæos: vide annotata ſuprà 14. 12. 10 *Nam &c.*] rationem reddit cur ſuprà ℣. 4. Rëubenitis & Gaditis, Menaſchitarum partem conjunxerit. *Cum fratribus*] cum reliquis novem tribubus. ut ℣. 11. 21 *Cras*] id eſt, mox: ſynecdoche. 25 *Si rebellione*] poëtica eſt oratio, ideo membris conſtat conciſis. 34 *Tunc*] cùm extrueretis altare in alium finem, quàm ad ſacrificandum in eo, liberaſtis vos & nos ab ira Dei. 37 *Nomen*] ſuprà ℣. 30.

CAPUT XXIII.

Jehoſchuahh diſtributa jam terra, morti vicinus, oẽs Jiſraëlitas cõvocat, & cõmemoratione præteritorum beneficiorum & promiſſionum divinarum, atque etiam pœnis propoſitis ſuis officiis admonet & confirmat.

1 Fuit autem exactis diebus multis, poſtquam dedit Jehova requietem Jiſraëlitis ab omnibus hoſtibus eorum circumquaque cum Jehoſchuahh ſenex eſſet[a] vergens ætate.

2 Ut vocaret Jehoſchuahh totum Jiſraëlem, ſeniores ejus & primo-

[a] *Heb.* dieb. ſic infrà 2.

primores ejus, judicesque ejus ac moderatores ejus: diceretque ad eos, ego senui, vergo ætate.

3 Vos autē vidistis quæcunq; fecit Jehova Deus vester omnibus istis gē tibus propter vos: Jehova enim Deus vester is est, qui pugnat pro vobis.

4 Videte [b] jactis sortibus, attribui vobis gentes istas reliquas in possessionem per tribus vestras: a Jardene, cùm omnes gētes quas excîdi, tum *gentes* maris magni ad occasum solis.

5 Nam Jehova Deus vester ipse dispellet eas a facie vestra [a] omnino expellet eas a facie vestra: ut hæreditarió possideatis terram earum, quemadmodum locutus est Jehova Deus vester vobis.

6 Confirmamini igitur valde, ut observetis & faciatis quicquid scriptū est in libro legis Moschis: ne recedatis ab eo dextrorsū aut sinistrorsum.

7 Ne conveniatis cum gentibus istis, istis, inquā, quæ reliquæ sunt vobiscum: & nomen deorum earum ne recordemini, neq; [a] adjuretis, neq; colatis eos, neque incurvetis vos eis.

8 Sed Jehovę Deo vestro adhærescite: quemadmodum feciſtis in hunc usque diem.

9 Ut expulit a facie vestra Jehova gētes magnas & robustas: (nā quod ad vos, non constitit quisquam in conspectu vestro usque in diem hunc:)

10 *Ita* vir ex vobis persequetur mille, quia Jehova Deus vester is est qui pugnat pro vobis: quemadmodum locutus est vobis.

11 [c] Attendite igitur valde animis vestris: ut ametis Jehovā Deū vestrū.

12 Nam si [d] omnino averteritis vos, & adhæseritis residuo gētium istarum, istarum *inquam*, quæ reliquæ sunt vobiscum, & affinitatem contraxeritis cum eis, conveneritis cum eis, eaq; vobiscum.

13 [e] Certò scitote non perrecturum Jehovam Deum vestrum expellere omnes gentes istas a facie vestra, sed eas fore vobis in laqueum & in tendiculā, & in flagellum lateribus vestris, ac in spinas in oculis vestris, donec pereatis e terra optima hac, quam dedit vobis Jehova Deus vester.

14 Ecce autem ego decessurus sum [f] brevi pro consuetudine totius terræ: quapropter cognoscite ex toto corde vestro, & ex toto animo vestro non excidisse rem ullam, ex omnibus rebus bonis, quas promiserat Jehova Deus vester vobis, omnia evenisse vobis, non excidisse ex eis rē ullam.

15 *Contra* fore, ut quemadmodum evenit vobis unaquæque res bona, quam promiserat Jehova Deus vester vobis: sic inducat contra vos Jehova unamquamque rem malam, donec perdiderit vos e terra optima hac, quam dedit vobis Jehova Deus vester.

16 (Quandoquidem trāsgressi fueritis fœdus Jehovæ Dei vestri quod præcepit vobis, & abeuntes colueritis deos alienos, & incurvaveritis vos eis:) cumque primùm accensa fuerit ira Jehovæ in vos, perituros vos esse celeriter a terra hac optima, quam dedit vobis.

b Hebr. feci ut caderent vobis gētes istæ in hæreditatē. &c.

Exodi 23.13

Deut. 13.5

Levit. 26.7.

c Heb. conservate vos valde.

d Heb. avertendo, &c.

e Heb. sciendo scitote. Exodi 23. 17. itē 34. 12. Num. 33. in fine.

f Hebr. hodie: synecdoche.

supra 22. 3.

ANNOTATIO.

1 *Diebus multis*] non tantùm septem annis bellorū, sed etiam toto tēpore, quod expendit in distributione terræ.

ut probat verſus quartus. 5 *Omnino expellet*] ſic enim promiſit Num.33.52.Deut.6.19. 7 *Neque adpreris*] efficientes ut ipſæ ea commemorent,Exo.23.13.& Deut.12.3. 13 *Flagellum lateribus*] mos erat antiquus cædendi latera.Eccleſiaſt.30.12.Item 42.6.

CAPUT XXIV.

Jehoſchuahh rurſus omneis tribus Jiſraëlis cum earum moderatoribus Schecemum cõvocat, easq; commemoratis beneficiis divinis præteritis, ad perſeverantiam in cultu Dei hortatur, ac fœdus inter Deum & Jiſraëlitas renovat. Poſtremo mors Jehoſchuhhæ, & ſepultura ejus, oſſium Joſephi & Elhhazaris ſacerdotis deſcribitur.

1 DEINDE congregavit Jehoſchuahh omneis tribus Jiſraëlis" in agrum Schecemitanum: poſtquam convocaſſet ſeniores Jiſraëlis & primores ejus,& judices ejus, & moderatores ejus,qui ſtiterunt ſe" coram Deo.

2 Tum dixit Jehoſchuahh ad totum populum, ſic dicit Jehova Deus Jiſraëlis: ultra flumen *Euphratem* habitabant majores veſtri[a] olim, *utpote* Terach pater Abrahami & pater Nachoris: colebantque Deos alienos.

a Hebr. a ſeculo.

3 Sed aſſumpſi patrem veſtrum Abrahamum,e *regione* quæ eſt transilud flumen,& deduxi eum per totam terram Cenahhani: auxíque ſemen ejus,cùm dediſſem ei Jitzchakum.

4 Dedi enim Jitzchako Jahhakobum & Cheſavum: dedi autem Hheſavo montem Sehhiris ut hæreditariò poſſideret eum,ſed Jahhakob & filii ejus deſcenderunt in Ægyptum.

5 Quò mittens Moſchen & Aharonem, plagis affeci Ægyptum, prout feci in medio ejus: & poſtea eduxi vos.

6 Deducente autem me patres veſtros ex Ægypto, donec advenifſetis ad mare, perſequuti ſunt Egyptii patres veſtros curribus & equitibus ad mare algoſum.

Exodi 14. 19. & 20.

7 Cumque clamarent ad Jehovam, poſuit caliginem inter vos & inter Ægyptios, deinde induxit ſuper eos mare illud, quod operuit eos, viderunt que oculi veſtri,id quod feci contra Ægyptios: poſtea manſiſtis in ipſo deſerto diebus multis.

8 Tandem adduxi vos in terram Emoræorum habitantium trans Jardenem,qui pugnaverũt contra vos: tradidi autem eos in manum veſtrã, ita ut hæreditariò poſſideatis terram eorum, & perdidi eos a facie veſtra.

9 Surrexit quoque Balak filius Tzipporis rex Moabitarum ut certaret contra Jiſraëlem: ideoque mittens vocaverat Bilhhamum filium Behhoris,ut malediceret vobis.

Num.22.11

10 Sed nolui auſcultare Bilhhamo: unde[b]" continẽter benedixit vobis, ſic eripui vos e manu ejus.

b Heb. benedixit benedicendo vobis, vide Gen.8.3.

11 Cumque trajeciſſetis Jardenem & veniſſetis ad Jerichuntẽ," pugnaverunt contra vos[c] Jerichuntini, Emoræi & Perizzæi & Cenahhanæi & Chittæi & Girgaſchæi,Chivvæi,& Jebuſæi: quos tradidi in manũ veſtrã.

c Heb. domini Jerichuntis. Exodi 23. 28. eſt promiſſio.

12 Mittebam enim ante vos crabronem, qui expellebat eos a facie veſtra,*ut* duos reges Emoræi: non gladio tuo, neque arcu tuo *expuliſti eos.*

13 Dedi

13 Dedi itaq; vobis terram in qua non laboraveratis, & civitates quas non extruxeratis, in quibus habitatis: vinetis & olivetis, quæ non plantaveratis fruimini.

14 Quare nunc timete Jehovam & colite eum[c] integrè & fideliter: & amovete deos, quos coluerunt majores vestri, in *regione* trans flumẽ illud & in Ægypto, & colite Jehovam.

15 Quòd si malum *videatur* in oculis vestris colere Jehovam, [″] eligite vobis hodie quos colatis, sive deos quos coluerunt majores vestri, qui habitabant trans flumen illud, sive deos Emoræorum, in quorum terra habitatis: ego verò & familia mea colemus Jehovam.

16 Cui respondens populus dixit: [d] absit a nobis ut relinquamus Jehovam ad colendum deos alienos.

17 Nam Jehova Deus noster, is est qui eduxit nos & patres nostros e terra Ægypti e domo servorum: & qui edidit ante oculos nostros signa maxima ista, conservavitque nos totâ illâ viâ, per quam ivimus, & in omnibus populis per quorum medium transivimus.

18 Expulit etiã Jehova omnes populos istos, & Emoræũ inhabitãtẽ illã terrã a facie nostra: nos quoq; colemus Jehovam, quia est Deus noster.

19 Dixit autem Jehoschuahh ad populum: [″] non potestis colere Jehovam, quia Deus [e] sanctissimus est: Deus fortis Zelotes est, [″] non feret defectionem vestram & peccata vestra.

20 Cùm deseretis Jehovam & coletis deos alienigenarum, sed convertus malo afficiet vos, & consumet vos, postquam benefecerit vobis.

21 Tum dixit popul⁹ ad Jehoschuhhã: [″] nequaquã, sed Jehovã colem⁹.

22 Dixit itaq; Jehoschuahh ad populũ, testes estis ipsi de vobis, vos elegisse vobis Jehovam ad colendum eum: qui dixerunt, testes sumus.

23 Nunc igitur *inquit* amovete deos alienigenarum qui sunt in medio vestri, & inclinate animum vestrum ad Jehovam Deum Jisraëlis.

24 Tum dixerunt populus ad Jehoschuhham, Jehovam Deum nostrũ colemus, & voci ejus auscultabimus.

25 Sic pepigit Jehoschuahh fœdus cum populo die illo: proposuitque ei statuta & judicia in Schecemo.

26 Deinde scripsit Jehoschuahh verba ista in [″] libro legis Dei: qui est in sãctuario Jehovę: & accipiẽs lapidẽ magnũ, erexit illũ ibi, sub [″] quercu illa.

27 Dixitque Jehoschuahh ad totum populum: ecce lapis iste esto inter nos testimonium: quia ipse [f] interfuit contestando omnes sermones Jehovæ quibus locutus est nobiscum: estoque inter vos in testimonium, ne mentiamini in Deum vestrum.

28 Tum dimisit Jehoschuahh populum, quemq; in possessionẽ suam.

29 Fuit autem post res istas, ut moreretur Jehoschuahh filius Nunis servus Jehovæ, natus centum decem annos.

30 Sepeliveruntq; eum in termino possessionis ejus Tinnath-Serachi, quæ est in monte Ephrajimi, ab Aquilone monti Gahhascho.

c Heb. In integritate & in fide.

d Heb. absit nobis a relinquendo: hypallage usitata.

e Hebr. quia Deus sancti est. adjectivum plurale pro singulari in gradu superlativo.

f Heb. audivit: trãslata locutio a testibus vivis, præsentibus audientibusque ad lapidẽ.

Judicum 2.

31 Coluit autem Iſraël Jehovam omnibus diebus Jehoſchuhhæ, omnibus etiam diebus" ſeniorum, qui prolongarunt dies poſt Jehoſchuhham, quique" experti erant omne opus Jehovæ, quod fecit Iſraëli.

Gen.33.19. 32 Tum oſſa Joſephi, quæ" deportaverant filii Iſraëlis ex Ægypto, ſepeliverunt in Schecemo, in illa portione agri, quam emerat Jahhakob a filiis Chamoris patris Schecemi centum numis: ita fuerunt apud filios Joſephi in poſſeſſione *eorum*.

33 Elhhazar quoque filius Aharonis mortuus eſt, quem ſepeliverunt in colle Pinchaſi filii ejus, qui datus fuerat ei in monte Ephrajimi.

ANNOTATIO.

1 *In agrum Schecemitanum*] Schiluntem intelligit, ubi tunc tabernaculum Dei erat. Eſt enim Schilo in agro Schecemitano: nec novum eſt, oppidi nomen pro agro poni, ut infrà ℣. penultimo oſſa Joſephi Schecemi ſepulta dicitur, & ſtatim ſubjicitur, ſepulta fuiſſe in portione agri quem emerat Jahhakob &c. agrum autem illum non fuiſſe in oppido, apparet ex Gen.33. 18. & ſequenti. Sic Chebron Calebo data dicitur ſupra 14.14. cùm tamen non ipſa civitas, ſed ejus ager datus ſit ei: ſup.21.12. *Coram Deo*] id eſt, in loco tabernaculi. 10 *Continenter*] nàm non ſemel tantùm id fecit, ſed quoties tentavit maledicere eis, toties divinitus coactus eſt eis benedicere. 11 *Pugnaverunt*] hi urbem vobis occludendo, illi verò cum armis vobis occurrendo. 15 *Eligite*] non ſolvit eos vinculo colendi Deum, quo prius obſtricti erant, ſed hæc proponendo animos illorum explorat: & exemplo patrum ad Emoræorum eos ab idololatria abſterret: ſuo verò & familiæ exemplo ad perſeverantiam in cultu Dei hortatur. Simile vide in Ruth.1.15. 19 *Non poteſtis*] ſubaudi, Deos alienos retinendo, & eorum cultum cultui Dei commiſcendo: quod colligitur ex ℣.23. *Non feret*] impunitâ: ſic Exodi 23.21. 21 *Nequaquam*] jehovam deſeremus, &c. 26 *In libro legis Dei*] id eſt, juſſit ut ſacerdotes referrent in librum legis Dei, Deut.31.26. quem penes ſe habebant, & in ſanctuario aſſervabant. *Sub quercu*] de qua vide Gen.35.4. & Judic. 9. 6. 31 *Seniorum*] eos tantùm intelligit, qui ſimul cum Jehoſchuhha Rempub. adminiſtrarant, & ei ſupervixerant. *Quique ſenserant omne opus*] id eſt, qui jam adulti erant, cùm exirent ex Ægypto, & obſervaſſe poterant, quæ Deus fecerat Iſraëli. 32 *Deportaverant*] prout juramento promiſerant Joſepho, Gen.50.25.

JUDI-

IuDICuM

LIBER UNUS.

LIBER Judicum ſtatum Reipub. Jiſraëlitarum inde a temporibus Jehoſchuhhæ uſque ad Hhelin ſacerdotem, peccata eorum in genere, revocamenta Dei partim monitis partim judiciis, poſtremò ſingularia exempla duo impudentiſſima Jiſraëlitarũ deſcribit: ut ex illis corruptiſſimæ in religione & moribus Reipub. imago cõſpiciatur. Eſtq; hiſtoria annorũ a morte Jehoſchuhhæ ducentorũ nonaginta novẽ.

Ad mortem	Hhothnielis	40	*Judicum cap.* 3	℣. 11.
	Ehudis & Schamgaris	80		℣. 30.
	Deboræ	40	*Judicum cap.* 5	℣. 31.
	Gidhhonis	40	*Judicum cap.* 8	℣. 28.
	Abimeleci	3	*Judicum cap.* 9	℣. 22.
	Tolahhi	23	*Judicum cap.* 10	℣. 2.
	Jairis	22		℣. 3.
	Jiphtachi	6	*Judicum cap.* 12.	℣. 7.
	Ibtzanis	7		℣. 9.
	Elonis	16		℣. 11.
	Hhabdonis	8		℣. 14.
	Schimſchonis	20	*Judicum cap.* 16	℣. 31.

CAPUT PRIMUM.

Jiſraëlitæ Jehoſchuhha mortuo, hoſtes invaſuri de ordine ſuo militari Deum conſulunt & fæliciter pugnant: Res a Jehuda & Joſepho ſtrenuè geſtæ narrantur. Poſtremò omnium tribuum negligentia commemoratur.

1 FUIT autem poſt mortem Jehoſchuhhę, ut conſulerent filii Jiſraëlis Jehovam dicendo: quis aſcendet ex nobis
2 contra reliquum Cenahhanæum in principio, ad pugnandum contra eum?

Quibus dixit Jehova, Jehuda aſcendito: ecce tradidi
3 iſtam terram in manum ejus.

(Dixerat autem Jehuda Schimhhoni fratri ſuo, aſcende mecum in ſortem meam, ut pugnemus contra Cenahhanæum iſtum: viciſſim ibo ego quoque tecum in ſortem tuam: ibatque cum eo Schimhhon).
4 Sic aſcendit Jehuda, tradiditq; Jehova Cenahhanæũ & Perizzæum illũ in manum eorũ: qui percuſſerunt eorũ in Bezeko decies mille viros.
5 Invenientes enim Adoni-Bezekum in Bezeko, pugnaverunt contra eum: & percuſſerunt Cenahhanæum & Perizzæum illum.
6 Cùm autem fugeret Adoni-Bezek, perſecuti ſunt[a] eum: & prehendentes eum, amputarunt pollices manuum ejus, ac pedum ejus.
7 Tum dixit Adoni-Bezek, ſeptuaginta reges, pollicibus manuum ſu

[a] *Hebr.* poſt eum.

arum & pedum ſuorum amputatis, colligebant ſub menſa mea, quemad modum feci, ſic rependit mihi Deus: & adduxerunt eum Jeruſchalajima, ubi mortuus eſt.

Jehoſch.15. 8 Expugnaverant enim filii Jehudæ ″ Jeruſchalajima, & capientes eam
[b] *Hebr.* civitatem miſerāt in ignē, hypallage. percuſſerant *incolas* ejus acie gladii: [b] civitati verò ipſi immiſerant ignem.

9 Deinde autem deſcenderant filii Jehudæ ad pugnandum contra Cenahhanæum: inhabitantem ″ montana, & ″ auſtralem plagam, & ″ humilem regionem.

Jehoſch.10. 36.& 11.21. & 15.13. 10 Proceſſerat enim Jehuda ad Cenahhanæum inhabitantem Chebronem: (nomen autem Chebronis antea *erat* urbs Arbahhi): percuſſeranque ″ Scheſchaium, & Achimanem, & Talmaium.

Ibid. ℣. 38. & cap. 15.15 11 Acinde proceſſerat adverſus incolas Debiri: (nomen autem Debiri antea *erat* urbs Sepheri.)

12 Ubi cùm dixiſſet Caleb, qui percutiens urbem Sepheri ceperit eam: utique dabo ei Hhacſam filiam meam in uxorem,

13 Cepit eam Hhothniel ″ filius Kenazi agnatus Calebi minimus ″ exilio: quamobrem dedit ei Hhacſam filiam ſuam in uxorem.

14 (Fuit autem cùm conventura eſſet, ut perſuaderet illi de perendo a patre ſuo agro quodam, quare *ea* deſiliit de aſino: cui dixit Caleb, quid tibi eſt?

15 Tum dixit ei illa, cedo mihi munus, quandoquidem terram ſiccam dediſti mihi, des mihi quoque ſcaturigines aquarum: dedit itaque ei ſcaturigines ſuperioris & ſcaturigines inferioris *tractus*.)

16 Filii quoque Kenæi ſoceri Moſchis ″ aſcenderant e ″ civitate palmarum, cum filiis Jehudæ in deſertum Jehudæ, quod eſt ad Auſtralem plagam Hharadi: ″ profectus enim fuerat ut habitaret cum ipſo populo.

17 Viciſſim procedente Jehuda cum Schimhhone fratre ſuo, percuſſerant Cenahhanæum inhabitātem Tzephatham: quod cùm devovillent,
[c] id eſt, anathemati devotam. vocavit *Schimhhon* nomen civitatis illius [c] Chormam.

18 ″ Deinde cepit Jehuda Hhazzam cum termino ejus, & Aſchkelonē cum termino ejus: atque Hhekronem cum termino ejus.

19 Aderat enim Jehova Jehudæ, ita ut expelleret montanæ regionis *incolas*: ″ ſed non *perrexit* ad expellendum habitatores ipſius convallis, eò quòd ″ currus ferrati eſſent illis.

20 Dederunt autem Calebo ″ Chebronem, quemadmodum edixerat Moſche: qui expulit inde tres illos filios Hhanaki.

21 Jebuſæum quoque habitantem ″ Jeruſchalajimis non expulerunt filii Binjaminis: ſed inhabitabat Jebuſæus cum filiis Binjaminis Jeruſchalajima uſque in diem hunc.

22 Aſcenderant etiam familia Joſephi ipſi quoque Beth-Elem: & Jehova *fuerat* cum eis.

Gen.28.19 23 Curaverant enim familia Joſephi explorari Beth-Elem: (nomen autem illius civitatis antea *erat* Lutz).

24 Viden-

24 Videntes autem obſervatores illi quendam exeuntem e civitate illa: dixerant ei, oſtende nobis, quæſo, ingreſſum iſtius civitatis, & exercebimus erga te benignitatem.

25 Sic cùm oſtendiſſet ipſis ingreſſum ipſius civitatis, percuſſerant civitatẽ ipſam acie gladii: virũ autem illũ cum tota familia ejus dimiſerãt,

26 Abiitque vir ille in terram Chittæorum: ubi ædificavit civitatem & vocavit nomen ejus ″ Luzum, id *eſt* nomen ejus uſq; in diem hunc.

27 Sed non ″ expulerat Menaſche incolas Beth-Scheanis, & pagorũ ejus, & Tahhanachi pagorumque ejus, & incolas Dori ac pagorum ejus, & incolas Jiblehhami pagorumque ejus, & incolas Megidduntis pagorumque ejus: placebat enim Cenahhanæo habitare in terra iſta.

28 Fuit autem cùm fortis evaderet Jiſraël, ″ ut redderet Cenahhanæum tributarium: ſed [d] omnino non expulit eum.

29 Similiter Ephrajim non expulit Cenahhanæum illum qui habitabat Gezere: Sed habitabat Cenahhanæus in medio ejus Gezeri.

30 Zebulun non expulit habitatores Kitronis & habitatores Nahalolis: ſed habitabat Cenahhanæus in medio ejus: & erant tributarii.

31 Aſcher non expulit habitatores Haccũtis & habitatores Tzidonis: item Achlabi, & Aczibi, & Chelbæ, & Aphiki, & Rechobi.

32 Habitabat enim Aſcherita in medio Cenahhanæi, habitatorum illius terræ: quia non expellebat eum.

33 Naphtali non expulit habitatores Beth-Schemeſchi, & habitatores Beth-Hhanathæ: ſed habitabat in medio Cenahhanæi, habitatorum illius terræ: & habitatores Beth-Schemeſchi, & Beth-Hhanathæ erant eis tributarii.

34 Comprimebant autem Emoræi filios Danis intra montana: nam non permittebant ei deſcendere in ipſam convallem.

35 Placebat enim Emoræo habitare Har-Chereſi, Ajalone, & Schahalbimis: ſed cũ ingraveſceret manus ″ familię Joſephi facti sũt tributarii.

36 (Terminus itaq; Emoræi *erat* ab aſcenſu Hhakrabbimorum: ab ipſa ″ petra & quod ſuprà *eſt*).

[d] *Hebr.* expellendo non expulit.

ANNOTATIO.

1 *Ut conſulerent*] Imperatore deſtituti, (cujus nutu omnia geſſerant) & in ſuas quaſi Reſpub. diſtributi, per ſacerdotem Deum conſulunt ex lege Num. 27. 21. 2 *Iſtam terram*] id eſt, agrum Bezeki, quem adhuc Cenahhanæus occupat, Jehudæ prius ſorte attributum. 3 *Dixerat autem*] id eſt, peculiare fœdus cum Schimhhone inierat, ut oſtendit hiſtoria Chormæ, infrà ℣. 17. quæ temporibus Jehoſchuhhæ geſta fuit Jehoſch. 12. 14. 8 *Jeruſchalaim*] id eſt, partem illam quæ ei ſoli obtigerat Jehoſch. 15. 8, & 63. Duplex enim erat civitas propter arcem (unde etiam nomen habet dualis formæ) quarum altera in ſorte Jehudæ erat, altera Binjaminis cùm Jehuda communis, arx verò ſolius Binjaminis. Hæc autem & ſequentia temporibus Jehoſchuhhæ geſta hîc commemorantur ἀντιοχῶς ut appareat qua occaſione Deus Jehudam reliquis tribubus prætuletit: nimirum quia fuit reliquis prudentior, & in exequendo mandato divino diligentior: Nam in ſcripturis ſæpe, non tam temporum quàm cauſarum ſeries obſervatur. 9 *Montana*] ubi erat Chebron ℣. 10. *Auſtralem plagam*] ubi erat Debir, ℣. 11. & Kenæus, & Chorma, ℣. 16. 17. *Humilem regionem*] quam occupare non perrexit ut ℣. 19. Totus enim hic verſus prolepticus eſt. 10 *Scheſchajum*] de quibus Num. 13. 22. 13 *Filius*] id eſt, ex poſteris Kenazi, a quo dictus eſt Caleb Kenizzæus Num. 32. 12. *Exillo*] id eſt, omnium qui ex Kenazo geniti ſuperſtites erant, ætate, auctoritate, opibus minimus, quod dicitur ad commendationem fidei Calebi, & ſtrenuitatis illius. 16 *Aſcenderant*] id eſt, in illa expeditione Jehudæ ſe conjunxerant. Dicitur autem Jitro Kenæus a gente, Num. 24. 21. *Civitate palmarum*] Jerichunte Deut. ultimo. 3. ℣. ſic infrà cap. 3. 13. *Profectus enim*] vide Num. 10. 29. 18 *Deinde cepit*] poſt terræ diſtributionem, ut apparet ex Jehoſch. 3. 3. etſi non diu potitus eſt iſtis civitatibus, ut ex cap. 3. 3. ℣. apparet. 19 *Sed non perrexit*] hîc incipit ſeminarium indicare calamitatum Jiſraëlitarum, quæ in ſequentibus

describentur, nimirum quòd gentes inimicas contra mandatum Dei, in medio sui tolerarunt singulæ tribus. *Currus ferrati*] obliti mandatorum & promissionum Dei Jehosch. 13. 6. & 17. 18. 20 *Chebronem*] confer cum Jehosch. 21. ℣. 11. 12. 21 *Jeruschalajimis*] ex altera Jeruschalajima & arce, supra 8. 26 *Luzum*] vide Jehosch. 16, 2. 27 *Non expulerat*] vide Jehosch. 17. 12. 13. *Placebat*] id est, potius acquiescebat duris conditionibus quàm ut excederet. 28 *Ut redderet*] id est, pacē cum Cenahhanæo iniit nulla alia conditione quàm tributi, negleCto 'Dei cultu, & expresso mandato Exodi 23. 32. & 34. 12. 19. & Deut. 7. 2. 35 *Familia Josephi*] quæ possessionē habebat Dani & istis Emoræis vicinam. 36 *Ab ipsa petra*] id est, a primo aditu ascensus Hhakrabbimorū.

Caput II.

Rationes quibus Jisraëlitæ ad Cenahhanæos depellendos sollicitati sunt, describuntur: Frequens Jisraëlitarum perfidia, & Dei in eos ultio summatim declaratur.

1 ″ Quamvis ascendisset ″ nuntius Jehovæ ″ Gilgale ″ Bocimos: ac dixisset, feci ut vos ascenderetis ex Ægypto, & introduxi vos in hanc terram, quam juramento promiseram majoribus vestris, ac dixi, non irritum faciam

2 fœdus meum vobiscum in sæculum:

Viciſſim vos ne pangitote fœdus cū habitatoribus terræ hujus, altaria eorum demolimini: attamen non auscultastis voci meæ, quid est hoc *quod* feciſtis?

Exodi 23. 32 & 34. 12. Deut. 7. 2.

3 Quam ob rem etiam dico, non expellam eos a facie vestra: sunto itaque vobis ad latera, sed dii eorum erunt vobis in tendiculam.

4 Fueratq; cùm eloqueretur nuntius Jehovæ verba hæc apud omnes filios Jisraëlis: ut attollentes populus vocem suam, flerent.

5 (Quare vocarūt nomē loci illi [a] Bocimos): & sacrificarūt ibi Jehovæ.

[a] id est, flentes.

6 ″ Dimiserat etiā Jehoschuahh populū: & abierant filii Jisraëlis quisq; in possessionem suam, ad hæreditariò possidendum ipsorum terram.

7 Coluerunt quidem populus Jehovam omnibus diebus Jehoschuahh, omnibus etiā diebus seniorū, qui prolongarunt dies post Jehoschuham, qui viderant totum opus Jehovæ maximum quod fecerat Jisraëli.

8 ″ Sed cùm mortuus esset Jehoschuahh filius Nunis servus Jehovæ, annus centum decem annos:

[b] Timnath-Serach Jehoschu. 24. 30.

9 Et sepelivissent eum in termino possessionis suæ [b] Timnath-Cheresi, in monte Ephrajimi, ab Aquilone monti Gahhascho:

10 Præterea tota etiam illa ætas aggregati essent ad majores suos: & surrexisset ætas altera post illos, qui non agnoscebant Jehovam, nec etiam opus illud quod fecerat Jisraëli:

11 Fecerunt filii Jisraëlis quod malum *videtur* in oculis Jehovæ: coluerunt enim [c] Bahhalimos.

[c] id est, tutelares deos.

12 Et relinquentes Jehovam Deum majorum suorum, qui eduxerat eos e terra Ægypti, [d] secuti sunt Deos alios e diis populorum, qui erant circa eos, incurvaveruntque se illis: sic provocaverunt Jehovam.

[d] *Hebr.* iverunt post: sic ℣. 18.

13 Quapropter cùm dereliquissent Jehovam: & servivissent Bahhali & ″ Hhaschtharothis,

14 Accensa est ira Jehovæ in Jisraëlem, ut traderet eos in manum diripientium, qui diripuerunt eos: dediditq; eos in manum inimicorum eorum circūquaq;: cùm non possent amplius consistere ante inimicos suos.

15 Quo-

15 Quocunq; egrediebantur, manus Jehovæ erat cõtra eos in malum, quemadmodum locutus fuerat Jehova, & quemadmodum juraverat Jehova illis: & anguſtiis afficiebat eos valde. Levitic. 26. Deut. 28.

16 Poſteà excitabat *quidem* vindices, qui ſervabant eos e manu diripientium eos.

17 Sed neq; vindicibus ſuis auſcultabant, (ſcortabantur enim ſequentes deos alienos, & incurvabant ſe illis): recedebãt celeriter ab ea via, qua ambularãt majores eorũ, auſcultando p̃ceptis Jehovę, non ſic faciebant.

18 Nam cùm excitaverat illis Jehova vindices, fuerat quidem Jehova cum unoquoque vindice, & ſervabat eos e manu inimicorum eorum, omnibus diebus cujuſque vindicis: pœnitebat enim Jehovam propter gemitum eorum, ab opprimentibus eos, & depellentibus eos.

19 Sed erat mortuo vindice, ut reverſi corrumperent ſe ſupra patres ſuos, ſequendo deos alienos ad colendum eos & incurvandum ſe illis: non [d] remitterent de actionibus illorum, & de via eorum obdurata *quicquam*.

[d] *Heb.* abjiceret: id eſt cum deteſtatione deponerent.

20 Quapropter accenſa eſt ira Jehovę in Jiſraëlem: & dixit, propterea quòd tranſgreſſi ſunt gens iſta fœdus meum, quod præceperam majoribus eorum, neque auſcultarunt voci meæ:

21 Etiam ego non pergam expellere quemquam a facie eorum, ex gentibus quas reliquit Jehoſchuahh, cùm moreretur.

22 Ad probandum per eas Jiſraëlem: an obſervaturi ſint viam *mandatorum* Jehovæ, ambulando in eis, quemadmodum obſervarant majores eorum, nécne.

23 Fecerat autem Jehova ut manerent gentes iſtæ, quia non expulerant eas celeriter: ideo non tradiderat eas in manum Jehoſchuhhæ.

ANNOTATIO

2 *Quamvis*] his ſex primis verſibus injuſtitiam populi exaggerat, quod neque legi, neq; ſingularibus monitis paruiſſent, ſed averſi a fœdere, cum Cenahhanæis, exitio divinitus deſtinatis, pacem colerent, quare præcedentibus potius quàm ſequentibus hi verſus conjungendi viderẽtur, niſi commodius fuiſſet hujus libri ſummam in hoc caput contrahere. *Nuncius Jehovæ*] ſive fuerit propheta extra ordinem vocatus, ſive ſacerdos Pinchas. Hominẽ nõ angelum fuiſſe apparet, quòd locus unde venerit exprimitur, neque diſparuiſſe legitur, ut de aliis angelis narratur: Sic propheta angelus Dei vocatur Chaggai 1.3. *Gilgale*] id eſt, Cùm populus inde arcam Schiluntem transferret: de quo Jehoſch. 18. in principio. *Bocimos*] per anticipationem, ut apparet ex verſu quinto. Videtur autẽ locus fuiſſe Schilunti conjunctus, quia ibi ſacrificaſſe dicuntur ℣. 5. 6 *Dimiſerat*] Hoc fuit alterum monitum ſingulare de quo Jehoſch. 18. 3. 8 *Sed cùm mortuus*] ab hoc verſu uſque ad 7. verſum ſequentis capitis ſummatim explicatur cauſæ judiciorum Dei in Jiſraelitas, quæ deinde ſingularibus aliquot exemplis explicantur planius infrà a 17. cap. uſque ad finem. 13 *Hhaſchtarothis*] id eſt, ovibus a forma, Deabus Tzydoniorum 1. Reg. 11. 5. & 33. & 2. Reg. 23. 14. & Peliſchtæorum 1. Schem. 31. 10. 18 *Pœnitebat*] vide Gen. 6. 6. 23 *Non expulerant*] nimirum Jiſraelitæ, ut mandatum fuerat illis Deut. 9. 3.

CAPUT III.

Recenſentur populi in terra relicti ad Jiſraëlitas erudiendos: Et ex triplici Jiſraëlitarum deſectione, tria oppreſſionis tempora, cum liberatione ab illis attributa reſipiſcentibus, miniſterio Hhothnielis, Ehudis & Schimgaris.

1 ISTÆ autem ſunt gentes, quæ ut manerent fecit Jehova, ad probandum per eas Jiſraëlitas: eos omneis qui non experti
2 fuerant ulla bella" Cenahhanæa:

Tantummodò ut cognoſcerent ætates filiorum Jiſraëlis,

docente eos bello: ea tantùm quæ prius non noverant.

3 Nempe, quinq; Satrapæ Peliſchtæorũ, & totus Cenahhanęus, Tzidoniuſq; & Chivvæus inhabitans montem Libanum: a monte Bahhal-Chermone uſq; ad ingreſſum Chamathæ.

4 Fueruntq; ad probandum per ipſas Jiſraëlem: ad cognoſcendum an auſcultaturi eſſent præceptis Jehovæ, quæ præceperat majoribus eorum per Moſchen.

5 Filii autem Jiſraëlis habitabant in medio Cenahhanæi: Chittæi & Emoræi ac Perizzæi, Chivvæiq; ac Jebuſæi.

6 Et accipiebant filias eorum ſibi in uxores, & filias ſuas dabant filiis eorum: deniq; colebant deos eorum.

7 Cùm itaq; facerent filii Jiſraëlis quod malum *videtur* in oculis Jehovæ, obliti Jehovæ Dei ſui: colerentq; Bahhalimos, & *idola* lucorum:

8 Accenſa eſt ira Jehovæ in Jiſraëlitas, & dedidit eos in manum Cuſchanis Riſchehhatajimorum regis Syriæ interamnis: ſerviveruntq; filii Jiſraëlis Cuſchani Riſchehhathajimorum octo annis.

9 Deinde clamaverunt filii Jiſraëlis ad Jehovam: quare excitavit Jehova ſervatorem filiis Jiſraëlis, ut ſervaret eos: Hhothnielem filium Kenazi, agnatum Calebi, minimum ex illo.

a Heb. & fuit ſuper eũ ſpiritus Jehovæ, id eſt divina vi impulſus fuit. *b Heb.* judicavit vel cauſam egit.

10 [a] Cui cùm inſideret ſpiritus Jehovæ [b] vindicavit Jiſraëlem, namq; egreſſus eſt ad bellum, tradiditq; Jehova in manum ejus Cuſchanẽ Riſchehathajimorũ regem Syriæ: id eſt, robuſta fuit manus ejus ſupra Cuſchanem Riſchehhathajimorum.

11 Sic quievit terra. *hæc geſta* quadraginta annorum: cum mortuus eſt Hhothniel filius Kenazi.

c Heb. addiderunt facere.

12 Deinde [c] denuo filii Jiſraëlis fecerunt quod malum *videtur* in oculis Jehovæ: & fortiorẽ reddidit Jehova Hheglonem regem Moabitarum ſupra Jiſraëlitas, eò quód facerent quod malũ *videtur* in oculis Jehovæ.

13 Congregavit enim ad ſe Hhammonitas & Hhamalekitas: quibuſcum abiens percuſſit Jiſraëlem, & poſſederunt civitatem palmarum.

14 Servierũt autẽ filii Jiſraëlis Hegloni regi Moabitarũ octodecim annis.

15 Deinde clamãtibus filiis Jiſraëlis ad Jehovã, excitavit eis Jehova ſervatorẽ Ehudẽ filium Geræ Binjaminitam, virũ p̃cluſum manu dextera ſua: cum miſiſſent filii Jiſraëlis per eum munus Hhegloni regi Moabitarum.

d Heb. cui erant duæ acies.

16 (Paraverat autem ſibi Ehud gladium [d] bipennem cubitalem longitudine ſua: quo accinxerat ſe ſub veſtibus ſuis, ad femur dexterũ ſuum).

17 Obtulit itaq; ipſum munus Hhegloni regi Moabitarum: qui Hheglon homo erat pinguis valdé:

18 Fuitq; cùm abſolviſſet offerre munus illud: ut deduceret populum illum qui attulerant munus.

19 Ipſe verò reverſus e lapicidinis, quæ *ſunt* prope Gilgalem dicere: aliquid arcani habeo ad te, ô Rex, qui cùm dixiſſet, ſile, & exiiſſent ab eo quicunque adſtabant ei.

20 E-

20 Ehud acceſſit ad eum (is autem ſedebat in cœnaculo [d] æſtivo ſuo ſolus). dixitq; Ehud, aliquid divini habeo ad te: quapropter " ſurrexit e ſuo ſolio.

21 Extendens autem Ehud manum ſiniſtram ſuam, accepit gladium illum a femore ſuo dextero: & infixit eum ventri illius.

22 Ita ut ingrederetur etiam capulus ipſe poſt mucronem ſuum, & occluderet adeps mucronem ipſum. (non enim extraxit gladium ſuum e ventre ejus). & exiret ad podicem ejus.

23 Poſteà exivit Ehud ad ipſum procœtonem: cùm occluſiſſet fores cœnaculi circa illum, & peſſulo obſeraſſet.

24 Ipſo autem exeunte ſervi illius venerunt & aſpexerunt quód ecce fores ipſius cœnaculi eſſent obſeratæ: quare dixerunt, [e] purgat alvum in conclavi æſtivi *cœnaculi*.

25 Cumque expectaſſent [f] dudum, & ecce non aperiret fores ipſius cœnaculi: accepta clave aperuerunt, ecce autem dominus eorum ceciderat in terram mortuus.

26 Interea Ehud ſeſe recipiebat, dum cunctarentur illi: & ipſe prætergrediens lapicidinas illas ſeſe recepit " Sehhiram.

27 Fuitq; cum adveniens clanxiſſet buccina in monte Ephrajimi: ut deſcenderent cum eo filii Jiſraëlis ex eo monte, [g] ipſo præeunte eis.

28 Dixerat enim ad eos, ſequimini me, nam tradidit Jehova inimicos veſtros Moabitas in manum veſtram: quapropter deſcenderunt poſt eum, & præoccupantes vada Jardenis Moabitis, non ſiverunt quemquã tranſire.

29 Sed percuſſerunt Moabitarum tempore illo quaſi decies mille viros, quemque [h] opulentum, & quemque virum ſtrenuum: neque recepit ſe quiſquam.

30 Sic depreſſi ſunt Moabitæ die illo ſub manu Jiſraëlitarum & quievit terra. " *hæc geſta octoginta annorum.*

31 Quibus poſt eum fuit " Schamgar filius Hhanathi, qui percuſſit Pelischtæos ſexcentos viros ſtimulo bovis: ſervavitq; ipſe quoq; Jiſraëlem.

d Heb. refrigerationis, quod *erat* ei.

e Heb. tegit ipſe pedes ſuos: ſic 1. Schem. 24. 3. periphraſis honeſta purgantis alvum.

f Heb. uſque ad tarditatem, id eſt, amplius diſtuliſſet aperire, quàm ſolebat.

g Heb. & ipſe *deſcendebat* ante eos.

h Hebr. pinguẽ: tranſlatum a corpore ad opes.

ANNOTATIO.

1 *Cenahhanæa*] id eſt, a populo Dei contra Cenahhanæos geſta Moſche & Jehoſchuhha ducibus: Nam hiſtorias bellorum illorum ex parte tenebant, ſed Dei in illis ſingularia judicia non animadvertebant: quod ſequens verſus fuſius explicat. 2 *Docente eos bello*] id eſt, bellorum eventis eos revocantibus ad eorum recordationem, ad quæ alioquin ipſi non attendebant. 9 *Hhothnielem*] de quo ſuprà 1.12. 10 *Vindicavit*] id eſt, manu arma ta Jiſraëlitarum cauſam contra hoſtes ſuſcepit, & ſuperior fuit. 11 *Hæc geſta*] id eſt, quæcunque a morte Jehoſchuhhæ uſque ad mortem Hhothnielis facta narrantur, comprehẽſa etiam ſervitute ſub Syris, de qua ℣. 8. geſta fuerunt quadraginta annis: nam hòc membrum ἀπὸ κοινοῦ ad totam hiſtoriam eſt referendum: & ſic accipiendum eſſe hunc locum & ſequentes docet temporum ratio ex 1. Reg. 6.1. Simile vide Gen. 15.13. 18 *Ut deduceret*] *rexit* vide Num. 23.22. in annotatione. 20 *Surgit a peticulo*, ſi quod eventurum erat, liberi eſſent. 19 *Sile*] donec iſti abierint, qui me circumſtant. 20 *Surgit* ſequens 30 *Res geſta*] a morte Hhothnielis ad hujus mortem, ut ſup. ℣. 10. 31 *Schamgar*] de quo infrà 5. ℣. 6.

CAPUT IIII.

Nova Jiſraëlitarum a Deo defectio, cum ſevera Dei caſtigatione: Reſipiſcentia eorum, & divina liberatio per Deboram, Barakum & Jahhelem recẽſetur.

1 DEINDE cùm [a] rursus filii Jisraëlis facerent quod malum *videtur* in oculis Jehovæ: Ehude mortuo.

2 Dedidit eos Jehova in manum Jabinis regis Cenahanæi, qui regnabat in [c] Chatzore: (cujus militiæ princeps erat Sisera), & habitabat [c] Charoschethæ gẽtium.

3 Quapropter clamaverunt filii Jisraëlis ad Jehovam: cùm enim nongenti currus ferrati essent ei, ipse oppresserat filios Jisraëlis violentia, viginti annis.

4 Debora autem fœmina prophetissa [b] lappidothana: [c] judicabat Jisraëlem tempore illo.

5 (Quæ habitabat sub palma Deboræ, inter Ramam & inter Beth-Elem in monte Ephrajimi): nam ascendebant ad eam filii Jisraëlis in judicium.

6 Mittens itaque advocavit Barakum filium Abinohhami Kedeschonaphtalitarum: dixitque ad eum, nonne præcepit Jehova Deus Jisraëlis? I & [e] convocatos in montem Taboris assumito tecum decies mille viros e filiis Naphtali & e filiis Zebulunis.

7 Nam [d] convocabo adversum te ad torrentem Kischonis Siserã principem militiæ Jabinis, currusque ejus & multitudinem ejus: quem tradam in manum tuam.

8 Dixit verò ad eam Barak, si iveris mecum, utique iturus sum: sin autem non iveris mecum, non ibo.

9 Quæ dixit: [e] omnino itura sum tecum, nisi quòd non erit gloria tua, [c] secundum hanc viam qua tu ambulas: in manum enim mulieris dedet Jehova Siseram: sic surgens Debora ivit cum Barako Kedeschum.

10 Cùm itaque accersivisset Barak Zebulunitas & Naphtalitas Kedeschum, deduxit [f] ad vestigia sua decem millia virorum: ibatque cum eo Debora.

11 (Cheber autẽ Kenæus [c] separaverat se a [g] Kenæa gente, de filiis Chobabi soceri Moschis: tetenderatque tentorium suum usque ad querceti in [h] Tzahhanajimis, quod *est* prope Kedeschum.)

12 Cumque renuntiassent Siseræ ascendisse Barakum filium Abinohhami montem Taboris,

13 Accersivit Sisera omnes currus suos, nongentos currus ferratos, & totum illum populum qui *fuerat* cum eo: Chascherotha gentium ad torrentem Kischonis.

14 Tum edixit Debora Barako: surge, nam hic ille dies est, quo tradit Jehova Siseram in manum tuam, nonne Jehova procedit ante te? quare descendit Barak e monte Taboris & decies mille viri post eum.

15 Fuditque Jehova Siseram, & omnes illos currus, totumq; illum exercitum *sternendum* acie gladii ante Barakum: ita ut descendens Sisera de suo curru fugeret pedibus suis.

16 Barak verò cùm persequeretur currus illos, & exercitum illum usq; Cho-

[a] *Hebr.* cùm adderent filii Jisraëlis facere.

[b] *Hebr.* fœmina lapidotharum.

[c] *Heb.* & attrahito in mõtem Taboris, & assumito &c. nimirũ accersendo, ut docet v. 10.

[d] *Heb.* attraham. sub divino meo instinctu.

[e] *Hebr.* eundo ibo.

[f] *Heb.* ad pedes suos.

[g] *Heb.* a Kajino. sic Nũ. 24.22.

[h] qui Tzahhananimi vocantur. Jehos. 19.33

Charoschetham gentium: & caderet totus exercitus Siseræ acie gladii, non relictus esset ne unus quidem.

17 Sisera fugit pedibus suis ad tentorium Jahhelis vxoris Cheberi Kenæi: erat enim pax inter Jabinem regem Chatzoris & inter familiam Cheberi Kenæi.

18 Prodiens autem Jahhel obviam Siseræ, dixit ad eum: diverte domine mi, diverte ad me: ne timeto: sic divertit ad eam in tentoriũ: quæ texit eum stragula amphitapa.

19 Dixerat autem ad eam, da mihi, quæso, bibendum parum aquæ, nam sitio: & illa aperiens utrem lactis, dederat ipsi bibendum, antequã tegeret eum.

20 Dixit autem ad eam, sta in porta tentorii: & esto, si quis adveniens interroget te & dicat, estne istic aliquis? ut dicas nemo est.

21 Deinde Jahhel: uxor Cheberi accipiens paxillum ipsius tentorii, & apponens[i] manum suam a d malleum quendam, accessit ad eum sensim, ac infixit paxillum illum in tempora ejus, ita ut[k] permearet in terram: nã ipse fessus somno sopitus erat, sic mortuus est.

22 Ecce autem Barako persequente Siseram, prodiit Jahhel obviam ei, dixitque ei: veni ut ostendam tibi virum illum quem tu quæris: qui ingressus est ad eam: & ecce Sisera prostratus mortuus, cum paxillo in temporibus suis.

23 Sic cùm depressisset Deus die illo Jabinem regem Cenahhanæum ante filios Jisraëlis,

24 [l] Perrexit manus filiorum Jisraëlis continenter durior esse contra Jabinem regem Cenahhanæum: usquedum excidissent Jabinem regẽ Cenahhanæum.

i Heb. malleum ad manum suam: hypallage.

k Heb. desiliret in terrã, id est, cum impetu erũpens ex altero temporũ infigeretur in terram.

l Hebr. ivit manus filiorum Jisraëlis eũdo & dura *essẽdo.*

ANNOTATIO.

2 *In Chatzore*] id est, in agro Chatzoritano: nam Chatzorẽ Jehoschuahh cõbusserat Jehosch. 11. ℣. 11. & 13. ideò subjungitur ipsum resedisse Charoschethæ. *Charoschetæ*] id est in loco sylvatico: Sic fuit locus a situ dictus. Gen. 4 *Judicabat*] id est, consulentibus de jure ex revelatione divina respondebat, ut versus sequens explicat. 9 *Sedium autem vocatur quòd eò tanquam in locum munitum & tutum se contulissent reliquiæ Cenahhanæorum. eundem hanc viam*] hac ratione quam tu sequeris partæ victoriæ laus non ad te, sed ad mulierem perventura est: mulierem autem hîc indefinitè accipit, & eventus docet Deboræ & Jahheli magna ex parte eam ascribi. Viam autem sic accipit Mosche Num. 22. 32. 11 *Separaverat se*] id est, relictis suis gentilibus apud tribum Jehudæ, venerat habitatum in regionem Naphtalitarum. 15 *Fudit*] ut Jehosch. 10. 10. 17 *Erat pax*] id est, non erant simultates aut bella inter illos, sed pacem familia illa Kenæa æquè cum Jabine atque cum Jisraëlitis colebat, ut quę nullum jus sibi in ea regione vendicaret: sic 1. Schemu. 7. 13.

CAPUT V.

Carmen epinicium, quo Debora Deum victoriæ auctorem celebrat, & reliquis celebrandum proponit, a superiore Dei ductu, & liberatione e proximis populi calamitatibus e peccato ipsorũ natis, & a commodis victoriæ. Deinde vocationem suam prædicans, se, Barakum, & singulas tribus ad persequendam victoriam hortatur ab exemplo duarum tribuum, quæ hanc victoriã comparaverant, a singularibus testimoniis divini favoris, & a judiciis Dei severis in hostes & desides, & clementibus in adjutores. Postremò ludificatur hostium muliebrem jactationem, & cãticum prophetica precatione concludit.

1 CECINIT autem Debora & Barak filius Abinohhami: die illo dicendo.

2 [a] Quandoquidem ſumit ultiones per Jiſraëlem, ſponte ſe offerente
populo: benedicite Jehovæ.
3 Audite reges, aurem præbete dominatores, ego, ego Jehovę canam,
pſallam Jehovæ Deo Jiſraëlis.
4 Jehova cùm procederes a Sehhire, cùm gradereris ab agro Edomæ
orum, terra mota eſt, etiam Cœli ſtillaverunt: etiam denſæ nubes ſtilla-
verunt aquas.
5 Montes diffluxerunt a præſentia Jehovæ: ipſe Sinai a præſentia Jeho
væ Dei Jiſraëlis.
6 Diebus Schamgaris filii Hhanathi, diebus Jahhelis deſierant cœ-
tus commeantium: & euntes itineribus cœtus commeantes, ibant *itine-*
ribus tortuoſis.
7 Deſierant [b] pagani in Jiſraële, deſierant: uſquedum ſurrexi Debora,
dum ſurrexi mater in Jiſraële.
8 Elegerat deos novos, tunc debellator *erat in* portis: clypeus an con-
ſpiciebatur? aut ſpiculum in quadraginta millibus, in Jiſraële?
9 [c] Animus meus *propenſus eſt* erga mandata habentes Jiſraëlitarum,
erga ſe ſponte offerentes in populo: benedicite Jehovæ.
10 Equitantes aſinas nitidas, reſidentes in provincia, & qui profi-
ciſcimini per viam confabulamini.
11 A ſtrepitu ſagittariorum inter hauſtra, ibi confabulentur de [d] juſtis
operibus Jehovę, juſtis operibus erga paganos ſuos in Jiſraële: tunc cùm
deſcendent ad portas, populus Jehovæ *confabulentur*.
12 Expergiſcere, expergiſcere Debora, expergiſcere, expergiſcere, elo-
quere canticum: ſurge Barak, & captivam fac multitudinem captivorũ
tuorum fili Abinohhami.
13 Tunc dominium reſidui populi tradidit magnificis: Jehova do
minium tradidit mihi in fortiſſimos.
14 Ex Ephrajimo: *ex* iis *quorum* radix ad Hhamalekitas *protenditur*:
ex ſequẽtibus te Binjaminitis inter populos tuos: e Macire legiſlatores:
& e Zebulune convocantes deſcendunt ad ſtylum ſcribæ.
15 Etiam principes in Jiſſaſcare cum Debora: vt Jiſſaſcar, ſic Barak,
ad cujus [f] veſtigia miſſus eſt *exercitus* in ipſam convallem: magni inſtitu-
tis [g] animi in [h] partibus Rëubenis.
16 (Cur deſidéres inter duas illas ſarcinas audiendo ſibila acierum?)
magni [i] profundis cogitationibus animi ad partes Rëubenis.
17 Gilhhad ultra Jardenem habitans, & Dan quare degeret apud na-
ves? Aſcher *quare* deſidéret ad portum marium, & in præruptis ſuis ha-
bitaret?
18 Zebulun & Naphtali populus eſt *qui* abjecit [k] ſe ipſum ad morien-
dum, in editis locis agri.
19 Venerũt reges, pugnaverũt: tunc pugnaverũt reges Cenahhanęi
Tahhanaci ad aquas Megiddũtis: ne fruſtulũ *quidem* argẽti acceperũt.
20 E

[a] *Heb.* in ulciſcendo ultiones.
[b] *Heb.* deſierant pagi, ſupple viri, vel paganus *quiſq;*.
[c] *Heb.* cor meum.
[d] *Heb.* juſtitias Jehovę, juſtitias pagani ejus.
[e] *Heb.* ex poſt te *ſequentibus.*
[f] *Heb.* ad cujus pedes: ſic Exodi 11 ℣. 8. & ſup. 4. ℣. 10.
[g] *Heb.* cordis: ſic ℣. 16.
[h] *Heb.* diviſionibus.
[i] *Heb.* profũditatibus cordis.
[k] *Heb.* animam ſuã.

20 "E Cœlis pugnarunt": sydera ipsa e suis" aggeribus pugnaverunt cõ tra Siseram.

21 "Torrens Kischonis" everrit eos, torrens" occursuũ torrens Kischonis:" proculca anima mea robur.

22 Tunc fortes eorum obtuderunt calces equorum: [l] præcitatis cursibus suis.

23 "Maledicite Merozo," inquit angelus Jehovæ," [m] continenter maledicite habitatoribus ejus: quia non advenerunt ad auxilium Jehovæ, ad auxilium Jehovæ inter fortes.

24 Benedicitor præ fœminis Jahhel uxor" Cheberi Kenæi: præ fœminis" in tentorio degentibus benedicitor.

25 Aquam petierat *ille*, lac *ipsa* dedit:" in patera magnificorum obtulit [n] lac pingue.

26 Manus sinistra ejus ad paxillum, dextera autem ejus ad tuditem laborantium sese extenderunt: & tudit Siseram, abrasit caput ejus, & fregit ac transverberavit tempora ejus.

27 Inter pedes ejus incurvavit se, cecidit, jacuit: inter pedes ipsius incurvavit se, cecidit, ubi incurvavit se ibidem cecidit *vita* spoliatus.

28 "Per fenestram prospectabat & garriebat mater Siseræ, per fenestellam: cur tardat currus ejus redire? cur differunt incessus curruum ejus?

29 Sapientes principum fœminarum ejus respondebant: etiam ipsa referebat sermones suos sibi ipsi.

30 An non assecuti sunt? partiuntur prædam? puellam unam, *imò* duas [o] in personam quamque? præda versicolorium *est* Siseræ, præda versicolorium phrygionicum opus: versicolor operis phrygionici utrinq; ad [p] collum prædantium.

31 Sic pereant omnes inimici tui, Jehova, at diligentes eum *roborentur*, ut cùm procedit sol in robore suo: sic quievit terra. *hæc gesta* quadraginta annorum.

l Heb. plausibus, plausibus: supple equorum, qui currendo plaudũt terram.

m Hebr. maledicite maledicendo,

n Heb. butyri. subaudi lac: id est, recens & non pressũ.

o Heb. in caput viri, id est cuiusq;.

p Heb. ad collaȣ *virorum* prædę.

ANNOTATIO.

2 *Populo*] id est, non toto Israële, sed iis qui Barakum secuti Siseram fuderant, de quibus suprà 4. ℣. 10. & infrà ℣. 18. nam eo nomine dicuntur sponte se obtulisse, quòd Barakum prius in se nullum imperium habentem, secuti sunt. Est autem his duobus versibus exordium, in quo Israelitas ad laudationem Dei: exteros verò ad attentionem hortatur. 4 *Cùm procederes*] populum inde in terram promissam deducendo Num. 20. ℣. 21. Et 21. capite cum sequentibus. Narrationis pars prima, in qua recensẽt ante actam beneficentiam Dei erga Israelem in debellandis Cenahhanæis. *Terra mota est*] id est, omnia tua præsentia perculsa sunt: hyperbolicæ locutiones. 5 *Ipse Sinai*] quasi dicat, non tantùm illi, in quos procedebas, sed etiam quos procul a tergo relinquebas, ut erat mons Sinai. 6 *Diebus Schamgaris*] secunda narrationis pars, in qua afflictus Israelitarum status, proximè ante victoriam hanc partam, describitur. *Schamgaris*] de quo suprà tertii capitis ultimo versiculo. *Jahhelis*] de qua suprà cap. 4. 17. versiculo & sequentibus: & infrà in hoc cantico. Sensus autem est, a morte Ehudis usque ad hunc conflictũ adeò premebatur hic populus ab hostibus, ut cõmercia cessarẽt, & quibus iter faciendum erat, hostium metu, diverticula quærenda essent, neq; tuta esset ullius pagi habitatio. 7 *Mater*]

tum quia ſpiritu prophetico Iſraëlitis ut mater filiis, & propheta diſcipulis (quos prophetarum filios ſcriptura vocat) conſulebat, tum quia hoc bello malum ab Iſraëlitis, ut pia mater, depulit. 8 *Elegerat*] afflictionum, in quas populus inciderat, cauſam exponit idololatriam, ſuprà 2. ℣. 10. & ſequentibus. & 4. ℣. 1. *Clypeus an &c.*] id eſt, Deus illis animum ademit, ut ſe contra hoſtes non valuerint defendere, ut comminatus erat Levit. 26. 36. Deut. 28. 65. 9 *Animus meus*] tertia pars cantici propoſitio, qua militiæ duces laudat, & omnes ſecũ ad laudationes Dei accendit, poſtremò vocationem ſuam a Deo ſingulis tribubus nominatim commendat: & claſſicum canens ad perdendas Cenahhanæorum reliquias hortatur: quod factum eſſe oſtendit ℣. ultimus cap. 4. *Mandata habentes*] id eſt, duces, qui huic militiæ præfuerunt. *Sponte ſe offerentes*] id eſt, etiam milites gregarios, qui ultrò venerant, ut ſuprà ℣. 2. 10 *Equitantes aſinas*] id eſt, qui animi cauſa aliquò conveniti. *Reſidentes in provincia*] id eſt, qui manetis domi. *Qui proficiſcimini per viam*] id eſt, commeantes mercatores. 11 *A ſtrepitu*] id eſt, puteri & puellæ, qui ad hauriendum aquam diſcrimen vitæ ſubibant, ab hoſtium ſagittis, eodem loco convenientes, divinam liberationem prædicẽt. *Erga paganos*] quibus deinceps Dei beneficio, ſuos pagos tutò inhabitare licet 12 *Cum deſcendent ad portas*] convenient ad curiam & forum. 13 *Tunc*] cùm Barak captivos fecit Cenahhanæos. *Reſidui populi*] Cenahhanæi, qui reliquus factus fuerat ſuprà 3. *Magnificis*] Iſraëlitis. *Dominium tradidit mihi*] id eſt, Iſraëlitis me præfecit, ut ſuprà 7. quos ſigillatim quinque ſequentibus verſibus enumerat. 14 *Quorum radix*] id eſt, ex tribu Jehudæ & Schimhhonis, quarum hæreditas extendebatur ad Hhamalekitas uſque, ut oſtendit cõparatio 16. ℣. cap. 1. ſuprà cum 1. Sam. cap. 15, ℣. 6. Locutio autem eſt metaphorica, qua comparatur tribus arbori, quarum extrema pars ad Auſtrum radix appellatur. *Ex ſequentibus te.*] apoſtrophe ad Deũ, qua Binjaminis reliquias ſervatas ab excidio Binjaminiticæ tribus (cujus mentio habetur infrà 19. & ſequentib. capitibus) paucitate ſua non impeditas fuiſſe docet, quò minus in populis Dei numerarentur, id eſt, tribum unam efficerent, quia ſecutæ erant Deum: nam hiſtoriam illam huic tempore præceſſiſſe oſtendemus ſuo loco. *Legiſlatores*] id eſt, primarii, qui jus populo dicunt. *Convocantes*] id eſt, quorum autoritate conventus habentur. *Ad ſtylum ſcribæ*] id eſt, unis literis a me tranſmiſſis obſequuntur. 15 *Cum Debora*] id eſt, conſentiunt cum ea, & juſſi ſe ei iſtunt. *Sic Barak*] vocatus cum ſua tribu Naphtalitica acceſſit ſuprà 4. ℣. 6. & imperata fecit ibidem. ℣. 10. *In partibus*] id eſt, in regione trans Jardenem. *Magni inſtitutis animi*] id eſt, magnates indultu: per phraſis gubernatorum in ea tribu. 16 *Cur deſidéres*] Apoſtrophe ad Jiſſaſcarem, qua aſininam ejus ſegnitiẽ exprobrat: vide de eo Gen. 49. 14. *Audiendo &c.*] id eſt, non admovendo manum, ſed quieſcendo interea dum fratres tui cum inimicis ad fines tuos dimicant. *Ad partes Rèubenis*] Gaditas intelligit, qui Reubenitis adjacebant. *Magni*] id eſt, magnates conſulti. 17 *Apud naves*] poſſeſſionem enim habuit magna ex parte maritimam, Joſh. 19. ℣. 40. ſicut & Aſcher ibidem ℣. 24. & ſequentibus. *Præruptis ſuis*] ſupple rupibus. 18 *Zebulon & Naphthali*] quarta pars confirmatio ab exemplo ſuperioris victoriæ *In editis locis agri*] in monte Tabor, de quo ſuprà 4, 14. 19 *Reges*] Jabin & fœderati ejus, ut res amiſſas recuperarent. *Tahhanaci &c.*] regiones ſunt in dimidiata tribu Menaſchis non procul a Tabore, Jehoſch. 17. 14. & ſuprà 1. 27. *Ne fruſtulum*] id eſt, nihil acquiſiverunt illo bello. 20 *E Cœlis*] id eſt, res cœleſtes, pluviæ, venti, grandines, procellæ. *Syderum ſolidatio*] ſunt harum rerum inſtrumenta. *E ſuis aggeribus*] e ſuperioribus regionibus aeris: tranſlata locutio a muralibus ex editiore loco pugnantibus. 21 *Torrens Kiſchonis*] qui labitur ad radices Carmeli, tractum Tahhanaceum & Megidduntem præterfluens. *Everrit eos*] auctus imbribus ſua rapiditate hoſtium corpora abſtulit. *Ortum ſuum*] ad quem utrique exercitus concurrentes manu conſeruerunt. *Proculca anima*] id eſt, quicquid validum fuit, ſive torrentem, qui paulò antè hoſtes abripuit, ſive hoſtes ipſos robori ſuo præfidentes. 23 *Maledicite Rozo*] ſecundus confirmationis locus ab ira Dei in deſides, ut fuerunt Merozitæ, & favore Dei in adiutores, ut Jahhel. *Inquit angelus*] id eſt, quicunque ſpiritu Dei afflati ſunt, mecum ſemper pronunciabunt Merozitas maledictos eſſe & Jahhelem benedictam. 24 *Cheberi Kenæi*] vide ſuprà 4. 17. & ſequentibus. *In patera magnificorum*] id eſt, ampla, ut ad ſtatum decet domi ſe continere, non viros, ut Merozitæ fecerant. 25 *In patera magnificorum*] id eſt, ampla, ut ad ſtatum decet domi ſe continere, non viros, ut Merozitæ fecerant. 28 *Per feneſtram*] poſtrema pars cantici, Concluſio bimembris: primùm enim per hyperphraſin mulierum hoſtilium jactationes cum ſarcaſmo traducit: deinde propheticam precationem illarum jactationibus opponit, qua exitium reliquiis hoſtium, Iſraelitis autem roboris incrementum, comparatione ſolis abortu ad meridiem procedentis, precatur.

Caput VI.

Deus Iſraëlitas rurſus a ſe deficientes per Midjanitas caſtigat, per prophetam increpat: & Gidhhonem per angelum ad eos liberandos vocat ac præparat.

1 Deinde cùm facerent filii Iſraëlis quod malum *videtur in o*culis Jehovæ: tradidit eos Jehova in manum Midjanitarum ſeptem annis.

2 Roborata itaq; manu Midjanitarum ſuper Iſraëlem: metu Midjanitarum faciebant ſibi filii Iſraëlis ſpecus illas quæ *ſunt in mon*tibus, & ſpeluncas ac munitiones.

3 Erat enim cùm ſeverat Iſrael, ut aſcẽdẽte Midjane, Hhamalek quoque & orientales ſimiliter aſcenderent adverſus illum.

4 "Et caſtra ponentes contra eos perderent proventum terræ, uſque quà venis Hhazzam: neque reliquum facerent victum in Iſraële, aut parvam pecudem, aut bovem aut aſinum.

5 Nam ipſi & pecora eorũ aſcendebant cum tentoriis ſuis: veniebant autem

autẽ quasi locustæ multitudine, ipsisque & camelis eorum non erat numerus: veniebantque in eam terram ad perdendum eam.

6 Cùm ergo depauperatus esset valde Jisraël ob præsentiam Midjanitarum: clamaverunt filii Jisraëlis ad Jehovam.

7 Fuitque cùm clamarent filii Jisraëlis ad Jehovam, propter Midjanitas:

8 Ut mitteret Jehova virum prophetam ad filios Jisraëlis: qui dixit eis, sic ait Jehova Deus Jisraëlis, ego feceram ut vos ascenderetis ex Ægypto, & eduxeram vos e domo servorum,

9 Et eripueram vos e manu Ægyptiorũ & e manu omnium opprimentium vos: expuleramque eos a facie vestra, & dederam vobis terram eorum,

10 Denique dixeram vobis, ego sum Jehova Deus vester: ne timete deos Emoræorum, in quorum terra habitatis: at non auscultastis voci meæ.

11 Posteà veniens [c] angelus Jehovæ, consedit sub quercu illa quæ est Hhophræ, pertinente ad Joaschum Abi-Hhezeritam cujus filius Gidhhon decutiebat triticum in quadam [a] areola, [b] ut fugiens deportaret a conspectu Midjanitarum.

12 Cumque appareret ei angelus Jehovæ: dixit ad eum, Jehova *est* tecum, valentissime robore.

13 Cui dixit Gidhhon, *attende* ad me domine, si est Jehova nobiscum, at quare obvenit nobis totum hoc? & ubi sunt omnia mirabilia ejus, quæ enarrabant nobis patres nostri dicendo, nonne fecit ut ex Ægypto ascenderemus Jehova, cùm nũc deseruerit nos Jehova ac tradiderit nos in manum Midjanitarum?

14 Tum respiciens ad eum Jehova dixit, i[c] virtute tua hac, & servabis Jisraëlem e manu Midjanitarum: nonne mitto te?

15 Cui ille dixit, *attende* ad me Domine, [c] quanam re servabo Jisraëlem? ecce dux meus pauperrimus est inter Menaschitas, & ego minimus in domo patris mei.

16 Tum dixit ad eum Jehova, [c] sed ero tecum: ideò percuties Midjanitas tanquam [c] virum unum.

17 Dixit autem *Gidhhon* ad eum, si nunc inveni gratiam in oculis tuis: (ut edas mihi signum te illum esse qui loqueris mecum).

18 Ne, quæso, moveas te hinc, donec redeam ad te, & prolatum munus meum collocem ante te: qui dixit, ego considebo donec revertaris.

19 Deinde Gidhhon rediit, cùm parasset hœdum e capris, & ex Epha farinæ azymos panes, carne posita in canistro, & jure posito in cacabo: protulitque ad eum sub quercum illam, & [c] applicavit.

20 Nam edixerat ei angelus ille Dei, accipe istam carnem, & azymos panes, & colloca in petra illa, jus autem effunde: qui fecit sic.

a Hebr. torculari, id est parva arca, quantũ torculari capiendo satis est: quo sensu accipitur hic a R. Jehuda scriptorum hhebræorũ antiquissimo. *b Heb.* ad faciendum fugere.

21 Tum extendens angelus Jehovæ extremitatem ſcipionis illius, qui *erat* in manu ejus, tetigit illam carnem & illos azymos panes: aſcenditq; ignis e rupe illa, qui abſumpſit carnem & azymos panes illos: ſic angelus Jehovæ abiit a conſpectu ejus.

22 Quapropter animadvertens Gidhhon angelum Jehovæ eum eſſe dixit Gidhhon: " Aha, domine Jehova, quandoquidem vidi angelum Jehovæ " facie ad faciem.

23 "Dixit verò ei Jehova, pax *eſt* tibi: ne time: non morieris.

24 Extruxit itaque ibi Gidhhon altare Jehovæ, quod vocavit, JEHOVÆ PACIS: uſque in diem hunc adhuc extat Hhophræ Abi-Hhezeritarum.

25 (Nam fuerat ea ipſa nocte ut diceret ei Jehova: accipe juvencum [c] adultiorem, qui eſt patris tui, nempe juvencum illum " ſecundum " ſeptennem: & poſtquam deſtruxeris altare illud Bahhalis, quod *eſt* patri tuo, & lucum qui *eſt* juxta illud ſuccideris,

26 Extruito altare Jehovæ Deo tuo in ſummitate illius ipſius " arcis, cum ipſa ſtrue: tunc accipiens juvencum illum ſecundum offerto holocauſtum in lignis illius luci quem excideris).

27 Itaq; Gidhhon accpiens decem viros e ſervis ſuis, fecit quemadmodum edixerat ei Jehova: fuit autẽ quia timebat familiam patris ſui, & homines civitatis illius, [d] ſi feciſſet interdiu, ut faceret noctu.

28 Cùm autem ſurrexiſſent homines illius civitatis manè, & ecce diruta erat altare Bahhalis, & lucus qui *fuerat* juxta illud, exciſus: juvencus autẽ ſecundus ille oblatus in holocauſtũ *erat* ſuper illud altare extructũ:

29 Dixerunt " alter ad alterum, quis fecit rem hanc? cumque inquiviſſent & percunctati eſſent, dixerũt: Gidhhõ filius Joaſchi fecit rẽ hanc.

30 Dixerunt autem homines illius civitatis ad Joaſchum, produc filium tuum, ut moriatur: quia diruit altare Bahhalis, & quia ſuccidit lucũ qui *erat* juxta illud.

31 Dixit verò Joaſch omnibus qui inſtabant apud ipſum, " voſne contẽdetis pro Bahhale? an vos ſervabitis eum? qui contẽderit pro eo, [e] hoc ipſo mane morti tradetur: ſi Deus eſt, cõtendet pro ſe, quia diruit altare ejus.

32 Vocavit itaq; illum die illo [f] Jerubbahhalem: [g] eò quòd dixiſſet, contendet contra eum ipſe Bahhal, quia diruit altare ejus.

33 Omnes autem Midjanitæ & Hhamalekitæ ac orientales " congregati ſimul, trajecto *Jardene* " caſtra metati erant in convalle Jitzrehhelis.

34 Sed ſpiritus Jehovæ " induit Gidhhonem: qui cùm clanxiſſet buccina, [h] convocati Abi-Hhezeritæ eum ſecuti ſunt.

35 Præterea nuntios miſit per totum Menaſchen, qui convocatus ipſe quoq; ſecutus eſt eum: nuntios etiam miſit ad Aſcherem & ad Zebulunem & ad Naphtalin, qui aſcenderunt obviam " iſtis.

36 Dixerat autẽ Gidhhon ad Deum: ſi tu ſervaturus es manu mea Iſraëlem, quemadmodum locutus es:

37 Ec-

[c] *Heb.* bovis

[d] *Hebr.* a faciendo interdiu.

[e] *Heb.* dum *eſt* hoc manè.

[f] id eſt, contendet contra eum Bahhal.

[g] *Heb.* dicendo.

[h] *Heb.* & cõvocatus eſt Abihhezzer poſt eũ: ſic deinceps in ℣. proximè ſequente.

37 Ecce ego ſtatuo [i] vellus lanæ in hac area: ſi ros fuerit in ipſo vellere ſolo, & in tota terra ſiccitas, ſic novero te ſervaturum manu mea Jiſraëlẽ, quemadmodum locutus es.

38 Et fuit ita, nam ſurgens poſtero mane, quo aſperſerat *Jehova* vellus: expreſſit rorem ex illo vellere, plenam pateram aquæ.

39 Rurſus dixit Gidhhon ad Deum, ne accendatur ira tua in me, & loquar tantùm hac vice: probem, quæſo, ſolummodo hac vice hoc vellere: ſit, quæſo, ſiccitas in hoc vellere ſolo, & ſuper totam terram ſit ros.

40 Fecit itaque Deus ſic nocte illa: erat enim ſiccitas in illo vellere ſolo, at in tota terra erat ros.

[i] *Hebr.* tonſuram lanę, ſic deinceps.

ANNOTATIO.

4 *Caſtra ponentes*] ſingulis annis, ut & ſeptimo anno facere inceperant, infrà 33. ℣. 11 *Angelus Jehovæ*] Chriſtum ſermo æternus patris, qui infrà ℣. 14. Jehova, & 15. dominus vocatur. 14 *Virtute tua hac*] quæ te valentiſſimum robore vocans, donavi, & me tecum futurum promiſi. 15 *Quanam re*] non diffidentis, ſed conſulentis verba ſunt, quaſi dicat, non dubito futurum quod promittitur, ſed modum quæro illius efficiendi. *Ecce dux meus*] Duplici ratione oſtendit ſibi facultatem deeſſe: prior, quia præfecturæ in qua eſt, tenues ſint vires: poſterior, quia in præfectura illa ipſe minimum locum obtinet. 16 *Sed ero tecum*] ut ſuprà ℣. 12. *Tanquam virum unum*] id eſt, facillimè, ac ſi tibi cum uno negotium eſſet. 19 *Applicavit*] offerendo, ut Exodi 32. 6. Maleaci 2. 12. & cap. 3. ℣. 3. 22 *Aha*] interjectio eſt exitium ſibi metuentis ex conſpectu Jehovæ. ut Gen. 16. 13. annot. *Facie ad faciem*] vide Exodi 33. 11. 23 *Dixit verò ei*] hanc vocem abiens protulit. 25 *Illum ſecundum*] id eſt, qui in bubuli ordine ſecundus eſt. *Septennem*] Ac ideò eodem natum anno, quo Midjanitarum cœperat tyrannis. 26 *Arcis*] quã ſuprà ℣. 20. petrã & 21. ℣. rupẽ vocavit, hîc vocat arcem, quòd calamitoſo illo tẽpore in ejuſmodi loca tãquam in arces Jiſraëlitæ ſe recipiebant, ut ſuprà ℣. 2. 30 *Alter ad alterum*] tàm ex civibus, quàm ex domeſtici. 31 *Vosne*] Ut de voluntate Dei inſtructus reſpondet tribus argumentis: primùm ab audacia eorũ, qui præter vocationem vindices Bahhalis eſſe volebant, & contra voluntatem Dei veniebant: ſecundò a metu ſupplicii divini, quem illis injicit: tertiò ab officio ipſius Bahhalis per conceſſionem ironicam, ſi Deus eſt, &c. 32 *Vocavit eum*] pater filium Gidhhonem, non convitii ſed monimenti causâ quemadmodum etiã Jerubboſcheth. 2. Schẽ. 11. 21. 33 *Congregati erant*] anno ſeptimo ejus calamitatis. *Caſtra metati*] finem indicavimus ſuprà ℣. 4. & infrà 7. 12. idem repetitur. *Jitzrehhel*] vide Jehoſchu. 17. 16. 34 *Induit*] inſtruxit eum voluntate & facultate ad hanc expeditionem pertinente. 35 *Iſtis*] Abi-hhezeritis & Menaſchitis.

CAPUT VII.

Gidhhon partem populi, Dei juſſu dimittit, & reſidui trecentos divinitus deſignatos retinet, quibuſcum nocte, Dei juſſu & adverſarii ſomnio confirmatus, mirabili ſtratagemate hoſtes fundit, & fugientium partem cædit.

1 SURGENS itaque Jerubbahhal, is eſt Gidhhon, totuſq; populus qui erat cum eo, caſtra metati ſunt ad fontem Charodi: caſtra autem Midjanitarũ *erant* ei ab Aquilone, cis collem Moræ in ipſa convalle.

2 Sed dixit Jehova Gidhhoni, numeroſior *eſt* hic populus qui *eſt* tecum, quàm ut tradam Midjanitas in manũ eorum: ne gloriam aſſumat ſibi Jiſraël ſupra me, dicendo, manus mea ſalutem attulit mihi.

3 Nunc itaq; proclama jam [a] audiẽte hoc populo dicẽdo, is qui timidus eſt & trepidus, revertẽs evolato verſus montẽ Gilhhadis: ſic reverſa ſunt ex eo populo viginti duo millia, decies autem mille remanſerunt.

4 Quapropter edixit Jehova Gidhhoni, populus iſte adhuc eſt numeroſior, deducito eos ad iſtas aquas, & [b] diſparabo tibi eum illic: eſtoq; ut de quocunque edixero tibi, hic ito tecum, is eat tecum: de quocunque autem edixero tibi, hic ne ito tecum, is ne eat.

5 Deducto itaque populo ad iſtas aquas: edixit Jehova Gidhhoni, qui-

[a] *Heb.* in auribus hujus populi.

[b] *Hebr.* deſecabo, tranſlatum a metallis ad homines.

cunq; lãbet lingua ſua ex iſta aqua, quẽ admodũ lãbere ſolet canis, ſtatuito eum ſeorſim: ſimiliter quicũq; incurvabit ſe in genua ſua ad bibendũ.

6 Fuitque numerus eorum qui lamberant ſua manu ad os ſuum *admota*, trecentorum virorum: totum autem reliquum illius populi incurverunt ſe in genua ſua ad bibendum aquam.

7 Tum edixit Jehova Gidhhoni, trecentis iſtis viris lambentibus ſervabo vos, & tradam Midjanitas in manum tuam: quam ob rem totus iſte populus abeunto quiſque in locum ſuum.

8 Cùm itaque accepiſſent hic populus commeatum in manu ſua, & buccinas" illorum, & omnes viros Jiſraëlitas illos dimiſiſſet quenque in tentoria ſua, trecentos iſtos viros retinuit: caſtra verò Midjanitarum infra eum *erant* in illa convalle.

9 Fuit autem illa ipſa nocte ut ediceret ei Jehova, ſurge, deſcende contra iſta caſtra: nam trado ea in manum tuam.

10 Quòd ſi times deſcẽdere: deſcẽde tu & Pura puer tu[9] ad ipſa caſtra.

11 Et audito quid loquantur, ut poſteà confirmentur manus tuæ, ac deſcendas contra iſta caſtra: deſcendit itaque ipſe & Pura puer ejus ad extremitatem[c] militarium ordinum, qui *erant* in caſtris.

12 Midjanitæ autem & Hhamalekitę cum omnibus orientalibus" diffuſi erãt in ea convalle" tanquã locuſtæ multitudine: camelisque eorum non erat numerus, *erant* ſicut arena quæ *eſt* in littore maris multitudine.

13 Cumque adveniſſet Gidhhon, ecce quidam narrabat proximo ſuo ſomnium: & dicebat, ecce ſomnium ſomniavi, quód ecce [d] toſtus panis hordeaceus obvertebat ſe in caſtris Midjanitarum, & perveniẽs in quodque tẽtorium, concutiebat ipſum ita ut caderet, ſubvertebatque ipſum: ſic jacebat tentorium quodque.

14 Reſpondens autem proximus ejus dicebat, nõ eſt hoc *aliud* niſi gladius Gidhhonis filii Joaſchi viri Jiſraëlitæ: tradidit Deus in manum ejus Midjanitas & tota hæc caſtra.

15 Fuit ergo cùm audiſſet Gidhhon narrationem illius ſomnii & [e] explicationem ejus ut incurvaret ſeſe: & reverſus ad caſtra Jiſraëlitarum dixit, ſurgite, tradit enim Jehova in manum veſtram caſtra Midjanitarũ.

16 Tum diſtribuit trecentos illos viros in tria [f] agmina: tradiditq; buccinas in manum cujuſque eorum, & hydrias vacuas, erantq; faces in medio illarum hydriarum.

17 Et edixit eis, me verſus reſpicitote, & ſic facitote: cùm ecce ego veniam ad extremitatem iſtorum caſtrorum, eſto ut quemadmodum faciam ſic faciatis.

18 Clãgã enim buccina ego & quicũq; *erunt* mecũ: quare clãgitote vos buccinis quoq; circũ tota iſta caſtra, & dicite, Jehovę & Gidhhõis *gladius*.

19 Adveniẽs itaq; Gidhhõ & cẽtũ viri qui *erãt* cũ ipſo ad extremitatẽ illorũ caſtrorũ principio vigilię medię, (tãtũmodò [g] demũ ſtatuebãt cuſtodes): clãxerũt buccinis ſimul cõminuẽdo hydrias, q̃ *erãt* in manu ipſorũ.

20 Clanx-

c Hebr. quinorum: ſic Exod. 13.18

d Heb. toſtũ panis hordeorum.

e Hebr. fractura ejus. trãſlatũ verbum a nucibus vel nucleis: quaſi dicat, enucleationem

f Hebr. tria capita: ſic infrà 20. & 9.34.

g Hebr. ſtatuendo ſtatuebant.

20 Clanxeruntque tria illa agmina buccinis, & fregerunt hydrias: sic tenebant manu sinistra sua faces, manu verò dextera sua buccinas ad clangendum: deinde clamarunt, gladius Jehovæ & Gidhhonis.

21 Subsistebant autem quisque in loco suo circum castra ipsa: discurrentia verò tota illa castra vociferabantur & fugiebant.

22 Rursus clanxerunt trecentis illis buccinis, & [h] obvertit Jehova gladium [i] unius in alterum, idque per tota illa castra: adeò ut fugerit exercitus ille usque Beth-Schittam per " Tzereram usque ad ripam " Abel-Mecholæam supra Tabbàtham.

23 Quapropter convocati sunt viri Jisraëlitæ e Naphtali & ex Asche-re, atque ex toto Menasche, qui persecuti sunt Midjanitas.

24 Præterea nuncios misit Gidhhon per totum montem Ephrajimi qui ediderent, descendite obviam Midjanitis, & præoccupate illis aquas " Beth-Baram usq;, nempe Jardenem: itaq; convocati omnes viri Ephrajimi præoccupaverunt aquas illas Beth-Baram usque, id est, Jardenem.

25 Ceperuntq; duos principes Midjanitarum Hhorebum & Zeebum, ac occiderunt Hhorebum in rupe Hhorebi, Zeebum verò occiderunt in torculari Zeebi cùm persequerentur Midjanitas: caput autem Hhorebi & Zeebi attulerunt ad Gidhhonem trans Jardenem.

h Hebr. posuit.

i Heb. viri in proximum suum.

" quæ apud Iohannem cap. 1. 28. Bethabara dicitur.

ANNOTATIO.

1 *Fontem Charodi*] is fons esse videtur, cujus meminit 1. Schem. 29. 1. quia in Jitzrehhele situs erat, & fortasse Charod (quod sonat trepidum) dictus est, vel a trepidatione 22. millium, qui Gidhhonem deseruerunt infra 23. ℣. vel a trepidatione Midjanitarum fusorum per Gidhhonem ibi castra habentem, vel denique a trepidatione Schaulis ibidem, de qua 1. Schemu. 28. 5. *Collem moræ*] id est, jaculatoris vel indicis. hoc quoque nomen collis ille consecutus videtur a sagittariis qui Schaulem fugientem assecuti sunt. 1. Schemu. 31. 3. nam unus erat e montibus Gilboah hæc. 2 *Ne gloriam assumat*] vide Exodi 8. 9. 3 *Versus montem Gilhhadis*] id est, retrorsum, ne animos Jisraëlitarum qui vicini erant hostibus, minuerent, hostium verò animos confirmarent. 8 *Illorum*] omnium qui prius abierant, ℣. 3. & tunc obibant. 12 *Diffusi erant*] vide Gen. 25. 18. *Tanquam locustæ*] erant enim centum triginta quinque millia, ut apparet ex 8. cap. ℣. 10. 22 *Per Tzereram*] id est, agrum Tzarthanis, ut colligitur ex 1. Reg. 4. 12. vide Jehoschu. 3. 16. *Abel Mecholæam*] id est ripam Iardenis ex adverso Abel-Mehholæ: Locus est unde oriundus erat Elisæus 1. Reg. 19. 15. in tribu Ephrajimi 1. Reg. 4. 12. 25 *Trans Iardenem*] nam Iardenem transierant, ut ostendit ℣. 4. cap. sequentis.

CAPUT VIII.

Gidhhon Ephrajimitarum contra se contentione prudenter & modestè sedata, hostes fugientes persecuturus a Succothanis & Penuelitis commeatum non impetrat: quare illis interminatus expeditionem suam fœliciter persequitur, & reversus illos plectit: Oblatum dominium retriam abusi sunt. Victoriæ monimentum in urbe sua statuit, quo post mortem ejus Jisraëlitæ ad idololapudiat, &

1

2

SED dixerunt ad eum viri Ephrajimitæ, quæ est hæc res *quam* fecisti nobis, non vocando nos cùm proficiscereris ad pugnam contra Midjanitas?" contenderuntque cum eo validè.

" Qui dixit ad eos, quid feci nunc cujusmodi vos? nonne meliores sunt racemationes Ephrajimitarum, vindemia Abihhezeritarum?

3 In manum vestram tradidit Deus principes Midjanitarum Hhorebum & Zeebum: quid ergo potui facere cujusmodi vos? tunc destitit [a] iratus illorum animus ab eo, cùm locutus esset verbum hoc.

a Hebr. spiritus.

4 Cùm autem veniſſet Gidhhon ad Jardenem: trajiciens ipſe cum trecentis viris qui erant cum eo feſſi, perſequentes tamen:

b Hebr. qui eſt ad pedes meos.

5 Dixit viris Succothanis, date, quæſo, ″ tractas panis huic populo[b] qui ſequitur veſtigia mea: feſſi enim ſunt, & ego perſequor Zebachũ & Tzalmunahhum Reges Midjanitarum.

c Heb. vola.

6 Dixit verò principum Succothanorum *ordo*: an[c] ″ manus Tzebahhi & Tzalmunahhi nunc eſt in manu tua, vt tradamus exercitui tuo panem?

d Heb. tritu rabo, id eſt, repetitis ictibus, ut ſolent qui triturant, ad necem uſq; *e* ædam *e Heb.* ſicut hoc.

7 Quibus dixit Gidhhon: propterea cùm tradiderit Jehova Tzebachum & Tzalmunahhum in manum meam: vtiq; [d] triturando cædã carnem veſtram, ſpinis iſtius deſerti & ſentibus.

8 Et aſcendens inde Penuelem allocutus eſt eos [e] in eandem ſentẽtiam: ſed reſponderunt ei viri Penuelitæ, quemadmodũ reſpõderant viri Succothani.

f Hebr. cum pace.

9 Quare etiã allocutus eſt viros Penuelitas dicendo: cùm revertar [f] incolumis, deſtruam turrim iſtam.

g Heb. filiorũ oriẽtis.

10 Tzebach autem & Tzalmunahh erant KarKoræ, & exercitus eorũ cum ipſis quaſi quindecim millium, quicunq; reſidui *erant* è toto exercitu[g] orientalium: qui autem ceciderant, centum viginti millia virorum educebant ſtringentium gladium.

11 Aſcendit itaq; Gidhhon viâ ″ degentium in tentoriis ab oriente ″ Nobacho & ″ Jogbehæ: percuſſitque exercitum illum: nam exercitus ille degebat ſecurè.

12 Sed fugientes Zebachum & Tzalmunahhum perſecutus eſt: cepitque duos reges Midjanitarum Zebachum & Tzalmunahhum, & totum exercitum illum perculit.

13 Quapropter revertens Gidhhon filius Joaſchi ab illo prælio ante aſcenſum ſolis,

14 Cepit puerũ e viris Succothanis & percũctatus eſt eum: qui deſcripſit ei principes Succothanos & ſeniores ejus, ſeptuaginta ſeptem viros.

15 Cumque ingreſſus eſſet ad viros Succothanos dixit: ecce Zebach & Tzalmunahh de quibus exprobraſtis mihi dicẽdo: an manus Zebachi & Tzalmunahhi eſt nunc in manu tua, vt tradamus viris tuis feſſis panem?

16 Et aſſumptis ſenioribus civitatis illius, ſpinisque deſerti & ſentibus: ″ documentum in eis dedit viris Succothanis.

17 Deinde turrim Penuelis deſtruxit, ac interfecit viros ″ illi[g] civitatis.

18 Poſteà dixit ad Zebachum & ad Tzalmunahhum: quales erant viri quos interfeciſtis Tabore? qui dixerunt, qualis tu tales illi *erant*, idem *erant*, formâ quali filii regis.

19 Tunc dixit, fratres mei filii matris meæ erant: *ita ut* vivit Jehova, ſi vivos ſervaſſetis eos, ″ non occiderem vos.

20 Itaq; dixit Jethero primogenito ſuo, ſurgens occide iſtos: ſed non ſtrinxit puer gladium ſuum, eo quòd timeret, nam adhuc puer erat.

21 Tum

21 Tum dixit Zebach cum Tzalmunahho: ſurge tu & incurre in nos: nam qualis eſt vir, tale *eſt* robur ejus: quapropter ſurgens Gidhhon interfecit Zebachum & Tzalmunahhum: accepitque ″ lunulas illas, quę *erāt* ad colla camelorum ipſorum.

22 Poſteà dixerũt Jiſraëlitæ ad Gidhhonẽ: dominiũ habe in nos, tũ tu, tũ filius tuus, tum [h] nepos tuus: quia ſervaſti nos e manu Midjanitarum.

23 Sed dixit ad eos Gidhhon, non habebo ego dominiũ in vos neq; filius meus habebit dominiũ in vos: Jehova habiturus eſt dominium in vos.

24 Præterea dixit ad eos Gidhhon, petam a vobis petitionem ut detis mihi quiſque monile prædæ ſuæ: (monilia enim aurea fuerant illis, quia Jiſchmahhelitæ erant).

25 Qui dixerunt [i] lubentiſſimè dabimus: explicanteſq; pannum quendam conjecerunt illuc quiſque monile prædæ ſuæ.

26 Fuit autem pondus monilium aureorum quæ petierat, mille ſeptingentorũ *Siclorum* auri: præter lunulas & myrothecidia & veſtes purpureas, quibus induti erant reges Midjanitarum, & præter torques, qui erant ad colla camelorum illorum.

27 Aptavitque Gidhhon illud *aurum* in amiculum, ″ ſtatuitque ipſum in ſua civitate Hhophræ: quod ſcortantes ſecuti ſunt omnes Jiſraëlitæ ibi: fuitque Gidhhoni, id eſt familiæ ejus in tendiculam.

28 Tum depreſſi Midjanitæ ante filios Jiſraëlis, non attollere caput ſuum: ſic quievit terra diebus Gidhhonis: *hæc geſta* quadraginta annorũ.

29 Et abiens Jerubahhal filius Joaſchi, manſit domi ſuæ.

30 (Fuerunt autem Gidhhoni ſeptuaginta filii, egreſſi e femore ejus: nam uxores multæ erant ei.

31 Concubina verò ejus quæ erat Schecemi, peperit ei ipſa quoque filium, cui nomen indidit Abimeleco).

32 Sed cùm mortuus Gidhhon filius Joaſchi in canitie bona, ſepultus eſſet, in ſepulchro Joaſchi patris ſui Abihhezeritæ Hhophræ.

33 Fuit mortuo Gidhhone, ut [k] denuó filii Jiſraëlis ſcortantes ſequerentur Bahhalimos: proponerentq; ſibi ″ Bahhal-berithum in Deum.

34 Ita non recordarentur filii Jiſraëlis Jehovæ Dei ſui, qui eripuerat ipſos e manu omnium inimicorum ipſorum circumquaque.

35 ″ Neq; exercerent benignitatem erga familiam Jerubbahhalis, Gidhhonis: ſecundum omne illud bonum quo affecerat Jiſraëlem.

[h] *Heb.* filius filii tui.

[i] *Heb.* dãdo dabimus.

[k] *Heb.* reverterẽtur filii Jiſraëlis ut ſcortarẽtur

ANNOTATIO

1 *Contenderunt Ephraïde*] ex cæſis duobus regibus Midjanitarum ſibi præſidentes. 2 *Nonne meliores ſunt*] Pugnã cum vindemia, fugientium verò perſecutionem cum racematione comparat, quaſi dicat, nos Abihhezeritæ nõ tantum pugnando, quantum vos Ephrajimitæ a nobis fugatos perſequendo, conſecuti ſumus. 5 *Tractas panis*] id eſt, quàm celerrimè paratas & coctas, ne noſtrũ iter abrũpatur. 6 *An manus*] quaſi dicãt, longiſſimè abes ab expectatione tua, cùm tu feſſus & parvo comitatu, expeditos, numeroſiores & a labore recreatos perſequeris: ita ejus conſiliũ rident. 11 *Degentium in tentoriis*] Arabũ ſcenitarũ. *Nobacho*] de quo Num. 32. ℣. ult. *Jogbeha*] in tribu Gadis, de quo Nũ. 32. 35. 13 *Ante aſcenſum*] ſub ipſum ortũ. 16 *Documentũ in eis*] id eſt, eos cædẽdo Succothanos informavit ut in poſterũ ſaperent, 17 *Viros illius*] qui illi civitati præerãt, ut ex ſuperiore exẽplo conſtat. 19 *Non occiderem*] ſed illos vita veſtra redimerem. 21 *Lunulas illas*] id eſt, ornamenta lunari forma, & bullatas phaleras. 24 *Jiſchmahhelitæ erant*] vide Gen. 37. 25. 26 *Mille ſeptingentorum*] id eſt, 3750. da lerorum. 27 *Statuitq;*] in monimentum victoriæ. *Quòd ſcortantes*] id eſt, demũ mortuo Gidhhone abuſi ſunt ad cultum Bahhalimorum infrà 33. 33 *Bahhal-berithum*] idolum Schecemitarum, de quo cap. ſequente. 35 *Neque exercerent*] Tranſitio eſt ad hiſtoriam ſequentem.

Caput IX.

Abimelech Schecemitarum imperium consecutus, omneis fratres uno excepto occidit, qui ipsi & Schecemitis exitium denunciat. Deus verò illius prædictionem mutuis Abimelechi & Schecemitarum odiis, grassationibus & pugnis ita adimplevit, ut vaticinatus erat.

1 Cùm enim abiens Abimelec filius Jerubbahhalis Schecemum ad cognatos matris suæ, allocutus esset eos, & totam familiam paternæ domus matris suæ, dicendo:

2 Eloquimini, quæso, [a] audientibus omnibus Schecemitis, utrum melius est vobis, an ut dominium habeant in vos septuaginta viri, omnes filii Jerubbahhalis, an verò ut dominium habeat in vos vir unus? " recordemini autem me esse os vestrum & carnem vestram.

3 Elocuti sunt cognati matris ejus pro eo, audientibus omnibus Schecemitis, omnia verba ista, inclinavitque [b] animus eorum ad sequendum Abimelecum, eò quòd dicerent, cognatus noster est.

4 Quappter dederũt ei septuaginta *siclos* argẽti ex æde Bahhal-Berithi: quibus cõduxit Abimelec viros vanos & instabiles, qui secuti sũt ipsum.

5 Ita venit in domum patris sui Hhophram, & interfecit fratres suos filios Jerubbahhalis, *qui erãt* septuaginta viri, super lapidẽ unũ: sed superstes relictus est Jothã filius Jerubbahhalis minimus: abscõderat enim sese.

6 Tum congregarunt se omnes Schecemitæ, & [c] omnes incolæ munitionis, abeuntesque constituerunt Abimelecum in regem, in " planitie statuæ, quæ *est* in *agro* Schecemitano.

7 Quod cùm nunciassent Jothamo, abiens constitit in vertice montis Gerizzimorum, & sublata voce clamavit: dicens illis, audite me Schecemitæ, ita audiat vos Deus.

8 [d] Aliquando iverunt arbores ut crearent sibi regem: dixeruntque olivæ, regna super nos.

9 Sed dixit eis oliva, cogerérne desistere cum pinguedine mea ego, per quã " honorant Deũ & homines: & irem " vagatũ propter alias arbores?

10 Deinde dixerunt arbores ficui: veni tu, regna super nos.

11 Sed dixit eis ficus, cogerérne desistere cum dulcedine mea, & cum reditu meo optimo, & irem vagatum propter alias arbores?

12 Tum dixerunt arbores viti: veni tu, regna super nos.

13 Sed dixit eis vitis: cogerérne desistere cum musto meo, quod " lætificat Deum & homines: & irem vagatum propter alias arbores?

14 Deniq; dixerunt oẽs arbores ad Cynosbatũ: veni tu, regna sup nos.

15 Tum dixit Cynosbatus ad arbores: si [e] serió vos [f] creatis me in regẽ super vos, venite, obtegite vos vmbra mea: sin minus, exeat ignis ex Cynosbato, & absumat cedros ipsas Libani.

16 Similiter nunc, si serió & integrè feciſtis quòd Regem constituistis Abimelechum, & si bonum exercuistis erga Jerubbahhalem & erga familiam ejus, & sí secundum beneficium manuum ejus affeciſtis eum:

17 (Pugnavit enim pater meus pro vobis: & abjiciens animam suam procul, eripuit vos e manu Midjanitarum:

18 Vos

a Heb. in auribus omnium dominorũ Schecemi: sic ℣. 3. & sic deinceps.

b Hebr. cor.

c Heb. & tota domus munitionis

d Heb. eũdo iverunt ad ungendũ.

e Heb. in veritate, ut ℣. 16. & 19.

f Heb. ungitis ut suprà ℣. 8.

18 Vos autẽ insurrexistis cõtra familiã patris mei [g] hoc tẽpore & interfecistis filios ej⁹, *qui erãt* 70. viri sup lapidẽ unũ: regẽq; cõstituistis Abimelecum filiũ ancillæ ejus super Schecemitas: eo quòd cognatus vester est.)

19 Si, inquam, seriò & integré feciſtis erga Jerubahhalem & erga familiam ejus hoc tẽpore: lętamini de Abimeleco, & lætetur ipse etiã de vobis:

20 Sin verò minus, exeat ignis ex Abimeleco, & absumat Schecemitas & incolas munitionis: & exeat ignis ex Schecemitis & incolis munitionis qui absumat Abimelecum.

21 Tum aufugit Jotham, & fugiens abiit ″ Beerum: mansitque ibi metu Abimeleci fratris sui.

22 Tenuit ergo Abimelec principatum super Jisraëlem tribus annis.

23 Immisit autem Deus [h] affectum malum inter Abimelecum & inter Schecemitas, adeo ut prævaricarentur Schecemitæ contra Abimelecũ.

24 Ut reversa injuria septuaginta filiis Jerubbahhalis *illata*, id est cædes eorum reponeretur Abimeleco fratri eorum, qui interfecerat eos & Schecemitis qui cõfirmaverant manus ejus, ut interficeret fratres suos.

25 Ponentes enim adversus eum Schecemitæ insidiatores in verticib⁹ illorum montinm, rapiebant quicquid transibat juxta illos per eam viã: quod ″ renuntiatum est Abimeleco.

26 Deinde veniens Gahhal filius Hhebedi & fratres ejus, cùm pervenissent Schecemum: confisi sunt ei Schecemitæ.

27 Adeó ut exeuntes in agrum vindemiarent vineas suas, & calcarent *uvas*, facerentque ″ laudativa carmina: deinde ingressi ædem Dei sui comederent & biberent ac maledicerent Abimeleco.

28 Quare dixit Gahhal filius Hhebedi, pṽsente Zebule præfecto Schecemi, ″ quis est Abimelec, & quę Schechem ut serviamus isti? nonne filius *est* Jerubbahhalis? setvite cum civibus ″ Chamoris [i] principis Schecemi, cur enim serviremus isti nos?

29 [k] ″ At utinam populus hic esset in manu mea, ut tollerem Abimelecum: dixitque de Abimeleco, ″ multiplica exercitum tuum & prodi.

30 Audiens itaque Zebul præfectus ipsius civitatis verba Gahhalis filii Hhebedi: quibus accensa est ira ejus,

31 Misit nuntios ad Abimelecum ″ Tormam, qui dicerent: ecce Gahhal filius Hhebedi & fratres ejus ingressi sunt Schecemum, qui ecce cum civitate oppugnaturi sunt te.

32 Nũc igitur surge noctu tu & popul⁹ qui *est* tecũ: & insidiare in agro.

33 Et esto ipso mane cùm orietur sol, ut surgas irruiturus in ″ civitatem, nam ecce ipse & populus qui *est* cum eo exituri sunt ad te, sic facies ei pro ut obvenerit manui tuæ.

34 Surrexit itaque Abimelec & totus populus qui *erat* cum eo noctu: insidiatique sunt in Schecemitas ″ quatuor [l] agminibus.

35 Gahhal verò filiꝰ Hhebedi cùm exivisset, subsistit in foribꝰ portę civitatis: surgebat enim Abimelec & populus qui *erat* cum eo ex insidiis.

[g] *Hebr.* hodie: synecdoche.

[h] *Hebr.* spiritum.

[i] *patris.*

[k] *Hebr.* quis det?

[l] *Heb.* capitibus, ut supra 7. 16. sic deinceps.

36 Videnſque Gahhal populum illum, dicebat ad Zebulem, ecce populus deſcendens e verticibus iſtorum montium: ſed reſpõdit ei Zebul, umbram ipſorum montium vides quaſi homines.

37 [m] Deinde iterum locutus Gahhal, amplius dixit, ecce populus deſcendentes ex[n] editiore loco terræ: nam agmen unum veniebat a via platitiei [o] Mehhonenimorum.

38 Cui dixit Zebul, ubi nunc eſt [p] os tuum, quo dicebas, quis eſt Abimelec ut ſerviamus ei? an non iſte eſt populus ille quem ſprevisti? egredere, quæſo, nunc, & pugna contra eum.

39 Sic egreſſus Gahhal ante Schecemitas pugnavit cõtra Abimelecũ.

40 Sed perſequutus eſt eum Abimelec fugientem a facie ſua: ceciderunt ſque confoſſi multi, uſque ad fores ipſius portæ.

41 Reſidebat autem Abimelec Arumæ: expulitque Zebul Gahhalem cum fratribus ejus, ne habitarent Schecemi.

42 Fuit etiam poſtridie cùm [q] exiret populus in agrum, ut renunciarent Abimeleco.

43 Qui aſſumens populum ſuum, partitus eſt eos in tria agmina, & inſidiatus eſt in agro: cumque videret quòd ecce populus exibat e civitate, inſurgens in eos percuſſit eos.

44 Nam Abimelec & agminum *illud* quod *erat* cum ipſo irruentes inſtabant ad fores portæ ipſius civitatis: duo verò reliqua agmina irruentia in omnes qui erant in agro percuſſerunt eos.

45 Itaque Abimelec oppugnans ipſam civitatem toto illo die cepit civitatem, & populum qui *erat* in ea interfecit: deſtructaque civitate conſevit eam ſale.

46 Quæ cùm audirent omnes [r] cives arcis Schecemitanæ: ingreſſi ſunt propugnaculum, ædem Dei Berithi.

47 Cumque nuntiatum eſſet Abimeleco ſe congregaſſe omnes cives arcis Schecemitanæ:

48 Aſcendit Abimelec montem Tzalmonis ipſe & totus populus qui erat cum eo, ubi accipiens Abimelec ſecurim bipennem in manu ſua, amputavit ramos arborum, quos ſublatos impoſuit humero ſuo: edixitque populo qui *erat* ſecũ, quod vidiſtis me facere, [s] feſtinãter facite ſicut ego.

49 Quapropter amputarunt totus quoque populus quiſque ramos ſuos, & ſecuti Abimelecum circumpoſuerunt propugnaculo, & incenderunt illis propugnaculum igni: ſic mortui ſunt etiam omnes cives arcis Schecemitanæ, quaſi mille viri & mulieres.

50 Deinde profectus Abimelec Tebetzum: caſtra poſuit contra Tebetzum, & cepit illud.

51 Arx autem munita erat intra civitatem illam, quò confugientes omnes viri & mulieres, id eſt, omnes cives illius civitatis, occluſerant circa ſe: & aſcenderant ad tectum arcis.

52 Sed veniens Abimelec uſq; ad arcem ut pugnaret contra eam: cùm acce-

[m] *Heb.* & adjecit amplius Gahhal loqui, ac dixit.
[n] *Heb.* umbilico terræ. *e* id eſt, planetariorũ.
[o] *Heb.* domini turris Schecemi, ſic deinceps.
[p] *Heb.* feſtinate, facite.

accederet usque ad portam arcis, ad comburendum eam igni,
53 Dejecit mulier quædam fragmen molæ super caput Abimeleci: & confregit cranium ejus.
54 Quare inclamans celeriter puerum armigerũ suum edixit ei, stringe gladium tuum, & morti trade me, ne dicant de me, mulier interfecit eum: tum confodit eum puer ejus, ita ut mortuus sit.
55 Videntes autem Jisraëlitæ mortuum esse Abimelecum, abiverunt quisque in locum suum.
56 Sic fecit Deus ut rediret maleficium Abimeleci, quo affecerat patrẽ suum, interficiendo fratres suos, *qui erant* septuaginta,
57 Et totum maleficium Schecemitarũ fecit Deus ut rediret in caput illorum: evenitque illis maledictio Jothami filii Jerubbahhalis.

ANNOTATIO.

2 *Recordemini autem*] oratio est ecliptica: quasi dicat, Quòd si constitueritis virum unum habendum esse, præsertim cum aliis, qui vobis sanguine conjunctus sum. 6 *Planitie*] in cãpo illo prope Schecemum ubi Jehoschuahh magnum lapidem erexisse legitur sub quercu Jehosch. ultimo ℣. 26. vide annotata ibi. 8 *Aliquando iverunt*] apologus ut 2. Reg. 14. 9 *Honorant Deum & homines*] adhibetur enim oleum ad sacrificia, ad unctionem regum, sacerdotum, ac prophetarum, denique ad corpora humana delibuenda. *Vagatum*] id est, circumeursatũ ad regium munus exequendum. 13 *Lætificat Deum & homines*] quia ad oblationes legales adhibetur, & cor hominis exhilarat. Psal. 104. 15. 21 *Beerum*] fortè is locus est, qui Jehosch. 19. 8. Bahhalath-Beer dicitur in tribu Schimhahonis. 25 *Quod nuntiatum*] oratio ecliptica. quæ suppletur ex oratione sequenti: quasi dicat, qui ex relatione, in Schecemitas infensus in agro Schecemitano grassabatur. simile est Gen. 35. 22. 27 *Laudatiua carmina*] id est, cantu suo & laudibus Gahhalis declararunt se omni metu Abimeleci solutos esse, & hoc beneficium Gahhali adscribere. 28 *Quis est Abimeleci?*] indignitatem servitutis comparatione personarum Abimeleci & Schecemitarum ostendit: Jerũbbahhalis filius est, qui nomen consecutus est à dejecto altari & luco Dei Bahhalis, quique ut privatus vixit, neque imperium in quenquam habuit: Schecemitæ autem liberam Rempub. jam olim constituram habuerunt. *Cum civibus Chamoris*] id est, si serviendum est, ne patiamini vos servitute premi duriore, quàm olim hujus loci cives sub Chamore, qui Schecemitis erat veluti pater. 29 *At utinam*] init consilium cum civibus de occidendo postridie Abimeleco Tormæ. *Multiplica exercitum*] absentem exagitat ironicè & arroganter. 31 *Tormam*] idem locus est, qui infrà 41. ℣. Aruma vocatur. 33 *Civitatem*] cæso Gahhale cum civibus, ut statim subjicit. 34 *Quatuor agminibus*] ut illos circumveniret. 38 *Os tuum*] quasi dicat, ut heri ore ita nunc manu te virum præsta. 42 *Cum exiret*] ut prius consilium exequerentur, etsi priore duce destituti, tãen flagrabant in Abimelecum odio. nam qui de operibus rusticis accipiunt, non considerant vindemiam jam factam fuisse, & ejus nomine epulum meditrinaliorum (ut Latini vocarunt) celebratum suprà ℣. 27. aratio autem non statim vindemiam subsequitur. 45 *Consevit sale*] in perpetuæ detestationis symbolum.

CAPUT X.

Jisraëlitæ aliquandiu sub Tolahho & Jaire pace & libertate usi, post quam in idololatriam relapsi sunt, divinitus deduntur hostibus suis: quapropter Deum inclamantes, primùm quidẽ graviter increpantur, deinde verò seriò respiscentes gratiam impetrant.

1 SURREXIT autem post Abimelecum ad [a] conservandum Jisraëlem Tolahh filius Puæ filii Dodonis [a] Jissascarita: qui *a Hebr.* vir Jissascaris.
2 residebat [a] Schamire in monte Ephrajimi.
Is judicavit Jisraëlem viginti tribus annis: & moriens sepultus est Schamire.
3 Deinde surrexit post eum Jair Gilhhadita: qui judicavit Jisraëlem viginti duobus annis.
4 Erant autem ei triginta filii equitantes triginta [b] asellos: ac triginta civitates erant eis, quas vocarant [a] villas Jairis usque in diem istum, quæ *erant* in terra Gilhhadis. *b Hebr.* pullos, ut infrà 12. 14.
5 Deinde mortuus Jair, sepultus est Kamone.

6 Tum [c] rursus faciebant filii Jisraëlis quod malum *videtur* in oculis Jehovæ: colebant enim Bahhalimos & Hhaschtarothas, id est, deos Syriæ & deos Tzidonis & deos Moabitarum, deosque Hhammonitarum & deos Pelischtæorũ: ac proinde dereliquerant Jehovam nec colebãt eum.

[c] *Heb.* addiderunt facere.

7 Quapropter accensa est ira Jehovæ contra Jisraëlitas: adeò ut dederet eos in manum [a] Pelischtæorum & in manum Hhammonitarum.

8 Hi autem confringebant & conquassabant Jisraëlitas usque ad [a] annum illum: *nimirum* decimum octavum annum, omnes *inquam* Jisraëlitas qui *erant* ultra Jardenem in terra Emoræi, quæ *est* in Gilhhade.

9 Trajiciebant quoque Hhammonitæ Jardenem ad pugnandum etiam contra Jehudam, & contra Binjaminem & contra familiam Ephrajimi: adeò ut angustia esset Jisraëlitis valde.

10 Clamaverunt itaque Jisraëlitæ ad Jehovam dicendo: peccavimus tibi, tũ quia dereliquimus Deũ nostrũ, tum *quia* coluimus Bahhalimos.

11 Sed dixit Jehova ad Jisraëlitas: an non ex Ægyptiis & ex Emoræis, & ex Hhammonitis & ex Pelischtæis,

[d] *Heb.* habitaculi *viris*, id est, gentibus illius terræ quam habitatis, reliquiis Cenahhanæorum.

12 Tzidoniis quoque & Hhamalekitis, & [d] indigenis opprimentibus vos: cùm clamaretis ad me, omnino servavi vos e manu eorum?

13 Attamen derelinquentes me coluistis deos alienos: [a] idcircó non pergam servare vos.

14 Abite, & inclamate deos istos, quos elegistis: ipsi servent vos tempore angustiæ vestræ.

15 Dixerunt autem Jisraëlitæ ad Jehovam, peccavimus, fac tu nobis [e] omnino prout bonum *videtur* in oculis tuis: verumtamen libera nos, quæsumus, [f] hoc tempore.

[e] *Heb.* secundum omne bonum in oculis tuis.

[f] *Heb.* hoc ipso die.

16 Et removentes Deos alienigenarum e medio sui coluerunt Jehovã: ita imminutus est [a] animus ille ejus propter [a] laborem Jisraëlitarum.

ANNOTATIO.

1 *Ad conservandum*] continendum Iisraelem in cultu Dei, atque ideò in pace, & parta antè libertate. *Stabanæ*] oppido Iissascaris contermino Ephrajimitis, aliud enim est a Schamire Iehudæ, de quo Iehoschu. 15. 48. *Villas Iairis*] de nomine prioris Iairis, de quo Num. 32. 41. 7 *Pelischtæorum*] A quibus adhuc Iiphtachi tempore Iisraelitarum pars, quæ ad occidentem sita est, premebatur: nam in historia Iiphtachi tantùm de Hhammonitis scribitur: de Pelischtæis verò demum in historia Schimschonis. 8 *Annum illum*] vide infrà 11. 6. 13 *Idcirco*] quia coluistis & adhuc colitis. 16 *Animus*] indignatio ejus, quia dixerat Deus, non pergam servare vos, infra ℣. 13. *Propter laborem Isiraëlis*] tum quo ab hostibus premebatur, tum quo studebat in gratiã redire cum Deo.

CAPUT XI.

Gilhhaditæ bellum susceperi contra Hhammonitas Jiphtachum gentilem suum profugum, promisso regionis principatu, in belli ducem accersunt, qui tentatis sæpe Hhammonitarum animis per legatos, rationibusque suis frustrà propositis, bello confligens eos devincit. Deinde ab expeditione rediens filiam suam e domesticis primam nactus, ut procedens in hostes voverat, cui jugio privans, Deo sanctificat.

1 [a] NAM cùm convocati Hhammonitæ castra haberent in Gilhhade: congregati sunt quoque Jisraëlitæ & castra metati sunt in [a] Mitzpa.

2 Ubi

2 Ubi dixerunt populus, principes Gilhhadis [a] alter ad alterum: quis ille vir erit, qui incipiet pugnare contra Hhammonitas? is esto primarius omnibus habitatoribus Gilhhadis.

3 (Jiphtach autem Gilhhadites erat valens robore, eratq; filius mulieris meretricis: ex qua" genuerat Gilhhad Jiphtachum.

4 Pepererat etiã uxor Gilhhadis ei filios: & cùm adoleviſſent filii ipſius uxoris, expulerunt Jiphtachũ: dicebant enim ei, non es habiturus poſſeſſionem in domo patris noſtri, quia filius mulieris" exteræ es.

5 Aufugiẽs itaq; Jiphtach metu fratrũ ſuorũ, cõſidebat in terra" Tobi: collegerant enim ſe ad Jiphtachum homines vani, &" exierant cum illo).

6 Fuit autem poſt" annos *illos*: ut bellum gererent Hhammonitæ contra Jiſraëlitas.

7 Fuitque cùm pugnaturi eſſent Hhammonitæ contra Jiſraëlitas: ut abirent ſeniores Gilhhadis ad aſſumendum Jiphtachum e terra Tobi.

8 Et dicerent Jiphtacho, veni & eſto nobis ductor: ut pugnemus contra Hhammonitas.

9 Dixit verò Jiphtach ſenioribus Gilhhadis, nonne vos" odiſtis me, & expuliſtis me e domo patris mei? cur ergo venitis ad me nunc, cùm angu ſtia eſt vobis?

10 Dixerunt verò ſeniores Gilhhadis ad Jiphtachum, "idcircò nunc reverſi ſumus ad te, ut veniens nobiſcum pugnes contra Hhammonitas: imò ſis nobis primarius, omnibus habitatoribus Gilhhadis.

11 Dixit ergo Jiphtach ad ſeniores Gilhhadis, quandoquidem reduci tis me ad pugnandum contra Hhammonitas: cùm expoſuerit eos Jehova mihi, ego futurus ſum vobis primarius.

12 Tum dixerũt ſeniores Gilhhadis ad Jiphtachum: Jehova [b]" cognoſcet inter nos, niſi ſecundum verbum tuum ſic fecerimus.

13 Ita profectus eſt Jiphtach cum ſenioribus Gilhhadis, conſtituerunt que populus ipſum ſuper ſe primarium & ductorem: poſtquam elocutus eſſet Jiphtach" omnia verba ſua coram Jehova in Mitzpa.

14 Deinde miſit Jiphtach nuntios ad regem Hhammonitarũ qui dicerent, quid mihi [c] tecum, quòd veniſti ad me, ut pugnes in terra mea?

15 Dixit autem rex Hhammonitarum ad nuntios Jiphtachi, quia cepit Jiſraël" terram meam, cùm aſcenderet ex Ægypto ab Arnone uſq; ad Jabbokum, & ad Jardenem uſque: nunc ergo reſtitue illa *loca* cum pace.

16 Quapropter perrexit rurſus Jiphtach: miſitque nuntios ad regem Hhammonitarum.

17 Et dixit ei, ſic ait Jiphtach: non" cepit Jiſraël terram Moabitarum, aut terram Hhammonitarum.

18 Sed aſcendentibus illis ex Ægypto: cùm perrexiſſet Jiſraël per deſertum uſque ad mare algoſum, tandem pervenit Kadeſchum.

19 Vnde miſit Jiſrael nuntios ad regem Edomęorum dicendo, tranſeam, quæſo per terram tuam: ſed non auſcultavit rex Edomęorũ: etiamq;

[a] *Heb.* vir ad proximum ſuum.

[b] *Heb.* erit, audiens.

[c] *Heb.* & tibi.

ad regẽ Moabitarũ misit, qui non acquievit: sic cõsedit Jisraël Kadesch.
20 Postea pergens per desertum illud circuivit terram Edomæorum & terram Moabitarum, veniens versus ortum solis terræ Moabitarum, castraque metati sunt trans Arnonem: sed non ingressi sunt terminum Moabitarum. Arnon enim terminus Moabitarum erat.
21 Inde ″ misit Jisraël nuntios ad Sichonem regem Emoræum, regem Cheschbonis: dixitque ei Jisrael: liceat nobis, quæso, transire per terram tuam usque ad locum meum.
22 Sed non fidens Sichon Jisraëli ut transiret per terminum suũ: congregavit Sichon totum populum suum, & castrametati sunt ad Jahezam, pugnavitque contra Jisraëlem.
23 Tradidit autem Jehova Deus Jisraëlis Sichonem & totum populũ ejus in manum Jisraëlitarum, qui percusserunt eos: sic hæreditariò possedit Jisraël totam terram Emoræi habitatoris terræ illius.
24 Hæreditariò, inquam, possederunt ″ totum terminum Emoræorũ ab Arnone usque ad Jabbokum, & a ″ deserto usque ad Jardenem.
25 ″ Nunc autem Jehova Deus Jisraëlis ejecit Emoræum a facie populi sui Jisraëlis: & tu hæres illius esses?
26 Nonne cujus hæredem institueret te Cemosch Deus tuus illius hæres esses? sic quemcunque expulit Jehova Deus noster a facie nostra, illius hæreditatem obtinebimus.
27 ″ Jam verò an [d] ullo pacto melior es Balako filio Tzipporis rege Moabitarum? an ″ unquam contendit cum Jisraële? num pugnavit unquam contra nos?
28 Dum habitavit Jisraël Cheschbone & in villis ejus, & [e] Hharhhere & in villis ejus, atque in omnibus civitatibus quæ sunt [f] secundum Arnonem ″ trecentos annos: & quare non eripuistis *eas* tempore illo?
29 Quam ob rem ego non peccavi in te, sed tu afficis me malo pugnãdo contra me: Jehova qui judex est, judicet hoc tempore inter Jisraëlitas & inter Hhammonitas.
30 Attamen non auscultavit rex Hhammonitarum verbis Jiphtachi, cùm misisset ad eum.
31 Itaque adfuit spiritus Jehovę Jiphtacho, ut pertransiret Gilhhadem & Menaschem: ″ pertransivit enim Mitzpen Gilhhadis, & Mitzpa Gilhhadis transivit ad Hhammonitas.
32 (Vovens autẽ Jiphtach votum Jehovæ dixerat: cùm [g] omnino tradideris Hhammonitas in manum meam.
33 Utique erit, [h] quodcunq; primum egredietur foribus domus meæ obviam mihi, quando revertar cum pace ab Hhammonitis: ″ erit, inquã Jehovę, ut offeram illud holocaustum.)
34 Cumque transivisset Jiphtach ad Hhammonitas ut pugnaret contra eos: tradidit eos Jehova in manum illius.
35 Percussit enim eorum a Hharohhere, usque quà venis ″ Minnitham vigin-

d Heb. an bonus, bonus es tu præ Balako? an cõtendẽdo cõtendit? an pugnando pugnavit? *e* id est, Hharohhere infrà ℣. 35.
f Hebr. quæ sunt ad spacia Arnonis
g Heb. tradẽdo tradideris.
h Heb. illud egrediens quod egredietur.

viginti civitates, & vsq; ad [i] Abelum vinearum, plaga magna admodum: sic depressi sunt Hhammonitæ a facie Jisraëlitarum.

36 Deinde redeunti Jiphtacho Mitzpam in domum suam, ecce filia ejus exibat obviam ei cum tympanis & cum choris: & tantùm ipsa vnica erat: non erat illi ex se *alius* filius aut filia.

37 Quam ob rem fuit cùm videret eam ut lacerans vestes suas diceret: Ah, ah filia mea [k] omnino" depressisti me, quia es inter turbatores meos: ego enim pandi os meum Jehovæ ita ut non possim [l] repetere.

38 Quæ dixit ad eũ: pater mi, pandisti os tuum Jehovæ, fac mihi quẽ admodum exivit ex ore tuo: postquam præstitit tibi Jehova ultiones de hostibus tuis, de Hhãmonitis.

39 Deinde dixit ad patrem suum, fiat mihi hæc res: desiste a me duobus mensibus, ut abeam descendens in istos montes, & defleam virginitatem meam, ego cum puellis amicis meis.

40 Qui dicens abi, dimisit eam duobus mensibus: sic abiens illa cum puellis amicis suis: defleuit virginitatem suam super illos montes.

41 Deinde fuit [m] exactis duobus mensibus cùm reversa esset ad patrẽ suum, ut" exequeretur in ea votum suum quod voverat: nam ipsa non novit virum: fuitque ritus in Jisraële.

42 De anno in annum ibant filiæ Jisraëlitarum ad confabulandum cum filia Jiphtachi Gilhhaditæ: quatuor diebus quotannis.

[i] id est, luctum, fortassis a luctu Hhammonitarũ ex clade hoc nomẽ accepit.

[k] *Heb.* deprimendo depressisti.

[l] *Heb.* reverti: subaudi ad pandendum, id est, votum hoc altero commutare.

[m] *Hebr.* a fine duorum mensium.

ANNOTATIO.

1 *Nam cùm convocati*] hunc & sequentem versiculum ad undecimum caput pertinere res ipsa loquitur. *Mitzpa*] vide Jehos. 11. 3. 3 *Genuerat Gilhhad*] alius a Gilhhade Maciris filio, tamen ex posteris ejus. 4 *Exterè*] non domesticæ quasi dicat, vulgò quæsitus. 5 *Terra Tobi*] Tob tractus est ad regionem Gilhhadis non procul a Hhammonitis in ingressu Arabiæ desertæ: vide 2. Schemu. 10. 6. & 8. ℣. *Exierant*] e Gilhhade, ut cum Jiphtacho sedes novas quærerent. 6 *Post annos illos*] id est, ultimo annorum illorum octodecim, de quibus capitis decimi versiculo octavo. 9 *Vos odistis*] sive fratres Jiphtachi fuerint, sive ex magistratu, qui hæreditatem Jiphtacho abjudicaverit, sive utrinque simul. 10 *Idcircò*] quasi dicant, missa faciamus ista, & audi causam ob quam jam ad te venimus: nam propterea venimus ut &c. *Imò scis*] id est, non tantùm in hoc negotio, sed postea in cæteris principatum apud Gilhhaditas obtineas, ut suprà versiculo secundo. 12 *Cognoscet*] id est, pacisc emur tecum præsente Jehova, ut cognoscat de pacto nostro, & violatores ejus puniat 13 *Verba sua*] quæ prius cum legatis habuerat. 15 *Terram meam*] falsò suam fuisse dicit regionem quæ prius Moabitarum fuerat, deinde Sichonis, postremò Jisraëlitarum, Numerorum vigesimo primo, cap. versiculo vigesimo sexto. 17 *Non cepit Iisraël*] Primus locus defensionis Jiphtachi est inficiatio, cujus confirmatio tribus sequentibus versibus continetur, a narratione rerum gestarum Numerorum capitis vigesimi versiculo vigesimo primo, & Deuteronomii secundo. qua ostendit nihil rei fuisse Jisraëlitis cum Hhammonitis, sed tantùm cum Edomæis & Moabitis, Deuteronomii capitis secundi versiculo vigesimo octavo. 21 *Inde misit*] altera pars defensionis, assertio juris sui a legitimo bello contra Sichonem, qui tunc eam regionem possidebat. 24 *Terminum Emoræorum*] regionem quam Hhammonitæ suprà versiculo decimo tertio juris sui esse falsò affirmabant: ut ostendit limitum circumscriptio. *Deserto*] Arabia deserta. 25 *Nunc autem*] tertia pars defensionis, confirmatio juris a victoria divinitus data, quam amplificat per concessionem juris gentium, argumento a minore ad majus: si quod putatis a diis vestris vobis attributum esse, justè vos illud possidere arbitramini: multò justius nos possidemus, quod Jehova nobis tradidit. 27 *Ium ℣erò*] quartus defensionis locus confutatio duobus argumentis, a silentio Moabitarum, qui prius regionem possederant, atque ideo eorum magis interfuisset: & a longi temporis præscriptione, quæ continetur versu sequente. *An unquam contendit*] hujus regionis causa. 28 *Trecentos annos*] ab exitu ex Ægypto incipit numerus, unde narrationis suæ initium fecerat suprà versiculo decimo octavo: præcisè autem trecentos annos numerat pro trecentis quinque, brevitatis causa. Eclipsis, ut infrà vigesimo & quadragesimo sexto. 29 *Quam ob rem*] Conclusio bimembris: qua primùm injustam Hhammonitarum expeditionem, justamque sui defensionem probat: deinde Deum inter utrosq; judicem invocat. 31 *Pertransiret*] cum exercitu, quem ducebat in Hhammonitas. 33 *Erit Iehova* subaudi, consecratum illi, & si fuerit aptum ad sacrificium, fiet ex eo holocaustum. conjunctio enim disjunctiva est hoc loco, ut alibi frequenter. Exodi capitis primi versiculo decimo, & capitis vigesimi primi versiculo decimo quinto. 35 *Minnitham*] id est, imam Armeniæ minoris partem Amano junctam: dicitur enim Armenia quasi Aram minnith, id est, Syria Minæa, corrupta appellatione: atque hæc pars Aquilonalis est Abelvine-

arum verò Australis. 37 *Depressisti me*] quasi dicat, qui me antehac turbare conati sunt, operam lu-
serunt, ut fratres mei & Hhāmonitę, at tu hoc facto prorsus me dejicis: nam quod promisi, revocare non possum.
41 *Exequeretur in ea votum*] id est, illam non redemit æstimatione pecuniæ, secundum legem quæ habetur Le-
vitici ultimo ℣. 4. sed reliquit consecratam domino: ideo non passus est illam nubere, ne alterius quam Iehovæ
esse videretur: quod ex legis ignoratione (ut corrupta erant tempora) profectum est. dicit enim suprà ℣. 37. se
non posse repetere, & puella patri fidem habens, virginitatem suam deflet. *Fuitque ritus*] id est, abiit in consue-
tudinem, quod versu sequente explicatur.

CAPUT XII.

Ephrajimitæ levi de causa Jiphtacho interminantes excidium, maxima clade ab eo afficiuntur, & in fuga linguæ vitio detecti jugulantur. Judices tres mortuo Jiphtacho ordine succedunt, Ibtzan, Elon, & Hhabdon.

1 CÙM itaque [a] convocati Ephrajimitæ transiviſſent versus Aquilonē: dixerunt Jiphtacho, quare transivisti ad pugnandū contra Hhāmonitas nobis non vocatis, ut iremus tecum? domum tuā comburemus tecum igne.

2 Dixit autem Jiphtach ad eos, [a] in controversia eram ego & populus meus contra Hammonitas gravi: cumque inclamarem vos, non servabatis me e manu eorum.

3 Jtaque videns te non servare, [a] exposui [b] vitam meam in manu mea, transivíque ad Hhammonitas, quos tradidit Jehova in manū meam: & quare ascenditis ad me hoc tempore ad pugnandum contra me?

4 Tum contrahens Jiphtach omnes Gilhaditas, pugnavit contra Ephrajimitas: [a] deinde percusserunt viri Gilhaditæ Ephrajimitas: dicebāt enim [a] Gilhhaditæ medii inter Ephrajimitas & Menaschen perfugæ Ephrajimitarum estis.

5 Occupaverant namque Gilhaditæ vada Jardenis contra Ephrajimitas: ita erat cùm dicerent perfugæ Ephrajimitarum, transeam, ut dicerēt illorum cuique Gilhhaditæ, ésne [c] Ephrathæus? quo dicente, non:

6 Dicebant ei dic jam [d] schibboleth: qui dicebat [e] siboleth, [a] nec comparabat se ad loquendum rectè: quam ob rem apprehensum eum jugulabant ad vada Jardenis: sic ceciderunt tempore illo ex Ephrajimitis quadraginta duo millia.

7 Judicavit autem Jiphtach Jisraëlem sex annis: deinde mortuus Jiphtach Gilhhadita, sepultus est in *aliqua* civitatū Gilhhaditarum

8 Post eum verò judicavit Jisraëlem Ibtzan e Beth-Lechemo.

9 Erantque ei triginta filii, & triginta filias [f] locavit foras, & triginta filias introduxit pro filiis suis foris: judicavitque Jisraëlem septem annis.

10 Deinde mortuus Ibtzan sepultus est Beth-Lechemi.

11 Et post hunc judicavit Jisraëlem Elon Zedulonita: judicavit autem Jisraëlem decem annis. (bulunitarum.

12 Posteà mortuus Elon Zebulonita, sepultus est Ajalone in terra Ze-

13 Et post eū judicavit Jisraëlē Hhabdō filius Hillelis Pirhhathonites.

14 Erantque ei quadraginta filii & triginta nepotes equitantes septuaginta [g] asellos: judicavitque Jisraëlem octo annis. 15 De-

a Heb. vir cō troversiæ eram ego & populus meus & Hhammonitæ valde.
b Hebr. animam meā.
c id est, Ephrajimita.
d id est, fluxus fluminis, ut accipitur Psl. 69. 3. & Iehos. 27. 12.
e vox corrupta ex blęsa Ephrajimitarū pronūtiatione, nihil per se significans.
f Hebr. emisit.
g Hebr. pullos, ut suprà 10. 4.

15 Deinde mortuus Hhabdon filius Hillelis Pirhhathonites: sepultus
est Pirhhathone in terra Ephrajimitarum in monte″ Hhamalekitarum.

ANNOTATIO

1 *Convocati*] sive a Jiphtacho advocati, ut versu sequenti testatur Jiphtach, tardius advenerint, sive certo consilio Jiphtachum aggressuri ultrò convenerint. 3 *Exposui*] in vitæ periculum me conjeci. sic 1. Schem. 19. 5. & 28. 22. 4 *Deinde*] post conflictum dum persequebantur fugientes: nam hic versus prolepticus est, complectiturque hi-storiam quæ planius duobus versibus sequentibus describitur. *Gilhhaditæ*] id est, milites Jiphtachi, qui inter re-gionem suam & Ephrajimitarum se collocarant ad obsidenda itinera & occupanda vada Jardenis, quò præclude-rent Ephrajimitis reditum. 6 *Nec comparabat*] quia statim & incogitatè efferre jubebatur 15 *Hhamaleki-tarum*] quem Hhamalekitæ incolebant adhuc ex parte, unde a Schaule demum ejecti sunt 1. Schem. 15. id est, in o-rientali Ephrajimitarum tractu.

CAPUT XIII.

Jisraëlitis adhuc Pælischtæorum dominatu propter peccata sua pressis, Schimschon divinitus parentibus promittitur in Jisraëlitarum vindicem: legibusq; de eo latis promissio signo confir-matur, & suo tempore præstatur.

1 CUM autem [a] rursus filiis Jisraëlis facientibus quod malum *videtur* in oculis Jehovæ: tradidisset eos Jehova in manum
2 Pelischtæorum″ quadraginta annis:
Fuerat vir quidam e″ Tzorhha, e familia aliqua Danitarum nomine suo Manoach: cujus uxor sterilis erat, vt quæ non peperisset.
3 Apparuit autem angelus Jehovæ mulieri illi: dixitque ad eam: ecce nunc sterilis es ut quæ nondum pepereris: sed conceptura es & paritu-ra filium.
4 Iam ergo cave tibi nunc, & ne bibito vinum aut potum inebriantē: neque comedito″ quicquam immundi.
5 Nam ecce tu concipies & brevi paritura es filium, ad cujus caput ne-mo [b] admoveto novaculam: nam Nazaræus Dei erit ipse puer inde ab ute-ro: & ipse″ incipiet servare Jisraëlem e manu Pelischtæorum.
6 Tunc veniens mulier illa allocuta est virum suum dicendo, vir qui-dam Dei venit ad me cujus aspectus erat veluti aspectus angeli Dei reve-rendus valdè: sed non interrogavi eum unde nam esset, & nomen suum non indicavit mihi.
7 Dixit autem mihi, ecce tu concipies & brevi paritura es filium: jam ergo ne bibito vinum aut potum inebriantem, neque comedito quic-quam immunditiæ: nam Nazaræus Dei erit ipse puer inde ab utero, usq; ad tempus mortis suæ.
8 Quapropter supplex orans Manoach Jehovam dixit: attende ad me domine, vir ille Dei quem miseras, veniat quæso rursus ad nos, doceatq; nos quid faciamus puero illi qui natus fuerit.
9 Et auscultavit Deus voci Manoachi: venit enim ille angelus Dei rursus ad ipsam mulierem, cùm ipsa sederet in quodam agro, & Mano-ach vir ejus non esset cum ea.
10 Quare festinans mulier illa cucurrit ut indicaret viro suo: dixitque ad eum, ecce apparuit mihi vir idem qui venerat die illo ad me.

[a] *Hebr.* cùm addidissent filii Jisraëlis facere. &c.

[b] *Heb.* ascen dere faciat.

11 Quapropter ſurgens Manoach ſecutus eſt uxorem ſuam: cúmque veniſſet ad virum illum dixit ei: túne vir ille es, qui allocutus fueras iſtam mulierem? qui dixit, ſum.

12 Tum dixit Manoach, ″ nunc eveniet vnumquodque verborum tuorum: quæ [b] ratio erga puerum illum, & opera *præſtanda* erit ei?

13 Edixit autem angelus Jehovæ Manoacho: ab omni re quam indicavi mulieri huic caueto ſibi.

14 De nulla re quæ exit e vite vinifera comedito *illa*, & vinum aut potum inebriantem ne bibito, neque immunditiæ quicquam comedito: quicquid præcepi ei obſervato.

15 Poſteà dixit Manoach ad angelum Jehovæ: detineamus, quæſo, te ut [c] parantes *apponamus* tibi hœdum e capris.

16 Sed dixit angelus Jehovæ ad Manoachum, ſi detineres me, ″ non comederem de cibo tuo, ſin autem parare vis holocauſtum, Jehovæ offeres illud: non enim ″ ſciebat Manoach eum eſſe angelum Jehovæ.

17 Rurſus dixit Manoach ad angelum Jehovæ, quis es de nomine tuo, ut cùm evenerit quodque verborum tuorum ″ honore afficiamus te?

18 Cui cùm dixiſſet angelus Jehovæ, ecquid interrogas de nomine meo? ″ fuit mirificus.

19 Nam cùm Manoach aſſumẽs hœdum ẹ capris & ejus munus, offeret in rupe quadam Jehovæ: is [d] mirabiliter egit, Manoacho & uxore ejus videntibus.

20 Fuit enim cùm aſcenderet flamma quædam ab altari verſus cœlum, ut aſcenderet angelus Jehovæ in flamma illa altaris: quod Manoach & uxor ejus videntes, prociderunt ſuper faciem ſuam in terram.

21 Neque [e] deinceps amplius angelus Jehovæ apparebat Manoacho & uxori eius: tunc novit Manoach eum ″ angelum Jehovæ eſſe:

22 Quapropter dixit Manoach ad uxorem ſuam, [f] omnino morituri ſumus: nam Deum vidimus.

23 Sed dixit ei uxor ejus, ſi delectaretur Jehova morte afficiendo nos, non accepiſſet e manu noſtra holocauſtum cum munere, neq; oſtendiſſet nobis omnia hæc: quinetiam hoc tempore non feciſſet ut audiremus hujuſmodi.

24 Peperit itaque mulier illa filium, cujus nomen vocavit Schimſchonem: adolevitque puer ille & ″ benedixit ei Jehova.

b Hebr. quæ ratio pueri illius, & opera ejus &c.

c Heb. ut parem us ante te, metalepſis.

d Heb. is mirificavit agendo.

e Hebr. neq; addebat amplius angelus apparere.

f Hebr. moriendo morituri ſumus.

ANNOTATIO.

1 *Quadraginta annis*] qui incipiunt a decimo quarto anno gubernationis Jairis, de quo cap. 10. 3. & deſinunt in nuptiis Schimſchonis, ubi primùm occaſione capta Peliſchtæos cædit, ut ex eorum ſpoliis ſocios, prout promiſerat, muneraret, infrà 14. 19. nam quæ hoc capite narrantur, temporibus præcedentium judicum contigerunt. 2 *Tzorhha*] quæ Iehoſch. 15. 33. & 19. 41. inter Iehudæ & Danis terminales civitates numeratur: Eſt autem hic nomen civitatis pro agro ejus: nam ruri habitabant Schimſchonis parentes in caſtris Danis, de quibus infrà 14. 4 *Quicquam immundi*] id eſt, non tantùm cujus eſus vulgo ex lege Levitici 11. ſed etiam Nazaræis ex lege Num. 6. 3. & 4. prohibitus eſt. 5 *Incipiet*] nam nihil a Iairis temporibus in Peliſchtæos geſtum eſt, & ipſe Schimſchon non prorſus Iiſraëlitas a Peliſchtæis liberavit, ut apparet ex 1. Schem. 7. 13. 12 *Nunc eveniet*] verba ſunt declarantis ſe fide certa promiſſionem Dei amplexum eſſe. 16 *Non comederem*] duplex eſt proponendi cibi ſinis, ut comedatur humanitus, vel ut Deo acceptus abſumatur: prima ratione mihi offerre opus non eſt, altera ſi oſtendas ſcito te Iehovæ oblaturum. *Non enim ſciebat*] ſed tantùm virum Dei eſſe putabat. 17 *Honore afficiamus*] id eſt, honorarium aliquod munus tibi in gratitudinis ſignum offeramus. 18 *Fuit*

18 *Fuit mirificus*] id est, factis maluit Manoacho se declarare quàm verbis, & promissionem superiorem confirmare. 21 *Angelum Jehovæ*] sermonem æternum, quem versu sequente ipse vocat Elohim, uxor verò ejus Jehovam ℣. 23. 24 *Benedixit*] donavit cum heroico animo, & prodigiosis viribus corporis.

CAPUT XIIII.

Schimschon Pelischtæam puellam ducturus, cùm ad sponsalia contrahenda proficiscitur, leonem in itinere inermis necat: posteà ad nuptias rediens e leonis cadavere mel exceptum comedit cum parentibus: quod in nuptiali convivio invitatis ænigmaticè proponit, sponsione utrinque facta, cujus mente a sponsa retecta, irâ accensus discedit, Pelischtæos cædit, e quorum exuviis promissioni satisfacit, & uxor ejus alteri nubit.

1 ℣ CEPIT autem spiritus Jehovæ ℣ agere eum in ℣ castris Da
2 nis inter Tzorhham & inter Eschtaolem.
Cùm enim descendisset Schimschon Timnatham:
3 & vidisset fœminã Timnathæ e filiabus Pelischtæorũ.
Ascendens indicavit patri suo & matri suæ, ac dixit, fœminam vidi Timnathæ e filiabus Pelischtæorũ: nũc itaque accipite eam mihi in uxorem.
4 Dicente autem ei patre & matre ejus, annon est inter filias agnatorum tuorum aut in toto populo meo uxor, quòd tu abis ad accipiendũ uxorem e Pelischtæis istis præputiatis? respondérat Schimschon patri suo, istam accipe mihi: ℣ ea enim recta videtur in oculis meis.
5 ℣ (Pater autem & mater ejus ignorabant a Jehova id esse, occasionem ℣ ipsum quærere a Pelischtæis: nam tempore illo Pelischtęi dominium habebant in Jisraëlitas).
6 Cùm ergo descenderet Schimschon cum patre & matre sua Thimnatham: pervenientibus usque ad vineas Timnathæ, ecce [a] adultus leo rugiens occurrebat ei.
7 Tum incessit eum spiritus Jehovæ, adeò ut discinderet illum, ac si discidisset aliquem hœdum, quanvis nihil esset in manu ejus: non autem ℣ indicavit patri aut matri suæ id quod fecerat.
8 Deinde descendit & allocutus est fœminam illam, quæ recta visa est in oculis Schimschonis.
9 Revertens autem post aliquot dies, ut duceret eam, secessit ad videndum cadaver illius leonis: & ecce examen apum in corpore illius leonis erat cum melle.
10 Quod cùm eduxisset in man. ℣ suas, [b] pergebat ire comedẽdo, & perveniens ad patrem suum & matrem suam, dedit eis, qui comederunt: sed non indicavit eis, se e corpore leonis eduxisse mel illud.
11 Posteà descendit pater ejus ad illam fœminam: fecitque ibi Schimschon convivium, sic enim solebant facere juvenes.
12 Fuit autem cùm ℣ viderent eum illi triginta sodales quos ℣ assumpserant, ut essent cum eo,
13 Ut diceret eis Schimschon, [c] proponam vobis nunc ænigma: quod si [d] planè explicaveritis mihi intra septem dies hujus convivii & inveneritis, utique dabo vobis triginta sindones, & triginta [e] mutandas vestes.

a Heb. adultus leonũ, id est, integra ætate, firmissimisq; viribus, & ferocia maxima.

b Hebr. ibat eundo & comedendo.

c Heb. ænigmaticè proferam nunc vobis ænigma: sic ℣. 14. 17.

d Heb. indicando indicaveritis.

e Hebr. mutationes vestium. hypallage pro vestes mutationum, id est, ad mutandum sic ℣. seq. & 20. ut Gen. 45. 22.

14 Sed ſi non potueritis explicare mihi, viciſſim vos dabitis mihi triginta ſindones & triginta mutandas veſtes: qui dixerunt ei, propone ænigma tuum, ut audiamus illud.

15 Tum dixit eis, ab edente prodiit edulium, & ab acri prodiit dulce: qui non potuerunt explicare ænigma illud ″ tribus diebus.

16 Fuit autem dierum illorum ſeptimo. (″ dixerant enim uxori Schimſchonis, pellice virum tuum, ″ ut explicet nobis hoc ænigma, ne comburamus te & familiam patris tui igne: an ad hæreditatem noſtram conſequendam invitaſtis nos, necne?

17 Quam ob rem flebat uxor Schimſchonis apud eum, & dicebat, tãtùm odiſti me ac non amas me: iſtud ænigma propoſuiſti popularibus meis, & mihi non explicaſti: qui dicebat ei, ecce patri aut matri meæ non explicavi, & tibi explicarem?

18 Sic flebat apud eũ ſeptem illis diebus, quibus fuit illis convivium): fuit, inquam, die illorum ſeptimo ut explicaret ei, quia premebat eum, & illa explicaret ænigma ipſum popularibus ſuis.

f Heb. homines illius civitatis, hoc eſt, triginta ſodales invitati.

19 Dixerunt ergo ei [f] cives illius civitatis die ſeptimo cùm nondum occumberet ſol, quid dulcius eſt melle, & quid acrius leone? qui dixit eis, niſi araſſetis vitula mea, non inveniſſetis ænigma meum.

20 Tum inceſſit eum ſpiritus Jehovæ, ut deſcendens ad Aſchkelonitas, percuteret ex eis triginta viros, & acceptis exuviis eorum daret illas mutandas *veſtes* eis qui explicaverant illud ænigma: & ″ accensâ irâ ſuâ ″ aſcenderet in domum patris ſui.

g Hebr. fuit uxor Schimſchonis &c. Num. ult. ℣. 3.

21 Quapropter [g] nupſit uxor Schimſchonis ſodali ejus, quem ſibi in ſodalem aſciverat.

ANNOTATIO.

1 *Cepit agere*] hic verſus ſequentibus potius quàm præcedentibus cohæret: continet enim generalem propoſitionem eorum quæ geſſit Schimſchon divini ſpiritus inſtinctu. *Agere*] id eſt, bruto adoleſcentiæ Schimſchonis impetu uti cepit ad ea ordinanda, quæ ei contendendi cum Peliſchtæis occaſionem darent: ut mala voluntate Patrum Joſephi uſus eſt ad implendum ea, quæ per ſomnium prædixerat: Gen. 37. & 50. ℣. 20. *Caſtris Dan*] Locus eſt vicinus urbi Jahharimorum, id eſt, Chebroni, qui nomen accepit ab expeditione Danitarum, de qua infra 18. 12. quaſi dicat, ſpiritus Jehovæ in domo paterna cœpit eum agere, ut apparet ex verſu 31. cap. 16. 4 *Eamus*] quaſi dicat, neque noſtrorum ſanctitatis, neque illorum impuritatis & præputii rationem habeo, ſed oculos meos ſequor: hîc brutus Schimſchonis impetus apparet. 5 *Ipſum*] Jehovam, qui volebat a Peliſchtæis Schimſchonis juſtam inimicitiarum occaſionem dari. 7 *Non autem indicavit*] nam illi vel ad leonis rugitum fugâ ſibi conſuluerant, vel Schimſchon a parentibus in itinere digrediebatur, ita ut ipſis abſentibus leonem laceraverit: non autem indicavit, ne ab eis increpareturtemeritatis nomine. Tota autem hæc de leone hiſtoria eò pertinet, ut Schimſchon præpararetur ad ſuſcipiendas Peliſchtæorum inimicitias, viribus ſibi a Deo ſubminiſtratis ſtrenuè, & ut argumentum ſuppeditaretur ænigmatis, cujus nomine Peliſchtæi Schimſchonem provocarunt.

12 *Cùm viderent eum*] id eſt, cùm poſt multos ſermones invitati in ſponſum oculos defixos haberent. *Quos aſſumpſerant*] id eſt, ſponſus cum parentibus invitarant, ut apparet ex ℣. 16.

15 *Tribus diebus*] quibus ſe ipſos in invenienda ſuo marte ænigmatis explicatione fatigarant.

16 *Dixerant enim*] poſt triduum illud: hæc autem quia hyperbatica ſunt, parenthęſi includimus. *Ut explicet nobis*] id eſt, tibi, ut ex te intelligamus, ſic verſiculo decimo octavo.

18 *Septem illis diebus*] id eſt, illorum ſeptem reliquis, de quibus ſuprà verſiculo decimo quinto, ſynecdoche.

19 *Niſi araſſetis*] id eſt, niſi ut ruſtici juvencæ opera arando quæ ſub terra latebant retegunt, vos ſponſæ meæ operа quæ in animo meo latebant ſcrutati fuiſſetis, non inveniſſetis & c. allegoria, qua perſtringit ſponſæ meæ perfidiam & illorum fraudem. 20 *Mutandas veſtes*] cum ſyndonibus, ſynecdoche. *Accenſa ira ſua*] in ſponſam. *Aſcenderet*] non deducta ſecum ſponſa. 21 *Sodali*] ex illis triginta numeratis.

CAPUT XV.

Schimſchon denegatâ ſibi uxore occaſionem arripit Peliſchtæorum agros incendendi & Peliſchtæ-

lischtæos contra se armatos cædendi, quapropter grassantibus in Jehudam Pelischtæis, fidei popularium suorum se committit, ut vinctus ad illos deducatur, ubi divinitus solutis vinculis, maxilla asini rursus eos cædit. Denique a labore sitiens, precibus novum fontem a Deo impetrans, recreatur.

1 Fuit autem post *aliquot* dies [a] tempore messis triticeæ, ut visitaturus Schimschon uxorem suam cum hœdo e capris, diceret, ingrediar ad uxorem meam in ipsum conclave: sed non permisit ei pater illius ingredi.

2 Dixit enim pater illius, [b] planè cogitavi te prorsus odisse eam: ideò tradidi eam sodali tuo: nonne soror ejus minor [c] elegantior est ea? nubat nunc tibi loco ejus.

3 Quam ob rem dixit de eis Schimschon, ″ insons fuero hac vice a Pelischtæis, cùm ego affecero eos malo.

4 Et abiens Schimschon cepit trecentas vulpes: acceptisque facibus obvertit [d] caudam unam ad alteram, & posuit facem unamquamq; mediam inter binas caudas.

5 Sic accendens ignem in facibus immisit eas in segetes Pelischtæorũ: qui succendit cùm metas tùm segetes, vineasque & oliveta.

6 Interrogantibus autem Pelischtæis, quis fecit istud? cùm dixissent, Schimschon gener illius Timnæi, eò quòd acceptam uxorem ejus dederit sodali ejus: ascenderunt Pelischtæi, & eam cum patre ejus combusserunt igni.

7 Sed dixit eis Schimschon, ″ siccine facturi estis? at cùm ultionem sumpsero de vobis, postmodùm desistam.

8 Percussitque eos ″ crus *vibrans* in femora *eorum* plaga magna: deinde descendens consedit in scopulo petræ ″ Hhetami.

9 Quam ob rem ascendentes Pelischtæi castra posuerunt contra ″ Jehudam, fuderuntque se in loco [e] Lechi.

10 Dixerunt autem viri Jehudæ, cur ascendistis contra nos? qui dixerunt, ad vinciendum Schimschonem ascendimus, ut faciamus ei, quemadmodum fecit nobis.

11 Tum descendentes ter mille viri ex Jehuda ad scopulum petræ Hhetami, dixerunt Schimschoni, an nesciebas Pelischtæos dominium habere in nos? quid ergo est, quod fecisti nobis? qui dixit eis, quemadmodum fecerant mihi ita feci eis.

12 Qui dixerunt ei, ad vinciendum *te* descendimus, ut tradamus te in manum Pelischtæorum: quibus dixit Schimschon, jurate mihi, [f] *nam tu meo* ne incurratis vos in me.

13 Tum allocuti sunt eum dicendo, nequaquam *incurremus*, sed [g] benè vinciemus te, ut tradamus te in manum eorum, ac nullo modo morte afficiemus te: vinxerunt autem eum duobus funibus novis, & deduxerunt eum ab illa petra.

a Hebr. diebus, ut ℣. 20.

b Heb. dicẽdo dicebã, quòd odio odisti eam: sic dicere, p cogitare, Exodi 2. ℣. 14. & infrà ℣. 3.

c Heb. melior, suppie formã. ut Gen. 6. 2.

d Heb. caudã ad caudã

e id est, maxillæ: quod nomẽ accepit ab hac historia.

f eclipsis, de qua Gen 3. 22. in annotatione.

g Heb. vinciendo vinciemus te: at morti tradẽdo non trademus te.

14 Ipſe pervenerat uſq; ad locum Lechi, & Peliſchtæi vociferabantur præ gaudio ad occurſum ejus: cùm inceſſit eum ſpiritus Jehovæ, quo fuerunt funes illi qui erant ad brachia ejus, tanquam [h] fila linea, quæ arſerũt igni, & diſſoluta ſunt vincula ejus e manibus ejus.

15 Cumq; inveniſſet maxillam aſini humentem, extenſa manu ſua accepit eam, qua percuſſit mille viros.

16 Quapropter dicebat Schimſchon, iſta maxilla aſini acervum unũ, [m] *imò* duos acervos, iſta maxilla aſini percuſſi mille viros.

17 Unde fuit cùm abſolviſſet loqui & projeciſſet maxillã e manu ſua, ut vocaret locum illum [i] Ramath-Lechi.

18 Deinde ſitiens valde invocavit Jehovam ac dixit, tu [k] effecisti per manum ſervi tui ſalutem hanc maximam: nunc autem morerérne ſiti, aut inciderem in manum iſtorum præputiatorum?

19 Quapropter fidit Deus [l] cavum quoddam, quod eſt in loco illo Lechi, ita ut prodirent ex eo aquæ, de quibus bibit, ſic reſtituto [m] animo ejus revixit: idcircò vocavit nomen ejus *fontis*, fontem invocantis, qui eſt in illo Lechi, uſque in hunc diem.

20 Vindicavit autẽ Jiſraëlem temporibus Peliſchtæorũ viginti annis.

h Hebr. tanquam lina: ſubſtantivũ pro adjectivo, & materia pro re effecta: metonymicè.

i id eſt, abjectionẽ maxillæ.

k Heb. dediſti.

l Hebr. mortarium, a ſimilitudine ejus propter cavitatem.

m Hebr. ſpiritu.

ANNOTATIO.

3 *Inſons fuero*] datâ mihi hoc facto juſtâ vindictæ occaſione, ut ipſe explicat ℣. 11. 7 *Siccine factúmi ſſet*] quaſi dicat, ex hoc initio intelligo, quid me facturi eſſetis, ſi in veſtras manus venirẽ: atqui non idcirco prius deſiſtam inceptis, quàm de vobis ultus fuero, 8 *Crus vibrans*] id eſt, non aliis armis eos petens, quàm pede. *Femori*] qui ad tribum Schimhhonis intra fines Jehudæ pertinebat. 1. Chronic. 4. 32. 9 *Contra Jehudam*] Correctio ejus henſo Schimhhone ex ea ratione, quæ dicta eſt ſuprà cap. 1. ſic in ſequentibus. 16 *Imò acervos*] Correctio ejusdem aliquam fecit unde aquæ prodire inciperent. 20 *Temporibus Peliſchtæorum*] quaſi dicat, ultiones quidem aliquas fecit, ſed tamen non abſtulit eorum dominatum.

CAPUT XVI.

Peliſchtæi non iam armis ſed artibus Schimſchonis mortem quærentes de primo conſilio ab eo prævenți, decidunt Hhazzæ: ſed poſteà Soreki Delilæ ab eo amatæ proditione viribus nudatus Peliſchtæis venditur, a quibus excæcatus in piſtrinum truditur, donec recuperatis viribus Peliſchtæorum hilaria per ludibrium traductus, ædem dejecit moriens, & Peliſchtæos oppreſſit.

1 VENIT enim Schimſchon Hhazzam: ubi cùm videret quandam meretricem, congreſſus eſt cum ea.

2 Hhazzæis cùm diceretur, venit Schimſchõ huc: circumeũtes inſidiati ſunt ei tota illa nocte in porta civitatis ſuæ: conticeſcebãtque tota illa nocte, cùm dixiſſent, *conticeſcamus* uſque ad lucem matutinam, tum interficiemus eum.

3 Sed cùm cubaſſet Schimſchon uſque ad medium noctis, ſurgens ipſo medio noctis arripuit fores portæ civitatis, unà cum duobus poſtibus earum, profectuſque eſt cum eis, *conjunctis* vecte imponens humeris ſuis: ac deportavit in verticem montis illius, qui *eſt* in conſpectu Chebronis.

4 QUAPROPTER fuit poſteà cùm adamaret mulierem in valle Soreki: cujus nomen Delila.

5 Ut

5 Ut ascenderẽt ad eam Satrapæ Pelischtæorum, dicerentque ad eam, pellice eum & [a] cognosce in quo *consistat* vis ejus ″ magna, & quo pacto prævaleamus ei, ut vinciamus eum ad ″ affligendum eum: nos autem dabimus tibi quisque millenos centenos *siclos* argenti.

6 Dixit ergo Delila ad Schimschonem, indica mihi quæso in quo *cõsistat* vis tua magna, & quo pacto vinciri posses ad affligendum te.

7 Ad quam dixit Schimschon, si vincirent me septem restibus virentibus quæ nondum exsiccatæ fuerint: tum infirmarer, & essem sicut unus aliquis homo.

8 Curaverunt ergo ei adferri Satrapæ Pelischtæorum septem restes virentes, quæ nondum fuerant exsiccatæ, quibus illa vincivit eum.

9 (Insidiæ autem manebant apud eam in aliquo conclavi), & dixit ad eum, Pelischtæi invadunt te Schimschon: qui disrupit restes illas, quemadmodum disrumpitur filum stupeum, cùm [b] sentit ignem: sic non est ″ agnita vis ejus.

10 Posteà dixit Delila ad Schimschonẽ, ecce delusisti me: nam elocutus es mihi mendacia: nunc indica mihi quæso quo pacto vinciri possis.

11 Qui dixit ad eã, si [c] validè vincirent me funib⁹ recentibus, quibuscũ nullũ opus esset factũ: tum infirmarer & essem sicut vnus aliquis homo.

12 Sed cùm accipiens Delila funes recentes vinxisset eum illis, dixissetque ad eum, Pelischtæi invadunt te Schimschon: (manebant autẽ insidiæ in quodam conclavi): disrupit illos a brachiis suis tanquam filum.

13 Quapropter dixit Delila ad Schimschonem, hactenus delusisti me, & elocutus es mihi mendacia: indica mihi quo pacto vinciri posses: qui dixit ad eã, si attexueris septem ″ cincinnos capitis mei ad iugũ textoris.

14 Quæ ″ impacto paxillo dixit ad eum, Pelischtæi invadunt te, Schimschon: qui expergefactus a somno suo, profectus est cum paxillo ipso texturæ & cum ipso jugo.

15 Deinde dixit ad eum, quomodo dicis amo te, cùm [d] animus tuus non sit penes me? jam tribus vicibus illusisti mihi, dum non indicasti mihi in quo *consistat* vis tua magna.

16 Fuit itaque cùm premeret eum verbis suis omnibus diebus & urgeret eum: denique ″ imminueretur animus ejus, ac si [e] moriturus esset,

17 Ut indicaret ei totum animum suum & diceret ei, novacula nunquam [f] fuit admota ad caput meum, eo quòd Nazarẽus Dei sum inde ab utero matris meæ: quòd si raderer, recederet a me vis mea, & infirmarer, ac essem ut quivis homo.

18 Cùm ergo animadverteret Delila eum indicasse sibi totum animũ suum, mittens accersivit Satrapas Pelischtæorũ dicendo: ascendite hac vice: nam indicavit mihi totum animum suum: sic ascenderunt ad eum Satrapæ Pelischtæorum afferentes ipsam pecuniam in manu sua.

19 Illa autem cùm somnium ei induxisset super genua sua, accersivit quendam, curavitque ut abraderet septem cincinnos capitis ejus:

a Heb. vide, metaphora

b Hebr. olfacit: metaphora.

c Heb. vincîendo vincirent.

d Hebr. cor tuum: sic deinceps

e Heb. ad moriendũ.

f Heb. ascendit.

deinde cæpit affligere eum, cùm receſſiſſet vis ejus ab eo.

20 Dixit enim, Peliſchtæi invadunt te Schimſchon: qui expergefactus a ſomno ſuo dicebat, [g] hac vice ut anteà exibo, cùm excuſſero me: nam ipſe ignorabat ″ Jehovam receſſiſſe a ſe.

21 Itaq; apprehendentes eum Peliſchtæi effoderunt oculos ejus: & eũ deductum Hhazzam vinxerunt duobus vinculis chalybeis, ubi erat molens in domo vinctorum.

22 Inceperant autem capilli capitis ejus refloreſcere, ″ ut cùm abraderetur.

23 Quando Satrapæ Peliſchtæorum congregati ſunt ad [h] celebrãdum ſacrificium magnum ″ Dagoni deo ſuo, & ad ″ lætitiam: dicebant enim, tradidit Deus noſter in manus noſtras Schimſchonem inimicũ noſtrum.

24 Videntes eum quoque populus laudabant Deum ſuum: dicebant enim, tradidit Deus noſter in manus noſtras inimicum noſtrum & vaſtatorem terræ noſtræ, quiq́ue [i] multos e nobis confodit.

25 Fuitq́ue cùm [k] hilaris eſſet animus illorum, ut dicerẽt, vocate Schimſchonem & ludat coram nobis: qui evocantes Schimſchonẽ e domo victorum ut luderet coram ipſis, ſtatuerunt eum inter columnas.

26 Dixerat enim Schimſchon puero illi qui tenebat manum ejus, collocame & fac palpem illas columnas, quibus hæc domus ſuſtentatur: & ″ innitar illis.

27 (Erat autem ea domus plena viris & mulieribus, ubi erant omnes Satrapæ Peliſchtæorum: ſuper tectum autem quaſi tria millia virorum ac mulierum qui ſpectabant quando luderet Schimſchon).

28 Invocans veró Schimſchon Jehovam dicebat: domine Jehova recordare mei obſecro, & cõfirma me obſecro tantùm hac vice, ô Deus, ut ſumam de Peliſchtæis ultionem *vicis* unius propter ambos oculos meos.

29 Tum complexus Schimſchon duas columnas medianas quibus ædimus illa ſuſtẽtabatur, nixus eſt eis: uni dexterâ ſuâ, alteri veró ſiniſtrâ ſuâ.

30 Deinde dicens Schimſchhon, [l] moriar ego cũ Peliſchtæis, ″ inclinavit ſe vi, deciditq́ue domus illa ſuper ipſos Satrapas & ſuper totum populum qui erat in ea: ita fuerunt mortui illi, quos morti tradidit cùm moreretur, plures quàm quos morti tradiderat in vita ſua.

31 Poſteà deſcendentes cognati ejus, & tota familia paterna ejus, deportaverunt eum, & aſcendentes ſepeliverunt eum inter Tzorhhã & inter Eſchtaolem, in ſepulcro Manoachi patris ejus: vindicaverat autẽ Iſraëlem viginti annis.

[g] *Heb.* ut vice vice: ſic Num. 24. 1.

[h] *Heb.* ad ſacrificandũ.

[i] *Hebr.* multiplicavit confoſſos noſtros.

[k] *Hebr.* cùm bene eſſet cordi illorum ut infrà 18. 20.

[l] *Heb.* moriatur anima mea, ut Nũ. 23. 14.

ANNOTATIO.

2 *Circumeuntes*] id eſt, per circitores curaverunt tota illa nocte, ut cives parati eſſent in matutinum tempus ad occidendum Schimſchonem. 5 *Magna*] qua reliquos ſuperat. *Ad affligendum eum*] ad magnam ejus vim cohibendam, ut communem cum aliis hominibus ſortem experiatur: ſic in ſequentibus, quod ipſe Schimſchon explicat ℣. 7. 9 *Agnita vis ejus*] id eſt, nõ eſt cognitũ a Peliſchtæis in quo vis ejus cõſiſteret: noëma. 13 *Septem cincinnos*] id eſt, capillamentum omne, in ſeptem cincinnos quaſi licia diſtributum. 14 *Quæ impacto paxillo*] ſubaudi, poſtquam egiſſet, quæ ex verbis Schimſchonis agenda eſſe didicerat: noëma. quaſi dicat, his factis impegit paxillum in ſcapum, ne jugum cum panno cui capilli attexti erant volvi poſſet. 16 *Imminueretur*] maxime dolorem geretur: ſic Num. 21. 5. 19 *Septem cincinnos*] id eſt, totũ capillamentum ejus, ut indicat ℣. 17. numerus ſeptenarius

pro infinito. 20 *Iehovam receſsiſſe*]vim illam, quam prius contulerat, ei adimendo. 22 *Vt cùm abraderetur*] id eſt, in priſtinam ſuam magnitudinem recreſcebāt. 23 *Dagoni*]id eſt, Tritoni maritimarum gentium, quales erant Peliſchtææ, idolo, nomen habet ab hhebraica piſcis appellatione, eò quòd inferiore parte ſua piſcis eſſet 1. Schemu. 5. 4. *Ad lætitiam*]ad celebranda hilaria. 26 *Et innitar illis*]quaſi eſſet ex labore piſtrini & adventus ſui acceleratione feſſus. 28 *Vt ſumam ultionem*] quaſi dicat, quando nunc in hanc Peliſchtæorum frequentiam veni, quos deinceps oculis captus quærere non poſſum, ac proinde virium, quas de integro tu in me inſtauras explicandarum commoditas tanta oblata eſt: fac ut injuriam hanc mihi effoſſione oculorum illatam & damnū irreparabile quo me affecerunt, ad ultiones tuas impediendas ſemel nunc demum præſtent. 30 *Inclinavit*]manibus ſecum depellens columnas.

CAPUT XVII.

Mulier pecuniam ſibi a filio prius ablatam, deinde ſibi reſtitutā, idololatriæ deſtinat: ex qua mater ſtatuam, filius ornamenta, imagines & ſacerdotem ex genere Levitico mercede procurat.

1 FUERAT autem quidam e monte Ephrajimi, cujus nomen erat Micajehu.

2 Qui cùm dixiſſet matri ſuæ, argentum illud mille centum *ſiclorum* quod captum fuerat tibi, quia tu ″ execrata es, ſicut etiam dixiſti me audiente, ecce argentum illud penes me eſt, ego ceperam illud: dixit mater ejus, ″benedictus ſit filius meus Jehovæ.

3 Deinde reſtituenti argentum illud mille centum *ſiclorum* matri ſuæ, dixit mater ejus: [a] omnino ſanctificavi iſtud argentum Jehovæ *dimiſſura* e manu mea filio meo ad faciendum ſculptile & fuſile: quapropter jam reſtituerem tibi.

a Hebr. ſanctificando ſanctificavi

4 Reſtituit tamen argentum illud matri ſuæ: unde accipiens mater ejus ducentos *ſiclos* argenti dedit illud fuſori, qui fecit ex eo ſculptile & fuſile: fuitque in domo Micajehu.

5 Huic autem viro Micæ erat ædes Deorum: qui ″facto″ amiculo & imaginibus [b] conſecravit miniſterium ″ unius e filiis ſuis, ut eſſet ipſi in ſacerdotem.

b Hebr. implevit manum, Exod. 28. 41. & infrà verſu 12.

6 (Temporibus illis non erat ″ rex in Jiſraële: quiſque quod rectum *videbatur* in oculis ſuis faciebant.

7 Fuit autem ut ″ puer *diſcedens* Beth-Lechemo Jehudæ: (qui cùm eſſet Levita ″ peregrinatus erat illic).

8 Diſcedens, inquam, vir ille ab ea civitate Beth-Lechemo Jehudæ ad peregrinandum ubicunque inveniret *commodum*: perveniret in montem Ephrajimi uſque ad domum Micæ conficiendo iter ſuum.

9 Cui dicente Mica unde venis? dixit ad eum Levita ſum, *venio* Beth-Lechemo Jehudæ: ego autem vado ad peregrinandum ubicunque *commodum* invenero.

10 Tum dixit ei Mica, mane apud me, & eſto mihi in patrem & in ſacerdotem, & dabo tibi denos ſiclos argenti quotannis, & ″ ſyntheſin veſtium & victum tuum: ſic ivit Levita.

11 Et dum placuit Levitæ iſti manere apud virum illum: fuit iſte puer ei quaſi unus e filiis ejus.

12 Conſecravit enim Mica miniſterium iſtius Levitæ, ut eſſet ſibi puer

ipſe in ſacerdotem : ſic erat in domo Micæ.
13 Dicebat enim Mica, nunc novi Jehovam benefacturum eſſe mihi: eò quòd eſt mihi hic Levita in ſacerdotem.

ANNOTATIO.

1 *Fuerat autem*] Quæcunque ab hoc capite uſque ad finem libri narrantur ad ea pertinent quæ ſcribuntur ſuprà 2. ℣. 11. & ſequentibus, ut non multò poſt mortem Iehoſchuhhæ ea geſta fuiſſe appareat : primum quod ad hiſtoriam hujus & ſequentis capitis attinet, eò quòd verisimile non eſt tribum Danis, quæ numeroſa erat, diu potuiſſe propria poſſeſſione carere, ut caruiſſe dicitur infrà 18. 1. & confirmatur Iehoſch. 19. 47. Deinde eò quòd is quem in ſacerdotem tribus Danitica adoptavit juvenis & pronepos Moſchis ex Menaſche erat ut apparet ex 18. 30. Tertiò quia hanc hiſtoriam ante ſequentem de Binjaminitis, geſtam eſſe oſtendit infrà 20. 1. Similiter quod ad ſequentem hiſtoriam attinet cap. 19. & ſequentibus, ſub idem tempus contigiſſe probatur, primùm ex Pinchaſo, qui tum temporis ſacerdotio fungebatur, ut apparet ex 20. 28. deinde ex eo quòd Ieruſchalaimorum (quæ Iebus dicebatur) ea pars quæ ad Binjaminem ſpectabat adhuc a Iebuſæis tenebatur, ut docetur infrà cap. 19. 12. vide ſuprà cap. 1. ℣. 8. & 21. poſtremò ex verbis Deboræ Iudicum 5. 14. Eſt ergo hujus & ſequentium capitum ſtatus, Iiſraëlitarum Rempub. tàm in religione quàm in moribus fuiſſe corruptiſſimam : quia ex parvis initiis brevi tempore totæ tribus in idololatriam & aperta ſcelera ruerunt, quod ſatis fuit unico tantùm in utroque genere exemplo confirmaſſe. Finis autem eſt, ut judiciorum Dei, quæ ſuprà a capite 3. hucuſque commemorata ſunt, juſtitia elucescat, 2 *Quia tu execratus es*] quaſi dicat, ego execratione tua audita perculſus agnoſco culpam. *Benedicitur ei*] hac mea execratione liber eſto. 3 *Iam reſtituerem*] quaſi dicat, quid opus eſt ut illud ad me referas, cùm ſi haberem tibi redditura eſſem? 5 *Qui facto ammiculo*] ex reliqua pecunia, quam ſibi mater reliquerat. *Amictus*] ſacerdotalibus veſtibus : ſynecdoche. *Unius e filiis*] ad tempus, donec ſibi de aliquo Levita provideretur. 6 *Rex*] gubernator & ordinarius judex : ſic accipitur Gen. 36. 31. & Deut. 33. 5. 7 *Puer*] ratione miniſterii Exodi 33. 11. Eſt autem hic Jonathan de quo infrà 18. 30. 7 *Peregrinatus erat illic*] ubi tamen Levitis nulla erat aſſignata habitatio, ſed ibi ſervitutem ſerviebat, ut erant jam tum omnia perturbata. 10 *Syntheſin veſtium*] ad uſum proprium, quàm ad miniſterium. 13 *Hic Levita*] quaſi dicat, non amplius ex alieno genere ad functionem ſacerdotalem aliquem aſſumo.

CAPUT XVIII.

Danitæ ſedem ampliorem ſibi quærentes, Lajiſchum ſtatu ejus per exploratores cognito ſtratagemate occupant, & idololatriam ex una familia in totam ſuam tribum, partim ſuperſtitione partim oraculi eventu adducti, derivant.

1 IN DIEBUS illis non erat [e] rex in Jiſraël : cùm temporibus iiſdem tribus Danitica quæreret ſibi poſſeſſionem ad habitationem, [e] hæc enim ei nondum acciderat uſq; in diem illũ inter tribus Jiſraëlis in poſſeſſione ejus.
2 Quapropter miſerunt filii Danis ex familia ſua, quinque viros e finibus ſuis [a] homines ſtrenuos Tzorhha & Eſchtaole, ad explorandum terram quandam & ad perveſtigandum eam, dicentes ad eos, ite perveſtigate illam terram : qui venientes in montem Ephrajimi uſque ad domum Micę, pernoctarunt [e] ibi.
3 Cumque ipſi eſſent apud domum Micæ, agnoverunt vocem illius pueri Levitæ : quapropter divertentes illuc dixerunt ei, quis adduxit te huc? & quid tu agis hîc? quídve tibi hîc eſt?
4 Qui dixit ad eos, [b] hæc & talia fecit mihi Mica, & mercede conduxit me ut ſim ei in ſacerdotem.
5 Tum dixerunt ei, conſule Deum quæſumus : ut ſciamus an ſecũdum erit iter noſtrum, cujus cauſa imus.
6 Quibus dixit ſacerdos ille, ite cum pace : [c] coram Jehova eſt iter veſtrum, quò ituri eſtis.
7 Abeuntes ergo quinque viri illi pervenerunt Lajiſchum : ubi animadverterunt populum qui *erat* in ea, (*ut erat* ſita in tuto) ſecundũ [e] rationem

a Heb. filios ſtrenuitatis

b Heb. ſicut hoc & ſicut hunc.

c Heb. e regione Iehovę

onem Tzidoniorum quietum & ſecurum eſſe,″ nec eſſe quicquam quod pudorẽ afferret in ea terra,″ *neque*[d] hæredem imperii: præterea eos remotos eſſe″ a Tzidoniis,&″ rem non eſſe eis cum quoquam.

8 Redeuntibus itaque ipſis ad fratres ſuos Tzorhham & Eſchtaolem, dixerunt fratres ipſorum,quid vos?

9 Qui dixerunt,ſurgite ut aſcendamus contra illos: nam conſideravimus terram illam quòd ecce bona ſit valde, & vos ſileretis: ne pigramini properare eundo ad poſſidendum iſtam terram.

10 Cùm advenietis,advenerîtis ad populum ſecurum & in terram quę *eſt* ampla ſpaciis,nam tradidit Deus eam in manum veſtram: locus *eſt* ubi nulla *eſt* penuria,nulla rei quæ *ſit* in terra.

11 Itaque profecti inde ex familia Danitica Tzorhha & Eſchtaole:ſexcenti viri accincti armis bellicis,

12 Aſcendentes caſtra fecerunt ad urbem Jahharimorum ad Jehudam: (idcircò vocarunt locum illum,″ Caſtra Danis uſque in hunc diem,ecce eſt″ poſt urbem Jahharimorum).

13 Deinde tranſeuntes illuc ad montem Ephrajimi: pervenerunt uſque ad domum Micæ.

14 Ubi loquẽtes quinq; viri illi qui iverant ad explorandũ Lajiſchum cũ terra ejus,dixerũt ad fratres ſuos,noſtíſne in domibus iſtis eſſe amiculũ & imagines,& ſculptile & fuſile?nũc igitur″ cognoſcite quid facturi ſitis.

15 Qui divertentes illuc venerunt in domum illius pueri Levitæ domum Micæ: &″ interrogaverunt illum de[e] proſperitate.

16 Sexcenti autem viri accincti armis bellicis ſuis,qui erant e filiis Danis,ſubſtiterant ad fores portæ.

17 Intereà aſcendentes quinque viri illi, qui iverant ad explorandum illam terram,ingreſſi illuc, acceperunt ſculptile & amiculum & imagines & fuſile ipſum: dum ipſe ſacerdos ſubſiſteret ad fores portæ cum ſexcentis viris illis,qui accincti erant armis bellicis.

18 Cumq; iſti qui ingreſſi fuerãt domũ Micę accipiẽtes *afferrẽt* ſculptile, amiculũ & imagines ac ipſũ fuſile: dixit ad eos ſacerdos ille, quid facitis?

19 Qui dixerunt ei,ſile: impone manum tuã ori tuo, & veniens nobiſcum eſto nobis in patrẽ & in ſacerdotem: utrum melius eſt te eſſe ſacerdotem domui unius viri, an te eſſe ſacerdotẽ tribui & familiæ in Jiſraële?

20 Tum[f] lætatus eſt animus ipſius ſacerdotis, & recepit amiculum ipſum & imagines & ſculptile: ſic proficiſcebatur in medio illius populi.

21 Ita cõverſi abibãt,poſitis parvulis & pecorib.& impedimẽtis ãte ſe.

22 Ipſi procul aberant a domo Micæ,cùm viri illi qui inhabitabãt domos,quæ erant jũctæ domui Micæ cõvocati aſſecuti ſunt filios Danis.

23 Et inclamantes filios Danis fecerunt ut converterent faciem ſuam: qui dixerunt Micæ,quid tibi *eſt*,quòd[g] convocatis comitatus es?

24 Qui dixit,deos meos,quos fecerã accepiſtis & ſacerdotẽ ipſũ,& abi tis:& quid mihi ampli[9] *eſt*?quid igitur *eſt* hoc q̃ dicitis ad me,quid tibi *eſt*?

d Hebr. hæredẽ interdicti aut prohibitionis.

e Heb. de pace: ſic Gen. 43. 27.

f Heb. benè habuit cor, ut ſuprà 16 25.

g Heb. quòd cõvocatus es.

25 Sed edixerunt ei filii Danis, ne facito ut audiatur vox tua apud nos, ne si incurrant in vos viri amarulenti animo, [h] perdas vitam tuam & vitam familiæ tuæ.

[h] *Heb.* colligas animã tuam & animam &c.

26 Deinde perrexerunt filii Danis itinere suo: Mica verò cùm videret eos fortiores esse se, conversus rediit domum suam.

27 Sic isti acceptis quę fecerat Mica, & sacerdote qui fuerat ei, supervenerunt Lajischo populo quieto & securo, quos percusserunt acie gladii: postquam civitatem ipsam combusserunt igni.

28 Nemo autem fuit qui eriperet, quia" remota erat a Tzidone, & res non erat illis cum quoquam: (ea autem est in convalle illa quæ adjacet regioni" Rechobi): posteà extruentes ipsam civitatem habitarunt in ea.

29 Vocarunt autẽ nomẽ illius civitatis Danẽ de nõine Danis patris sui, qui natꝰ fuerat Jisraëli: siquidẽ" Lajisch nomẽ erat civitatis illius primò.

30 "Tum statuerunt sibi filii Danis illud sculptile: Jehonathan verò filius Gerschomi, filii Menaschis, ipse & filii ejus fuerunt sacerdotes tribui Daniticæ usque ad tempus quo migravit *e* terra.

31 Et constitutũ habuerunt sibi [i] Sculptile quod fecerat Mica omnibus diebus quibus fuit domus Dei Schilunte.

[i] *Hebr.* sculptile Micæ, quod fecerat: trajecti o, sic 2. Reg 24. 5.

ANNOTATIO.

1 *Rex*] vide cap. 17. 6. *Hæc enim*] confer hunc locum cum Jehoschu. 19. 47. & suprà 1. 34. 2 *Ibi*] id est, in loco ubi Mica domum habebat. 6 *Coram Iehova*] id est, Deus sibi ob oculos proposuit iter & institutum vestrum, ut illud secundet: sic impiè nomine Jehovæ abutitur 7 *Secundum rationem Tzidoniorum*] id est, eisdem institutis & legibus utentem. *Nec esse quicquam*] omnia licere, & nihil apud eos turpe præ licentia esse. *Herodem*] id est, Rẽpub. non rege, sed alternante magistratu regi. *A Tzidoniis*] qui auxilio illis esse potuissent si abfuissent propius. *Et rem*] id est, singulare fœdus: ita enim sibi confidebant, ut aliorum fœdera rejicerent 11. *Castra Danis*] vide suprà 14. ℣. 1. *Post urbem*] id est, ab occidente ejus. vide annotata Deut. 11. 24. 14 *Cognoverunt quid facturi*] id est, ut nos fecimus suprà ℣. 5. deos hos de expeditione vestra consulite. 15 *Interrogaverunt de pace*] id est, amicè salutatum foras ad sexcentos colloquendo adduxerunt, ut intelligitur ex ℣. 17. Metaleptis. 17 *Interea*] dum eum sexcenti apud se colloquio detinent. 27 *Postquam civitatem*] id est, ignem diversis partibus civitatis subjecerunt, ut quia pauciores erant, commodius hostes in extinguendo incendio occuparos opprimerent. 28 *Quid remota*] supra ℣. 7. *Regioni Rechobi*] Parti Syriæ Trachoniti dis, de qua 2. Schem. 10. 6. & 8. 3. 29 *Lajisch*] sive Leschem, Jehosch. 19. 47. posteà Cæsarea Paneadis. 30 *Tum statuerunt*] videntes omnia successisse, prout sacerdos prædixerat: tanta fuit erroris efficacitas, ut totam tribum in idololatria & sacerdotio posteritate tota in sacerdotio confirmaret. *Jehonathanem*] de quo suprà in versum 1. capitis 17. *Migravit*] mirum domus Dei Schilunte, quod ex versu sequente δογματικῶς præsumendum est, vide 1. Schem. 4. & Ps. 78. 60.

CAPUT XIX.

Levita quidam exteram concubinam a se profectam repetens, Bethlechemi quatriduo apud patrem illius hæret, cum qua deinde revertens opprimente nocte Gibbham diverstit: ubi peregrino exceptus a civibus obsidetur, & iis concubinam exponere cogitur, quam deinde exactis per totam noctem contumelia mortuam recipit, & in duodecim partes divisam per singulas tribus Jisraëlis membratim ad jus postulandum mittit.

1 FUIT quoque temporibus illis, cùm rex non esset in Jisraël: fuit inquam ut quidam Levita peregrinatus per latera montis Ephrajimi acciperet sibi mulierem concubinam e Beth-Lechemo Jehudæ.

2 Quę concubina ejus" scortata cum eo, tandem discessit ab eo in domum patris sui Beth-Lechemum Jehudæ: vbi fuit [a] plenis quatuor mensibus.

[a] *Heb.* dierũ quatuor mẽsibus: Num 11. 20. & 21 ℣.

3 Quapropter surgens vir ejus abiit post eam ad loquendum [b] quæ illi essent cordi, ut reduceret eam, cum puero suo & pari asinorum quæ

[b] *Heb.* super cor ejus. sic Gen. 34. 3.

quæ introduxit eum in domum patris sui: & ipse pater puellæ videns eũ, lætatus est de occursu ejus.

4 Nam retinente eum socero ejus patre ipsius puellæ mansit apud eũ tribus diebus: ubi comedebant & bibebant ac pernoctabant.

5 Fuit autem die quarto ut surgentibus illis mane consurgeret ad proficiscendum: sed dixit pater ipsius puellæ ad generum suum, fulci [c] animum tuum frustulo cibi, deinde abibitis.

6 Itaque sedentes comederunt ambo unà & biberunt: dicebatq; pater puellæ ad ipsum virũ, acquiesce & pernocta, ut bene sit animo tuo.

7 Sed surrexit vir ille ad proficiscendum: insistente verò apud eum socero ejus, [d] rursus pernoctavit ibi.

8 Posteà surrexit mane die quinto ut abiret: dicente autem patre puellæ, fulci quæso animum tuum: cunctati sunt donec declinaret dies, nam comedebant ambo.

9 Tandem surrexit vir ille ad proficiscendum ipse & concubina ejus & puer ejus: cumque diceret ei socer ejus pater puellæ, ecce nunc remissus est dies adeò ut advesperascat, pernoctate quæso, ecce hospitium hodiernum, pernocta hîc ut bene sit animo tuo, deinde surgẽtibus vobis cras ad iter vestrum, perges ad tentorium tuum,

10 Noluit vir ille pnoctare, sed surgens abivit & pvenit [e] ex adverso Jebusi, id est, Jeruschalajimorum: & cum eo par asinorum instratorum, cõcubina quoque ejus cum eo *erat*.

11 Ipsi *erant* prope Jebusum, cùm dies declinasset valde: quapropter dicebat puer ad dominum suum, propera quæso ut divertamus in istam civitatem Jebusæi & pernoctemus in ea.

12 Ad quẽ dixit domin⁹ ejus, nõ divertemus in ullã civitatẽ alienigenę, ex eis quæ non sunt filiorum Jisraëlis: sed transibimus Gibhham usque.

13 Præterea dixit puero suo, perge ut appropinquemus ad alterũ istorum locorum: & pernoctemus Gibhhæ aut Ramæ.

14 Prætereuntes igitur properabant: sed occubuit illis sol prope Gibhham quæ est Binjaminis.

15 Quapropter diverterunt illuc, ingredientes ad pernoctandum Gibhhæ, & ingressus consedit in platea civitatis: quia non fuit quisquam qui reciperet eos in domum suam ad pernoctandum.

16 Ecce autem vir senex veniens ab opere suo ex agro vespere, (erat autem vir ille e monte Ephrajimi, qui peregrinabatur Gibhhæ: viri autem loci illius Binjaminitæ).

17 Qui cùm sublatis oculis suis videret virum illum viatorem in platea civitatis: dixit vir ipse senex, quò abis & unde venis?

18 Qui dixit ad eum, transimus Beth-Lechemo Jehudæ usque ad latera montis Ephrajimi unde sum, iveram enim usque Beth-Lechemum Jehudæ: ad [f] domum autem Jehovæ abeo, & non est quisquam qui recipiat me in domum suam.

c Hebr. cor: sic deinceps.

d Heb. revertisus est & pernoctavit.

e Heb. usq; contra Iebusum.

19 Quamvis tum ſtramen tum pabulum ſit penes ſervos tuos pro aſinis noſtris, tum etiam panis & vinum ſit pro me & pro ancilla tua & hoc puero: nullius rei ſit penuria.

20 Sed cùm dixiſſet vir ille ſenex, pax eſto tibi, quicquid deficit te, incumbat tantùm mihi: tantummodò in hac platea ne pernoctato,

21 Introducens in domum ſuam, pabulum dedit aſinis: deinde lotis pedibus ſuis comederunt & biberunt.

f Heb. viri filiorum Beli Jahhal. 22 Ipſi exhilarabant animos ſuos, cùm ecce viri civitatis illius, viri [f] nequam circunſteterunt domum illam, pulſantes ad ejus januam: & allocuti ſunt virum illum, dominum ejus domus, ſenẽ illum dicendo, produc virum illum, qui ingreſſus eſt domum tuam ut cognoſcamus eum.

23 Ad quos egreſſus vir ille dominus domus illius, dixit ad eos, ne fratres mei, ne malefacite quæſo: quandoquidem ingreſſus eſt vir iſte domũ meam, ne facite flagitium iſtud.

24 Ecce filiam meã quæ virgo *eſt*, & concubinam illius, producã nunc eas, & cõprimite eas, aut facite eis quod bonum *videtur* in oculis veſtris: viro autem iſti ne facite quicquam hujus flagitii.

g Heb. factitaſſet in ea. 25 Sed nolentibus viris illis auſcultare ei, prehendens ipſe vir concubinam ſuam produxit ad eos foras: qui cognoſcentes eam cùm [g] indefinenter abuſi eſſent ea tota nocte uſque mane, dimiſerunt eam cùm aſcenderet aurora.

26 Tum rediit mulier illa appetente mane: & collapſa jacebat ad portam domus illius viri, ubi dominus ipſius erat uſque ad ipſam lucem.

27 Cùm autẽ ſurgens dominus ejus mane, apertis januis domus exiret ad pergendum itinere ſuo: ecce mulier illa concubina ejus jacens ad portam domus cum manibus ſuis in limine.

28 Qui cùm dixiſſet ad eam, ſurge ut abeamus, nec eſſet qui reſponderet: acceptam eam *impoſuit* aſino, ſic ſurgens vir ille abiit in locum ſuum.

29 Deinde ingreſſus domum ſuam, accipiens gladium prehendit concubinam ſuam, quam diviſit per oſſa ejus in duodecim membra: miſitq; eam per totum terminum Jiſraëlis.

30 Eratque ut quiſquis videbat diceret, non fuit factum neque fuit viſum, hujuſmodi inde a tempore *quo* aſcenderunt filii Jiſraëlis e terra Ægypti uſque in diem hunc: [h] adhibete vos ad iſtud, conſilium inite & colloquimini.

b Heb. apponite.

ANNOTATIO.

1 *Rex*] ut ſuprà 17.6. 2 *Scortata cum eo*] non enim juſta uxor erat, donec parentũ conſenſu confirmati eſt matrimonium. Exodi 22.16. quo confirmato pater illius dicitur Levitæ ſocer, infrà ℣. 4. ſic paſſim accipitur hæc locutio Jechezkelis 16. cap. & 23. 9 *Ecce hoſpitium*] id eſt, aliò tibi non eſt eundum, ſed hic hodie hoſpitandum. 18 *Domum Jehovæ*] Schiluntem, ubi tabernaculum erat. 20 *Pax eſto tibi*] nihil eſto ſollicitus. 27 *Cum manibus*] quaſi indormiviſſet, manibus capiti ſubjectis in limine.

CAPUT XX.

Jiſraëlitæ conventu indicto Binjaminitas citant, accuſationem Levitæ audiunt, reos a Binjaminitis petunt, in cõtumaces ac recuſantes bellũ decernũt: bis a Binjaminitis cæſi ad Deũ cõvertũtur, quo recõciliato Binjaminitas ſtratagemate vincunt, eosq; perdũt funditus, exceptis 600.

1 Ita-

1 ITAQUE exiverunt omnes Jiſraëlitæ, congregatusque eſt totus cœtus [a] unanimis a″ Dane″ Beerſchebahhum
2 &″ terram Gilhhadis uſque: ad Jehovam Mitzpam.
Ubi conſtituerunt [b] *uſq; ab* extremitatibus totius populi omnes tribus Jiſraëlis, in cõgregatione populi Dei quadrigenta millia virorũ peditũ ſtringentiũ gladium.
3 Audiverunt autem Binjaminitæ aſcendere Jiſraëlitas Mitzpam: ″ dicebant enim Jiſraëlitę, eloquimini quo modo factum eſt malum iſtud?
4 ″ Tum proteſtatus vir ille Levita, vir mulieris illius occiſæ, dixit: cùm Gibhham illam quæ *eſt* Binjaminis veniſſem ego & concubina mea ad pernoctandum,
5 Inſurrexerunt in me [c] Gibhhani & circundederunt contra me ipſam domum noctu: [d] ſibi propoſuerant me occidere, & concubinam meam ita compreſſerunt ut mortua ſit.
6 Quapropter prehendens concubinam meã membratim diviſi eam, ac miſi eam per totum agrum poſſeſſionis Jiſraëlitarũ, eò quòd feciſſent ſcelus & flagitium in Jiſraële.
7 ″ Ecce vos omnes Jiſraëlitæ *eſtis*, [e] communicate inter vos ſermonem & conſilium hîc.
8 Surrexit ergo totus populus unanimis dicendo: non ſumus ituri ullus in tentorium ſuum, neque ſeceſſuri in domum ſuam.
9 Sed nunc eſto hæc res quam facturi ſumus contra Gibhham: [f] oppugnabimus eam ″ ſorte.
10 Accipiemus enim denos viros e centenis per omnes tribus Jiſraëlis, & centenos e millenis, ac millenos e decies millenis ad [g] comparandum commeatum pro hoc populo, ut invadendo [h] Gibhham Binjaminitarum faciant [i] omnino prout meritum eſt flagitium illud quod fecit in Jiſraële.
11 Sic congregati ſunt omnes Jiſraëlitæ *venturi* contra illam civitatem unanimes conjuncti.
12 Tum miſerunt tribus Jiſraëlis viros ad omnes tribus Binjaminis qui dicerent: quod eſt malum iſtud, quod factum eſt in vobis?
13 Nunc igitur date iſtos viros [k] nequam, qui *ſunt* iſthic Gibhhæ, ut morti tradamus eos & tollamus malum ab Jiſraële: ſed noluerunt auſcultare Binjaminitæ voci fratrum ſuorum Jiſraëlitarum.
14 Congregaverunt enim ſe Binjaminitæ e ſuis civitatibus Gibhham: ut prodirent in prælium contra Jiſraëlitas.
15 ″ Numeraveruntque ſe Binjaminitæ tempore illo e ſuis civitatibus viginti ſex millia virorũ ſtringentium gladium: præter habitatores Gibhhæ *qui* numeraverunt ſe ſeptingentos viros lectiſſimos.
16 E toto populo iſto erant ſeptingenti viri lectiſſimi ″ præcludentes manum dexteram ſuam: iſtorum quiſque funda mittens lapidem ″ ad capillum, [l] ſine erratione mittebat.

[a] *Hel.* quaſi vir unus: & ſic deinceps.
[b] *Heb.* angeli totius populi
[c] *Heb.* domini Gibhhæ.
[d] *Heb.* imaginati erãt.
[e] *Heb.* date vobis ſermonem.
[f] *Heb.* contra eam ſortem *ibimus*
[g] *Heb.* accipiendum.
[h] Gebahh: ſic infrà ℣. 33.
[i] *Heb.* ſecundum totum illud flagitiũ quod fecit in Iiſraele.
[k] *Heb.* viri filii Beliiahhal.
[l] *Heb.* non ſineret peccare, id eſt, ab errare lapidem.

17 Jiſraëlitæ quoque numeraverunt ſe præter Binjaminitas quadringenta millia virorum ſtringentium gladium: quorum quiſque vir erat bellicoſus.

18 Deinde ſurgentes aſcenderunt in ″ domum Dei fortis, ut conſulerẽt Deum, dixeruntq́ue Jiſraëlitæ, ″ quis ex nobis primùm aſcendet ad hanc pugnam contra Binjaminitas? quibus dixit Jehova, Jehuda primùm.

19 Surgentes itaq; Jiſraëlitæ mane: caſtra poſuerunt contra Gibhham.

20 Et exeuntes Jiſraëlitæ in prælium contra Binjaminitas: inſtruxerũt contra eos Jiſraëlitæ aciem apud Gibhham.

21 Exeuntes verò Binjaminitæ Gibhha: proſtraverunt ex Jiſraëlitis die illo viginti duo millia virorum humi.

m Hebr. adderẽt inſtruere.

22 Confirmavit tamen ſe populus, Jiſraëlitæ: ita ut [m] iterum inſtruerent aciem in eodem loco ubi inſtruxerant die illo priore.

n Heb. addã accedere.

23 Cùm aſcendentes Jiſraëlitæ fleviſſent coram Jehova uſque ad veſperam, cõſuluiſſentq́; Jehovã dicẽdo, an [n] iterum accedam in prælиũ contra filios Binjaminis ″ fratris mei? dixiſſetq́ue Jehova aſcendite contra illum.

24 Appropinquaverunt itaque Jiſraëlitæ ad Binjaminitas die iſto ſecundo

25 Exeuntes quoque Binjaminitæ obviam eis Gibhha eo ipſo ſecundo die, proſtraverunt ex Jiſraëlitis iterum octodecim millia virorum humi: omnes hos ſtringentes gladium.

26 Quapropter aſcendentes omnes Jiſraëlitæ, totus inquam, populus ille venerunt ad domum Dei fortis, & ″ flentes conſederunt ibi coram Jehova, ac jejunaverunt die illo uſque ad veſperam: obtuleruntq́ue holocauſta & euchariſtica coram Jehova.

27 Cùm conſuluiſſent Jiſraëlitæ Jehovam: (nam ibi erat arca fœderis Dei temporibus illis).

28 *Ipſi* & Pinchas filius Elhhazaris filii Aharonis qui ſtabat coram eo temporibus illis dicendo, utrum pergam adhuc exire in prælium contra filios Binjaminis fratris mei, an deſinam? quibus dixit Jehova, aſcendite cras enim traditurus ſum eum in manum tuam.

29 Diſpoſuit autem Jiſraël inſidias apud Gibhham circumquaque,

o Hebr. vice ut vice. Nũ. 24. 1. & infrà ℣. 31.

30 Deinde aſcendentes Jiſraëlitę contra Binjaminitas die tertio, inſtruxerunt *aciem* apud Gibhham ſicut [o] anteà.

p Hebr. percutere exiſto populo cõfoſſos, ut infrà ℣. 39.

31 Unde exeuntes Binjaminitæ obviam iſti populo avellebantur abipſa civitate: cœperant enim [p] percutiendo confodere ex iſto populo ut anteà per vias illas tritas, quarum altera aſcendit ad domum Dei fortis, altera verò Gibhham, in agro quaſi triginta viros ex Jiſraële.

32 Quapter dicebãt Binjaminitę, cędũtur iſti ante nos ut prius: at Jiſraëlitę dixerãt fugiemus, ut avellamus eũ a ſua civitate ad iſtas vias tritas.

33 Tunc omnes Jiſraëlitæ ſurgentes quiſque e loco ſuo inſtruxerunt aciem Bahhal-Tamare: inſidiæ quoque Jiſraëlitarum eruperunt e loco ſuo poſt ″ denudationem Gibhhæ.

34 Vene-

34 Venerũtque Gibhhæ ex″ adverſo decies mille viri lectiſſimi ex toto Jiſraële cùm prælium ingraveſceret: illi autem ignorabant ſe pertingere malum illud.

35 Affecit enim Jehova Binjaminem ″ plaga coram Jiſraële, adeò ut proſternerent Jiſraëlitæ a Binjamine die illo vicies quinquies mille centũ viros: hos omnes ſtringentes gladium.

36 Nam vidẽtes Binjaminitæ ſe plaga affici: (″ ceſſarãt enim Jiſraëlitæ loco Binjaminitis, quia cõfidebant inſidiis quas poſuerãt cõtra Gibhhã.

37 Inſidiæ verò illæ feſtinantes irruerant in Gibhham: & [q] ſigno dato inſidiæ percuſſerant totam civitatem illam acie gladii.

38 Cumque conſtitutum fuiſſet tempus Jiſraëlitis cum inſidiis iſtis: ut [r] excitantibus iſtis multam elationem fumi e civitate illa,

39 Converterent ſe Jiſraëlitæ ad prælium: Binjaminitæ verò incepiſſent percutiendo confodere quaſi triginta viros: eo quòd dicerent, utique plaga [s] omnino afficitur coram nobis, ſicut bello priore.

40 Elatio illa, columna *inquam* fumi cœperat aſcendere e civitate: adeò ut reſpicientes Binjaminitæ retrorſum, *viderent* quód ecce aſcenderet incendium civitatis in cœlum).

41 Et Jiſraëlitas ſe obvertere, turbati ſunt Binjaminitæ: videbant enim pertingere ſe malum illud.

42 Averterunt itaque ſe ante Jiſraëlitas in viam ad deſertum: ſed [t] pręliatores aſſecuti ſunt eos, & unumquemque e civitatibus aliis proſternebant in medio ″ cujuſque.

43 Cinxerunt Binjaminitas, perſequendũ curaverunt quemque, procul caverunt quemque [u] quietũ, uſque ″ ex adverſo Gibhhę ab ortu ſolis.

44 Nam ″ ceciderunt e Binjaminitis octo decies mille viri: hi omnes viri ſtrenui.

45 Deinde eorum qui averſi fugiebãt verſus deſertum ad petram Rimmonis ″ racemarunt quenque per tritas illas vias, 5000 viros: poſteà aſſecuti eos a tergo Gidhhomum uſque, percuſſerunt ex eis bis mille viros.

46 Ita fuerũt omnes qui ceciderunt ″ e Binjaminitis ″ vicies quinquies mille viri ſtringentes gladium eodem die: omnes iſti viri ſtrenui.

47 Eorum autem qui averſi erant, effugerunt verſus deſertum ad petrã Rimmonis 600 viri: qui cõſederunt in petra Rimmonis 4. mẽſibus.

48 Quibus Jiſraëlitæ reverſi, ad Binjaminitas percuſſerunt eos acie gladii, [a] tàm homines civitatis cujuſq; quàm jumenta, deniq; quicquid inventũ eſt: etiã omnib. civitatibus illis, quæ ſupererant immiſerũt ignẽ.

q Hebr. tractim clanxerant inſidiæ

r Hebr. ad faciendũ eos ut multum aſcenderet elatio fumi *ſ Heb.* afficiendo afficitur.

t Hebr. prælium aſſecutum eſt: metonymia.

u Heb. quietis *virum*, id eſt, qui in ea expediti one arma non ſumpſerat.

a Hebr. a civitate homi nis: hypallage.

ANNOTATIO.

1 *A Dane*] oppido quod prius Lajiſch ſive Leſchem dicebatur ſupra 18. 19. terminus ſeptentrionalis Iiſraëlitarum *Beerſchebahhum*] civitas Iehudæ verſus Peliſchtæos, terminus meridianus, Gen. 21. 33. *Terram Gilhhadis*] terminum ab oriente. *Mitzpam*] locus erat in finibus Biniaminitarum, quorum res agebatur in iſto conventu, quaſi in media longitudine regionis ſitus, ac proinde conventibus habendis deſtinatus. vid e Ichoſch. 11. 3. 3 *Dicebant*] legatis miſſis Biniaminem convocabant & ſuum negotium explicare iuſſerant. 4 *Tum*] Biniaminitis non comparentibus. 7 *Ecce vos omnes*] quaſi dicat, hæc iniuria non me ſolum, ſed totã Iiſraëlitarum Remp. attingit. 9 *Sorte*] id eſt, ſortiemur qui annonæ curatores & qui bellatores ſint futuri. 35 *Numeraverunt ex ſe*] id eſt, e toto ſuo numero conſcripſerunt viginti ſex millia virorum qui in aciẽ prodirent,

ut Gibhhani ſeptingentos, reliquis ad locorum cuſtodiam relictis. 16 *Etoto populo*] id eſt, e toto Binjaminita rum exercitu: hi erant velites ad Jiſraëlitas laceſſendos miſſi. *Præcludentes*] id eſt, ita præfidentes viribus & militari peritiæ ſuæ, ut vel manu ſiniſtra cum hoſte dimicare auderent. *Capillum*] hyperbole, qua tanta eorum peritia in mittendis lapidibus fuiſſe dicitur, ut rem quantumvis parvam attingerent. 18 *In domum Dei*] id eſt, Schiluntem, ut confirmatur cap. 21. 12. *Quis aſcendet*] quaſi dicant, ſtatutum eſt bellum inire ad puniendos ſceleratos & contumaces, vires autem noſtræ tantæ ſunt, & adeò juſta cauſa, ut de victoria ſecuri ſimus, ſed non convenit inter nos quis primus ordine inter nos procedat. 23 *Fratris mei*] quaſi dicant, an ideò ingratum eſt bellum, quia contra fratres ſuſcipitur? ſic nondum pugnaverunt fide. 26 *Flentes*] tandem videntes ſe ipſos Deo ingratos fuiſſe, reſipuerunt, quam reſipiſcentiam a ſignis externis deſcribit. 28 *Quiſtabat*] ut ſacerdos ſummus, ſic Deut. 10. 17. 33 *Poſt denudationem*] id eſt, poſtquã Gibhhani cũ totis copiis exeuntes in Iiſraëlitas fugientes civitatem præſidio nudaverant. 34 *Ex adverſo Gibhhæ*] id eſt, collocaverunt ſe medios inter Gibhham & Gibhanos, ne ſe in civitatem reciperent. 35 *Affecit plaga*] prolepſis: qua in genere proponit hiſtoriam, quam deinde ſigillatim perſequitur. 36 *Ceſſerant*] hyperbaton, quod nos ad evidentiam parentheſi incluſimus. 42 *In medio cujuſque*] id eſt, ſingulos cives in ſuis civitatibus proſtraverunt. 43 *Ex adverſo*] id eſt, uſque ad fines Binjaminis verſus Jeruſchalaima. 44 *Ceciderunt*] in ipſo conflictu. 45 *Racemarunt*] id eſt, palantes occiderunt: metaphora ut ſuprà 8. 2. 46 *E Binjaminitis*] ex acie Biniaminitarũ. *Vicies quinquies mille*] centenario numero prætermiſſo brevitatis cauſa: quia paulo antè præceſſit 35. verſu: ſic ſuprà 11. 28. eclipſis.

Caput xxi.

Jiſraëlitæ bello contra Binjaminitas confecto, fletu & precibus a Deo conſilium ſervandæ in reliquiis tribus exorant. Jabeſchitas delent, ex quibus puellas quadringentas Binjaminitis tradunt: reliquis autem conſilio proſpiciunt de uxoribus Schiluntè rapiendis, & raptarum parentibus pro ut promiſerant reconciliatis, domum quiſque revertuntur.

1 ISRAELITÆ autẽ iuramẽto ſe obſtrinxerãt "Mitzpę dicẽdo: quiſq; noſtrũ non dabit filiã ſuam Binjaminitæ in uxorẽ.
2 Quam ob rẽ populus ingreſſi domũ Dei fortis cõſederũt ibi uſq; ad veſperam coram Deo: & ſublata voce ſua fleverũt fletu magno.
3 Ac dixerunt, "quare ô Jehova Deus Jiſraëlis fieret iſtud in Jiſraële: ut deſideraretur hodie ex Jiſraële tribus una?
4 "Fuitque poſtridie, cùm manè ſurgentes populus extruxiſſent illic altare: ut offerrent holocauſta & euchariſtica.
5 Et dicerẽt Jiſraëlitę, quis *eſt* qui nõ aſcẽdit cũ hac cõgregatione ex omnib. tribub. Jiſraëlis ad Jehovã? (nã juramẽtũ maximũ [a] interceſſerat cõtra eũ qui nõ aſcẽderet Mitzpã ad Jehovã dicẽdo, [b] õnino morti tradetur.
6 Cum enim "pœniteret Jiſraëlitas de Binjamine fratre ſuo dixerant, excinderemús*ne* hodie tribum unam ex Jiſraële?
7 Quid facturi ſum⁹ iſtis, reliquis iſtis quod ad uxores? nos enim juramẽto obſtrinxim⁹ p Jehovã, ut nõ darem⁹ illis de filiab⁹ noſtris in uxores?
8 "Cùm autem dixiſſent, quis ullus eſt e tribubus Jiſraëlis qui non aſcendit Mitzpam ad Jehovam? ecce non venerat quiſquam in caſtra, Jabeſcho Gilhhadis ad cõgregationem.
9 Numeravit enim ſe populus: & ecce non erat ibi quiſquam ex habitatoribus Jabeſchi Gilhhadis.
10 Quapropter miſerũt illuc cœtus duodecies mille viros [c] ſtrenuiſſimis, & mandatis inſtruxerũt eos dicendo: ite ut percutiatis habitatores Jabeſchi Gilhhadis acie gladii, etiam mulieres & parvulos.
11 Hoc enim illud *eſt* quod facturi eſtis: omnẽ marẽ & omnẽ fœminã expertam concubitum maris internecioni devovebitis.
12 Qui invenerunt ex habitatoribus Jabeſchi Gilhhadis 400. puellas virgines, quæ non fuerãt expertæ virum cõcubitu maris: "adduxerunt eas

[a] *Heb.* fuerat.
[b] *Heb.* morte morietur.
[c] *Hebr.* filiis roboris.

eas Schiluntem ad castra, quæ *manserant* in terra Cenahhani.
13 Tum mittentes totus ille cœtus qui alloquerentur Binjaminitas qui *erant* in petra Rimmonis, promulgaverunt illis pacem.
14 Sic reversi sunt Binjaminitæ tempore illo, quibus dederunt fœminas illas, quas vivas conservarant e fœminis Jabeschi Gilhhadis: sed sic non [a] fuerunt satis illis.
15 Cumque *adhuc* populum pœniteret de Binjamine: eo quòd fecisset Jehova rupturam in tribubus Jisraëlis,
16 Dixerunt seniores cœtus ipsius, quid faciemus reliquis istis quod ad mulieres: cùm perditæ sint e Binjamine fœminæ?
17 Amplius dixerunt, [c] possessio Binjaminitarum hæreditaria est horum qui evaserunt: non enim delenda est tribus ex Jisraële.
18 Nos autem non possumus dare eis vxores e filiabus nostris: (obstrinxerant enim se juramento Jisraëlitæ dicendo: maledictus sit qui dederit vxorem Binjaminitis).
19 Tandem dixerunt: ecce festũ Jehovę est Schilunte de anno in annũ, quod *celebratur* ab Aquilone domus Dei fortis, versus ortũ solis ad tritã viã, quæ ascendit a domo Dei fortis Schecemum: & a meridie Lebonæ.
20 Et præceperunt Binjaminitis dicendo: ite ut insidiemini in vineis.
21 Et animadvertite, ut ecce cùm exibunt puellæ Schilũtinę ad saltandum choreis: statim prodeuntes e vineis illis rapiatis vobis quisq; uxorẽ suam e puellis Schiluntinis: deinde abite in terram Binjaminitarum.
22 Erit autem cùm venient parentes earũ aut agnati earum ad litigandum apud nos, vt dicamus ad eos, [b] gratificamini nobis illas, ut qui non cepimus pro quoque uxorem suam [b] in isto bello: nam vos non dederitis illis, *neque* jam rei eritis.
23 Facientes itaque sic Binjaminitæ perduxerunt uxores pro numero suo e saltantibus illis quas rapuerant: abeunteſque reversi sunt ad possessionem suam, & instaurauerunt civitates suas in quibus habitarunt.
24 Receperunt quoque se inde Jisraëlitæ tempore illo quisque ad tribum suam, & ad familiã suam: vnde [b] exiverunt quisq; in possessionẽ suã.
25 Temporibus illis non erat rex in Jisraële: quisque quod rectum *videbatur* in oculis suis faciebat.

[c] *Hebr.* possessio hæreditaria evasionis Binjaminis.

ANNOTATIO.

1 *Mitzpa*] cùm de bello contra Binjaminitas suscipiendo deliberaturi illuc convenissent suprà 20.1. 3 *Quare &c.*] Petunt ut Deus sibi rationem conservandi tribum explicet. 4 *Fuitq; postridie*] cùm jam impetrassent consilium quod petierant, ut in sequentibus explicatur. *Extruxissent altare*] præter ordinarium, propter multitudinem sacrificiorũ quæ offerenda erant, ut factum est Schelomonis tempore 1. Reg. 8. 64. nam quòd unum tantum altare lege imperabatur, ad ambulatoriam Rempub. restringendum est cùm altare huc illuc deferendũ erat, ut ostendit Mosche Exodi 20.24. 6 *Cùm enim pœniteret*] nimirũ pridie: explicatur enim narratio versus secundi & tertii. 8 *Cùm autem dixissent*] nimirũ postridie, divinitus ostensa ratione consulendi reliquiis Binjaminitarum, & contumaces castigandi. 12 *Adduxerantq;*] reliquis omnibus interfectis, ut mandatum illis fuerat ℣. 10 14 *Non fuerunt &c.*] *Quæ manserant in terra Cenahhani*] quæ non trajecerant Jardenem, ut Jabeschitas oppugnarent. sed nobis datæ reputantor. *In isto bello*] hic accipitur idem verbum Num. 11.22. 22 *Gratificamini nobis*] quasi dicant, non illis, sunt. *Neque jam rei*] quasi dicant, non est cur metuatis ne non præstetis fidem vestram, non dedistis, ceperunt ipsi: & si qua culpa est, eam in nos recipimus. 24 *Unde exiverunt*] id est, cùm gregatim primùm unaquæq; tribus ad sortem suam pervenissent, singuli posteà in possessionem suam discesserunt.

RUTH

LIBER UNUS.

RUTH Moabitis prioris mariti (cui premente fame in agrum Moabitarum profecto nupserat) defuncti recordatione & pietatis studio, socrum in patriam revertentem secuta: Bohhazo secundis nuptiis, jure propinquitatis conjungitur: cui parit Hhobedum Davidis avum: unde Christus, secundum carnem, genus suum ducit. Matth. primo.

CAPUT PRIMUM.

Elimelec Beth-Lechemites fame e patria cum uxore & duobus filiis pulsus, apud Moabitas consedit: ubi ipse primùm, deinde utroque filio orbata Nahhomi in patriam fame sedata unà cum Rutha altera Nuru decennio post revertitur.

1 FACTUM autem [a] quo tempore judicabant judices, cùm esset fames in ipsa terra: ut abiret quidam Beth-Lechemo Jehudæ ad peregrinandum in agro Moabitarum, ipse cum uxore sua & duobus filiis suis.

2 Cujus viri nomem erat Elimelec, nomen verò uxoris ejus Nahhomi, & nomina duorum filiorum ejus Machlon & Ciljon "Ephratæi de Beth-Lechemo Jehudæ, pervenientesque in agrum Moabitarum [b] substiterunt ibi.

3 Ubi mortuo Elimeleco viro Nahhomi, superstes relicta est ipsa cum duobus filiis suis.

4 Qui duxerunt sibi uxores Moabitidas, nomen unius erat Hhorpa & nomen alterius Ruth: consederuntque ibi quasi decem annos.

5 Deinde mortuis quoque utrisque Machlone & Ciljone, superstes relicta mulier illa a duobus natis suis & a viro suo,

6 Surrexit ipsa cum nuribus suis, ut reverteretur ex agro Moabitarum: (audierat enim in agro Moabitarum Jehovam "visitasse populum suum dando eis panem.)

7 Et egressa est e loco illo ubi substiterat, & duæ nurus ejus cum ea: ingressæque sunt iter ad revertendum in terram Jehudæ.

8 Sed dicebat Nahhomi duabus nuribus suis, abeuntes revertimini quæque in domum matris suæ: exerceat erga vos Jehova benignitatem, quemadmo-

[a] *Heb.* in diebus.

[b] *Hebr.* fuerunt ibi.

quemadmodum exercuistis erga″ mortuos & erga me.
9 Det Jehova vobis ut inueniatis requiem quæque in domo viri sui:
cumque oscularetur eas, sublata sua voce flebant.
10 Dicebantque ei: quin tecum″ revertemur ad populum tuum.
11 Sed dicebat Nahhomi, revertimini filiæ meæ: cur veniretis mecũ?
num adhuc″ sunt mihi filii in visceribus meis, qui vobis viri futuri sint?
12 Revertimini filię meę, abite: nã senior sum quàm [c] ut nubã: si dicerẽ
est mihi spes: essem etiam hac nocte cum viro: aut etiam parerem filios:
13 An propter hæc expectaretis, usq; dum adolescerẽt? an″ ꝓpter hæc
differretis ita ut non nuberetis cuiquam? nequaquã filiæ meæ: nam mihi
multò″ amarius est quàm vobis: sed″ exeruit se cõtra me manus Jehovæ.
14 Tum sublata voce sua fleverunt iterum: & Hhorpa″ osculata so-
crum suam *abiit*, Ruth autem adhærebat ei.
15 Quam ob rem dixit *socrus*: ecce reversa est fratria tua ad populum
suum & ad deos suos,″ revertere post fratriam tuam.
16 Sed dixit Ruth, ne [d] adversa esto mihi ut derelinquam te recedendo
a te: nam quocunque iveris ibo, & ubicunque diversata fueris diversa-
bor, populus tuus populus meus: & Deus tuus Deus meus est.
17 Ubicunq; morieris, moriar & ibidem sepeliar:″ sic faciat Jehova mi
hi, & sic pergat, nam sola mors separatura est inter me & inter te.
18 Itaque videns illam fortiter instare, ut pergeret secum: destitit *sic* al-
loqui eam.
19 Ita profectę sunt ambę donec pervenirẽt Beth-Lechemum: fuit au
tem cùm ingrederentur Beth-Lechemum, ut [e] fusæ omnes cives *accurre-*
rent ad eas ac dicerent, hæccíne est Nahhomi?
20 Quæ dicebat ad eas, ne vocate me [f] Nahhomin, vocate me [g] Marã:
eò quòd amaritudine affecit me omnipotens valde.
21 Ego plena abieram, at vacuam reducit me Jehova: cur vocaretis me
Nahhomin, cùm Jehova testificatus sit contra me, & omnipotens ma-
lis affecerit me?
22 Sic cùm reversa esset Nahhomi habens Rutham Moabitidem nu-
rum suam secum″ redeuntem ex agro Moabitarum: ingressæ sunt Beth-
Lechemum in principio messis hordeacæ.

c Heb. sim vi ro, ut Num. ultimo. sic infrà ℣. 13.

d Heb. ne oc curras mihi metaphora

e Hebr. con- funderetur tota civitas ad eas, vel perstrepe- ret tota civi tas de eis.

f id est, a- mœnã.

g id est, ama ram: transla tum autem est ab uno sensu ad ali um, ut signi ficet horren tem.

ANNOTATIO.

1 *Quo tempore*] Ex collatione primi capitis, Matth. ℣. 5. cum fine hujus historiæ colligitur hæc contigisse tempori bus Deboræ. Primùm quod ad Bohhazum attinet e Rachaba natum, fieri potest ut ea ipsum pepererit quinquagin ta quinque annos nata, si ei tribuantur quindecim cùm exploratores excipit Jehosch. 2. ita ut vigesimo tertio Hhothnielis Bohhazum pariat: unde ad initium Deboræ sunt anni nonaginta septem, quibus si addideris vigin- ti priores annos Deboræ, erit Bohhaz 117. annorum, cùm e Rutha suscipit Hhobedum: Hhobedum quoque & Iis- chaium, ut historia Davidis tempus cum hoc conveniat, necesse est centenarios genuisse. 2 *Ephratæi*] e Beth- Lechemo Iehudæ ut sequentia verba testantur: Ephrata enim Gen. 35. 19. est Beth-Lechem. 6 *Visitasse popu- lum*] vide annotata Gen. 21. 1. ℣. 8 *Erga mortuos*] filios meos, maritos vestros, cùm viverent. 10 *Revertemur ad populum*] id est, revertentem prosequemur ut infrà ℣. 22. quasi dicant, adeò grata fuit nostra cum filiis tuis cõ- versatio, ut illorum recordatio nos ad totum populum amandum incitet. 11 *Sunt mihi filii*] per quos suscite- tur mortuis semen ex lege Deut. 25. 5. 13 *Propter hæc*] has conditiones, quas commemoravit versu præcedenti. *Amarius est*] id est, etsi grave est quod deseritis me, mihi adhuc molestius est vobis privari. *Exeruit se*] id est, nõ per me factum est ut vos desererem: sed divina voluntate, qua ego filiis, vos viris orbatæ sumus. 14 *Osculata socrum*] quia non religione, sed humanitate fuerat mota ad sequendam socrum: ut ostendunt verba Nahhomi pro ximè sequentia. 15 *Revertere post fratriam*] ut fidem ejus exploret, fratriæ exemplum proponit,

17 *Sic*

17 *Sic faciat Jehova*] Imprecandi forma, qua malum aliquod sibi infligi & continuari veteres postulabant, si secus quàm dixerant facerent: est autem ubique aposiopesis mali: quod vel ipsi intelligebent, vel Dei judicio committebant. 22 *Redeunte*] id est, cũ redeunte venientẽ, ut suprà 10. & infrà 21. 6. & 1. Schemu. 15. 26. Catachresis.

CAPUT II.

Ruth dum spicilegium in agro Bohhazi facit, innotescit ei, a quo humanissimè verbis excepta, bonis ita afficitur, ut eorum etiam commodum ad socrum perveniat.

1 ERAT autem Nahhomi huic[a] affinis a marito ejus, vir valens facultatibus e familia Elimeleci: cujus nomen erat Bohhaz.

2 Cùm ergo dicẽti Ruthæ Moabitidi ad Nahhomin, eam quæso in aliquem agrum ut legam spicas post eũ, in cujꝰ oculis invenero gratiã, dixisset illa, abi filia mea:

3 Et abiens venisset ut legeret in aliquo agro post messores, [b] accidit casu ei possessio agri *pertinentis* ad Bohhazũ, qui erat e familia Elimeleci:

4 Ecce autem Bohhaz veniens Beth-Lechemo dixit messoribus, Jehova sit vobiscum: cui dixerunt, benedicat tibi Jehova.

5 Tum dixit Bohhaz puero suo, [c] qui præerat illis messoribus: cujus est puella hæc?

6 Cui respondens puer, qui præerat illis messoribus dixit, puella Moabitis est, quæ rediit cum Nahhomi ex agro Moabitarum.

7 Dixit autem, legam quæso & colligam inter manipulos post messores: sic accedens perstitit ex quo fuit mane usque adhuc, modò sedit paulisper domi suæ.

8 Tum dixit Bohhaz ad Rutham, nonne audis filia mea? ne abito ad legendum in agrum alterum, neque etiam discedito hinc: sed hîc hærento cum puellis meis.

9 Oculi tui *intenti sunto* in agrum illum quem metent ut sequaris eas: annon præcepi pueris istis ne attingant te? cùm autem sities, ito ad ista vasa, & bibito ex eo quod hauserint pueri isti.

10 Quare procidens in faciem suam, incurvavit se in terram ac dixit ad eũ, quare inveni gratiã in oculis tuis, ut agnoscas me, cũ sim alienigena?

11 Sed respondens Bohhaz dixit ei, [d] planè indicatum est mihi quid egisti cum socru tua: post mortem viri tui: ut deseruisti patrem tuum & matrem tuam & [e] solum natale tuum, & venisti ad populum quẽ non cognoveras [f] anteà.

12 Rependet Jehova opus tuum, & erit merces tua perfecta a Jehova Deo Jisraëlis, quòd sub ejus alas venisti ut te obtegeres.

13 Quæ dixit, invenio gratiam in oculis tuis domine mi, quòd consolatus es me, & quòd locutus es quæ sunt [g] cordi ancillæ tuæ: at ego non futura ut una ancillarum tuarum.

14 Dixit verò ei Bohhaz tempore cibi, accede huc ut comedas ex hoc cibo, & intingas bucceã tuam in acetũ istud: & sedẽti ei a latere messorũ porrexit *aristas* tostas, adeò ut comedẽs saturaretur, & reliquum faceret.

15 De-

a *Hebr.* notus.

b *Heb.* accidit casus ejus: enallage.

c *Hebr.* qui constitutus erat super messores.

d *Heb.* indicando indicatum est mihi.

e *Hebr.* terram nativitatis tuæ.

f *Hebr.* heri nudiustertius: synecdoche.

g *Hebr.* quæ sunt super cor: sic Gẽ. 34. 3.

15 Deinde surrexit ad legendum *spicas*: præcepit autem Bohhaz pueris suis dicendo, etiam inter ″ manipulos legentem ipsam ne pudefacite.
16 Atque etiam de [h] industria omittite ei ex fasciculis manualibus, & sinite *eos* ut legat: nec increpate eam.
17 Legit itaque in eo agro usque ad vesperam: adeò ut cùm excussisset quod legerat, esset quasi ″ Epha hordei.
18 Cumque deferens ipsa venisset in civitatem, & vidisset socrus ejus quod legerat: præterea à proferens dedisset ei quod reliquum fecerat ″ ex quo saturata fuerat:
19 Dixit ei socrus ejus, ubi legisti hodie, & ubi fecisti *opus*? sit qui agnovit te benedictus: indicavitque socrui suę apud quem *opus* fecerat, dicens, nomen viri illius apud quem *opus* feci hodie *est* Bohhaz.
20 Tum dixit Nahhomi nurui suæ, benedictus sit a Jehova: ut qui nõ destitit exercere benignitatẽ suam erga ″ vivos & erga mortuos: deinde dixit ei Nahhomi, propinquus noster vir ille, ex ″ vindicibus nostris est:
21 Tum dixit Ruth Moabitis: etiam quia edixit mihi, cum istis pueris qui mei sunt hæreto, donec absolverint totam messem quæ mea *est*.
22 Quapropter dixit Nahhomi ad Rutham nurum suam: bonum est filia mea vt exeas cum puellis ejus: ac non adversi sint tibi *metentes* in agro altero.
23 Itaque hærebat cum puellis Bohhazi legendo, donec absoluta esset messis hordei & messis tritici: deinde mansit apud socrum suam.

[h] *Heb.* omit tendo omit tite ei.

ANNOTATIO.

3 *Casse* id est, ipsa hac de re nihil cogitante sed Deo pro ipsa. 6 *Quæ rediit*] ut suprà in versum ultimum capitis primi. 12 *Erit merces tua*] id est, planè fidem tuam, qua ad ipsum confugisti, munerabitur Deus. *Sub cujus alas &c.*] metaphora a pullis avium. 13 *Invenio gratiam*] quasi dicat, satis gratiæ inivi apud te, dum me humaniter consolatus es, & verbis tuis confirmasti, indignum esset me accipere abs te beneficium etiam illud quod do mesticorum tuorum proprium est, suprà versiculo nono. 14 *Tempore cibi*] cùm ipse unà cum operariis cibum sumpturus esset. 15 *Inter manipulos*] fasces manipulorum. 17 *Epha*] vide Exodi capitis decimisexti versiculo ultimo. 18 *Ex quo saturata*] vide suprà versiculo decimoquarto. 20 *Erga vivos*] id est, erga nos, & mortuorum nostrorum recordationem in nobis. *Vindicibus*] ex eis ad quos pertinent vindiciæ sive jus redimẽdi hæreditates nostras, & semen suscitandi Levit. 25. 25. Deut. 25. 5.

CAPUT III.

Ruth a socru instructa, jacentem Bohhazum noctu accedit, eumq; de jure propinquitatis sibi ex lege exhibendo verecundè submonet, a quo promisso confirmata, ad socrum cum munere remittitur.

1 2 POSTEA dixit ei Nahhomi socrus ejus: filia mea, ″ an non quærerem tibi requiem qua bene sit tibi?
3 Jam verò annon Bohhaz affinis noster, cum cujus puellis fuisti, ecce ipse ventilaturus est hordeum in area nocte hac?
″ Lavans itaque te ″ ungito te, & impositis tibi vestibus tuis descendito in ipsam aream: ne innotescito ipsi viro donec absolverit comedere & bibere.

4 Sed esto cùm cubabit, ut cognoscas locum ubi cubaturus est, deinde accedens, retegas pedes ejus & cubes: & ipse indicabit tibi quid sis factura.

5 Quæ dixit ad eam, quicquid edixeris mihi faciam.

6 Descendit itaque in aream, & fecit omnino prout præceperat ei socrus ejus.

7 Cùm enim comedisset Bohhaz ac bibisset, & [a] hilaris animo ivisset cubitum in extremam partem cujusdã acervi: venit illa clam, & retectis pedibus ejus cubavit.

a Hebr. bonus corde, aut bonum esset cor ejus.

8 Fuit autem ipsa media nocte, ut [*] contremisceret vir ille, & huc illuc se verteret, cùm ecce mulier cubaret ad pedes ejus.

9 Cui dixit, quæ *es* tu? quæ dixit, sum Ruth ancilla tua, ut [*] expandas alam tuam super ancillam tuam, quia [*] vindex es.

10 Qui dixit, benedicta esto filia mea, Jehovæ, meliorem præstas benignitatem tuam hanc [*] posteriorem illa priore, non sequendo ullum juvenum, sive pauperem sive divitem.

11 Nunc ergo filia mea, ne timeto, [*] quicquid dicis efficiam tibi: novit enim [b] quisque intra portas populi mei, te fœminam esse [c] strenuam.

b Hebr. tota porta populi mei: synecdoche, pro tota civitate.

c Hebr. strenuitatis.

12 Nunc inquam, quia verum est, etsi vindex ego sum: tamen prætereà *est* vindex propinquior me,

13 Pernocta hac nocte, eritque mane, si vẽdicabit te, bene vendicet, sin autem noluerit vendicare te, tum vendicabo te ego, ut vivit Jehova: cuba usque mane.

14 Itaque cubavit ad pedes ejus usque mane, deinde surrexit cùm nondum agnosceret [d] alter alterum: dicebat enim Bohhaz, ne innotescat ingressam esse ullam mulierem in hanc aream.

d Hebr. vir proximum suum.

15 Cumque dixisset, cedo ventrale [e] quo tegeris, & tene illud: quæ tenuit illud: tunc demensus sex *mensuras* hordei imposuit ei, deinde ingressus est civitatem.

e Heb. quod est super te.

16 Illa verò venit ad socrum suam, quæ dicebat, [*] quæ es filia mea? indicavitque ei quicquid fecerat sibi vir ille.

17 Dixit etiam, sex *mensuras* hordei istas dedit mihi: dicebat enim ad me, ne venito vacua ad socrum tuam.

18 Tum dixit *illa*, confide filia mea usquedum resciscas quo modo casura sit res: non enim quieturus est vir ille, nisi absolverit hanc rem hodie.

ANNOTATIO.

1 *An non quærerem*] quasi dicat, an non sollicita essem ut tibi de fausto connubio prospiceretur? confer cum 1. suprà. 3 *Lavans te*] Consilium est re legitimum, specie inhonestum: sed fidens pietati utriusque & Bohhaz: sonio, illud nurui proponit, ita ut offensionem proximi circumstantiis temporis & loci vitet. *Ungitore*] ut erat usus in regionibus orientalibus: psal. 104. Matth. 6. 17. 8 *Ut contremisceret*] rei novitate perterritus. 9 *Expandas alam*] id est, me ducens in uxorem protectionem meam suscipias: vide suprà 2. 12. & annotata in Gen. 20. 16. *Vindex*] vide suprà 2. 20. 10 *Posteriorem*] quòd socrum tuam mariti recordatione secuta es, magnum quidem est: sed majus adhuc quòd posthabita ætatis & formæ meæ ratione, mariti propinquum juvenibus formosis præfers. 11 *Quicquid dicis*] id est, connubium quod expetis cum vindice procurabo. 15 *Ingressus est civitatem*] ad conficiendum quod Ruth promiserat, ut sequens caput ostendit. 16 *Quæ es filia mea?*] nata ipso diluculo venerat, ita ut socrus eam de facie agnoscere non posset, suprà ℣. 14

Caput IIII.

Bohhaz Rutham Moabitidem cum hæreditate Elimeleci a propinquiore in judicio conceſſam, ſibi in vxorem accipit: ex qua ſuſcipit Hhobedum Davidis avum.

1 BOHHAZ autem aſcendens ad portam conſidebat ibi, cùm ecce vindex ille tranſiret de quo " locutus fuerat Bohhaz : cui dixit, [a] adeſdum, ſede hîc, [b] heus tu. N, qui accedens ſedit.

2 Tum aſſumens Bohhaz decem viros e ſenioribus civitatis dixit: ſedete hîc: qui ſederunt.

3 Poſteà dixit vindici illi: partem agri, qui fuerat cognati noſtri Elimeleci: [c]" alienavit Nahhomi, quæ reverſa eſt ex agro Moabitarum.

4 Quam ob rem ego [d] ſtatui revelare, te audiente, dicendo: compara coram his aſſidentibus, & coram ſenioribus populi mei: ſi " vendicaturus es, vendica: quòd ſi non vendicaturus es, indica mihi ut " cognoſcã: nam nullus eſt præter te qui vendicet, & ego *ſecundus* ſum a te: qui dixit, ego vendicaturus ſum.

5 Sed dixit Bohhaz, quo die comparabis agrum illum *alienatum* a manu Nahhomi: omninò a Rutha Moabitide vxore demortui comparaveris, " excitando nomen demortui in poſſeſſionem ejus.

6 Tum dixit vindex ille: non poſſum vendicare mihi, " ne perdam poſſeſſionem meam: vendica tu tibi [e] id cujus meæ erant vindiciæ: nam non poſſum vendicare.

7 (Hoc autem antiquitus in Jiſraële *obtinebat* in vindiciis & in " permutatione ad ſtabiliendam vnamquamque rem: detrahebat " vir *ille* calceum ſuum, & dabat " proximo ſuo: & hoc erat ejus *rei* teſtimonium in Jiſraële).

8 Cùm ergo dixiſſet vindex ille Bohhazo: compara tibi: " extraxit calceum ſuum.

9 Tum dixit Bohhaz ſenioribus illis & toti populo, teſtes eſtis hodie me comparare quæcunque fuerunt Elimeleci, & quæcunque fuerunt Ciljonis & Machlonis *alienata* a manu Nahhomi:

10 Præterea etiam Rutham Moabitidem uxorem Machlonis, compara mihi in uxorem ad excitandum nomen demortui in poſſeſſionem ejus, ut non excindatur nomen demortui a fratribus ſuis, & a " porta loci ſui: teſtes eſtis hodie.

11 Cui dixerunt totus populus qui erat in porta & ſeniores, teſtes *ſumus*: reddat Jehova hanc mulierem quæ ventura eſt domum tuam, ſimilẽ Racheli & Leæ, quæ extruxerunt ambæ domum Jiſraëlis, & " compara opes " Ephrathæ, [f] & fac " prædicetur nomen Beth-Lechemi.

12 Sitque domus tua ut domus Peretzi, quem peperit Tamar Jehudæ: ex illo ſemine quod daturus eſt tibi Jehova de puella hac.

13 Accepit itaque Bohhaz Rutham [g] nubentem ſibi, & congreſſus eſt cum ea: deditque ei Jehova ut [h] conciperet & pareret filium.

a Heb. accede.
b Heb. peloni almoni, hoc eſt, ſi græcè reddas ὦ δεῖνα. ſic loquuntur hhebræi cùm certũ hominẽ ſignificare volũt, neq; tamẽ nominare: ſic 1. Sam. 21. 3. & 2. Reg. 6. 8.
c Heb. vendidit.
d Hebr. dixi revelabo auri tuæ dicẽdo.
e Heb. redẽpturã meã vel vindicias meas.
f Hebr. prædica.
g Hebr. cùm fieret ei in uxorem.
h Heb. conceptum.

14 Tum dicebant mulieres ad Nahhomin, benedictus *sit* Jehova, qui non destituit te vindice hodie: & celebretur nomen illius in Jisraële.

15 Hic erit tibi ut instaurator[i] vitæ, idq; sustentando canitiē tuam: quia nurus tua quæ diligit te, peperit eum, quæ*q*; est melior tibi septem filiis.

16 Accipiensque Nahhomi natum illum, apposuit eum sinui suo: fuitque ei vice nutricis.

17 Indiderūt autē ei vicinę nomē, dicētes, natus est filius Nahhomi: vocaverunt enim nomen ejus Hhobedū, is *est* pater Jischai, patris Davidis.

18 Atq; hæ *sunt* generationes Peretzi: Peretz genuit Chetzronem.

19 Chetzron autem genuit Ramum: & Ram genuit Hhāminadabū.

20 Hhāminadab autē genuit Naschonem: & Naschon genuit Salmā.

21 Salmon autem genuit Bohhazum: & Bohhaz genuit Hhobedum.

22 Hhobed autem genuit Jischajum: & Jischai genuit Davidem.

[i] *Hebr.* animæ.

ANNOTATIO.

1 *De quo locutus*] cum Rutha suprà 3.15. 3 *Alienavit*] id est, in filium Machlonem transtulit, quo mortuo ad Rutham uxorem devoluta est. 4 *Vendicaturus est &c.*] apostrophe ad seniores primùm, deinde ad vindicem, qui non observata, locus videtur obscurior. *Ut cognoscam*] statuam quid mihi faciendum sit: sic Gen. 18.21. 5 *Excitando*] secundum legem Deut. 25.5. vide annotata ibi. 6 *Neperdam*] quasi dicat, ne si unam tantùm prolem suscipiam, non mihi, sed mortuo suscipiam: ideoq; hæreditatē meā ita perdam, ut Elimelec & filii suam: eadem ratio fuit Onanis Gen. 38.8. 7 *Et in permutatione*] id est, in omni publico alienationis genere: synecdoche, nā permutatio antiquissimum est alienationis genus: teste Aristotele Ethicorum ad Nicomachū lib. 5. cap. 5. *Vir iste*] qui rem a se alienabat: nam calcei traditione, juris sui cessionem, & rei alienationem significabat. *Proximus*] in quem jus suum trāsfundebat. 8 *Extraxit*] passus est secundū legem ab ea cujus cōnubium recusabat, extrahi, ut cui ea nuberet, illum in cessionis signum traderet. 10 *Aporta*] id est, a civibus: metonymia. 11 *Comparatæ*] *opes*] q.d. precantur, ut qui opes in hoc matrimonio non spectasti, opulentus ex eo fias. *Ephratæ*] Beth-Lechemi ut suprà 1.2. *Prædicetur nomen*] tam demortui quàm tuum ipsius, susceptis pluribus liberis. 17 *Hhobedum*] id est, servientem: ab officio quod anteà dicebant eum vetulæ præstiturum.

SCHE-

SCHEMUELIS

LIBER PRIMUS.

PRIMVS *liber Schemuelis res gestas sub judicibus Hheli & Schemuele ac sub rege Schaule describit. Estque historia octoginta annorum.*

Sub {Hheli / Schemuele & Schaule} 40.cap.4. 18. 40.Act.13.21. ℣.

CAPUT PRIMUM.

Channa Elkanæ Levitæ uxor, & Peninnæ æmula, graviter ferẽs, quòd jam diu sterilis esset, & eo nomine ab illa provocaretur, Deum Schilunte flẽs supplicat: ubi primùm ab Hheli ut ebria repulsa, deinde, postquam se purgavit, ejus sermone confirmata, tandem Schemuelem parit, quẽ jam educatum Deo, ut ex mariti consensu voverat, in perpetuum Nazaræum addicit.

1 ERAT autem vir quidam e duplici ″ Rama ″ Tzophæorum in monte ″ Ephrajimi: cujus
2 nomen Elkana filius Jerochami, filii [a] Elihu, filii [b] Tochu, filii [c] Tzuphi, ″ Ephratæus.
3 Et erant ei duæ uxores, nomen unius Channa, nomen verò alterius Peninna: erantque Peninnæ nati: Channæ veró non erant nati.

Ascendébat autem vir ille e civitate sua de anno in annum, ad incurvandum se & ad sacrificandum Jehovæ exercituum, Schiluntem: ubi duo filii Hheli, Chophni & Pinchas, sacerdotio fungebantur Jehovæ:
4 Eratque quo die sacrificabat Elkana: ut daret Peninnæ uxori suæ, & omnibus filiis ejus ac filiabus ejus partes.
5 Channæ verò daret partem unam [d] tristis valdè: eò quòd Channam diligeret, & Jehova occlusisset vulvam ejus.
6 Et ipsam quoque [e] valde provocabat ″ æmula ejus, ut commoveret eam: quia occluserat Jehova vulvam ejus.
7 Sic autem faciente eo quotannis, cùm illa ascenderet in domum Jehovæ ita *æmula* provocabat eam: ut fleret & non comederet.
8 Quamvis diceret ei Elkana vir ejus Channa quare fles? & quare non comedis? & quare malè se habet [f] animus tuus? an non melior sum tibi quàm decem filii?

[a] Eliab 1. Chro. 6. 27. & Eliel ibid. ℣. 34.
[b] Nachat ib ℣. 26. & Toach ibid. 34. ℣.
[c] Tzophai ibid. ℣. 26.
[d] Hebr. iratum ℣ir.
[e] Heb. & provocabat eã æmula ejus etiam provocatione.
[f] Hebr. cor tuum, ut infrà ℣. 13.

9 Surrexit itaque Channa, poſtquam comediſſet ille Schilunte & poſt quam bibiſſet: cùm Hheli ſacerdos ſederet in ſolio ad poſtem templi Jehovæ.

g Hebr. amara animo. h Heb. flendo flevit.

10 Cumque illa eſſet[g] amaro animo: ſupplicavit Jehovam &[h] vehementer flevit.

i Heb. reſpiciendo reſpexeris. k Heb. virorum.

11 Vovitque votum dicens, Jehova exercituum, ſi omnino reſpiciens[i] ad afflictionem ancillæ tuæ recordaberis mei, & non obliviſceris ancillæ tuæ, ſed dabis ancillæ tuæ ſemen[k] maſculũ: utique dabo ipſum Jehovæ, omnibus diebus vitæ ejus: & ″ novacula non [l] admovebitur capiti ejus.

l Hebr. aſcẽdet. m Heb. multiplicaret ſupplicãdo.

12 Erat autem cùm illa[m] multis ſupplicaret coram Jehova: ut Hheli obſervaret os ejus.

13 Nam Channa loquebatur cum animo ſuo, tantùm labia ejus movebantur, vox autem ejus non audiebatur, quapropter reputabat eam Hheli ebriam.

14 Et dixit ad eã Hheli, quouſque ages ebriam? amove vinum tuũ a te.

n Heb. dura ſpiritu.

15 Sed reſpondens Channa dixit: nequaquam domine mi: mulier[n] ægra animo ſum, & vinum aut potum inebriantem non bibi: ſed effundo *deſyderium* animi mei coram Jehova.

o Heb. ne des ancillam tuam coram filia Beli-Jahhal, id eſt, nequitiæ.

16 °Ne cõpares ancillã tuam cum vlla fœmina nequã: nam præ magnitudine meditationis meæ & indignationis meæ *ſic* locuta ſum hactenus.

17 Tum reſpondens Hheli dixit, ″ abi cum pace: Deus autem Iſraëlis præſtet petitionẽ tuam quam petiiſti ab eo.

18 Quæ dixit, ″ inveniat ancilla tua gratiam in oculis tuis: ſic abiens mulier illa itinere ſuo comedit, & irata[p] facies non erat amplius ei.

p Heb. facies ejus non erat *ut fuerat prius.*

19 Cumque ſurgentes mane incurvaviſſent ſe coram Jehova, & reverſi tentes perveniſſent domum ſuam Ramam: cognovit Elkana Channam vxorem ſuam: & Jehova recordatus eſt ejus.

q Heb. dierũ.

20 Fuit enim ″ poſt revolutiones [q] temporis ex quo concepit Channa, ut pareret filium: vocavitque nomen ejus [r] Schemuelem. nam, *inquit*, a Jehova petivi illum.

r id eſt, petitum a Deo forti, nomine ex duob. corruptis & ex integro compoſito.

21 Deinde aſcendente ipſo viro Elkana cum tota familia ſua ad ſacrificandum Jehovæ ſacrificium illud anniverſarium, & votum ſuum *perſoluendum*:

22 Channa non aſcendit: dicebat enim viro ſuo, *differendum* donec educatus fuerit puer iſte: tunc adducam eum ut comparẽs in conſpectu Jehovæ, maneat ibi uſque in ſeculũm.

23 Cui dixit Elkana vir ejus, fac quod bonum *videtur* in oculis tuis, mane donec educaveris eum: tantũmodò præſtet Jehova verbum ſuum: Sic manſit mulier illa ut lactaret filium ſuum, donec educaſſet eum.

24 Deinde abduxit eum ſecum, poſtquam educavit eum, cum juvencis tribus & Epha vno farinæ, & utre vini: introduxitque eũ in domum Jehovæ Schilunte: puer autem erat *admodum* puer.

25 Mactaveruntque juvencum, cùm adducerent puerum ad Hhelin.

26 Cui

26 Cui dixit *Channa, attende* ad me domine mi ut vivit anima tua domine mi, sum mulier quæ stabat tecum hîc supplicando Jehovam.
27 Pro puero isto supplicabam: præstititque mihi Jehova petitionem meam, quam petebam ab eo.
28 Quam ob rem ego quoque commodatum restituo eum Jehovæ omnibus diebus quibus fuerit, ipse commodatus est Jehovæ: incurvavitque se *Schemuel* ibi Jehovæ.

ANNOTATIO.

1 *E duplici Rama*] id est, ex ea quæ in duas civitates divisa erat. *Tzophæorum*] incolarum regionis Tzuphi de qua infrà 9.5. *Ephrajimi*] ut a Rama Binjaminis & Naphthali distinguatur. *Ephrataus*] id est, ex agro Ephraji murarum. 3 *Schiluntem*] ubi tabernaculum constiterat inde a septimo anno Jehoschuhhæ. vide Jehoschuhhæ 18.1. 6 *AEmula ejus*] Peninna altera uxor: nam ita vocantur uxores digamorum Levitici 18.18. 11 *Vovit*] sive sub conditione, si maritus comprobaret, sive consensum illius ante audiverit: vide legem Num.30. *No vacula non admovebitur*] id est, Nazaræus erit ex voto Num.6. 17 *Abi cum pace*] id est, hac sollicitudine te libera, & fac ut animus tuus in Dei providentia acquiescat. sic 2. Reg. 5.19. 18 *Inveniat*] id est, ut jam pro me oras, ita precor ut portò facias. *Comedit*] cùm responsum & precationem sacerdotis pro oraculo accepisset. 20 *Post revolutiones*] exacto ordinario graviditatis tempore. 21 *Votum suum*] commune ipsius & uxoris votum. de Schemuele Deo dicando. 22 *Educatus fuerit*] id est, eousque provectus ut ministrare possit: nam hoc verbum non tantum est a māma disjungere, sed educare Num.17.23.1.Reg.11.20. *Maneat ibi*] id est, ne sit mihi necesse eum educandum reducere, sed maneat a me emancipatus perpetuò: nam alioquin posteà Schemuelis domicilium fuit Ramæ, cùm legitima sua administratione functus esset. infrà 7.16. 26 *Ut vivit*] quasi dicat. per tuam vitam obsecro, ut attendas ad me. 28 *Prius commodatus*] id est, ab eo mihi datus jam restitutus esto ei.

CAPUT II.

Channa gratitudinis cantico Deum celebrat: Filii Hheli sacerdotali munere ad sua scelera abutuntur, & Israëlitas a sacris ceremoniis alienant, nec tamen a patre debita severitate castigantur: quare Deus iratus calamitatem & exitium ipsi Hheli & ejus posteritati per Prophetam denunciat.

1 ET orans Channa dixit, "exultat [a] animus meus in Jehova, elevatur" cornu meum in Jehova: dilatatur os meum contra" hostes meos, nam lætor de salute tua.
2 "Nullus est sanctus ut Jehova, imò nullus *est* præter te: & nulla *est* rupes ut Deus noster.
3 Ne [b] multis loquimini admodū elatè, ne prodeat [c] superbum *quicquam* ex ore vestro:" nam Deus fortis [d] omni notitia prædi-tus est Jehova, & non disponuntur actiones.
4 [e] Arcu valentes conteruntur: & collapsi accinguntur robore.
5 Saturi ob panem operam suam locant: famelici autem" desinunt: adeò ut sterilis" septem pariat: & [f] abundans filiis elanguescat.
6 Jehova morte afficit & in vitam restituit: demittit in sepulchrum & educit.
7 Jehova depauperat & ditat: deprimit, etiam extollit.
8 Erigit e pulvere tenuem, e sterquilinio extollit egenum, collocando cum ingenuis, & faciendo ut solium gloriæ possideant: nam Jehovæ sūt cardines terræ, quibus imposuit orbem habitabilem.
9 "Pedes eorum quos benignè accepit conservabit, improbi verò in tenebris" conticescent: quia viribus *suis*" non obtinebit quisquam.
10 *Singuli* cōtendentes in Jehovā conterentur, contra quēq; in cœlis intonabit, Jehova judicabit fines terræ:" nam dabit fortitudinem regi suo, & extollet cornu uncti sui.

[a] *Heb.* cor meum.
[b] *Heb.* ne multiplicetis, loquamini altum altum.
[c] *Heb.* durū, densum.
[d] *Heb.* notiarum.
[e] *Heb.* arcus valentium, hypallage.
[f] *Heb.* multa filiis.

11 Deinde abiit Elkana Ramam in domum ſuam: puer autem miniſtrabat Jehovæ in conſpectu Hheli ſacerdotis.

g Hebr. filii Belijahhal.

12 Quamvis filii Hheli [g] nequam eſſent: ″ nec agnoſcerent Jehovam.

13 ″ Ratio enim ſacerdotum iſtorum cum populo *hæc* erat: cùm ullus quiſpiam ſacrificabat ſacrificium, veniebat puer ſacerdotis dum coqueret carnes, habens fuſcinam tridentem in manu ſua.

14 Incutiensque in labrum aut in lebetem, aut in ahenum aut in cacabum, quicquid depromebat fuſcina illa, accipiebat ſacerdos ex eo: ſic faciebāt Schilunte, omnibus Jiſraëlitis venientibus illuc.

15 Etiam cùm nondum adoleviſſent illius adipem, veniens puer ſacerdotis dicebat viro qui ſacrificabat, da carnem aſſandam pro ſacerdote: non enim accepturus eſt abs te carnem coctam, ſed crudam.

h Heb. adolendo adoleant.

16 Quòd ſi dicebat ad eum vir ille, [h] potius jam adoleant ipſum adipē, tum accipe tibi prout deſyderabit animus tuus: dicebat hic illi, imò jam nunc dabis, ſin autem minus, accepturus ſum vi.

17 Sic erat peccatum iſtorum puerorum magnum valdè in conſpectu Jehovæ: quia ″ ſpernebant homines munus Jehovæ.

18 At Schemuel miniſtrabat in conſpectu Jehovæ: puer cinctus ″ amiculo lineo.

19 Pallium autem parvum faciebat ei mater ejus, quod adferebat ei de anno in annum: cùm aſcenderet cum viro ſuo ad ſacrificandum ſacrificium anniverſarium.

20 Benedixerat autem Hheli Elkanæ & uxori ejus dicendo, reponat tibi Jehova ſemen ex muliere hac, pro reſtitutione ejus quem petierat a Jehova: cùm abirent in locum ſuum.

21 Cumque viſitaret Jehova Channam, concipiens peperit tres filios & duas filias: dum puer Schemuel creſceret apud Jehovam.

22 Hheli autem ſenex erat valdè: qui audiens quæcunque faciebant filii ſui toti Jiſraëli, & ut concumbebant cum mulieribus quę ″ turmatim conveniebant ad portam tentorii conventus:

23 Dicebat eis, quare facitis res hujuſmodi? ut ego audiam ſermones hos malos de vobis ab ipſo toto populo.

24 ″ Nequaquam filii mei: non enim bona eſt iſta fama quam ego audio, vos avertere populum Jehovæ.

i Heb. vir in virum.

25 ″ Si peccaverit [i] ullus in alterum, judicabit eum ″ magiſtratus: ſed ſi in Jehovam ullus peccat, quis oret illum? non tamen auſcultarunt voci patris ſui: quia ″ volebat Jehova morte afficere eos.

k Hebr. ibat & creſcens & bonus.

26 Interea puer Schemuel [k] pergebat creſcere & gratus eſſe, tum apud Jehovam, tum etiam apud homines.

27 Venit autem vir Dei ad Hhelin: dixitque ad eum, ſic ait Jehova: an *non* [l] planè me ipſum revelavi domui ″ patris tui, cùm eſſent in Ægypto *ſubditi* domui Parhhonis?

l Heb. revelando revelavi.

28 Deinde eligendo illum ex omnibus tribubus Jiſraëlis mihi in ſacerdotem

dotem, ″ ad offerendum ſuper altare meum, ad adolendũ ſuffitum, ad geſtandum amiculum coram me: dedi familiæ patris tui ″ *reliquias* omnium igne abſumendorum a filiis Iſraëlis?

29 Cur ″ recalcitratis in ſacrificium meum & in munus meum, quod præcepi, habitaculi *hujus*: & honoraſti filios tuos ſupra me, ut ſaginaretis vos e primario cujuſque muneris Iſraëlis, populi *mei*?

30 Idcircò dictum Jehovæ Deiſraëlis, [m] dixeram quidem, domus tua ut domus patris tui continenter ibunt coram me uſque in ſeculum: at nunc, dictum Jehovæ, ″ abſit mihi: nam honorantes me honorabo, contemptores autem mei ″ leves *fient*.

[m] *Heb.* dicẽ do dixeram

31 Ecce dies venturi ſunt, cùm amputabo brachium tuum, & brachiũ domus patris tui: ne ſit ſenex e domo tua.

32 Nam ″ intueberis anguſtiam habitaculi pro omni eo quo benefactu rus fuiſſet *Deus* Iſraëli: adeò ut non ſit futurus ſenex in familia tua omnibus diebus his.

33 ″ Is autem *quem* non excindam tibi ab altari meo, *erit* ad conſumendum ″ oculos tuos & ad cruciandum animum tuum: nam tota ſoboles ″ domus tuæ *reliqua* morientur virili ætate.

34 Atque hoc ″ tibi eſto ſignum quod eventurum eſt duobus filiis tuis Cophni & Pinchaſo: die uno morientur ambo.

35 ″ Statuam verò mihi ſacerdotem firmum, *qui* quemadmodum eſt in corde meo & in animo meo faciet: & adificabo ei ″ domum firmam, ut continenter ambulet coram uncto meo omnibus temporibus.

36 Eritque ut quicunque reliquus fuerit in familia tua ″ veniat incurvatum ſeilli pro nummulo argenteo & ſegmento panis: ac dicat, coopta me quæſo in unam e functionibus ſacerdotalibus, ut comedam fruſtum panis.

ANNOTATIO.

1 *Exultat*] Propoſitio eſt, quaſi dicat, ex ſalutari hoc tuo beneficio tantam lætitiam concepi, ut animus qui prius triſtis erat, exultet, caput abjectum elevetur, & os occluſum dilatetur. Eſt enim totum hoc canticum metaphoris, aſyndetis, & apoſtrophis refertum. *Cornu*] pro capite: ſic ℣. 10. *Contra hoſtes*] ſive Peninnam æmulam, ſive a lios qui mihi ſterilitatis opprobrium objiciebant: nam eſt indefinitè dictum. 2 *Nullus eſt ſanctus*] Confirmatio propoſitionis tribus argumentis: primum a natura Dei ſanctiſſimi, & qui ſolus a creaturis ſanctificandus eſt: Secundum a ſingulari ejus fide, beneficentia, & protectione erga ſuos. Non eſt rupes &c. Tertium ab univerſali ejus providentia & diſpoſitione rerum omnium: qui poſtremus locus exemplis aliquot antitheticis confirmatur. 3 *Nam Deus fortis*] duobus argumentis dehortatur a malo: primò quia Deo omnia conſilia perſpecta ſunt: altero, quia omnia pro voluntate ſua moderatur & diſponit. 5 *Deſinunt*] nimirum famelici eſſe. *Septem*] id eſt, multos, finitus numerus pro indefinito. 9 *Pedes eorum*] Concluſio prophetica, qua divinam protectionem & ſalutem eis quos benignè accepit in Chriſto promittit, contrà verò iram & exitium ejus adverſariis denunciat. *Conticeſcent*] confuſione & metu, ut piorum os contrà dilatatur ſuprà ℣. 1. *Non obtinebit*] ut ſuprà in fine verſus tertii. 10 *Nam dabit*] Vaticinatur de regno futuro in populo Dei, quod propriè pertinet ad Chriſtum: quaſi dicat, ſuos ſervabit & adverſarios perdet per regem ſuum Chriſtum, cui omnem poteſtatem daturus eſt in Cœlo & in terra. 12 *Nec agnoſcerent*] videlicet factis, ut ad Titum 1.16. 13 *Ratio autem*] id eſt, forma quam ſervabãt non lege, ſed nefaria uſurpatione & præſidentia autoritatis ſuæ: ſic 1. Schem. 8. 9. 17 *Spernebant homines*] Iſraëlitæ tam eſſreni miniſtrorum Dei licentia a cultu Dei & reverentia illius abſtrahebantur. vide infrà ℣. 24. 18 *Amicelo*] vide in Exo. 28. 40. 22 *Quæ turmatim*] vide Exodi 38. 8. in annotatione. 24 *Nequaquam*] videlicet hujuſmodi facite. 25 *Si peccaverit*] quaſi dicat, ſi homo hominem offendit, eſt cognitio civilis aut Eccleſiaſtica qua res componi poſſunt, ſed ſi in Deum quis volens & elata manu peccet, non adhuc reliquum eſt pro peccatis ſacrificium, neque quiſquam pro eo apud Deum interceſſurus eſt, Num. 15. 30. infra 3. 14. Jirmej ç 7. 18. & 11. 14. & 14. 11. Heb. 10. 26. & 1. Joh. 5. 16. *Magiſtratus*] vide Exodi 22. 28. *Quia volebat*] id eſt, ſtabat ſententia. 27 *Vir Dei* id eſt, Schemuel, cujus vocatio per ὑςέρωσιν explicatur capite ſeq. *Patris tui*] Aharonis. 28 *Ad offerendum*] quæ communia erant omnibus ſacerdotibus tam ex Elhhazare quàm ex Ithamare deſcendentibus. *Reliquias*] ut Num. 18. eſt lex. 29 *Recalcitratis*] contemnitis & quaſi pedibus teritis.

30 *Dixeram*]in prima ſacerdotii inſtitutione Exodi 28.43.& 29.9 *Abſit mihi*]ut domum tuam totam ea lege ſtabiliam. *Leves ſient*]prout Moſche meo nomine pronunciavit Levitici 10.3. 31 *Amputabo brachium*]id eſt, totam familiam tuam excindam, adeò, ut tantùm juvenes aliquot ſuperſint·quod factum eſſe apparet, cùm uno die Hheli cum duobus filiis caderet infrà cap.4.ſuperſtites enim remanſerunt Achitub & Icabod, de quibus infrà 14.3. 32 *Nam intueberis*]te vivo accidet, ut habitaculum anguſtia prematur arcà amiſsà, infrà 4.11.& ſeq. *Benefacturus fuiſſet*]Si tu & tui cultum Dei conſervaſſetis. 33 *Is autem*]id eſt, præter calamitatem quam tuo tempore immittam, non eſt ſobolis tuæ melior futura conditio: nam illa quoque tota violenta morte tollenda, infrà 22.17.Ebjatharem autem, quem non tollam violenta morte in illa clade, reſervabo ad ſubeundas magnas calamitates.1.Reg.2.℣.26. *Oculos tuos*]in nepote tuo. 34 *Tibi eſto ſignum*]id eſt, initium tuæ calamitatis erit a morte filiorum, ex quo argumentum ſumes reliquarum calamitatum tibi denunciatarum. 35 *Statuam*]Verè quaſi dicat, etſi de te & de tuis facturus ſum ut denunciavi, conſtanter tamen præſtiturus ſum promiſſionem meã, de qua ſuprà ℣.30. *Domum firmam*]id eſt, faciam ut nõ intercidat ejus poſteritas, & munus illius continuabo. Intelligit autem Tzadokum, qui fideliter ex voluntate Dei Davidi & Schelomoni hæſit, ac proinde in ſummum ſacerdotem unctus eſt: 1 Paralip.29.22.& ſacerdotium in poſteris ejus ſemper continuatum: ſic infrà 25.28. 36 *Venitat incurvatum*]hoc impletum eſt poſtquam Ebjathar ſacerdotio a Schelomone abdicatus, & Hhanathothã ablegatus eſt 1.Reg.2.26.nam nõn poterat ſine cibario Dei ex ſuo agello ipſe cum familia ſua victitare: poſtremò autem publico judicio definitum a Joſchija 2.Reg.23.9.& divinitus in perpetuum confirmatum Jechezkel.capitis quadrageſimi quarti verſiculo decimo & ſequentibus.

CAPUT III.

Deus Schemueli ſe primùm patefaciens cladem familiæ Hheli prædicit, eamq; per ipſum ſacerdoti Hheli denunciat. Deinde pergens cum Schemuele communicare famam ei & auctoritatem apud totum Jiſraëlem conciliat.

1 Puer enim Schemuel miniſtrabat Jehovæ coram Hheli: ſermo Jehovæ fuerat [a] rarus temporibus illis, nec fuerat viſio [b] aperta.

2 Sed fuit die illa, Hheli cubante in loco ſuo: (oculi autem ejus cœperant caligare, non poterat videre).

3 Schemuele quoque cubante: cùm nondum lucerna Dei extingueretur in templo Jehovæ ubi erat arca Dei:

4 Ut vocaret Jehova Schemuelem: qui dixit, ecce me:

5 Et accurrens ad Hhelin dixit, ecce me: vocaſti enim me: ſed dixit, non vocavi, revertere [c] cubitum: qui abiens cubavit.

6 [d] Iterum autem Jehova amplius vocavit Schemuelẽ: quare ſurgens Schemuel abiit ad Helin ac dixit, ecce me: nam vocaſti me: qui dixit, non vocavi fili mi, revertere cubitum.

7 At Schemuel nondum expertus fuerat Jehovam: id eſt, nondum revelatus fuerat ei ſermo Jehovæ.

8 Deinde Jehova vocavit amplius Schemuelem tertiò: qui ſurgens abiit ad Hhelin ac dixit, ecce me: nam vocaſti me: tum intellexit Hheli Jehovam vocaſſe puerum ipſum.

9 Quapropter dixit Heli Schemueli, abi cubitum: eſto autem ſi vocaverit te, ut dicas, loquere Jehova, quia audit ſervus tuus: ſic abiens Schemuel cubavit in loco ſuo.

10 Veniens autem Jehova ſubſtitit, cùm vocaſſet ut anteà, Schemuel Schemuel: dixiſſetq; Schemuel, loquere quia audit ſervus tuus.

11 Ac dixit Jehova ad Schemuelem: ecce ego facturus ſum rem in Jiſraëlem: quam quiſquis audiverit, tinnient ambæ aures ejus.

12 Die illa præſtabo Hheli quicquid loquor contra familiam ejus, incipiendo & perficiendo.

13 Indico enim ei me vindicaturum eſſe familiam ejus uſq; in ſeculum: propter

a Heb. prætioſus. *b Hebr.* perrupta.

c Heb. revertere, cuba, ſic deinceps. *d Heb.* & addidit Jehova adhuc &c. ſic ℣. 8.

propter iniquitatem quam" novit, quia maledictionem inferentibus sibi filiis suis," non tamen repressit eos.

14 Ideoque juro familiæ Hheli, *ne vivam*," si expiabitur iniquitas familiæ Hheli ullo sacrificio & munere usque in seculum.

15 Cùm itaque cubuisset Schemuel usque mane, aperiebat" valvas domus Jehovæ: Schemuel enim timebat indicare Hheli istam visionem.

16 Sed vocavit Hheli Schemuelem dicens, Schemuel fili mi? qui dixit: ecce me.

17 Et dixit quis est sermo ille quo allocutus est te? ne quæso celes me: *ita faciat tibi Deus & ita pergat, si celaveris me quicquam ex toto sermone illo quo allocutus est te.

18 Itaque indicavit ei Schemuel omnes illos sermones nec celavit eum: qui dixit, Jehova est, quod bonum *videtur* in oculis suis faciat.

19 " Cùm autem crevisset Schemuel, Jehova erat cum eo, adeó ut non sineret decidere ullum ex omnibus sermonibus ejus" in terram.

20 Unde cognovit totus Jisraël" a Dane usque Beerschebahhum Schemuelem fidelem esse prophetam Jehovæ.

21 Nam pergebat Jehovæ apparere Schilunte: " postquam revelasset se Jehova Schemueli Schilunte" per sermonem Jehovæ:

ANNOTATIO.

1 *Dum enim*] vide annotata suprà 2.27. *Coram Hheli*] id est, institutore. *Aperta*] id est, fuerunt quidem singulares & privatæ visiones cum piis communicatæ, ut cum Manoacho Iudic.13: sed publicé Prophetarum omne officium jacebat. 2 *Die illa*] cùm Deus virum suum mitteret ad Hhelin, declaratum ea de quibus suprà 2.27. *In loco suo*] in atrii parte tabernaculo proxima, ubi erant sacerdotum cellæ. *Non poterat*] videlicet clarè: nam tantùm cœperant caligare oculi. 3 *Cùm nondum*] id est, ante tempus matutinum, quo usque ardebant lucernæ Exodi 27.20.& 21.& 2.Chron.13.11. 9 *In loco suo*] id est, in remotiore tabernaculi parte ubi erant Levitarum cellæ. 11 *In Israëlem*] Non tantùm in domum Hheli, sed etiam in populum, qui sacerdotum offensione spernebant cultum Jehovæ. suprà 2.17: cladem aut ē intelligit de qua infrà 4.2.& 20.℣. *Tinnient*] id est, adeò audiens percelletur, ut præ horrore sensus ejus hebetentur. 12 *Quicquid loquor*] quod quia capite superiore continetur, brevitatis causâ est omissum. *Incipiendo*] id est, totum id a principio ad finem, quod 6. ultimis versibus 2. cap. denunciatur & modis quibus debuit pro auctoritate patris, sacerdotis, & judicis, ac scelerum magnitudine. Vide lenitatem ejus suprà 2.℣.23.& sequentibus. 13 *Nouit*] id est, cujus est reus ratione quæ subiungitur. *Non tamen*] ea severitate tali, ut Jisraëlitis adoraturis paterent. 14 *Si expiabitur*] vide annotata suprà 2.℣.25. 15 *Valvas domus*] id est explicat fusius quod suprà 2.26. attigerat: sunt autem hæc parasceuastica ad sequentia. *In terram*] ita ut effectum suum non sortiretur. metaphora a semine, cui fato benedicit Deus. 20 *A Dane*] vide Iudic 20.1. in anorātione. 21 *Postquam revelasset*] id est, cœpisset revelare, suptà ℣.7. *Per sermonē*] de quo in superioribus.

CAPUT IIII.

Jisraëlitæ priore prælio contra Pelischtæos fusi, arcam Dei a filiis Hheli in castra adduci jubēt ut ea ducē rursus cum hostibus dimicent, qui graviore adhuc clade accepta, arcam sacerdotibus interfectis amittunt: ad cujus rei famam Hheli cadens & nurus pariens moriuntur, ut prædixerat Deus suprà capite 2.& 3.

1 VENIT autem sermo Schemuelis" toti Jisraëli: cum egressi Jisraëlitæ obviam Pelischtæis in bellum castrametarentur ad illum *locum* qui *dicitur*" Eben Hhezer, & Pelischtæi castra haberent" Apheki. *a Heb.* fuit: sic Gen.24.15.

2 Nam cùm acie instructa Pelischtæi irent obviā Jisraëli & [b] consereretur prælium, plaga affectus est Jisraël coram Pelischtæis: ita ut percuteret ipso conflictu in eodem agro quasi quatuor millia virorum. *b Heb.* extēderetur, vel explicaretur.

3 Quam ob rem cùm veniſſet populus in caſtra, dixerunt ſeniores Iſraëlis: quare plaga affecit nos hodie Jehova coram Peliſchtæis? aſſumamus ad nos Schilunte arcam fœderis Jehovę, ut procedens in medio noſtri ſervet nos e manu inimicorum noſtrorum.

4 Miſit itaque populus Schiluntem, ut deportarent inde arcam fœderis Jehovæ exercituum, inſidentis Cerubinis: erant autem ibi cum arca fœderis Dei duo filii Hheli, Chophni & Pinchas.

5 Fuit autem cùm veniret arca fœderis Jehovæ in caſtra, ut vociferarentur omnes Jiſraëlitæ vociferatione magna adeò ut perſtreperet terra.

6 Audientes autem Peliſchtæi ſonum illius vociferationis dicebant, quid ſibi vult ſonus vociferationis maximæ iſtius in caſtris Hhebræorum? & intellexerunt arcam Jehovæ veniſſe in caſtra eorum.

7 Quapropter timentes Peliſchtæi cùm [c] diceretur Deus veniſſe in caſtra eorum, dicebant, væ nobis: quia non fuit tale quicpiam [d] antehac.

8 Væ nobis, quis nos eripiet e manu iſtorum deorum magnificentiſſimorum? hi ſunt illi dii qui percuſſerunt Ægyptios, [e] præter ſingulas plagas, in [e] deſerto.

9 Confirmate vos, & eſtote viri ô Peliſchtæi, ne ſerviatis Hhebræis quemadmodum ſervierunt vobis: eſtote igitur viri & pugnate.

10 Pugnantibus itaque Peliſchtæis, iterum plaga affecti Jiſraëlitę fugerunt quiſque ad tentoria ſua, fuitque plaga illa magna valdè: nam ceciderunt ex Jiſraële triginta millia peditum.

11 Et arca Dei capta eſt: duoque filii Hheli mortui ſunt, Chophni & Pinchas.

12 Tum currens quidam Binjaminita ex ipſa acie, venit Schiluntem eodem die: veſtibus ſuis laceris, & [e] terra capiti ſuo inſperſa.

13 Quo ingrediente ecce Hheli ſedebat [e] in ſolio, latus viæ obſervãs: erat enim [e] animus ejus trepidus propter arcam Dei: cumque vir ille ingreſſus eſſet nunciando per civitatem, exclamavit tota civitas.

14 Audiens verò Hheli ſonum iſtius clamoris dixit, quid ſibi vult ſonus ipſius multitudinis? tum vir ille feſtinans venit ut nunciaret Hhelinus

15 (Hheli autem natus erat nonaginta octo annos: & oculorum ejus *acies* caligaverat ita ut non poſſet videre).

16 Dixitque vir ille ad Hhelin, ego *ſum* qui venio ab ipſa acie, nam ego ex ipſa acie effugi hodie: cui dixit, quid fuit rei, fili mi?

17 Tum reſpondens nuntius ille dixit, fugit Jiſraël coram Peliſchtæis, & etiam magna plaga fuit in populo: quin etiam duo filii tui mortui ſunt, Chophni & Pinchas, & arca Dei capta eſt.

18 Fuit ergo cùm mentionem faceret ille arcæ Dei, ut caderet *Hheli* e ſolio retrorſum ante latus portæ, ita ut fracta vertebrarum cervicis ſuæ cõpage moreretur: ſenex enim erat vir ille & gravis, & judicaverat Jiſraëlem quadraginta annis.

19 Prætereà nurus ejus uxor Pinchaſi prægnans [f] proxima partui, cùm audi-

[c] *Heb.* dicerent venit Deus, &c.
[d] *Hebr.* heri nudiuſtertius.
[e] *Hebr.* cor, &c. ſic ℣. 20.
[f] *Heb.* ad pariendum.

audiret hanc famam de capta arca Dei, & mortuo socero suo ac viro suo: incurvavit se ut pareret, quia [g] irruerant in eam dolores ejus.

20 Cumque, quo tempore moriebatur, dicerent quæ adstabant ei, ne timeto: nã filiũ peperisti: non tamen respondit neq; apposuit animũ suũ.

21 Indiderat autẽ nomẽ puero ipsi [h] I-Cabodẽ, dicẽdo, emigravit gloria ab Jisraële: *audiens* de capta arca Dei & de mortuo socero suo ac viro suo.

22 Dicebat enim, emigravit gloria ab Jisraële: ″ propterea quòd capta esset arca Dei.

[g] *Hebr.* verã tebant se in eã dolores ejus.

[h] .i. non est gloria.

ANNOTATIO.

1 *Tuli Israëli*] Nam mala denunciarat non tantum domui Hheli: sed etiam Jisraëli suprà 3.11. & sequentibus: ex quorum prædictione & eventu ei respondente apud Jisraëlẽ autoritas comparata est. suprà 3.19. & 20. ℣. *Eben Hhezer*] per anticipationem: nam nomen hoc consecutus est ex victoria de qua infrà 7.19. *Apheki*] civitas est Jehudæ Jehos. 15.53. 4 *Insidentis Cerubinis*] e quorum medio responsa dabat, Num. 7.19. 8 *Istorum deorum*] de unico vero Deo impiè, vt deorum multorum cultores, loquuntur. *Præter plagas*] de illis loquitur, quibus affecti Ægyptii Jisraëlitas dimittere coacti sunt, de quibus in Exodo usque ad 12. cap. *In deserto*] ubi Ægyptii Jisraëlitas persequentes in mari algoso submersi sunt, quod deserto Ethami conjunctum erat Exodi 13. 20. vide annotata Exodi 15.22. 12 *Et terra capiti*] vide annotata Jehosch. 7.6. 13 *Sedebat in solio*] quod erat ad limen tẽplipli Jehovæ. suprà 1.9. 22 *Propterea quòd*] quasi dicat, illud eam inprimis cruciabat, & domesticam calamitatem publicæ postponebat.

CAPUT V.

Deus in Peliſchtæos propter abductam arcam ſuam animadvertens, Deum eorum cõminuit, eosq; & regionem eorum gravi plaga afficit: adeò ut conſilium de remittenda arca inire cogãtur.

1 PELISCHTÆI autem captam arcam Dei, abduxerũt
2 Eben-Hhezere Aschdodum.

Ubi Peliſchtæi acceptam arcam Dei induxerunt in
3 ″ ædem Dagonis: collocaveruntq; eam prope Dagonẽ.

Sed cùm surrexissent Aschdodæi postridie, ecce Dagon collapsus jacebat facie sua in terram coram arca Jehovæ: & accipientes Dagonem, restituerunt eum in locum suum.

4 Surgentibus verò mane postridie, rursus ecce Dagon collapsus jacebat facie sua in terrã coram arca Jehovæ: caput autem Dagonis & ambæ palmæ manuum ejus abscissæ *erant* in ipso limine infero, tantùm [a] quod referebat piscem remanserat in eo.

[a] *Hebr.* Dagon remanserat.

5 Idcircò non calcant sacerdotes Dagonis aut ulli ingredientes in ædẽ Dagonis limen inferum Dagonis Aschdodi: usque in hunc diem.

6 Prætereà ingravescens manus Jehovæ contra Aschdodæos ″ desolabat eos: (pcutiebat enim eos hæmorrhoidib.) Aschdodũ & terminos ej⁹.

7 Videntes autem Aschdodæi sic rem habere: dicebant, non manebit arca Dei Jisraëlis apud nos: nam dura est manus ejus contra nos & contra Dagonem deum nostrum.

8 Mittentes itaq; congregaverunt omnes satrapas Peliſchtæorũ ad se, quib. dixerũt, quid facturi sum⁹ arca Dei Jisraëlis? dixerũt verò illi, Gathũ circumducitor arca Dei Jisraëlis, quò circumduxerunt arcã Dei Jisraëlis.

9 Sed fuit postquã circumduxissent eam, ut esset manus Jehovę contra civitatẽ illã vexatione magna valde, qua pcussit cives illius civitatis a mi-

nimo usque ad maximũ: ″ nam occultabant se inter eos hæmorrhoides.
10 Quapropter miserunt arcam Dei Hhekronem: fuitque cùm intraret arca Dei Hhekronem ut clamarent Hhekronitę dicendo, circumduxerunt ad me arcã Dei Jisraëlis ad morte afficiendum me & populũ meũ.
11 Proinde mittentes congregaverunt omnes satrapas Pelischtæorum quibus dixerũt, dimittite arcam Dei Jisraëlis, ut revertatur in locum suũ, neque morte afficiat me & populum meum: erat enim vexatio lethalis in tota ea civitate, gravis erat valde manus Dei ibi.
12 Homines enim [b] qui supervivebant manebant affecti hæmorrhoidibus: ita ut ascenderet exclamatio civitatis in cœlum.

b Hebr. non morieban-tur.

ANNOTATIO.

2 *In eadem Dagonis*] vide de eo annotata Judicum 16. 23. 6 *Desolabat enim eos*] homines hæmorrhoidibus & regionem muribus infestando. de quibus infrà 6. 5. 9 *Nam occultabant*] sistebatur enim sanguis, qui intestinea erodebat: quod est secundum genus hæmorrhoicis, & multò gravius.

CAPUT VI.

Pelischtæi suorum sacerdotum consilio arcam post septem mensium captivitatem cum muneribus plaustro impositam dimittunt, quam Beth-Schemeschitæ ad suos fines venientem irreverentius aspicientes divinitus castigantur: quare eam civibus Jehharimorum abducendã tradũt.

1 FUERAT autem arca Jehovæ in agro Pelischtæorum septem menses.
2 Cùm vocantes Pelischtæi suos sacerdotes & divinos dicerent eis, quid facturi essemus arcam Jehovæ? instruite nos qua ratione remittamus eam in locum suum.
3 Qui dixerunt, si remissuri estis arcam Dei Jisraëlis, ne remittite eam [a] donis vacantem, sed [b] omnino reddite ei ″ reatum, tunc sanabimini, aut innotesceret vobis ″ quare non recedat a vobis manus ejus.
4 Dicentibus autem *Pelischtæis*, quis est ille reatus quem reddemus ei? dixerunt, *de* numero Satraparum Pelischtæorum quinque hæmorrhoides aureæ, & quinque mures aurei: quia plaga eadem est omnibus illis & satrapis vestris.
5 Nam cùm feceritis imagines hæmorrhoidũ vestrarum & imagines muriũ vestrorũ qui corrũpũt hãc terrã, & dederîtis Deo Jisraëlis gloriam: fortassis allevabit manum suam a vobis & a diis vestris & a terra vestra.
6 Et quare aggravaretis cor vestrum, quemadmodum aggravarunt Ægyptii & Parhho cor suum? nonne postquam præclara gessit in eos, tandem dimiserunt istos ita ut abierint?
7 Nunc itaq; [c] facite unum plaustrum novum & accipite duas vaccas fœtas, [d] quibus nunquam est impositum jugum: & jungite eas vaccas plaustro, pullos verò earum reducite domum [e] ne eas sequantur.
8 Tum accipientes arcam Jehovæ imponite eam plaustro, & instrumẽta ista aurea, quæ reddiderîtis ei *in* reatum ponetis in capsula a latere illius: sic dimittetis eam ut abeat.
9 Consyderabitis autem, si viâ *ferente ad* terminũ ejus, ascẽderit Beth-Sche-

a Hebr. vacuè.
b Heb. reddendo reddite.
c Hebr. accipite & facite: verborũ ἁπλοκή.
d Heb. super quas nõ ascendit jugum.
e Hebr. de post eas.

Schemeschũ, ipse affecerit nos hoc malo maximo: sin autẽ minus, utique cognoscemus nequaquam manum ejus attigisse nos, casum esse *qui* accidit nobis.

10 Fecerunt itaq; viri illi sic, nam accipientes duas vaccas fœtas junxerunt eas illi plaustro: cùm pullos earum reclusissent domi.

11 Imposueruntque arcam Jehovæ plaustro illi: & capsulam suam unà cum muribus aureis, & cum imaginibus marisarum suarum.

12 Ita rectà contendentes vaccæ per viam illam, per viam Beth-Schemeschi, ″ stratâ viâ unicâ [f] ibant continenter mugientes, neq; declinabant ad dexteram vel sinistram: satrapæ verò Pelischtæorum [g] sequebantur eas usque ad terminum Beth-Schemeschi.

f Heb. ibant eũdo & mugiendo.
g Heb. ibant post eas.

13 Beth-Schemeschitæ autẽ metebant messem triticeã in sua convalle: qui cùm sublatis oculis suis viderẽt ipsam arcã, gavisi sunt ″ inspiciendo.

14 Cumque perveniens plaustrum in agrum Jehoschuhhæ Beth-Schemeschitæ substitisset ibi, ubi erat lapis magnus: ″ fiderunt ligna plaustri, & ipsas vaccas obtulerunt holocaustum Jehovæ.

15 ″ Levitæ enim deposuerunt arcam Jehovæ & capsulam illam quæ *erat* prope eam, in qua *erant* instrumenta aurea, & imposuerunt lapidi illi magno: Beth-Schemeschitæ autem ″ offerebant holocausta, & sacrificabant sacrificia die illo Jehovæ.

16 Quod quinque satrapæ Pelischtæorum cùm vidissent: reversi sunt Hhekronem eodem die.

17 Hæ autem sunt marisæ aureæ quas reddiderunt Pelischtæi Jehovæ in reatum: pro Aschdodo una: pro Hhazza una: pro Aschkelone una: pro Gatho una: pro Hhekrone una:

18 Et mures aurei *de* numero omnium civitatum Pelischtæorum per quinque satrapias illas, [h] nomine tam civitatũ munitarum quàm vicorũ paganorum: usq; [i] ad lapidem illum magnum, super quẽ collocarãt arcam Jehovæ, *is est* usq; in diẽ hunc in agro Jehoschuhhæ Beth-Schemeschitæ.

h Hebr. à civitate munita usq; ad vicũ paganũ: supple submini-strati mures.
i Hebr. luctũ: nam sic denominatus fuit lapis affini nomine à luctu populi, de quo ℣. 19. nãq; ben lapidem, abel luctũ significat, q̃ una tãtùm litera discrepant.

19 ″ Percussit autem ex Beth-Schemeschitis qui inspexerant arcam Jehovæ, ″ ut percusserat ″ ex illis quinquagies mille septuaginta homines: quapter lugentes populus eò q̃ percussisset Jehova populũ plaga magna,

20 Dicebant Beth-Schemeschitæ, quis posset cõsistere coram Jehova Deo sanctissimo isto? & ad quem ascendet a nobis?

21 Miserũt ergo nuntios ad habitatores urbis Jehharimorũ qui dicerẽt: reduxerunt Pelischtæi arcam Jehovę, descendite, abducite eam ad vos.

22 ″ Venerunt itaque cives urbis Jehharimorum & abducentes arcam Jehovæ intulerunt eam in domum Abinadabi in ipso colle: Elhhazarem autem filium ejus sanctificaverunt ad observandum arcam Jehovæ.

ANNOTATIO.

3 *Reatum*] oblationem pro reatu, ut Levitici 5. & passim, quasi dicant, peccatum non videmus: sed fieri potuit ut propter omissum aliquem è ritibus ejus, rei sitis. *Quare non recedat*] id est, ipsum non esse in causa cur non recedat: sed casum esse, ut infrà ℣. 11. & 17. 12 *Strata* ℣ *unica*] id est, nunquam deflectentes, ut sequentia epexegeticãs ostenscis, ut infrà ℣. 9. 5 *Imagines hæmorrhoidum*] id est, sedes cum hæmorrhoidibus, vel maridunt. 13 *Inspiciendo*] retectam cõtra legem Num. 4. 5. & 20. ℣. sive à Pelischtæis retecta missa esset, sive ab ipsis.

14 *Fiderunt*] nimirum ſacerdotes Levitici ordinis, de quibus ℣. 15. erat enim Beth-Schemeſch urbs ſacerdotum Jehoſch. 21. 16. 15 *Levitæ enim*] e ſacerdotum genere, ad quos propriè hoc munus pertinebat: vide Num. 4. 5. & ſequentibus verſibus. *Offerebant*] id eſt, ſuppeditabant animalia ſacerdotibus ad holocauſta & ſacrificia. 19. *Percuſſit ex Beth-Schemeſchitis*] eos qui propius ad inſpiciendum arcam irreverenter acceſſerant ſuprà 15. ℣. 19. *percuſſerat*] hoc eſt, hæmorrhoidibus, quibus Peliſchtæos percuſſerat ſuprà 5. 6. & ſeq. *Ex illis*] id eſt, Peliſchtæis quorum anteà meminit. Ita ſcriptum invenimus in vetere codice Hhebręo manu ſcripto ex bibliotheca Illuſtriſſimi Principis Electoris Palatini. Quod autem de Beth-Schemeſchitis plerique hunc locum accipiunt, nobis non probatur: primùm quia Beth-Schemeſchitæ erant Aharonitæ ad quos tractatio arcæ pertinebat, Num. 4. Secundò, quia tantum numerum hominum totus tractus Beth-Schemeſchi non potuit, nedum ipſum oppidum cõtinere. Tertiò, quia ſi tanta fuiſſent affecti plaga, nõ potuiſſent celare fratres ſuos cives urbis Jehharimorum: ad quos nuntios mittunt, ut ad ſe arcam recipiant. Hanc autem horum ſentẽtiam fluxiſſe ſuſpicamur ex affinitate vocum Bahem, in eis, & Bahham, in populo, vna tantùm litera diſcrepantium. 22. *Venerunt*] hunc verſum ad ſuperiora pertinere res ipſa docet: quare cum ſuperioribus conjunximus.

CAPUT VII.

Iſraëlitæ Schemuelis operâ ad veram reſipiſcentiam, reconciliationem cum Deo, & legum inſtaurationẽ adducti, vigeſimo pòſt anno divinitus ab invadẽtibus Peliſchtæis ſervãtur, & primus amiſſas civitates recuperãt. Poſtremò forma quietæ gubernationis ſub Schemuele exponitur.

1 EVIT autẽ, ex quo tempore reſedit arca in urbe Jehharimorũ, multis diebus elapſis, cùm jam eſſet vigeſimus annus: quando lamentantes tota familia Iſraëlis [a] ſequebantur Jehovam.

a Heb. lamẽtabantur poſt Jehovam.

2 (" Edixerat enim Schemuel toti familiæ Iſraëlis dicendo, ſi ex toto [b] animo veſtro vos convertimini ad Jehovã, auferte deos alienigenæ *gentis* e medio veſtri & Hhaſchtarotas: & comparantes animũ veſtrum ad Jehovã, colite eum ſolũ, & eripiet vos e manu Peliſchtæorum.

b Heb. corde: ſic deinceps.

3 Et amoverant filii Iſraëlis Bahhalimos & Hhaſchtarotas: & colebãt Jehovam ſolum.

4 Deinde edixerat Schemuel, congregate totum Iſraëlem Mitzpam, ut ſupplicem pro vobis Jehovam.

5 Congregaverantque ſe Mitzpam, ubi" haurientes aquam effuderãt coram Jehova, jejunantesque illo die dixerant illic peccavimus Jehovæ. ita" judicaverat Schemuel filios Iſraëlis Mitzpæ).

6 Fuit inquam ut audientes Peliſchtæi Iſraëlitas congregare ſe Mitzpam, aſcenderent Satrapę Peliſchtæorum verſus Iſraëlem: quod cùm audirent Iſraëlitæ timuerunt ab [c] adventu Peliſchtæorum.

c Hebr. a facie: ſic Gen. 36. 6. facies pro adventu.

7 Quapropter dicebãt Iſraëlitæ ad Schemuelem, ne ſileto pro nobis, quin inclames Jehovã Deum noſtrũ: ut ſervet nos e manu Peliſchtæorũ.

8 Et accipiens Schemuel agnum [d] lactentem unum obtulit eum holocauſtum totum Jehovæ: inclamavitque Schemuel Jehovam pro Iſraële, & exaudivit eum Jehova.

d Hebr. lactis.

9 Fuit enim Schemuele offerente holocauſtum, cùm Peliſchtæi appropinquaſſent ad prĩliũ cõtra Iſraëlẽ: ut intonaret Jehova ſono magno eodẽ die cõtra Peliſchtæos & funderet eos, ita ut plaga afficerẽtur corã Iſraële.

10 Egreſſi autem Iſraëlitæ Mitzpa perſecuti ſunt Peliſchtæos: quos percuſſerunt uſque ad *locum* ſubjacentem" Beth-Cari.

11 Tunc accipiens Schemuel lapidem quendam collocavit eum inter Miszpam & inter ſcopulum illum cujus nomen vocavit [e] Eben-Hhezerum: dicebat enim, uſque huc adjuvit nos Jehova.

e id eſt, lapidẽ adjumẽti, de quo ſuprà 4. 1.

12 Sic depreſſi ſunt Peliſchtæi, neque" perrexerunt deinceps invadere terminum Iſraëlitaram: erat enim manus Jehovæ contra Peliſchtæos 13 Et omnibus diebus Schemuelis,

13 Et[f] reductæ sunt civitates illæ ad Jisraëlem, quas cœperant Peliſchtæi ab Jisraële, inde a Hhekrone Gathũ usq;, & terminum earũ eripuit Jisraël e manu Peliſchtæorũ: eratq; " pax inter Jisraëlitas & inter Emoræos.

[f] reversæ sunt.

14 Judicavit autem Schemuel Jisraëlem " omnibus diebus vitæ suæ.

15 Profectusque de anno in annum obibat " domum Dei fortis & " Gilgalem & Mitzpam: ut judicaret Jisraëlem in omnibus locis istis.

16 (Quamvis regressio ejus esset " Ramam, quia ibi erat domus ejus, & ibidem judicaret Jisraëlem): & extruxit " illic altare Jehovæ.

ANNOTATIO.

2 *Ediderat enim*] his quatuor versibus tota ratio administrationis qua Schemuel Jisraëlitas gubernavit inde a morte Hheli, exponitur: quod hyperbaton ut planius esset parenthesi inclusimus. 5 *Ubi haurientes*] hyperbolica descriptio ingentis lamentationis. quasi dicat eos lachrymarum rivos ex intimo fonte cordis hausisse, oculis coram domino profudisse: quo hyperbolico genere pleni sunt inter alios psalmi. *Judicavit*] id est, populo respicienti & cum Deo reconciliato jus dixit, & corruptum Jisraëliticæ Reipub. & Ecclesiæ 1. Chro. 9. 22. statũ correxit. 10 *Beth-Cari*] nomen scopuli illius de quo versu 11. 12 *Neque perrexerunt &c.*] Justo videlicet exercito, ut dilatarent regionem suam: sed contenti erant stationario milite tueri, quæ acquisiverant: nam est prolepticа narratio omnium quæ tempore Schemuelis contra Pelischtæos contigerunt, vide infrà 10, 5. & 13. 3. *Erat enim*] ut paulatim res acquisitas amitterent, quod versus proximus indicat, & historia sequens docet. 13 *Erat pax*] id est, inter eos nullum gerebatur bellum: sic Judic. 4. 17. 14 *Omnibus diebus*] etiam comprehenso Saulis regno, ut apparet infrà 13. 15. & 16. capitibus. Hinc factum ut Actorum 13. 21. Schemueli & Sauli conjunctim anni quadraginta tribuantur, 15 *Domum Dei fortis*] id est, urbem Jehharimorum arcæ Dei domicilium quia coram ea ex lege festis anniversariis maximi conventus habebantur Exodi 23. 17. *Gilgalem & Mitzpam*] quæ duo loca in media longitudine ita sita erant, vt Mitzpa extremitatem latitudinis ad occidentem & Gilgal ad orientem attingerent: quare videbantur habendis conventibus commodissimæ. 16 *Ramam*] vide suprà 1. 1. & infrà 27. 8. & 2. Schem. 21. 13. *Illic*] nimirum in vrbe Jahharimorum, vbi arca erat: sic enim frequenter relativa ad remotiora antecedentia referuntur: ut Gen. 10. 12. & psalmo 99. 7. Cujusmodi multa in Novo Testamento extant.

CAPUT VIII.

Schemuel jam senex filios suos in administrationem populi cooptat, qui a patris vestigiis longè discedentes, Jisraëlitis regem a Schemuele petendi occasionem præbẽt. Quare Schemuel Deo consulto eos a proposito frustra deterrere conatus, propter damna quæ accepturi erant inde, annuens illorum petitioni eos dimittit.

1 ED fuit cùm senuisset Schemuel, & præposuisset filios suos judices Jisraëli,

2 (Erat autem nomen primogeniti filii ejus [a] Joel, & nomen secundi ab eo Abija): Judices *inquam* usque ad

[a] Idem qui. 1. Chronic. 6. 28. Vaschni vocatur.

3 " Beer-Schebahhum:

Nec ambularent filii ejus viis ejus, sed [b] sectarentur lucrum: & accipientes munus perverterent judicium:

[b] *Heb.* declinarẽt post.

4 Ut congregantes se omnes seniores Jisraëlis venirent ad Schemuelem Ramam,

5 Et dicerẽt ad eum, ecce tu senuisti & filii non ambulant viis tuis: nũc præpone nobis regem, ad vindicandum nos, ut *habent* oẽs istæ gentes.

6 Malum autem visum est istud verbum in oculis Schemuelis, cùm diceret, da nobis regem ad vindicandum nos: quapropter " supplicavit Schemuel Jehovam.

7 Sed dixit Jehova ad Schemuelem, " ausculta voci populi hujus in omnibus quæ indîcunt tibi: non enim te spreverunt " *solùm*, sed me spreverunt, ne regnem super ipsos.

8 Secundũ omnia illa facta quæ fecerunt a die quo deduxi eos ex Ægy-

pto usque in hunc diem, quibus dereliquerunt me & coluerunt deos alienos: sic ipsi faciunt etiam tibi.

c Heb. contestando cõ testatus fueris.

9 Nunc itaque auscultа voci illorum: verumtamen cùm [c] seduló contestatus fueris contra eos, & indicaveris eis [″] rationem istam regis qui regnaturus est super eos.

10 Itaque indixit Schemuel omnia verba Jehovæ populo, petentibus a se regem.

11 Ac dixit, hęc erit ratio ipsa regis qui regnabit super vos, filios vestros accipiet ut sibi disponat in curribus suis & in equitibus suis, & currant ante currum suum.

d Heb. arationẽ suam

12 Et ad disponendum sibi præfectos millenis, & præfectos quinquagenis: & ad arandum [d] arva sua & ad metendum messem suam, & ad faciendum instrumenta bellica sua, & instrumenta curruum suorum.

13 Similiter filias vestras accipiet in unguentarias, in coquas & in pistrices.

14 Etiam agros vestros, & vineas vestras ac oliveta vestra optima accipiet, & dabit servis suis.

15 Semina quoque vestra & vineas vestras decimabit: & dabit aulicis suis & servis suis.

16 Servosque vestros & ancillas vestras ac juvenes vestros præstantissimos & asinos vestros accipiet: quod faciet ad opus suum.

17 Greges vestros decimabit: denique vos eritis ei in servos.

18 Adeò ut clamaturi sitis die illa propter regem vestrum, quem elegeritis vobis: sed nõ exaudiet vos Jehova die illa.

19 Renuerunt tamen populus auscultare voci Schemuelis: & dixerũt, [″] nequaquam: sed rex præerit nobis.

20 Ut simus nos quoque sicut omnes istæ gentes, & vindicet nos rex noster, & procedens ante nos gerat bella nostra.

e Heb. in auribus Jehovæ.

21 Audiens itaque Schemuel omnia verba populi, elocutus est ea [e] apud Jehovam.

22 Et edixit Jehova Schemueli, ausculta voci eorũ, ut præficias eis regẽ: quapropter edixit Schemuel Jisraëlitis, [″] ite quisque in civitatem suam.

ANNOTATIO.

1 *Usque ad Beer-Schebahhum*] synechdoche, qua sub una extremitate alteram ei oppositam nempe Danis simul intelligit. 6 *Malum visum est*] & meritò: nam Dei gubernationem sperni videbat: ut ipse Deus versu 7. testatur, quod confirmatur infrà 12.17.& 19. *Supplicavit*] consulens Deum quid sibi faciendum esset ad petitionem populi, & orans pro populo. 7 *Ausculta voci*] verba sunt irati, ut testatur Hosche. 13.11. *Solum*] ut suprà 1.13. *Ita* lis Gen. 32.28. ut ostendit finis versus sequentis: sic faciunt etiam tibi &c. 9 *Rationem istam*] ut suprà 1.13. *Ita* de annotata ibi. 19 *Nequaquam*] subaudi, hæc tua contestatio nos à nostro proposito deterrebit. 22 *Ite quisque*] eclipsis est assentientis & totam rei procurationem in se recipientis.

CAPUT IX.

Schaul ad Schemuelem occasione amissarum asinarum eum de illis consulturus adveniens, de regia dignitate sibi delata præmonetur, cõvivio honorificè excipitur, & a Schemuele præmisso puero deducitur.

1 ERAT

1 ERAT autem quidam e Binjamine, cujus nomen Kiſch, filius[a] Abielis, filii Tzeroris, filii Bechorathi, filii Aphiachi, filii″ viri Binjaminitæ: valens robore,

2 Huic verò erat filius nomine ſuo Schaul juvenis & elegãs, adeò ut nemo eſſet e filiis Jiſraëlis elegãtior eo: ab humero ſuo ſurſum verſus altior erat toto populo.

3 Cumque amiſſæ eſſent aſinæ quædam Kiſcho patri Schaulis: edixit Kiſch Schauli filio ſuo, accipe nunc tecum unum ex iſtis pueris, & ſurgens abi quæſitum iſtas aſinas.

4 Itaque tranſivit in montem Ephrajimi, cùm pertranſiviſſet terram Schaliſchæ neque inveniſſent: pertranſiviſſent etiam terram Schahhalimorum, neque *illîc* eſſent, denique pertranſiviſſent terram[c] Binjaminitarum, neque inveniſſent.

5 Ipſis venientibus in terram″ Tzuphi, Schaul dicebat puero ſuo qui cum ipſo erat, agedum revertamur: ne ceſſans pater meus de aſinis iſtis, ſollicitus ſit de nobis.

6 Qui dixit ei, ecce jam vir Dei eſt in civitate iſta, & quidem vir honoratiſſimus, quicquid prædicit[d] omnino evenit: eamus nunc illuc, fortè indicabit nobis″ viam noſtram *ad* id cujus causâ profecti ſumus.

7 Dixit verò Schaul puero ſuo, ecce ergo eamus″ ſed quid adferemus viro iſti? nam panis[e] defecit ex inſtrumentis noſtris, & donarium nullum eſt quod adferamus ad virum hunc Dei: quid *eſt* penes nos?

8 Tũ pergẽs puer ille reſpõdere Schauli dixit, ecce p̃ſentẽ in manu mea quadrãtẽ ſicli argẽtei: hũc dabo viro iſti Dei, ut indicet nobis viã noſtrã.

9 ″Antiquitus in Jiſraële ſic dicebat quiſque, cùm profecturus eſſet ad conſulendum Deum, agite eamus uſque ad″ Videntem: nam qui Prophetа hodie, antiquitus vocabatur Videns.

10 Cùm itaque dixiſſet Schaul puero ſuo, bonus eſt ſermo tuus, agedũ eamus: & irent verſus illam civitatem, ubi erat vir ille Dei,

11 Ipſi aſcendebant per clivum civitatis, cùm invenerunt puellas egredientes ad hauriendum aquam: & dixerunt illis, eſtne illîc Videns?

12 Quæ reſpondentes eis dixerũt, eſt, ecce ante te: feſtina jam, nã hodie venit in civitatem, quia[f] convivium *eſt* huic populo in iſto excelſo.

13 Simulac ingreſſi eritis civitatem, invenietis eum, cùm nondũ aſcenderit excelſum iſtud ad″ comedendũ, nã non comedet populus uſq; dum advenerit, cùm ipſe″ benedixerit convivio, poſtmodùm comedent invitati: nunc ergo aſcendite, nam hoc ipſo[g] tempore inventuri eſtis eum.

14 Cumq; aſcendiſſent in civitatẽ ipſis perveniẽtibus in mediã civitatẽ: ecce Schemuel prodibat obviam illis, ut deduceret ad excelſum illud.

15 (″Jehova enim revelarat *in* aurem Schemueli: die uno antequam adveniret Schaul, dicendo:

16 Hoc ipſo tempore cras″ miſſurus ſum ad te quendam è terra Binjaminis ut ungas eum in″ anteceſſorem ſuper populum meum Jiſraëlem,

[a] qui Ner dicitur. 1. Chron. 8. 33. & 9. 39.
[b] *Hebr.* bonus *forma* ut Gen. 6. 2.
[c] *Heb.* Jeminitarum.
[d] *Heb.* eveniendo evenit.
[e] *Heb.* abiit,
[f] *Hebr.* mactatio, ut Gen. 31. 54. vide annotata: ſic deinceps.
[g] *Heb.* die ſy necdoche, ut infra 27.

& ſervet populum meum e manu Peliſchtæorum: ″ nam reſpexi populum meum: quia pervenit clamor ejus ad me.)

17 Cumque Schemuel videret Schaulem: Jehova dixit ei, ecce hic eſt vir, quem dixeram tibi, hic imperium obtinebit in populo meo.

18 Quapropter Schauli accedēti ad Schemuelem intra portam: & dicenti, indica quæſo mihi ubi nam ſit domus Videntis?

19 Reſpondit Schemuel Schauli dicens, ego *ſum* ille Videns, aſcende ante me in iſtud excelſum ut comedatis mecū hodie: & dimittam te mane, ″ quicquid autem eſt in [h] animo tuo *jam* indico tibi.

h Heb. in corde: ſic 20. ℣.

20 Nempe quod ad aſinas, quæ amiſſæ erant tibi [i] ab hinc tertio die, ne apponito animum tuum ad illa: nam inventæ ſunt: ″ erga quem autem eſt totum deſiderium Iſraëlis? nónne erga te, & erga totā familiam patris tui?

i Heb. hodie eſt tertius dierum illorum.

21 Reſpondens autem Schaul dixit: ″ an non Binjaminita ſum [k] minimus e tribubus Iſraëlis, & familia mea infima eſt omnium familiarum in tribubus Binjaminis? & quam ob rem allocutus es me ſermone hujuſmodi?

k Hebr. e minimis tribuum: hypallage.

22 Aſſumpſit tamen Schemuel Schaulem & puerum ejus, quos introduxit in cœnaculum: ″ deditq; eis locum in [l] ſummo invitatorum, qui erant quaſi triginta viri.

l Hebr. in capite.

23 Tum dixit Schemuel coquo, cedo partem illam quam dederam tibi: de qua dixeram tibi, repone eam apud te.

24 Cumque deprompſiſſet coquus armum quendā & quæ hærebant ei, appoſuit *Schemuel* ante Schaulem dicens, ecce quod reliquum erat ponens ante te, comede: nam in hoc tempus reſeruatū fuit tibi, ″ *ex quo* dixi, populum invitavi: ſic comedit Schaul cum Schemuele illo die.

25 Poſteà deſcenderunt ex illo excelſo in civitatem: vbi loquutus eſt *Schemuel* cum Schaule ″ verſus ſuum tectum.

26 Illis autem mane ſurgentibus fuit cùm aſcenderet aurora ut vocaret Schemuel Schaulem verſus tectum ſuum ″ dicens, ſurge ut dimittam te: cumq; ſurrexiſſet Schaul, egreſſi ſunt ambo, ipſe & Schemuel foras.

27 Ipſi deſcendebāt ad extremū civitatis, cùm Schemuel edixit Schauli, dic huic puero ut tranſeat ante nos: (tranſivit itaque): tu autem ″ ſta jam, & [m] enunciabo tibi ſermonem Dei.

m Hebr. faciam ut audias.

ANNOTATIO.

1 *Viri Binjaminitæ*] id eſt, patris Gibbhonitarum Jehhielis. 1.Chron.9.31. 4 *Schaliſchæ*] ea regio plana eſt in Binjamine. 2.Reg.4.44. *Schahhalimorum*] cujus oppidum Iohan.3.23. Salim corrupta voce dicitur, non procul a Gilgale ad Jardenem. 5 *Tzuphi*] de quo ſuprà 1.1. 6 *Viam noſtram*] qua via nobis eundum eſt, ut aſinas iſtas inveniamus. 7 *Quid adferemus*] quaſi dicat, incivile eſſet ſine honorario eum accedere, antea ignotum. 8 *Viam noſtram*] ſuprà ℣.6. 9 *Antiquitus*] quaſi dicat, priſcis illis temporibus tanta erat inter Iſraëlitas pietas, ut in rebus obſcuris Deum cōſulerent per prophetas ejus, quos tunc vocabant Videntes. Exemplum habemus in Ribka Gen.25.22. *Videns*] Quia viſionibus ſe & res occultas patefaciebat illis Deus, vt Num.12.6. 13 *Ad comedendum*] non autem ad ſacrificandum: quod contra legem fuiſſet, jubentem vt coram Deo cantùm ſacrificetur Levitici 17.3. & ſequentibus. Deut.12.5. & ſequentibus. *Benedixerit convivio*] ex lege Deut.8.10. 15 *Jehova enim*] Inſtituti convivii cauſa indicatur, & ſimul oſtenditur cur Schemuel obviam eis prodierit: prout etiam ad hunc finem Schemuel armum aſſervari juſſerat infrà ℣.23. 16 *Miſſurus ſum*] ſecreto ductu ſpiritus, ipſo aliud cogitante. *Anteceſſorem*] id eſt, ut ita dicamus, præitorem, qui tempore belli ante exercitum procedit. *Nam reſpexi*] id eſt, proſpicere illi ſtatui. 19 *Quicquid autem eſt in animo*] quicquid cogitas ex me

ex me sciscitari, quod sequens versus explicat. 20 *Ergà quem*] quasi dicat, nosti omnium Israëlitarum desyderium esse ut sibi præficiatur rex, prout seniores mihi expossuerunt suprà 8.5. jam verò cui defert Deus hanc dignitatem nisi tibi, ac proinde familiæ patris tui? 21 *An non Binjaminita*] modestè tribus rationibus gradatim reguum recusat: a tribu omnium infirmissima ex historia Judic. 20: a personæ suæ & a familiæ totius tenuitate. 22. *Dedit ei locum*] hac collocatione & armi oppositione cœpit dignitatem Schaulis invitatis adumbrare. 24 *Ex quo dixi*] ex quo indixi coquo, ut convivium invitatis pararet. 25 *Versus suum tectum*] ut pote locum secretiorem, ac proinde commodiorem sermonibus habendis & precibus, Danielis 6.10. Act. 10.9. 26 *Dicens surge*] Paralepsis, cujusmodi est Gen. 3.1. vide annotata ibi. Reticentur enim monita Schauli a Schemuele data. 27 *Stà jam*] ut cum reverentia audias divinum oracullum: vide annotata Gen. 49.33. & Num. 23.22.

Caput X.

Schemuel Dei jussu Schaulem in regem vngit privatim, & de vocatione ipsius signorũ prædictione confirmat. Deinde Mitzpæ in publicis conventibus, primùm Dei nomine cum populo expostulat, & sortitione designatum a Deo regem populo sistit, qui eum maxima ex parte acclamationibus excipit.

1 Tum accepta Schemuel phiala olei perfundens cãput ejus
" osculatus est eum: & dixit, nonne *sic faciendum est*, quia
2 unxit te Jehova in antecessorem super possessionem suam?
" Cùm abieris hodie a me invenies duos viros apud sepulchrum Rachelis, in termino Binjaminis " Tzeltzachi: qui dicent ad te, inventæ sunt asinæ quas quæsitum abieras, & ecce omissis pater tuus rebus istis asinarum, sollicitus est de vobis dicendo, quid faciam filio meo?

3 Et inde progressus ulterius, cùm veneris usque ad planitiem Taboris, invenient te illîc tres viri ascendentes ad Deum in " domum Dei fortis: unus ferens tres hœdos, & alter ferens tres tractas panis, & alius ferens utrem vini.

4 Qui interrogabunt te de [a] prosperitate: dabuntque tibi duas *tractas* panis, quas accipies e manu eorum. [a] *Heb.* de pace.

5 Postmodùm pervenies ad " collem ipsum Dei, ubi sunt " stationarii milites Pelischtæorum: eritque ibi cùm ingressus fueris civitatem, ut occurras " turbæ Prophetarum descendentium de illo excelso, " cum nablio & cum tympano & tibia & cythara ante se, qui prophetabunt:

6 Irruetque super te spiritus Jehovæ, ut prophetes cum eis: & " mutaberis in virum alium.

7 Quod cùm erit, cùm evenerint signa ista tibi: fac " quod obvenerit manui tuæ, quia Deus ipse tecum erit.

8 " Posteà descendens ante me Gilgalem, quò ecce ego descendam ad te, " ad offerendum holocausta, & ad sacrificandum sacrificia eucharistica ": septem diebus expectato usquedum venero ad te, & notum faciam tibi id quod facturus es.

9 Itaque fuit cùm avertisset humerum suum abeundo a Schemuele ut mutaret ei Deus cor in aliud: & evenerint omnia ista signa die eodem.

10 Cùm autem venissent illuc ad collem illum, ubi ecce turba prophetarum obviam facta esset ei: irruente super eum spiritu Dei prophetabat inter eos,

11 Fuit

11 Fuitque cùm omnes qui noverant eum [b] antè, viderent, quòd ecce cum prophetis prophetaret: ut diceret populus [c] alter ad alterum, quid hoc *est quod* [d] accidit filio Kischi? an etiam Schaul *est* inter prophetas?

12 Respondens autem quidam [e] ex eo loco dixit, at quis *est* [e] pater eorum? idcircò [e] abiit [e] in proverbium, an etiam Schaul *est* inter [e] prophetas?

13 Cùm autem absolvisset prophetare, ingressus est ipsum [e] excelsum.

14 Dixit autem patruus Schaulis ad eum & ad puerum ejus [e] quò abieratis? qui dixit, ad quærendum asinas, cùm autem videremus nusquam esse, venimus ad Schemuelem.

15 Dicente verò patruo Schaulis: indica quæso mihi quid dixerit vobis Schemuel.

16 Dixit Schaul ad patruum suum, [f] certò indicavit nobis inventas esse asinas: sed negotium regni non indicavit ei [e] quod edixerat Schemuel.

17 Schemuel autem convocato populo Mitzpam ad [e] Jehovam,

18 Dixit ad filios Jisraëlis, sic ait Jehova Deus Jisraëlis, ego deduxi Jisraëlem ex Ægypto & eripui vos e manu Ægyptiorum, & e manu omnium regnorum, *ab* opprimentibus vos.

19 Vos verò hodie spreviſtis Deum vestrum, qui ipse servat vos ab omnibus malis vestris & angustiis vestris: cùm [e] dixistis ei: imò regẽ præpones nobis: nunc ergo sistite vos coram Jehova per tribus vestras, & per [e] duces vestros.

20 Cumque faceret Schemuel [e] ut accederent omnes tribus Jisraëlis, deprehensa est tribus Binjaminis.

21 Deinde cùm faceret ut tribus Binjaminis accederet per familias suas: deprehensa est familia Matreæ *gentis*, denique deprehẽsus est Schaul filius Kischi, quem cùm quærerent non inveniebatur.

22 Quam ob rem cùm rogarent iterum Jehovam, [e] an adhuc adventaturus est huc ille? dixit Jehova, ecce ipse latitat ad impedimenta.

23 Tum accurrentes assumpserunt eum inde, qui stitit se in medio populi: erat autem altior toto populo ab humero suo sursum-versus.

24 Tum dixit Schemuel ad totum populũ, videtísne quem elegit Jehova, non esse ei similem in toto populo: tunc vociferantes totus populus dixerunt, vivat Rex.

25 Cumque elocutus esset Schemuel apud populũ jus regni, & descripsisset in quodam libro, quem collocavit coram Jehova: dimisit Schemuel totum populum quenque domum suam.

26 Et etiam Schaul abiit domum suam Gibhham, [e] comitantibus eum copiis, [g] quorum tetigerat Deus animos,

27 At [h] homines nequam dicebant, quid servaret nos iste? contẽnentes eum, ut ne afferrent quidem ei munus, tamen [i] [e] planè conticuit.

[b] *Heb.* ab heri nudiustertio.
[c] *Heb.* vir ad proximum suum.
[d] *Hebr.* fuit.
[e] *Heb.* fuit.
[f] *Heb.* indicando indicavit.
[g] *Heb.* quos Deus tetigerat in corde ipsorũ.
[h] *Hebr.* filii Belijahhal, id est homines nequitiæ dediti.
[i] *Hebr.* fuit ut obmutescens.

ANNOTATIO.

1 *Osculatus est eum*] in subiectionis signum: vide Gen. 41.40. in annotatione. 2 *Cum abieris*] à signis moventuris Schaulem confirmat. *Sepulchrum Rachelis*] prope Beth-Lechemum Gen. 35.19.20. *Tzelz Achi jus* men est loci, quem superioribus verbis circumscribit. 3 *In domum Dei*] id est, in urbem Jehharimorũ ubi arca residebat.

residebat. 5 *Ad collem*] ad editiorem partem Gibhhæ, ubi est excelsum sive synagoga, locus cœtui sacro destinatus: ideò vocatur collis Dei *Stationarii milites*] vide annotata suprà 7.12. & infra 13.3. *Turbæ Prophetarum*] studiosorum operam dantium prophetiæ: quorum alii filii, id est, discipuli Prophetarum dicuntur, alii Prophetæ simpliciter. *Cum Nablio*] his instrumentis vtebantur pro incitamentis, ut apparet ex 2. Reg. 3.15. 6 *Mutaberis in virum alium*] id est, animus tuus eo spiritus dono repentè imbuetur, quod ad obeundum regium munus pertinebit. 7 *Quod obvenerit*] prout te Vocatum senseris ita ambulato, & suo tempore regem te præsta: ut fecisse legitur infrà 11.7. & 13.2. & 3. 8 *Posteà descendes*] cùm ea gesseris quæ obvenerint manui tuæ contra Hhammonitas & Pelischtæos. *Ad offerendum*] eo arcâ adductâ, ut apparet infrà 12.2. & 13.9. *Septem diebus*] de quibus infrà 13.8. 12 *Quidam ex eo loco*] fortassis unus aliquis ex illorum Prophetarum numero. *Pater eorum*] institutor: quasi dicat, an putatis hos prophetas esse eo quòd tantùm ab hominibus instituti sunt, & non potius quòd divinitus prophetandi donum habuerunt? *In proverbium*] de aliquo qui aliquid præter expectationem præstat, vide infrà 19.24. 13 *Excelsum*] ædem in colle Dei. de quo suprà ℣. 5. 14 *Quo abieratis*] intelligens Schaulem prophetasse, & rei novitate motus studiosius percontatur, præsertim audita mentione Schemuelis. 16 *Quod edixerat*] subaudi, ne cuiquam indicaret. quapropter etiam puerum Schaulis præmiserat, cùm Schaulem unicturus esset suprà 9. versu vltimo. 17 *Ad Jehovam*] quò arcam apportari & sacerdotem summum cum Vrim & Thummim advenire jusserat, ad mittendas sortes & consulendum Deum, infrà 22. Vide infrà in capitis duodecimi versum secundum. 19 *Dixistis ei*] Deo & mihi Prophetæ ejus, suprà 8.7. *Per duces*] subaudi singularum familiarum, quæ multæ erant in singulis tribubus. Eandem rationem servat quam Jehoschuahh ex præscripto domini Jehoschu. 7.14. & sequentibus. 20 *Ut accederent*] cum arca, ubi urnæ erant: unde sortes emittebantur: nam præmissis precibus Deus per sortem consulebatur: preces autem præcessisse indicat ℣. 22. ubi dicitur: Iterum rogarent Jehovam &c. Sic Act. 1.24. 22 *An adhuc*] id est, an quia abest vocandus est, ut sistatur coram populo? *Comitantibus eum copiis*] id est, cum prætorianis cohortibus, & comitatensibus Regis (ut Imperatores vocant) quos elegit ad 3000. infrà 13.2. 27 *Plane continuit*] id est, modestè se continuit, vide infrà 11.12.

Caput XI.

Hhammonitæ Jisraëlitarum fines invadentes, Jabeschitas ità obsidione premunt ut turpissima conditione deditionem post septem dierum inducias paciscantur: sed interea Schaulis diligentia copiosus exercitus colligitur: quo fusis Hhammonitis, liberantur Jabeschitæ, & sic Schaulis vocatio confirmatur.

1 Nam ascendens Nachasch Hhammonita castra habebat contra Jabeschum Gilhhadis: tandem dicentibus omnibus civibus Jabeschi ad Nachaschũ, pange nobiscum fœdus ut serviamus tibi:

2 Dicebat ad eos Nachasch Hhammonita, hac *lege* pãgam vobiscum, effodiẽdo vobis oculum dexterum cunctisque: ut imponam hoc ipsum probrum toti Jisraëli.

3 Dixerunt autẽ ad eum seniores Jabeschi, desiste a nobis septem dies, ut mittamus nuntios per totum terminum Jisraëlis: quòd si nemo fuerit qui servet nos, tum exibimus ad te.

4 Cùm itaque venissent isti nuntii" Gibhham Schaulis, & elocuti essent verba illa audiente populo: totus populus sublata voce sua flebant.

5 Ecce autem Schaul sequebatur armentum suum ex agro, dixitque Schauli quid *est* huic populo quòd flent? qui narrarunt ei verba civium Jabeschi.

6 Tum irruente spiritu Dei super Schaulem dum audiret verba ista:" accensa est ira ejus valde.

7 Et acceptum par boum membratim divisit illud, & transmisit in totum terminum Jisraëlis [a]" per eosdem nuntios dicendo, quisquis non exibit post Schaulem &" post Schemuelem, sic fiet armento ejus: Unde incidit pavor Jehovæ in populum ita ut exirent [b] unanimes.

8 Quos cùm recenseret in Bezeko, fuerunt" Jisraëlitarũ trecenta mil-

a Hebr. per manum eo rundẽ nuntiorum.
b Heb. tanquam vir unus: sic Judicũ. 20. 1.

lia: ″ virorum autem Jehudæ triginta millia.

9 ″ Qui dixerũt nuntiis illis qui advenerant, sic dicetis civibus Jabeschi Gilhhadis: cras aderit vobis salus cùm incalescet sol: quod redeũtes nuntii illi cùm indicassent civibus Jabeschi, illi lætati sunt.

10 Itaque dixerunt cives Jabeschi *Hhammonitis*, cras exibimus ad vos ut faciatis nobis omnino prout bonum *videbitur* in oculis vestris.

c *Heb.* capitibus: sic Judic. 16.20.

11 Fuit autem ″ postridie, ut disposito Schaul populo tribus ᶜ agminib. pervaderent media castra in vigilia matutina: percuterentq; Hhammonitas usque ad æstum diei: fuitque ut qui residui erant dispergerẽturneque relinquerentur ex eis duo simul.

12 Tum dixit populus ad Schemuelem, quis *est* qui dicebat, Schaul regnaret super nos? date hujusmodi homines ut morti tradamus eos.

13 Sed dixit Schaul, non tradetur morti quisquam die hoc: quãdoquidem hodie effecit Jehova ″ salutem in Jisraële.

ANNOTATIO.

1 *Nam*] occasionem explicat petiti ab Jisraëlitis regis & omnium eorum quæ ab octavo capite hucusque narratur: quod etiam planius confirmat ℣. 14. capitis 12. 4 *Gibhham Schaulis*] quæ prius Binjaminis dicebatur. 6 *Accensa est ira*] in Hhammonitas, propter illorum invasionem & superbissimas conditiones. 7 *Pervenientes nuntios*] vt magis permoverent de suis rebus agentes. *Et post Schemuelem*] nam huic expeditioni Schemuelem interfuisse docet versus 12. & principium capitis sequentis. 8 *In Bezeko*] in Bezekano agro Judic. 1. 4. *Juditarum*] ex aliis tribubus. *Virorum Jehudæ*] comprehenso etiam Schimschone, ut Judic. 1. 3. quorum finibus erat Pelischtæis contermina: ac ideò non poterat tam commodè viris exhauriri quàm reliquæ tribus. 9 *Quidixerunt*] Schaul cum Schemuele: ex consensu totius populi. 10 *Ut faciatis*] subaudi nisi supperiæ adverserint: reticent autem adventũ eorum, ut reperiantur imparati. 11 *Postridie*] id est, die primo à pacto sequenti. 13 *Salutem in Jisraële*] vocationis meæ testem, quam isti prius in dubium vocabant. Noëma, quo rationis antè prior pars explicatur: sic 2. Scham. 19. 23.

CAPUT XII.

Schemuel Jabeschi comitiis Gilgalem indictis coram populo & rege ante actam suam administrationem censuræ subiicit: qua probata, populum ingrati in Deum animi arguit, & cælitus edito signo eorum animos percellit: deinde consternatos & resipiscentes erigit & confirmat, atque ad constantiam in Dei cultu hortatur.

1 ″ ET dixit Schemuel ad populum: agite eamus Gilgalem: ut ″ renovemus ibi regnum hoc.

2 Abierunt itaque totus ille populus Gilgalem ut regem constituerent ibi Schaulem coram Jehova, Gilgale, & sacrificarent ibi sacrificia eucharistica ″ coram Jehova: quam ob rem lætatus est ibi Schaul & omnes Jisraëlitæ per valde.

3 ″ Præterea dixit Schemuel ad totum Jisraëlem: ecce auscultavi voci vestræ in omnibus quæ dixeratis mihi: & constitui super vos regem.

4 ″ Nunc autem ecce regem ipsum pergentem ante Vos: cùm ego senui & incanui, & filii mei ecce sunt inter Vos: ego verò continenter ambulavi coram vobis à pueritia mea in diem hunc.

5 Ecce me, testificamini contra me coram Jehova & coram uncto ejus, cujus bovem acceperim: aut cujus asinum acceperim: aut quem fraudaverim: aut quem concusserim: aut e cujus manu acceperim redemptionis pre-

nis pretium," ut abderem oculos meos propter illud: & reddam vobis.
6 Qui dixerunt, non fraudasti nos, neque concussisti nos, neque accepisti quicquam e manu ullius.
7 Tum dixit ad eos, testis *est* Jehova contra vos, & testis *est* unctus ejus hodie, vos non inveniſſe in manu mea quicquam: dixitque *populus* testis *est*.
8 Dixitque Schemuel ad populum: Jehova *testis est*, qui[a] magnificavit Moschen & Aharonem, & qui deduxit majores vestros e terra Ægypti.
9 Nunc itaque sistite vos, & contendam vobiscum coram Jehova: de omnibus[b] justis factis Jehovæ quæ fecit vobiscum & cum majoribus vestris.
10 Postquàm veniſſet Jahhakob in Ægyptum: clamantibus majoribus vestris ad Jehovam, misit Jehova Moschen & Aharonem, qui eduxerunt majores vestros ex Ægypto & collocaverunt eos" in loco isto.
11 Deinde cùm obliviscerentur Jehovæ Dei sui: dedidit eos in manum Siseræ principis militiæ Chatzoris, & in manum Pelischtæorum, & in manum Regis Moabitarum, qui oppugnaverunt eos.
12 Sed cùm clamarent ad Jehovam dicentes, peccavimus quód deserentes Jehovam coluimus Bahhalimos & Hhaschtarothas: at nunc eripe nos e manu hostium nostrorum, ut serviamus tibi:
13 Misit Jehova Jerubbahhalem & Bedanem & Jiphtachum & Schemuelem: eripuitque vos e manu hostium vestrorum circumquaque, ita ut habitaretis securè.
14 Denique videntes Nachaschum regem Hhammonitarum invasisse vos, dixistis mihi," nequaquam, sed rex regnaturus est super nos:" cùm Jehova Deus vester, sit Rex vester
15 Nunc igitur ecce regem illũ quem elegistis, quem petiistis: ecce inquam[d] præfecit vobis Jehova regem.
16 Si timentes Jehovam colueritis eum, & auscultaveritis voci ejus, neque[e] occasionem dederitis mutandi præstitutum Jehovæ: utique[f] permanebitis tum vos tum etiam rex ipse qui regnat super vos, [g] sequentes Jehovam Deum vestrum.
17 Sed si non auscultaveritis voci Jehovæ, quin mutaveritis præstitum Jehovæ, utique erit manus Jehovæ contra vos, ut contra patres vestros.
18 Etiam nunc consistite, & respicite hanc rem maximam: quam facturus est Jehova ante oculos vestros.
19 Nonne *dies* messis triticeæ est hodie? ubi invocavero Jehovam, edet sonos & pluviam: itaque agnoscite & videte malum vestrum quod fecistis, magnum esse in oculis Jehovæ, petendo vobis regem.
20 Cumque clamaret Schemuel ad Jehovam, edidit Jehova sonos & pluviam eodem die: timuitque totus populus valde Jehovam & Schemuelem.

[a] *Heb.* fecit: ut Deut. 32. 6.
[b] *Heb.* justitiis.
Judicum 4.
Judicũ 10. 7
Judicum 3.
[d] *Heb.* dedit super vos.
[e] *Heb.* feceritis mutare os Jehovæ: sic infrà vers. 17. & Deut. 1. 26.
[f] *Heb.* eritis
[g] *Hebr.* post Jehovã: sic infrà 23.

21 Quam ob rem dixerunt totus populus ad Schemuelem, supplica pro servis tuis apud Jehovam Deum tuum & ne moriamur: adjecimus enim ad omnia peccata nostra malum, petendo nobis regem.

22 Tum dixit Schemuel ad populum, ne timete, vos feciſtis totum malum hoc: [e] verumtamen ne recedite [h] aversi a Jehova, sed colite Jehovam ex toto [i] animo vestro.

h Hebr. de post Jehovã
i Heb. corde: sic dein-ceps.

23 Ne inquam recedite: nam sequeremini ipsam inanitatem: quæ non prosunt, neque eripiunt, quia sunt inanitas.

24 Non enim deseret Jehova populum suum propter nomen suum maximum: quia placuit Jehovæ vos sibi efficere populum:

k Heb. a peccãdo, a desinendo.

25 Etiam quod ad me, absit mihi [k] ut peccem Jehovæ, ut desinam supplicare pro vobis: imò instituam vos in via optima & rectissima.

26 Verumtamen timete Jehovam & colite eum verè, ex toto animo vestro: nam considerate [l] res magnas quas fecit erga vos.

l Heb. quod magnificavit vobiscũ.

27 Quòd si [m] ultro malefeceritis: tum vos, tum rex vester consumemini.

m Heb. malefaciendo malefeceritis.

ANNOTATIO.

1 *Tum*] Hos duos versus, quia ad orationem Schemuelis in castris habitam pertinent, illi conjunximus. *Dixit*] cùm adhuc essent ad Jabeschum in castris, ut probat finis decimi versiculi: nam Schemuel septimo mensis die istius conventus Gilgalem venturus erat, suprà 10. 8. & infrà 13. 8. & 10. *Renovemus*] planè ex omnium consensu probatum confirmemus. hæc autem dicit, tum ut eorum qui prius Schaulem pro rege non agnoverant peccatum leveret, tum ut omnis in posterum occasio rebellionis præcidatur. 2 *Coram Jehova*] præsente ejus: in conventus enim maximos per sacerdotes adduci solebat: ut confirmatur ex capit. 14. 20. 3 *Porrò à diebus*] ibidem in castris ante profectionem Gilgalem. 4 *Nunc autem*] quasi dicat, cùm puer regem beatis, ad quem Reipub. vestræ gubernatio pertinet: & ego ætatis imbecillitate excuser, filii autem me, legum privatorum cõditionem devenerint, ego me ultro sisto, ut administratæ ab ineunte ætate à me Reipub. reddam. 5 *Ut abderem*] id est, ab injuria cognoscenda muneribus corruptus averterem me. 9 *Jadoſtis*] tam beneficiis, ex promissione: quàm supplicijs, ex ipsorum meritis: vt sequens narratio indicat. 10 *loco isto*] Nam duce Mosche duo regna Emoræorum occupata sunt, in quibus erat Jaboseh. Num. 20. & 21. 13 *Bedanem*] id est, Jairem Menaschitam, de quo Judicum 10. 3. nam hoc cùm ordini vocum congruit, quo nititur Schemuel: tum loco qui est 1. Chron. 7. 17. 14 *Nequaquam*] vide suprà 8. 19. *Cum Jehova*] atque ideo gubernatione ejus contenti esse debuissetis suprà 8. 7. 19 *Dies messis triticeæ*] id est, Cæsum solis, quale ad messem tempestivum est. 22 *Verumtamen ne recedite*] quasi dicat, etiamsi graviter a vobis peccatum sit: misericordiâ suâ vos respicit, modo ne vos ab eo amplius avertatis.

CAPUT XIII.

Præsidium Pelischtæorum apud Gibbham, dum Schaul in expeditione est contra Hhammonitas, a Jonathane funditur: quam ob rẽ Pelischtæi magno exercitu regionem ingressi in Michmascho ex adverso Gibbhæ castra ponunt: Schaul verò hoc audito Jisraëlitas ad arma excitat, & Gilgale non expectato Schemuele sacrificat, ideò graviter a Schemuele increpatus & de infirmitate regni sui monitus, cùm Jisraëlitæ diffugerent, ipse Gibbham cum paucis reliquis inermibus proficiscitur, cujus adversam regionem hostes tribus agminibus emissis occupabant.

1 [a] GENS primum annum Schaul in regno suo: (duobus autem annis regnavit super Jisraëlem).

a Heb. filius anni, vel anniculus Schaul in regnare suo.

2 [e] Elegerat sibi Schaul tria millia ex Jisraëlitis, ut essent cum Schaule bis mille in [b] Micmascho, & [e] in monte Beth-Elis: mille autem essent cum Jonathane Gibhhæ Binjaminis: reliquum autem populi dimiserat,

b vel Micmaso, ut Hhezræ. 2. 27.

quenque in tentoria sua.

3 In-

3 "Intereà percussit Jonathan stationarios milites Pelischtæorum qui erant Gebahhi, quod cùm audivissent Pelischtæi: Schaul quidem clāxit buccina per totam eam terram dicendo, audiant Hhebræi:

4 Omnes inquam Jisraëlitæ audiant dicentes, percussit Schaul stationarios milites Pelischtæorum, unde etiam fœtidus factus est Jisraël inter Pelischtæos: & convocentur populus [c] ad sequendum Schaulem Gilgalem:

[c] *Hebr.* post Schaulem.

5 Pelischtæi verò congregaverunt se ut bellarent contra Jisraëlē triginta millibus curruum, & sex millibus equitū, ac populo in multitudinem sicut arena quæ *est* in littore maris: & ascendentes castra metati sunt in Micmascho ad orientem" Beth-Avenis.

6 Itaque Jisraëlitæ videntes angustiam esse sibi, eò quòd coarctaretur populus: "abscondebant sese populus *alii* in speluncis, & in spinetis, & in petris, & in arcibus, & in cisternis.

7 Hhebræi verò alii trajiciebant Jardenem in terram Gadis & Gilhhadis: Schaule autem hærente adhuc Gilgale, "totus hic populus" trepidi accurrebant post eum.

8 Cumque expectasset septem dies, secūdum illud tempus, quo expectaturus erat Schemuel, neque veniret Schemuel Gilgalem, dispergebatur populus ab eo.

9 Quapropter dixit Schaul, admovete mihi istud holocaustum & eucharistica: & obtulit holocaustum.

10 Sed fuit cùm absolveret offerre holocaustum illud, ut ecce Schemuel adveniret: & exivit Schaul obviam ei ad" benedicendum ei.

11 Cui dixit Schemuel, quid fecisti? Dixit autem Schaul, cùm viderem dispergi populum a me, & te non advenisse constituto tempore dierum, Pelischtæos verò congregatos esse in Micmascho:

12 Dicebam, jam descendent Pelischtæi contra me Gilgalem, cùm faciem Jehovæ nondum deprecatus fuero: cumque continuissem me, tandem obtuli holocaustum.

13 Tum dixit Schemuel ad Schaulem, stultè gessisti te: non observasti mandatum Jehovæ Dei tui, quod mandavit tibi, jam certè stabiliviſſet Jehova" regnum tuum apud Jisraëlitas usque" in seculum.

14 Nunc autem regnum tuum non stabit: quæsivit sibi Jehova" virum secundum animum suum, quem mandavit Jehova esse antecessorem in populo suo, quia non observasti id quod præceperat tibi Jehova.

15 Deinde surgens Schemuel ascendit Gilgale Gibhham Binjaminitarum: ubi recensuit Schaul populum, qui præstò erant secum, quasi sexcentos viros.

16 Schaule itaque & Jonathane filio ejus & populo qui præstò aderat eis, considentibus Gebahhi Binjaminitarum: Pelischtæis verò castra habentibus in Micmascho:

[d] *Hebr.* corruptor. [e] *Heb.* capitibus: sic deinceps.

17 Egressus est miles [d] populator e castris Pelischtæorum tribus [e] agmi-

nibus: agmen unum vertens se ad viam *versus* ″ Hhophram, in terram Schuhhalis.

18 Et agmen unum obvertens se viâ ″ Beth-Choronem *spectante*: & agmen unum obvertens se viâ ejus termini qui spectat versus vallem ″ Tzebohhimorum in desertum.

19 ″ Faber autem non inveniebatur in tota terra Jisraëlitarum: dixerant enim Pelischtæi, *caveamus* ne faciant Hhebræi gladium aut hastam.

20 Adeò ut descenderent omnes Jisraëlitæ ad Pelischtæos: ad poliendum quisque vomerem suum, aut ligonem suum, aut securim suam, & rutrum suum.

f Heb. erat. 21 ″ Alioquin [f] adhibebatur lima pro rutris & pro ligonibus, & pro tridente, & pro securibus: etiam ad ″ aptandum stimulum.

g Heb. die. *h Heb.* in manum totius populi. 22 Ita fuit [g] tempore belli, ut non inveniretur gladius aut hasta [h] penes totum populum qui erat cum Schaule & Jonathane: ″ tantùm inveniebatur penes Schaulem & Jonathanem filium ejus.

ANNOTATIO.

1 *Agens primum*] id est, cùm recens regnum suum iniret, statim in ingressu prioris anni regni sui gesta sunt, cum quæ gesta narrantur duobus superioribus capitibus, quàm quę describuntur hoc & sequente *Duobus autem annis regnavit*] Subaudi legitimè, nõdum planè rejectus à Deo & spiritu ejus destitutus, de quo infrà 16.14. rejectus enim fuit tum demum, cùm in expeditione contra Hhamalekitas Deo non obtemperavit infrà 15. & spiritu destitutus cùm David vnctus fuit infrà 17.14. & 15. Cõfirmatur autem hæc interpretatio primùm ex cap. 14.51. ubi regnum cepisse dicitur, id est, tyrannicè occupasse: deinde etiã ex multis bellis ejus de quibus ibidem scribitur: retiò ex longis persecutionibus in Davidem atq; numerosis: postremò ex tempore quo David exul Tziklagi cum suis hæsit infrà 27.ℵ.7 2 *Elegerat*] hi sunt illi de quibus suprà 10.26. quos Schaul profecturus cõtra Hhammonitas, sub cura Jonathanis reliquit contra præsidia Pelischtæorũ. *In Micmascho*] nomen non oppidi sed tractus est, in finibus Binjaminitarũ ad montem Beth-Elis. *In monte Beth-Elis*] nam ibi erat peropportunus transitus, ut meminit principiũ capitis sequentis & Jeschahhiæ. 10. 29. 3 *Interea*] dum Schaul occupabatur in expeditione contra Hhammonitas. 5 *Beth-Avenis*] oppido & deserto Beth-Avenis, de quo Jehos. 18.12. 6 *Abscondebatur populus*] tum ex vniverso regno, tum etiam ex tribus illis millibus præsidiariorum, de quibus sup. ℵ.2. 7 *Transibant hic populus*] sexcenti illi, qui infrà ℵ.15. commemorantur: & alii qui deinde dilapsi sunt ut versu sequenti commemoratur. *Trepidi*] adeò ut arma in præsidijs suis reliquerint & inermes ad Schaulem confugerint: est autem relatiuum hic ante suum antecedens positum, quod frequenter fieri solet. 8 *Tempus quo &c.*] id est, adventum suum dilaturus ut dixerat suprà 10.8. 9 *Obtulit*] per sacerdotem, non expectato adventu Schemuelis, ut illius fuerat suprà 10.8. 10 *Benedicendum*] salutandũ eum, ut Gen. 47.7. 13 *Regnum tuum*] id est, personę tuæ collectione commissum. *In seculum*] perpetuò, tota vita tua, ut suprà 1.22. 14 *Virum*] Davidem, de quo infrà 16. nam eo consecrato Schaul desiit legitimè regnare, ut supra dictum est in versum primum. 17 *Hhophram*] oppidum Binjaminitarum, de quo Jehos. 18.23. id est septentrionem versus, ratione loci ubi Pelischtæi castra habebant. 18 *Beth-Choronem*] in tribu Ephrajimi occidentem versus, in confinio Binjaminis Jehos. 16.3. & 18.13. 18 *Tzebohhimorum*] in tribu Binjaminis versus desertum Jardenis: de eodem legitur Nehemiæ 11.34. 19 *Faber*] de fabris ferrariis intelligit: quasi dicat, ex quo tempore Pelischtæi dominatum in Jisraëlitas obtinuerant, studiosè curaverant suis artibus, ne Jisraëlitis arma aut armorum habendorum facultas esset. 21 *Alioquin*] si nolebant aut non poterant Pelischtæos adire. *Aptandum*] tam partem illam quæ veruto infigitur: quàm alteram qua jumenta. 22 *Tantum inveniebatur*] causam vide suprà in annotatione in ℵ.7.

CAPUT XIIII.

Jonathan cessante & inscio patre atque exercitu, divino spiritu & signo incitatus, cum solo armigero hostes invadit ac fundit. Deinde Schaul cùm exercitu fusos persequens, intempestivo interdicto plenam victoriam impedit, & filium ut interdicti violatorem ad mortem petit: sed ab ea per milites liberatur: Postremò reliqua bella à Schaule feliciter gesta summatim, ejusq; genus ac progenies recensetur.

a Heb. transitũ: sic ℵ.5. 1 ″ PROGRESSA autem statione Pelischtæorum ad [a] ″ angustias Micmaschi:

b Heb. transitu illo: sic infrà 5. & 41. ℵ. 2 Fuit quodam die ut ediceret Jonathan filius Schaulis puero armigero suo: agedum transeamus ad stationem Pelischtæorum, quæ est a [b] latere illo: quamvis patri suo non indicavisset.

3 Schaul

3 Schaul verò considebat in extremitate collis sub malo punica quę *est* in ″Migrone: & populus qui aderat ei quasi sexcenti viri.
4 Et Achija filius Achitubi frater ″Icabadis filii Pinchasi, filii Hheli sacerdotis Jehovæ Schilunte gestans amiculum: ″qui populus ignorabat abiisse Jonathanem.
5 (Inter angustias autem illas quibus quærebat Jonathan transire ad stationem Pelischtæorum, [c]scopulus erat ab uno latere hinc, similiter scopulus ab altero latere inde: nomenque unius Botzetz, & nomen alterius Sene.
6 Scopulus illorum unus erat situs ab Aquilone contra Mimaschum: alter verò a meridie contra Gebhahhum).
7 Cùm ergò dicenti Jonathani ad puerum armigerum suum, agedum transeamus ad stationem præputiatorum istorũ, ″fortè faciet Jehova pro nobis: non enim *est* Jehovæ impedimentũ quin servet multis aut paucis:
8 Diceret ipsi armiger ejus, fac quicquid est in [d]animo tuo: applica te ex *sententia* animi tui, ecce me tecum.
9 Dixit Jonathan, ecce nos transituri sumus ad viros istos: & retegemus nos eis.
10 Si dicẽt ″ita ad nos, [e]subsistite donec pervenerimus ad vos: tum stabimus in loco nostro & non ascendemus ad eos,
11 Sin autem ita dicent, ascendite ad nos, utique ascendemus: nam tradiderit eos Jehova in manum nostram: hoc igitur esto nobis signum.
12 Itaque retegentibus se ambobus stationi Pelischtæorum: dicebant Pelischtæi, ecce Hhebręi prodeunt e foraminibus ubi sese absconderant.
13 Deinde alloquẽtes ″homines istius stationis Jonathanem & armigerum ejus, dixerunt: ascendite ad nos, ut notam faciamus vobis rem: quã ob rem dixit Jonathan ad armigerum suum, ascende post me, nam tradidit eos Jehova in manum Jisraëlis.
14 Cùm itaque ascendisset Jonathan nixus manibus & pedibus suis, & armiger ejus post eum: ″cadebant ante Jonathanem, armiger quoque ejus ″morte afficiebat post eum.
15 Fuitq; plaga illa prior qua percussit Jonathan & armiger ejus quasi viginti viros, ferme in dimidiato jugero, *id est*, *boum* [f]jugatorum actu.
16 Quapropter fuit trepidatio in illis castris, in eo agro & in toto illo populo, stationarii & populatores milites trepidaverunt ipsi quoque: adeò ut cõmoveret se ipsa terra, & evaderet in trepidationẽ [g]maximã.
17 Videntes autem speculatores ubi *retulerunt* ad Schaulem Gibhham Binjaminitarum: quòd ecce multitudo illa colliquesceret & [h] pergeret continenter tundere se:
18 Dixit Schaul populo qui erat secũ, recensete jam & videte quis abiit a nobis: qui cùm recensuissent, ecce nõ aderat Jonathan & armiger ejus.
19 Dixit ergo Schaul Achijæ, admove arcam Dei: (″nam erat arca Dei illa die cum filiis Jisraëlis).

[c] *Heb.* dens petræ.
[d] *Heb.* corde: sic deinceps.
[e] *Heb.* sistite: sic Jehos. 10. 12. 13.
[f] *Heb.* paris jugo.
[g] *Heb.* Dei: sic Gen. 30. 8.
[h] *Hebr.* & iret *eundo* & contundendo se.

20 Sed fuit adhuc alloquente Schaule ſacerdotem illum, cùm multitudo illa quæ *erat* in caſtris Peliſchtæorum [i] pergeret continenter conflictari: vt diceret Schaul ad ipſum ſacerdotem, ″ recipe manum tuam.

21 Et congregati Schaul totúſque populus ille qui *erat* cum eo, venerunt uſque ad pugnam illam: vbi ecce erat gladio cujuſque *ſtricto* in alterum, ſtrepitus magnus valde.

22 Hhebræi autem quidam *erant* iſtis Peliſchtæis ut [k] anteà qui aſcenderant cum ipſis ad ea caſtra circumquaque: iſti etiam fuerunt [l] ab Jiſraëlitis, qui erant cum Schaule & Jonathane.

23 Præterea omnes Jiſraëlitæ qui ″ abſconderant ſeſe in monte Ephraim audientes fugere Peliſchtæos: aſſecuti ſunt ipſi quoque eos a tergo in eo prælio.

24 Sic ſervavit Jehova die illo Jiſraëlem: & [m] ″ exercitus tranſivit Bethavenem.

25 Ubi Jiſraëlitæ preſſi ſunt eodem die: quia ″ execratione obſtrinxit Schaul populum dicendo: maledictus *eſto* vir ille qui comederit cibum uſque ad veſperam: ut ultionem ſumam de inimicis meis, neque guſtavit totus ille populus cibum.

26 Quamvis [n] totius regionis populus veniſſent in ″ quandam ſylvam, ubi erat mel in ſuperficie agri:

27 ″ Tamen advenientis populi ad eam ſylvam, ubi ecce fluxus mellis erat: nemo fuit qui admoveret manum ſuam ad os ſuum: timebat enim populus illam adjurationem.

28 Sed Jonathan qui ″ nō audiverat cùm adjuraret pater ſuus populū, extendens extremitatem baculi, qui *erat* in manu ipſius, intinxit eam in illum favum mellis: & cùm advertiſſet manum ſuam ad os ſuum, ″ lumen receperunt oculi ejus.

29 ″ Reſpondenti autem cuidam de populo & dicenti, [o] omnino adjuravit pater tuus populum dicendo: maledictus *eſto* vir ille qui comederit cibum hodie: ″ ita fatigatus eſt populus:

30 Dixit Jonathan, ″ turbavit pater meus terram: videte quæſo ut illuminati ſunt oculi mei, cùm guſtavi parum mellis hujus:

31 Etiam quia (utinam liberè comediſſet hodie populus de prædaſtium ſuorum quod ſuffeciſſet:) quia *inquam* jam non multa *eſt* plaga in Peliſchtæos.

32 Percuſſerunt itaque die illo Peliſchtæos a Micmaſcho ″ Ajalonem uſque: ubi fatigatus erat populus valde.

33 Quam ob rem contendens populus ad prædam, accipiebant quidem pecudes & boves & [p] *juvencos* ſubrumos, quos jugulantes *fundebant ſanguinem* humi: ſed comedebat populus ″ cum ipſo ſanguine.

34 Quod cùm nuntiaſſent Schauli dicendo: ecce hic populus peccat Jehovæ comedendo cum ſanguine: dixit perfidè egiſtis: ″ devolvite ad me hodie lapidem magnum.

35 Deinde

[i] *Heb.* iret cūdo & cōflictando.

[k] *Heb.* ut heri nudiuſtertius.

[l] *Heb.* cum.

[m] *Heb.* bellum. metonymicās.

[n] *Heb.* tota terra: ut Gen. 41. 57. ſic infrà 30.

[o] *Heb.* adjurando adjuravit, &c.

[p] *Heb.* filios bovis.

35 Deinde dixit Schaul,[a] discurrentes per populum edicite eis, admovete ad me quisque bovem suum, & quisque parvam pecudem suam, & jugulate hîc, ut comedatis & nō peccetis Jehovæ comedendo *quicquam* cum sanguine: admoventes ergo totus populus quisque bovem suū, *qui erat* in manu sua, illa nocte, ″ jugulaverunt ibi.

[a] *Heb.* spargimini per populum & dicetis.

36 Ita extruxit Schaul altare Jehovæ: [b] hoc primùm extruxit altare Jehovæ.

[b] *Hebr.* hoc incæpit extruere &c.

37 Posteà dixit Schaul, descendentes persequamur Pelischtęos noctu, & deprædemur eos usque ad lucem matutinam, ut non reliquum faciamus ex eis quenquam: qui dixerunt, quicquid bonum *videtur* in oculis tuis fac: sed dixit sacerdos, accedamus hîc ad Deum.

38 Consulente itaque Schaule Deum, an descendēs persequar Pelischtæos? an traditurus es eos in manum Jisraëlis? non respondit ei die illo.

39 Quapropter dixit Schaul: accedite huc, [c] usque ab omnibus extremitatibus populi: & cognoscite ac videte [d] quare fuerit peccatū hoc die.

[c] *He br.* omnes anguli populi: sic Judic. 20. 2. [d] *Hebr.* in quo.

40 Nam ut vivit Jehova qui servat Jisraëlem, etiamsi illud fuerit in Jonathane filio meo, [e] omnino morietur: nec erat qui responderet ei ex toto populo.

[e] *Heb.* morte morietur: sic infrà ℣. 45.

41 Tum edixit toti Jisraëli: vos estote à latere vno, ego autem & Jonathan filius meus erimus à latere altero: dixeruntque populus ad Schaulem: quod bonum *videtur* in oculis tuis fac.

42 Cùm itaque dixisset Schaul ad Jehovam Deum Jisraëlis, ″ cedo integrum: & deprehensus esset Jonathan cum Schaule: populus autem [f] absoluti essent:

[f] *Hebr.* exiviſſent, id est, sorte exempti fuissent.

43 Dixit Schaul, [g] sortimini inter me & inter Jonathanem filiū meum: deprehensusque est Jonathan.

[g] *Heb.* conjìcite, subaudi sortes.

44 Quare edixit Schaul Jonathani, indica mihi quid fecisti? quod indicans ei Jonathan, dixit: tantummodò gustavi extremitate baculi, qui *erat* in manu mea parum mellis: ecce me, an morerer?

45 Cui dixit Schaul, ″ ita faciat *mihi* Deus & ita pergat: ut omnino moriturus es, Jonathan.

46 Sed dixit populus ad Schaulem, an Jonathan moreretur, qui [h] comparavit salutem hanc maximam in Jisraële? absit: ″ ut vivit Jehova, an cadere debet ullus è capillis capitis ejus: quandoquidem [i] Deo duce operatus est hoc hodie? sic ″ redemerunt populus Jonathanem ut non moreretur.

[h] *Heb.* fecit: sic Gen. 12. 2. & infrà 49. ℣. [i] *Hebr.* cum Deo.

47 Deinde ascendit Schaul a persequendis Pelischtæis: Pelischtæi verò abierunt in locum suum.

48 Schaul autem ″ acceptum obtinuit regnum super Jisraëlem: & belavit circumquaque contra omnes inimicos suos: contra Moabitas: & contra Hhammonitas, & contra Edomæos: & contra ″ reges Tzobæ, & contra Pelischtæos, & in quoscunque se vertebat inquietabat *eos*.

49 Comparavit etiam copias quibus ″ percussit Hhamalekum: deni-

que eripuit Jisraëlem e manu diripientium eum.

bb qui & Abinadab. infrà 31.2. & 1.Chron. 8.& 9.

50 "Erant autem filii Schaulis Jonathan & bb Jischvi & Malcischuahh: nomina verò duarum filiarum ejus, nomẽ *quidem* primogenitæ Merab, nomenque minoris Mical.

51 Et nomen uxoris Schaulis Achinohhã filia Achimahhatzi: nomen verò principis exercitus ejus Abiner filius Neri patrui Schaulis.

52 Nã Kisch pater Schaulis, & Ner pater Abneri filius erat "Abi-Elis.

53 Sed quia erat validum bellum contra Pelischtæos omnibus diebus Schaulis: prospiciebat *sibi* Schaul de omni viro forti, & omni cc strenuo, quem recipiebat ad se.

cc Heb. filio roboris.

ANNOTATIO.

1 *Progressa*] hunc versum ad sequentia pertinere res ipsa docet. *Angustiæ*] quib. occupatis patebat eis in Bin- jaminitarum campos aditus: de illis infrà ℣.5. Et Jeschah.10.29. 3 *Migrone*] agri nomen ab altera angustiarum parte Gibhham versus Jeschahh.10.28. 4 *Icabodis*] de quo suprà 4.21. *Qui populus*] tam sacerdos quàm Schaul cum comitatu suo. 7 *Forte faciet*] vide Jehos.14.12 10 *Si ita dicent*] vide annotata Gen.24.14. 13 *Homines istius stationis*] id est, primi excubitores sive procubitores exercitus. 14 *Cadebant*] ab eo videlicet cæsi. *Morte afficiebat*] sumptis armis ab aliquo ex interfectis. 19. *Nam erat*] vide annotata suprà 10.2. 20 *Recipe manum*] quasi dicat, non amplius hîc in consulendo Deo hærendum est: sed propius ad Pelischtæos accedendum: hîc incipit prodere suum animum a spiritu Dei alienũ. 22 *Hhæbræi autem*] multi Pelischtæi mu- ta mancipia hhebræorum inter impedimenta castrorum suorum habebant, qui arrepta hac occasione ad suos fu- raëlitas transfugerunt. 23 *Absconderant sese*] vt suprà 13.6. 24 *Transivit exercitus*] persequens Pelischtæos cùm pervenisset Beth-Avenem non procul a Micmascho, ut apparet ex 13.5, ubi volebat sumere cibum: sed adjuratione Schaulis ad persequendum victoriam supra modum pressus est. 25 *Quia execratione*] finem hor- num sumendæ de hostibus ultionis duobus malis mediis definit: nimirum interdicto necessarii cibi, & execra- tione, secundum argumentum destituti Schaulis spiritu Dei. 26 *In quandam sylvam*] inter Beth-Avenem & Ajalonem Danis. 28 *Non audierat*] nondum enim ex quo Pelischtæos invasit, ad exercitum redierat. 29 *Resti- men receperunt*] id est, vires recepit, vnde singuli sensus recreati sunt: synecdoche, ut Gen.16.13. *Ita fatigaverit denti*] ad hortamenta Jonathanis obvios Jisraëlitas incitantis ad strenuè persequendum hostes. q.d. vires nos ita deficiunt, ut longius persequi non possimus. 30 *Turbavit*] Improbat cõsilium patris primùm ab effectu, quòd populus viribus destituitur: quem locum probat exemplo suo. Secundò ab eventu, quia ideò cædebantur Pelischtæi, ut cæsi fuissent, si Jisraëlitæ cibo vires suas confirmassent. Tertiò correctione ex abrupto, qua pium suum votum opponit patris adjurationi: Quia libertatem populo præripuit: & præda à Deo oblatæ usum intercludens populum in necessitatem conjecit. 32 *Ajalonem*] Danis videlicet Jehos.19.42. 33 *Comedebat cum sanguine*] præ festinatione, non planè depurato & expresso sanguine quamobrem carendum putarunt ne veniretur contra legem, Levit.3.17. 34 *Devolvite ad me*] ad extruendum altare, de quo infrà ℣.41. ut coram Deo & se spectante animalia jugularent. 35 *Jugulaverunt ibi*] in agro qui altare circumstat. 42 *Cre- do integrum*] id est, declara quis sit innoxius: pro eo quod est declara nocentem sed euphemismo utitur, ut lenio- hypocritæ: sic 1.Reg.20.10. 43 *Deprehensus*] qui verè erat integer & innocens: ita Deus revera præstat: quod Schaul hypocrita κατ' εὐφημισμὸν dixerat. 45 *Ita faciat*] eo quòd tam facilè prorũpit in iuramentũ, videtur affe- duus fuisse iurator: & rationem majorem habet juramenti quàm juris, ut qui integer est à morte serveur: ita in se ipsum sententiam fert, quam Deus in ipsum suo tempore executus est. De hac formula juramenti vide Ruth.1. 17. in annotatione. 46 *Ut servit Jehova*] adjurat populus Schaulem, & appellat ipsius conscientiam coram vi- vente Deo, ut posthabita juramenti ratione, juris habeat rationem, quasi dicat, an ex jure esset, ut vel minimum damnum acciperet a populo Dei vir, qui Deum secutus tanttam populo salutem comparavit? proverbiale dictum ut 2.Schemu.14.13.& 1.Reg.1.penult. *Redemerunt*] id est, se interponentes Schaulem impediverunt ne eum morti traderet. 48 *Acceptum obtinuit*] vide annotata suprà 13.1. *Reges Tzobæ*] Tzobæorum populorũ, qui corrupto nomine a Plinio lib.6. cap.28. Nubei dicuntur: regionem tenebant a Batanea ad Euphratem: de qui- bus vide 2.Schem.8. 49 *Percussit Hhamalekum*] quæ expeditio explicatur capite sequenti. 50 *Erant autem*] Eos tantùm nominat, qui in bello patrem sequebantur, & in eo tandem ceciderunt, infrà 31.2. 52 *Filium Abi- lis*] suprà 9.1.

CAPUT XV.

Schaul divinitus jussus Hhamalekitas penitus excindere, ducto in eos exercitu, lenius quàm pro mandato cum eis agit. Deinde reversus cum præda Gilgalem, à Schemuele iterum post ali- quot reprehensiones & cavillationes, rejectionis sententia audita, & occiso Agago dominum re- vertitur.

1 CVM autem dixisset Schemuel ad Schaulem, me misérat Je-
hova ad ungendum te in regem super populũ suum, nempe
super Jisraëlẽ: idcircò nunc ausculta voci, verbisque Jehovæ.
2 Sic ait Jehova exercituũ, "visitavi id quod fecit Hhama- lek Jis-

Exodi 17.a ℣.8.vsq; ad finẽ & Deut. 25.17.& se- quentibus.

lek Jisraëli: cui oppositus in itinere cùm ascenderet ex Ægypto, *aciem*.
3 Nunc abi ut percutias Hhamalekum, & anathemati devoveatis quic quid est ei, neque clementia utaris erga eum: sed occidito[a] cum virum tum mulierem, cùm puerum tum lactentem, cùm bovem tum parvam pecudem, cùm camelum tum asinum quenque.
4 Hoc promulgato Schaul apud populum, recẽsuit eos in ″Telajimis, ducenta millia peditum, & decem millia ″ virorum Jehudæ.
5 Cumque Schaul perveniisset usque ad civitates Hhamaleki: ut contenderet *cum eo* in valle ejus:
6 Edixit Schaul ″ Kenæis, ″ abite, recedite, descendite e medio Hhamalekitę, ne tollã te cũ eo: tu enim exercuisti ″ benignitatẽ erga oẽs Jisraëlitas cùm ascenderẽt ex Ægypto: recessit *itaq;* Kenæus e medio Hhamaleki.
7 Et percussit Schaul Hhamalekum: *habitantem* inde a ″ Chavila *usque* quà venis ″ Schurem, qui est è regione Ægypti.
8 Sed cepit ″ Agagum regem Hhamaleki vivum: cùm totum ejus populum internecioni devovisset acie gladii.
9 Itaq; clementia usus Schaul cum populo erga Agagũ, & erga opimos gregum & armentorum, etiam secundarios, & erga ovium duces & erga quicquid bonum erat, noluerunt internecioni devovere ea: tantùm omnem rem contẽptibilem & [b] tabescentẽ, eam internecioni devoverunt.
10 Quapropter fuit verbum Jehovæ ad Schemuelem, dicendo:
11 ″ Pœnitet me constituisse Schaulem in regem, quia [c] aversus est a sequẽdo me, & verba mea non præstitit: quod [d] displicuit Schemueli adeò ut clamaret ad Jehovam tota illa nocte.
12 Deindé surgente Schemuele *ut iret* obviam Schauli mane: nunciatũ est Schemueli dicendo, venerat Schaul ″ Carmelum, ubi ecce ″ constituerat sibi [e] stationem: sed deflectens transivit ac descendit Gilgalem.
13 Quò veniẽte Schemuele ad Schaulem: ″ dixit ei Schaul, benedictus esto Jehovæ, præstiti verbum Jehovæ.
14 Cui dixit Schemuel, quid ergo *sibi vult* vox pecudum istarum [f] *personans* aures meas? & vox ista armentorum quam ego audio?
15 Dixit verò Schaul, ab Hhamalekitis adduxerunt ea populus, qui clementia usus est erga opimos gregis & armenti, ad sacrificandum Jehovæ Deo tuo: reliduum autem internecioni devovimus.
16 Tum dixit Schemuel ad Schaulem, desine, ut renunciem tibi quod elocutus est mihi Jehova hac nocte: qui dixit ei, loquere.
17 Dixit ergo Schemuel, nónne cùm parvulus *videbaris* in oculis tuis, caput tribuum Jisraëlis fuisti: & unxit te Jehova in regem super Jisraëlẽ?
18 Et mittens te Jehova in iter: dixit, abi, & internecioni devoveto peccatores istos Hhamalekum, & oppugnato eum, usque adeò ut *tui* isti consumant eos?
19 Quare ergo non auscultasti voci Jehovæ, sed contendens ad prædã, fecisti quod malum *videtur* in oculis Jehovæ?

a Heb. a viro usq; ad mulierem &c.

b Heb. lique scentem.

c Heb. a post me.

d sic accipitur Gen. 31, 35.

e Hebr. spatiũ, sive locum.

f Heb. in auribus meis.

20 Dixit vero Schaul ad Schemuelem, imò auſcultavi voci Jehovæ: & ambulavi in iter quò miſit me Jehova: adduxi quidem Agagum regem Hhamaleki: ſed Hhamalekum internecioni devovi.

21 Accepit verò populus de præda illorũ greges & armenta, præſtantiſſimum illius anathematis: ad ſacrificandum Jehovæ Deo tuo Gilgale.

22 At dixit Schemuel, an delectatur Jehova holocauſtis & ſacrificiis, ut cùm auſcultatur voci Jehovæ? ecce auſcultare *eſt* melius ſacrificio: attendere, adipe arietum.

23 Quin *ſicut* peccatum divinationis *eſt* rebellio: & *ſicut* ſuperſtitio & idola *eſt* repugnantia: quia ſpreviſti verbum Jehovæ, ſprevit ſimiliter te ne ſis Rex.

24 Tum dixit Schaul ad Schemuelem, peccavi quòd tranſgreſſus ſum
g Heb. os. [g] præſtitutum Jehovæ & verba tua: ſed timui populum: ideò auſcultavi voci eorum.

25 Nunc autem, condona, quæſo, peccatum meum: & [f] revertere mecum, ut incurvem me Jehovæ.

26 Dixit verò Schemuel ad Schaulem, non revertar tecum: nam ſpreviſti verbum Jehovæ: ideò ſprevit te Jehova, ne ſis rex ſuper Jiſraëlem.

27 Itaque divertit Schemuel ut abiret: quare apprehẽdit *Schaul* alam pallii ejus, ita ut laceraretur.

28 Tum dixit ad eum Schemuel: laceravit Jehova regnum Jiſraëlis a te hodie: ut det ipſum proximo tuo, qui melior *eſt* te.

29 Quin etiam [f] qui *eſt* æternitas Jiſraëlis nõ committet mendaciter, neque pœnitebit eum: non enim homo *eſt* ut pœniteat eum.

30 Tandem eo dicente: peccavi: jam honora quæſo me coram ſenioribus populi mei & coram Jiſraële: & revertere mecum, ut incurvem me Jehovæ Deo tuo:

b Hebr. poſt Schaulem. 31 Reverſus Schemuel [h] ſecutus eſt Schaulem, & incurvavit ſe Schaul Jehovæ.

32 Deinde dicẽte Schemuele, admovete ad me Agagum regem Hha-
i Heb. in deliciis. maleki: ivit ad eum Agag [i] delicaté *cultus*: dicebat enim Agag, certè [f] receſſit amaritudo mortis.

33 Sed dixit Schemuel, quemadmodũ orbavit mulieres gladius tuus: ſic orbabitur inter mulieres mater tua: dilaniavitq; Schemuel Agagum coram Jehova Gilgale.

34 Tum abiit Schemuel Ramam: Schaul verò aſcendit in domũ ſuam Gibhham Schaulis.

ANNOTATIO.

2 *Viſitavi*] id eſt recognovi, & viſitare ſtatui: vide annotata Gen. 21. 1. 4 *Telajimis*] in agro Telemi oppidi tribus Jehudæ, de quo Joſ. 15. 24. *Virorum Jehudæ*] cauſam exigui iſtius numeri vide ſupra 11. 8. in annotatione. 6 *Kenæis*] qui in finibus Jehudæ & Hhamalekitarum habitabant Jithronis gentiles Judic. 1. 16. *Abite*] congeries aſyndetos celeritatis index: vide Gen. 18. 6. *Benignitatem*] quæ Exodi 18. deſcribitur & Num. 10. 29. & ſequentibus. 7 *Habitantem*] non deſcribit terminum quem depopulatus eſt Schaul: ſed iſti tantùm cæſi ſunt: vt apparet ex iſtis occupabant, qui Schauli occurrerant: Non enim omnes Hhamalekitæ: ſed iſti tantùm cæſi ſunt: vt apparet ex iſtis 30. *Chavila*] regione Arabiæ. *Schurem*] terminum Arabiæ verſus Ægyptum, de quo Gen. 16. 17. & 25. 18. 8 *Agagum*] vide annotata Num. 24. 7. 9 *Secundarios*] id eſt, minus præſtantes: ſed non macilentos & contemptibiles: hanc genuinam eſſe hhebraicæ vocis ſignificationem, quicquid alii dicant, docent literarum ordo & vocalium

& vocalium notæ. *Ovium duces*] ut commodius greges suis ducibus assuefactos, abducere possent: ita autem accipiendum esse Hebræam vocem docet perpetua apud Prophetas metaphora, qua duces hominum hâc appellatione obtinent: ut 2. Reg. 11. 4. & 20. Jechezkel. 39. 18. 11 *Pœnitet me*] humanitus dictum, ut Gen. 6. 6. quod ostendit infrà ver. 29. & 16. 1. 12 *Carmelum*] oppidum Jehudæ, quod redeunti ab Hhamalekitis in itinere erat Jehos. 15. 55. *Constituerat sibi stationem*] id est, cum exercitu constiterat ut recrearetur a labore. 13 *Dixit ei Schaul*] obviam ei profectus ut eum exciperet: ut apparet ex ℣. 25. & sequentibus. 17 *Cùm parvulus*] vide supra 9. 21. 25 *Et revertere*] vide Ruth. 1. 22. in annotatione: & sic sequentia. 29 *Qui est æternitas*] periphrasis Dei ad sermonem suum accommodata: quasi dicat, Deus qui naturâ æternus est, æternum se populo suo usquequaque exhibet: ac proinde in æternum te de regno dejicit & Davidem evehit. 32 *Certè recessit*] id est, periculum mortis evasi, quandoquidem ab armato rege ad senem prophetam abducor.

Caput XVI.

Schemuel ex Dei mandato, omisso Schaule, Beth-Lechemum specie convivii ad Jischajum profiscitur, & Davidem ejus filium in regem consecrat: quem Deus regali spiritu instruit: Schaulem vero malo spiritu agitatum ad Davidis operam adhibendam incitat.

1 POSTEA non perrexit Schemuel inviſere Schaulem
usque ad diem mortis suæ: cùm luxisset Schemuel de
Schaule: & Jehovâ pœnituisset regẽ constituisse Schau
2 lem super Jisaëlem.
Nam dixit Jehova ad Schemuelem: quousque lugeres de Schaule, cùm ego spreverim eum ne regnet su
per Jisraëlem? imple cornu tuum oleo, & abi *quò* mitto te ad Jischajum
Beth-Lechemitam, nam prospexi inter filios ejus mihi de rege.
3 Cui dicente Schemuele, quo modo irem? audiens enim Schaul occi-
deret me: dixit Jehova, vitulam armenti accipito in manu tua & dicito,
ad celebrandum convivium Jehovæ veni.
4 Et invitato Jischajum ad illud convivium: ego autem ostendam tibi
id quod facturus es, ut ungas mihi quem dixero tibi.
5 Cùm itaq; Schemuel faciens quod edixerat Jehova adveniret Beth-
Lechemum: trepidi accurrerunt seniores civitatis obviam ei, & dicebat
quisque, prosperéne advenis?
6 Qui dixit, prosperè, ad celebrandum convivium Jehovæ veni, com-
parate vos ut veniatis mecum ad illud convivium: similiter jussit com-
7 parare se Jischajum & filios ejus, & invitavit illos ad illud convivium.
Fuit autem ingredientibus illis, cùm videret Eliabum: ut diceret,
utique coram Jehova *est* unctus ejus.
8 Edixit verò Jehova Schemueli, ne respicito ad speciẽ ejus, aut ad alti-
tudinẽ staturę ejus, nã respui eũ: nõ enim *specto* quod spectare solet homo,
nã homo spectat *quod est* ob oculos, sed Jehova spectat *quod est* in animo.
9 Deinde vocans Jischai Aminadabum, jussit eum transire ante Sche-
muelem: qui dixit, neque hunc elegit Jehova.
10 Tũc jussit Jischai transire Schãmã: qui dixit, neq; hũc eligit Jehova.
11 Sic jussit Jischai transire septem filios suos coram Schemuele: sed di
cebat Schemuel ad Jischajum, non elegit Jehova istos.
12 Deniq; dicenti Schemueli ad Jischajum, an absolverunt *transire* pu-
eri? dixit, adhuc reliqu *est* minimus qui ecce pascit gregẽ: edixit ergo Ji-
schajo, mitte & assume eum, non enim deflectemus donec venerit huc.
13 Mittens itaque adduxit eum (erat autem rufus cum pulcritudine o-

a Hebr. pax advenire tuum: sic infrà ℣. 6.

b Qui & Elihu 1 Chrõ. 17. 18.

c qui idem Schimhha. 1. Chron. 2. 13. & 2. Scham. 13. 3

culorum & decoro aſpectu): & dixit Jehova, ſurgens unge eum, quia hic ille eſt.

14 Cùm ergo Schemuel accepto cornu olei, ″ unxiſſet eum in medio fratrum ejus, ″ irruens ſpiritus Jehovæ in Davidem, *egit eum* a die illo & deinceps: ″ Poſteà ſurgens Schemuel abiit Ramam.

15 Nam ſpiritus Jehovæ receſſerat a Schaule: perturbabatque eum ſpiritus malus a Jehova.

16 Quapropter dicentibus ſervis Schaulis ad eum: ecce jam ſpiritus Dei malus perturbat te:

b Hebr. coram te. 17 Edicat, quæſumus dominus noſter ſervis tuis [b] adſtantibus tibi, ut perquirant aliquem ſcientem, pulſantem cytharam: eritque cùm ineerit tibi ſpiritus Dei malus, ut eo pulſante manu ſua, benè ſit tibi.

c Heb. bene facientes pulſando. 18 Edixit Schaul ſervis ſuis, proſpicite mihi jam de aliquo [c] benè pulſante quem adducatis ad me:

19 Tum reſpondens unus ex ejus pueris dixit, ecce proſpexi, filius eſt Jiſchai Beth-Lechemitæ ſciens pulſare, & ″ valens robore, & vir bellicoſus, rerumque intelligens ac vir formoſus: denique Jehova *eſt* cum eo.

20 Quapropter Schaul miſſis nũtiis ad Jiſchajum: edixit, mitte ad me Davidem filium tuum, qui *eſt* cum grege.

d Heb. aſinũ panis. 21 Accipiens verò Jiſchai aſinum [d] *cum* pane, & utrem vini, hœdumque capris unum: miſit per Davidem filium ſuum ad Schaulem.

22 Cumque veniſſet David ad Schaulem ″ ſtabat coram eo: dilexitque eum valde, adeò ut eſſet ei armiger.

23 Mitteretque Schaul ad Jiſchajũ, qui diceret: ſtet, quæſo, David coram me: nam invenit gratiam in oculis meis.

24 Erat enim cùm ineſſet ſpiritus Dei Schauli, ut David accipiens cytharam pulſaret manu ſua: unde [e] reſpirabat Schaul, & benè erat ei, recedente ab eo ″ ſpiritu illo malo.

e Heb. reſpiratio erat Schauli.

ANNOTATIO.

1 *Poſteà &c.*] hunc verſum ad ſequentia pertinere res ipſa docet. *Inviſere*] ut anteà ſolitus erat, regis inſtruendi cauſa. Sic accipitur idem verbum 2. Reg. 8. ℣. vltimo. *Uſque ad diem mortis*] id eſt, nunquam: vide Gen. 47. 26. *Cùm luxiſſet*] id eſt pro facto, quod ſibi diſplicebat, apud Deum interceſſiſſet ſuprà 15. 11. nam fieri non poteſt, ut audita Dei irrevocabili ſententia, & ea ipſius nomine Schauli pronunciata ſuprà 15. 29. precibus contenderit ut reſcinderetur. 3 *Ad celebrandum convivium*] ſic eadem vox pro convivio accipitur ſuprà 9. 12. & 13. & infrà hoc capite. Quod autem additur Jehovæ, ad ſacrificia referendum non eſſe vel inde apparet, quòd intra domeſticos Jiſchai parietes celebrabatur: cùm nulla publica aut privata ſacrificia ex lege alibi quàm in loco à Deo deſignato: vel temporibus corruptis, alibi quàm in excelſis offerri poſſent: ſed ideò additur Jehovæ, ut intelligatur ex mandato Jehovæ ad rem aliquam divinam eſſe inſtitutum. 6 *Juſſit comparare*] Declarando ei conſilium Dei de eligendo rege ex filiis ejus: quod oſtendit finis verſiculi 9. 10. & 11. 7 *Utique coram Jehova*] id eſt probatus eſt Jehovæ in regem, ut Judic. 18. 6. imprudenter dictum, quod ſequentia corrigunt: quale eſt Nathanis 2. Schem. 7. 3. 12 *An abſolverunt*] ſimilis eſt locutio, Matth. 10. 23. *Deflectemus*] ad convivium. eodem ſenſu accipitur, idem verbum, Gen. 42. 24. *Unxiſſet*] præeunte explicatione voluntatis Dei: vide 2. Schem. 5. 2. 14 *Irruens ſpiritus Jehovæ*] de quo ſuprà 10. 6. qui a Schaule receſſiſſe dicitur proximo verſu. *Poſteà*] unde Davidem colligitur eum vide & celebrato convivio. 19 *Valens robore*] Ex his quorum nomine hic commendatur David colligitur eum jam antè Peliſchtæum interfeciſſe, vnde apparuit ipſum eſſe bellicoſum, & Deum adeſſe ei. 22 *Stabat coram eo*] id eſt, miniſtrabat ei: ut explicatur Deut. 10. 8. ſic verſu 23. 24 *Spiritu illo*] id eſt, lymphationibus, quæ ab illo ſpiritu malo proficiſcebantur, tunc temporis ceſſantibus: metonymia.

CAPUT XVII.

Schaule caſtra habente ex adverſo Peliſchtæorum, qui armati irruperant: monſtroſæ magnitudinis Goljath armis munitiſſimus per quadraginta dies in medium prodit, ſeſe offerens ad decernendum

decernendum de victoria, singulari certamine: sed tandem ab adolescente inermi Davide, fide munito, victus occiditur, & Philischtæorum copiæ funduntur.

1 CUM enim cõgregantibus Philischtæis castra sua ad bellũ,
congregata fuissent ″ Socuntem, quæ est Jehudę: & me-
2 tata inter Sochuntẽ, & Hhazekã, in [a] Ephes-Dãmimis.
Schaul verò & Jisraëlitæ cõgregati castris positis ad
3 cõvallem querceti: instruxissent aciẽ cõtra Philischtęos.
Consistentibus Philischtæis in monte hinc, Jisraëlitis
verò consistentibus in monte inde: ubi vallis erat inter eos:
4 Egressus erat quidam [b] duellator e castris Philischtæorum Goljath no
mine Gatho *oriundus*: cujus altitudo erat sex cubitorum cum spithama.
5 Galea autem chalybea super caput eius, & lorica squamata erat in-
dutus: (cujus loricæ pondus *erat* quinquies mille siclorum), e chalybe.
6 Et tibialia chalybea *erant* super pedes ejus: & humerale chalybeum
inter humeros ejus.
7 Hastile autẽ hastæ ejus simile *erat* jugo textorum, & [c] mucro ferreus
hastæ ejus sexcentorũ siclorũ erat: & qui scutum ferebat antecedebat eũ.
8 Qui subsistens clamabat ad acies Jisraëlitarum & dicebat eis, quare
proditetis instruendo aciem? an non ego sum Philischtæus unus? vos ergo
servi Schaulis seligite vobis virum qui ″ descendat ad me.
9 Si prævalebit pugnando contra me ita ut percutiat me, utique simus
vobis servi: sin autem ego prævaluero ei, ita ut percutiam eum, vicissim
estote nobis servi, ″ omnino servietis nobis,
10 ″ Dicebat præterea Philischtæus ille, egó*ne* probro affecero acies Jis-
raëlitarum hodie? date mihi virum ut pugnemus simul.
11 Cumque audisset Schaul & totus Jisraël verba illa Philischtæi: con-
sternati timebant valde.
12 ″ David autem ille filius viri Ephrathæi e Beth-Lechemo Jehudæ:
(huic nomen Jischai, erantque ei ″ octo filii: & vir ille temporibus Schau
lis senuerat, profectus inter homines *senes*.
13 Abeuntesque tres filii Jischai maximi sequebantur Schaulem in isto
bello: nomenq; trium filiorum ejus qui iverant in istud bellum *erat* Eliab
primogeniti, secundi autem ab eo Abinadab, & tertii Schamma).
14 David, inquã, ille ″ minimus: cùm tres maximi sequerẽtur Schaulẽ.
15 David, inquam, ibat & redibat [d] a ″ comitatu Schaulis: ad pascendũ
gregem patris sui, Beth-Lechemum.
16 Appropinquaverat autem Philischtæus ille [e] mane & vespere: & stite
rat se quadraginta diebus.
17 Cùm dixit Jischai Davidi filio suo, accipe nunc pro fratribus tuis e-
pham hanc aristarum tostarum, & decem hos panes: & [f] celeriter depor-
tato in castra ad fratres tuos.
18 Decem verò caseos istos lacteos deferto ad pfectũ Chiliadi *eorum*: &
fratres tuos visitãs *cognoscito* de [g] psperitate *eorũ*: & ″ arrhã ab eis accipito.

a Idem Pas-Dammima. 1. Chrõ. 11. 13.

b Hebr. vir qui inter duos: supple, pugnã singularem decerni po stulabat infrà 8. 9. & 10. ℣. alii in ter duo: sub audi castra: sic infrà 23. ℣.

c Heb. lamina: vide Gen. 3. 24.

d Heb. de eũ Schaule.

e Heb. infinitivi verborũ sunt positi p adverbiis.

f Hebr. fac currere.

g Heb. pace, ut infrà 22.

19 Schaul autem cum ipſis, & omnes Iſraëlitæ in convalle querceti erant: bellantes contra Peliſchtæos.

20 Itaque ſurgens David mane deſerto grege penes cuſtodem, aſſumpſit *ea* & abiit, quemadmodũ præceperat ei Iiſchai: pervenitq; ad plauſtrorum ambitũ cum exercitus prodiret in aciẽ, & vociferarẽtur ad pliũ.

h Heb. acies adverſus aciem.

21 Nam inſtruxerat ſe Iiſraëlitarum & Peliſchtæorum acies [h] altera adverſus alteram.

22 Quapropter David deſerens impedimenta a ſe in manu cuſtodis impedimentorum, cucurrit in ipſam aciem: & adveniens interrogavit fratres ſuos de proſperitate.

23 Ipſo autem loquente cum eis, ecce vir ille duellator aſcendebat, Goliath Peliſchtæus nomine, oriundus Gatho, ex aciebus Peliſchtæorum, & loquebatur hujuſmodi verba: quæ audivit David.

24 Singuli autem Iiſraëlitæ cùm viderent iſtum virum: fugiebant a facie ejus, adeò metuebant valde.

25 Et dicebat quiſque Iiſraëlita, nónne vidiſtis hunc virum qui aſcẽdit, ad probro afficiendum Iiſraëlem aſcendere? erit tamen *ut* virum illũ qui percuſſerit eum, ditet rex divitiis magnis, & filiam ſuam det ei, & domũ paternam ejus efficiat immunem in Iiſraële.

26 Tũc allocut⁹ eſt David hõines qui adſtabãt ſibi dicẽdo: quid fieret viro qui percuteret Peliſchtæũ illũ, & auferret opprobriũ ab Iiſraële: quis enim *eſt* Peliſchtæ⁹ præputiatus iſte, q; probro afficit acies Dei viventis?

27 Cui locutus eſt populus ille in eandem ſententiam dicendo: ita fiet viro illi qui percuſſerit eum.

28 Audiebat autem Eliab frater ejus maximus, cùm alloqueretur viros illos: quare Eliab accẽſus ira in Davidem dixit, quorſum deſcendiſti, aut penes quẽ deſeruiſti pauculas illas pecudes in deſerto? ego novi arrogantiam tuam & nequitiã animi tui, te ad inſpiciendũ hoc bellũ deſcendiſſe.

29 Dixit verò David, quid feci nunc? nonne negotium fuit?

i Heb. a prope eum.

30 Deinde deflectens [i] ab eo verſus alium, locutus eſt in eandem ſententiam: reſponderuntq; populus in ſententiam priorem.

31 Cumq; auditi fuiſſent ſermones quos loquebatur David: indicatis illis præſente Schaule aſſumpſit eum.

k Hebr. cor hominis.

32 Dicẽte verò Davide ad Schaulẽ, ne cõcidat [k] animus ullius propter iſtum: ſervus tuus iturus eſt & pugnaturus contra Peliſchtæum iſtum.

33 Dixit Schaul ad Davidem, non prævaleres eundo ad Peliſchtæũ iſtũ, ut pugnes cõtra eum: puer enim es, ipſe verò vir bellicoſus a pueritia ſua.

34 Tum dixit David ad Schaulem, paſcente ſervo tuo patri ſuo gregẽ: cùm accedens leo aut urſus, auferret parvam pecudem e grege,

35 Egreſſus perſequebar illũ, ut percuterẽ eũ, aut eripere ex ore ejus, inſurgẽtẽ verò in me prehẽdebã eũ barba, & percutiens morte afficiebã eũ.

36 Tum leonem tum urſum percuſſit ſervus tuus: & eſſet Peliſchtæus præputiatus iſte ut unus ex eis, cùm probro affecerit acies Dei viventis?

37 Di-

37 Dicebatque David, Jehova qui eripuit me [l] a leone, & ab urso, idem eripiet me e manu Pelischtæi istius: tum dixit Schaul ad Davidem, abi & Jehova *sit* tecum.

38 Jusserat autem Schaul Davidem ″ indui armis suis, & imposuerat galeam chalybeam capiti ejus: jusseratque eum indui lorica.

39 Cùm itaque David accinctus gladio suo super arma sua vellet incedere, cùm non expertus esset: dixit David ad Schaulem, non possum incedere cum istis, quia non sum expertus, amovitq; ea David a se.

40 Et accepto baculo suo in manu sua, elegit sibi quinq; læves lapides ex [m] valle, quos imposuit instrumento pastorali quod habebat, id est, peræ, funda autẽ ejus erat in manu ejus: sic appropinquabat ad Pelischtæũ.

41 Similiter Pelischtæus [n] continenter pergebat appropinquare ad Davidem: viro illo, qui ferebat scutum, præcedente eum.

42 Cumque intuitus Pelischtæus videret Davidem, spernebat eum: eò quòd esset puer & rufus cum pulcritudine aspectus.

43 Quam ob rem dicebat Pelischtæus ille ad Davidem, an canis sum quòd venis contra me cum ″ baculis? maledicebatq; Pelischtæus ille Davidi per deos suos.

44 Deinde cùm dixisset Pelischtæus ad Davidem: accede ad me, ut tradam carnem tuam volatilibus Cœli & bestiis agri:

45 Dixit David ad illum Pelischtæum, tu venis ad me cum gladio & cũ hasta & cum ″ humerali: ego verò venio ad te in nomine Jehovæ exercituum, Dei acierum Jisraëlitarum, quem probro affecisti.

46 Hoc ipso die dedet te Jehova in manum meam, ut percutiens te amoveam caput tuum a te, & tradam cadavera exercitus Pelischtæorum hoc ipso die volatilibus Cœli & bestiis terræ: ita cognoscent *incolæ* totius terræ Deum esse pro Jisraële.

47 Et cognoscent tota congregatio hæc, non gladio aut hasta Jehovã servare: nam ″ Jehovæ *est* hoc bellũ, ideò tradet vos in manus nostras.

48 Fuit autem cùm ″ surgens Pelischtæus pergeret appropinquare ob viam Davidi: & festinans David procurreret in aciem obviã Pelischtæo,

49 Ut extendens David manum suam ad suum instrumentum, acceptum inde lapidẽ intorqueret funda, & percuteret Pelischtæũ in fronte ejus: ita ″ ut immerso lapide in frontẽ ejus caderet [o] pronus in terram.

50 Cũ itaq; robustior fuisset David Pelischtæo funda & lapide, & percutiens Pelischtæũ ″ morti tradidisset eũ: q̃vis gladi⁹ nõ esset in manu Davidis,

51 Accurrens David stetit super Pelischtæũ, deinde arrepto gladio ej⁹, quẽ eduxit e vagina sua ut morte planè afficeret eũ, amputavit illo caput ejus: quo propter vidẽtes Pelischtæi mortuũ esse fortissimũ suũ, aufugerũt.

52 Surgentes verò viri Jisraëlis & Jehudæ, vociferantes persecuti sunt Pelischtæos ″ usque quà is per vallem, & usque ad portas Hhekronis: ceciderunt quẽ confossi Pelischtæorum per viam *ad* ″ Schahharajima Gathum & Hhekronem usque.

[l] *Heb.* e manu leonis, & e manu ursi, ut Gen. 9.5.

[m] vel torrẽte.

[n] *Heb.* similiter ibat Pelischtæus iens & appropinquans Davidem.

[o] *Heb.* super faciẽ suam.

53 Deinde reversi Jisraëlitæ ab insectando Pelischtæos: diripuerunt castra eorum.

54 "Posteà accipiens David caput Pelischtæi, detulit ipsum Jeruschalaima: arma verò ejus deposuit in" tentorio suo.

55 Cùm autem videret Schaul Davidem obviam procedentẽ Pelischtæo illi, dicebat ad Abnerem principem militiæ, cujus filius est iste puer, Abner? cui dicebat Abner, *ut* vivit anima tua, Rex, non novi.

56 Dicebat verò Rex: interroga tu, cujus filius sit iste adolescens.

57 Quapropter cùm reverteretur David a cæde Pelischtæi, assumens eum Abner adduxit eum in aspectum Schaulis: caput Pelischtæi habentem in manu sua.

58 Ad quem dicente Schaule, cujus filius es ô puer? dixit David, filius servi tui Jischai Beth-Lechemitæ.

59 "Fuitq; cùm absolveret alloqui Schaulem, ut anima Jonathanis devinciretur cum anima Davidis: adeò ut amaret eum Jonathan tanquam

p Hebr. animam suam. P se ipsum.

ANNOTATIO.

1 *Socuntem &c.*] oppida tribus Jehudæ Jehos. 15. 35. Est autem toto hoc capite digressio ad confirmandum verba, quibus Schaulis servi Davidem ei commendabant, suprà 16. 19. 8 *Descendat ad me*] ad singulare certamen. 9 *Omnino servietú*] Verba sunt victoriam sibi præfidenter pollicentis. 10 *Dixit praterea*] cùm videret neminẽ prodire ad singulare certamen quò provocaverat, ut sequens versus ostendit. 12 *David autem ille*] cujus mentionem fecerant servi Schaulis, suprà 16. 19. *Octo*] Propriè filij septem tantùm erant, qui nominantur 1. Chron. 2. 13. 14. 15: hic autem octo ponuntur: quia nepos unus ex aliquo filiorum jam tũ ei natus erat: forte Schammæ filius de quo 2. Schem. 13. 3. nepotes autẽ in scripturis passim filii dicuntur. 14 *Minimus*] eorum qui proprii erant, suprà 16. 12. 15 *A comitatu Schaulis*] hoc est, sæpius a patre ad fratres, qui in isto bello Schaulem comitabantur, mittebatur. 18 *Et arram ab eis accipito*] id est, symbolũ aliquod ab eis, quod me de prosperitate eorum certiorem reddat, tecum deportato. 20 *Ad plaustrorum ambitum &c.*] id est ad locum impedimentorum, quibus castra circumvallata erant ut infra 26. 5. synecdoche: plaustra pro omni impedimentorum genere. 22 *Impedimenta*] id est, ea quæ ad fratres & ducem militarem ducebat. 23 *Hujusmodi verba*] qualia commemorata sunt versu 8. 26 *Quid fieret*] q.d. quid tantis præmiis opus est ad fortem Jisraëlitam incitandum: etiam sine præmio ineundum est certamẽ duabus de causis: prior a persona hostis iniurii & alieni a Deo ac fœdere ejus: posterior a dignitate eorum qui afficiuntur injuria, quorũ probra in se recipit Deus. 27 *Ita fieri*] q.d. unus etiam sine præmio certandum sit: nihilo minus tamen certum est præmium propositum. 29 *Quid feci*] subaudi, cujus nomine nunc arrogantiæ me damnas. *Negotium fuit*] cujus cõficiendi causâ huc me misit pater. 34 *Pavam pecudem*] Ita reddidimus, Chaldæum paraphrasten & duos codices manu scriptos secuti: alioquin pro hac voce in vulgatis exemplaribus legitur: & auferebat hoc è grege: mutatâ unâ literâ, proclivi lapsu. 38 *Armis suis*] id est, Davidi datis a Schaule & ipsius corpori accommodatis: nam tanta fuit Schaulis proceritas, ut arma ipsius, Davidi convenire non potuerint. 43 *Cum baculis*] Indefinitè dictum: plurale pro singulari, ut Gen. 21. 7. & alibi frequenter. 45 *Humerali*] armis ad corpus tegendũ pertinentibus: synecdoche. 47 *Jehova est*] Vos Jehovæ bellum infertis: nos pro eo gerimus. 48 *Surgens*] se expediens & ad conflictum comparans, ut Gen. 37. 17. 49 *Immerso*] id est altius infixo, ea facilitate qua fuisset in aquas immersus. 50 *Mortis tradidisset*] id est, lethale vulnus inflixisset ei. 52 *Usquequò is*] id est, per iter totius vallis, cujus meminit suprà versu 3. *Sarajsima*] oppidum in finibus Jehudæ. de quo Jehos. 15. 36. 54 *Posteà*] non videtur hoc statim a victoria factum, sed diu posteà: tum fortassis cùm arca Dei ipso jam rege constituto Jeruschalaima translata est, & ei ibi tentorium erectum 2. Schemu. 6. 17. prolepsis est, ut Exodi 16. 33. *Tentorio suo*] id est, quod arcæ Dei ipse retenderat, ibidem & 1. Chron. 15. 1. & seq. versibus. 59 *Fuitq;*] hunc versum cum superioribus conjungendũ esse ipsius initiũ docet.

CAPUT XVIII.

David Schaulis citharœdus, & Jonathani fœderatus satellitio regis præficitur: & ita se gerit ut ipsius administratio omnibus probata a puellis publico cãtico administrationi Schaulis præferatur. Unde in Davidem Schaul odio tanto exarsit: ut ejus mortem apertè primùm, deinde insidiosis consiliis, deferendo honores & affinitatem promittendo periculosis conditionibus quæsiverit: quæ omnia pericula singulari Dei providentia superavit.

1 ITAQVE assumpsit eum Schaul" die illa: nec permittebat eum redire domum patris sui.

a Hebr. animam suam suprà 17. 59. 2 "Deinde pepigit Jehonathã cum Davide fœdus: eo quòd amaret eum tanquam a se ipsum.

3 Et

3 Et exuens se Jehonathan pallio, quo erat indutus, tradidit illud Davidi: & vestes suas, & tũ gladiũ suũ, tum arcũ suũ, tum deniq; baltheũ suum.
4 Cumque prodiens David ad quæcunque mittebat eum Schaul, secundaretur, præposuit eum Schaul viris militaribus: bonusque videbatur in oculis totius populi, ac etiam in oculis servorum Schaulis.
5 Sed fuit ″ redeũtibus illis, cùm reverteretur David a cæde [b] Pelischtæo rum, ut prodirent fœminæ ex omnib. civitatibus Jisraëlis ad cantãdum, & earũ choreæ obviã Schauli Regi cũ tympanis præ lætitia, & cũ panduris.
6 ″ Respondebant autẽ fœminæ ludẽtes & dicebant: percussit Schaul millia sua, at David myriadas suas.
7 Quapropter accensa est *ira* Schauli valde, mala enim videbatur in oculis ejus hæc res ac dicebat, tribuerunt Davidi myriadas, mihi verò tribuerunt millia, & quid *tribuant* amplius ei? utique ipsum regnum.
8 Et ″ configebat Schaul oculos in Davidem, ab eo die & deinceps.
9 Fuit enim postridie cùm irruente spiritu Dei malo in Schaulem ″ prophetico more ageret domi suæ, & David pulsaret manu sua eo die ut antea: (erat autem hasta in manu Schaulis).
10 Ut jacularetur Schaul hastam: ″ dicebat enim percutiam Davidem usque ad parietem: sed deflexit David metu illius bis.
11 Deinde metuens Sahaul propter Davidem: eò quòd esset Jehova cũ illo & a Schaule recessisset,
12 Amovit eum Schaul a se, constituitque eum sibi ″ præfectum Chiliadi: ut ″ procederet & veniret ante populum.
13 David autẽ in omnib. viis suis secundabatur: quia Jehova *erat* cũ eo.
14 Cumq; videret Schaul eum secundari valde: formidabat ab eo.
15 Totus verò Jisraël & Jehuda amabat Davidem: quia ipse procedebat & veniebat ante eos:
16 ″ Itaque dixit Schaul ad Davidẽ, ecce filia mea major Merab, ipsam daturus sum tibi in uxorem, tantùm esto mihi [c] strenuus & gere bella Jehovæ: (Schaul enim dicebat, ne sit manus mea contra eum, sed sit contra eum manus Pelischtæorum).
17 Dixit verò David ad Schaulem, ″ quis *sum* ego? aut quis *autor* vitæ meæ: *aut* familia patris mei in Jisraële, ut sim gener regi?
18 Fuit autem quo tempore daturus erat Merabam filiam Schaulis Davidi: ut ipsa daretur ″ Hhadrieli ″ Mecholathæo in uxorem.
19 Sed amabat Mical filia Schaulis Davidem: quod cùm nuntiarent Schauli, rectum visum est in oculis ejus.
20 (Dicebat enim Schaul, dem eam illi ut sit ei in ″ tendiculam, & sit contra eum manus Pelischtæorum): dixitque Schaul ad Davidem, per [d] alteram te affinitate conjunge mecum ″ ista die.
21 Præceperat autem Schaul servis suis, alloquimini Davidem ″ clàm dicendo, ecce delectatur te rex, & omnes servi ejus amant te: nunc ergo junge te affinitate cum rege.

b Hebr. Pelischtæi: Enallage numeri frequẽtissima, ut Gen. 25. 19. & sequẽtibus: sic infrà 19. 5.

c Heb. in filiũ roboris.

d Hebr. per duas, id est secundam: numerale cardinale pro ordinali: sic 2 Reg. 15. 32. & alibi.

22 Et eloquentibus servis Schaulis in aures Davidis sermones istos: dixerat David: an *videtur* leve in oculis vestris affinitate jungi cum rege: cùm ego sim vir" pauper & vilis?

23 Quod cùm renunciassent servi Schaulis ei dicendo: hujusmodi sermonibus locutus est David:

24 Edixerat Schaul, sic dicito te Davidi: non delectatur rex dote, nisi ex" centum præputiis Pelischtæorum, ut ultio sumatur de inimicis regis: (Schaul autem cogitabat efficere ut David caderet manu Pelischtęorũ),

25 Renunciantibus igitur servis ejus Davidi sermones istos, recta visa est res in oculis Davidis, ut affinitate conjungeret se Regi: nec dum impleti erant" dies illi,

26 Cùm surgens David abiit ipse cum viris suis & percussit è Pelischtæis ducentos viros: quorum præputia attulit David, pleneque exhibuerunt ea regi, quo affinitate se jungeret Regi: quapropter dedit ei Schaul Micalem suam filiam in uxorem.

27 Videns autem Schaul & experientia cognoscens Jehovam esse cum Davide: & Micalem filiam Schaulis amare illum:

28 Perrexit Schaul metuere a Davide amplius: sic fuit Schaul infestus Davidi omnibus diebus suis.

29 Prodeuntibus enim præfectis Pelischtæorum: erat quotiescunque prodibãt, ut secundaretur David præ omnibus servis Schaulis: & in pretio esset nomen ejus valde.

ANNOTATIO.

1 *Die illa*] qua missis legatis ad Jschajum, petiit ut apud se David relinqueretur: est enim regressio ad historiam intermissam in fine capitis 16. 2 *Deinde*] id est, postquam eum Schaul assumpsisset in aulam amorem (quo inde à cæso Pelischtæo eum prosequebatur) fœdere confirmavit. 5 *Redeuntibus illis*] Schaule, populo, & servis Schaulis ab aliqua alia pugna contra Pelischtæos. 6 *Responderant*] id est, hunc amœbæum versum, Nempe percussit Schaul, &c. alternis canebant, ut Exodi 15.2. *Percussit Schaul*] laude dignus est Schaul: sed decapite majore David. Numerus certus pro incerto. 8 *Configebat*] id est, limis intuebatur, & observabat: et nocere. 9 *Prophetico more ageret*] id est, extra se esset, & spiritu malo actus, ita sermones & actus suos componeret, ut Prophetæ solent acti spiritu bono. 10 *Dicebat*] id est, cogitabat apud se: sic infrà sæpe. 12 *Præfectum chiliadis*] non ut eum eveheret: sed ut eum hostibus interficiendum obiiceret: vide infrà 16. & 24. ℣. *Præcederet & veniret*] vide Num. 27.17. 16 *Itaque dixit*] id est, cùm permanente odio necem Davidis quæreret: propterea verò amore in Davidem ipse deterreretur a perpetranda cæde: fraudulentum hoc consilium suscepit. 17 *Quis sum*] a persona sua, patris & familiæ inæqualitatẽ suam ostendit. 18 *Hhadrieli*] filio Barzillai Sphrajmitæ. 2. Schemu. 21.8. *Mecholathæo*] vide Judic. 7.22. 20 *Intendiculam*] ut explicatur infrà ℣. 24. *die*] id est, intra certum & præfinitum tempus, ut apparet ex ℣. 25. 21 *Clàm*] id est, tanquam ex vobis, ne intelligat consilium ex me profectum esse. 22 *Pauper*] quasi dicat, non esset penes me eam dotem tribuere quæ convenit filiæ regis: non enim accipiebant: sed dabant viri dotem, ut Gen. 34.12. Exodi 22.16. & 17. 24 *Centum præputiis*] Loco dotis, quæ minimùm erat quinquaginta siclorum: vide annota. Exodi 22.17. 25 *Dies illi*] id est, nondum præfinitum a rege tempus elapsum erat: de quo suprà 20. versu.

CAPUT XIX.

Schaulis consilium de interficiendo Davide a Jonathane Davidi retegitur, & eo monitore David Schauli recõciliatur: sed iterum bello a Davide feliciter gesto, Schaul mortem illius quaerit, cujus furori cedens David domum se recepit, in qua circumventus, Micalis astu & operâ evitatur: Schemuelem adit & Prophetarum collegium: ibique a violentia legatorum & ipsius etiam Schaulis, ipsis divinitus repressis, conservatur.

1 LOQVE allocutus est Schaul Jonathanem filium suũ & omnes servos suos de morte afficiẽdo Davide: sed Jehonathan filius Schaulis delectabatur Davide valde.

2 Qua-

2 Quapropter indicavit Jehonathan Davidi dicendo, quærit Schaul pater meus morte afficere te: nunc ergo cave tibi, quæso, ᵛ mane, & considens in occulto absconde te.

3 Ego autem exiens consistam ad latus patris mei in eodem agro ubi tu eris, & ipse alloquar de te patrē meū, & ubi pcepero aliquid, nūtiabo tibi.

4 Alloquens ergo Jehonathan de Davide *bonis* verbis Schaulem patrē suum: dicebat ad eum, ne peccet rex in servum suum in Davidē, quia non peccavit in te, quinimò facta ejus bono sunt tibi valde.

5 Nam cùm exponens vitam suam in manu sua percussit [a] Pelischtęos, & comparavit Jehova salutem magnam toti Jisraëli, vidisti & lætatus es: & quare peccares contra sanguinem innoxium, morte afficiendo Davidem immeritò?

6 Tunc auscultavit Schaul voci Jehonathanis: ita ut juraret Schaul, ut vivit Jehova, non afficietur morte.

7 Quapropter vocans Jehonathan Davidem, indicavit ei Jehonathā omnia verba ista: & reduxit Jehonathan Davidem ad Schaulem, ut esset coram eo [b] sicut anteà.

8 Fuitq; cùm [c] redintegraretur bellū: ut prodiens David ad pugnādū contra Pelischtæos, percuteret eos plaga magna, & fugerent a facie ejus.

9 Deinde cùm inesset spiritus Jehovæ malus Schauli, (erat autem domi suæ desidens, tenens hastam suam manu sua): pulsante Davide manu,

10 Quæsivit Schaul percutere hasta Davidem, [d] *usq;* ad parietem: quo abscedente a facie Schaulis percussit hasta parietem: sic David aufugiens eripuit se nocte illa.

11 Misit autem Schaul legatos versus domum Davidis ad observandū eum, ut morte afficeret eum mane: quod nuntiavit Davidi Mical uxor ejus dicendo: si non eripis [e] te ipsum hac nocte, cras morte afficieris.

12 Cumque demisisset Mical Davidem per quandam fenestram: abiens aufugit & eripuit se.

13 Mical verò assumptam quandam imaginem imposuit lecto, & ᵛ pulvinar caprinum cervicali ejus: quam texit veste *stragula*.

14 Mittente verò Schaule legatos ad capiendum Davidem: dicebat illa, ægrotus est.

15 Tum remisit Schaul legatos illos ad invisendum Davidem, dicens: adducite eum in lecto ad me, ut morte afficiam eum.

16 Sed cùm ingressi essent legati, & ecce quædam imago erat in lecto: & pulvinar caprinum in cervicali eius:

17 Dixit Schaul ad Micalem, quare ita decepisti me & dimisisti inimicum meum, ut eriperet se? dixit Mical ad Schaulem, ipse dixerat mihi, dimitte me, quam ob rem morte afficerem te?

18 David ergo fuga eripiens se venit ad Schemuelem Ramam, indicavitque ei quicquid fecisset sibi Schaul: ᵛ abiitque ipse cum Schemuele, ut considerent Najothis.

[a] *Hebr.* Pelischtæum: vide sup. 18 5. in margine.

[b] *Heb.* sicut heri nudiustertius, ut Gen. 31. 2.

[c] *Hebr.* cùm adiiceret bellū esse.

[d] *Heb.* David dem & parietem.

[e] *Hebr.* animam tuam.

19 Cumque nuntiaretur Schauli dicendo, ecce David est Najothis in Rama:

20 Misit Schaul legatos ad capiendum Davidem: quorum vidit *quisque* congregationem prophetarum prophetantium, & Schemuelē stantem, qui præerat illis: quapropter invasit legatos Schaulis spiritus Dei, ut more prophetico agerent ipsi quoque.

21 Quod cùm nuntiassent Schauli, misit legatos alteros qui more prophetico egerunt ipsi quoq;: ideò remisit Schaul legatos tertios, qui more prophetico egerunt ipsi quoque.

22 Tandem abiens etiam ipse Ramam cùm perveniisset usq; ad cisternam magnam quę est in Schecu interrogabat dicens, ubi est Schemuel & David? cui dixit *quispiam*, ecce Najothis in Rama.

23 Tum abibat illuc Najothas in Rama: sed invasit eum quoq; ipsum spiritus Dei: ita ut [f] continenter pergens prophetico more ageret, usque dum perveniret Najothas in Rama.

[f] *Hebr.* vtiret eũdo & prophetico more ageret.

24 Ubi [g] exuens etiã ipse vestes suas prophetico more agebat ipse quoque coram Schemuele: ita [g] excidit [g] nudatus toto die illo & tota nocte: ideò dicere solent, [g] an etiam Schaul *est* inter Prophetas?

ANNOTATIO.

2 *Mane*] id est, antequam a satellitibus patris mei opprimaris, ut infrà ℣. 11. 13 *Pulvinar caprinum*] ut capillamenti humani specie deciperentur a Schaule missi. 18 *Abiitq;*] ut in prophetarum collegio & Schemuelis cõfortio Davidis animus confirmaretur, & mirificam Dei administrationem, cui ipse fidebat, experiretur, quą ipse ereptus, inimici aversi sunt: fortassis etiam ut in collegio illo velut in asylo tutus a Schaule esset. quod apud quasdam gentes etiam receptum fuisse, historiæ prophanæ docent, & exemplum confirmat, suprà 10. 10. ubi a Philischtæi quidem hostes Jisraëlitarum, cœtum prophetarum agentem Gibhhæ stationis eorum loco, infestarunt. 20 *More prophetico*] vide sup. 18. ℣. 9. sic deinceps, apparet autem eos deposuisse habitum illum militarem, quo capturi Davidem venerant ex vltimo versu hujus capitis. 24 *Exuens*] id est, deponens militarem habitum, de cut fecerant prius ab ipso missi, ut se in speciem prophetæ componeret. *Excidit*q;] id est, extra se raptus effecit, præter expectationem divinitus cohibetur a præstando conatu suo: quod confirmat exemplum Billhamiticum, de Num. 24. 4. *Nudatus*] supple militari habitu quo se exuerat. *An etiam Schaul*] Proverbium est, de eo qui 23. & 24. & Pauli Acto. 9. Est autem hoc proverbium anceps de iis qui aut spiritu Dei impelluntur ad aliquid agendum ut sup. 10. 12. aut de iis qui a præstando avertuntur.

CAPUT XX.

David fugiens Schaulem apud Jonathanem de injuria conqueritur: qua Jonathan audita, cum Davide constituit tempus, locum & rationem, quibus eum de patris animo certiorem faciat, jurejurando veri amici officium perpetuum ei promittit & ab eo restipulatur: Quod postea habita paternæ indignationis & periculi sui ratione fideliter præstans, Davidem liberat, consolatur & confirmat.

1 [h] INTEREA fugiens Dauid Najothis in Rama: venit ac dixit corã Jonathane: quid feci? quæ *est* iniquitas mea? & quod *est* peccatum meum coram patre tuo, quòd quærit [a] vitam meam?

[a] *Hebr.* animam: & sic deinceps.

2 Qui dixit ei: absit, non morieris: ecce non solet pater meus facere quicquam magnum aut quicquã parvum quin revelet mihi in aurem: cur ergo celaret me pater meus rem hanc? non *est* hoc.

[b] *Heb.* noscendo novit: ut infrà 9. ℣.

3 Deinde verò juravit Dauid, (cùm dixisset, [b] certò novit pater tuus me invenisse gratiam in oculis tuis, ideò dixit: ne cognoscat hoc Jehonathan,

nathan, ut non afficiatur dolore) : at certè ut vivit Jehova & vivit anima tua, quasi ″ passus inter me & inter mortem *est*.

4 Dixit verò Jehonathã ad Davidem : eloquere quod sit [c] desyderium tuum & efficiam tibi.

5 Tum dixit David ad Jehonathanem, ecce ″ novilunium est cras, quo ego [d] omnino sedere soleo cum rege ad comedendũ : ″ dimittito ergo me ut abscondam me in isto agro ″ dum erit vespera tertiana.

6 Si recensendo desyderaverit me pater tuus : tum dicito, [e] obnixè excusavit se apud me David ut percurreret Beth-Lechemum in civitatem suam, nam convivium ibi est anniversarium toti ejus familiæ.

7 Si ita dixerit, Bene, pax erit servo tuo : sin autem [f] planè accendetur ei *ira*, scito [g] definitum esse malum hoc ab eo.

8 Hanc exerceto benignitatem erga servum tuum, quandoquidem in ″ fœdus Jehovæ induxisti servum tuum, tecũ : quòd si est in me iniquitas, tu me afficito morte : nam usque ad patrem tuum quare adduceres me?

9 Cui dixit Jehonathan, absit tibi, nam si planè novero definitum esse hoc malum a patre meo ut obveniat tibi, an non illud indicarem tibi?

10 Dixit autem David ad Jehonathanem, quis indicabit mihi : si quid responderit tibi pater tuus duri?

11 ″ Dixit verò Jehonathan ad Davidem, age exeamus in istum agrum : egressíque sunt ambo in agrum illum.

12 Tum dixit Jehonathã ad Davidẽ, ″ ô Jehova Deus Jisraëlis, cùm perve stigavero a patre meo secũdum hoc tẽpus cras *aut* postridie, si ecce bonus fuerit erga Davidẽ : an nõ tunc mitterem ad te, & revelarẽ tibi in aurem?

13 ″ Ita faciat Jehova Jonathani & ita pergat, si bonum videbitur patri meo hoc malũ inferre tibi, ut revelatur [q] sum tibi in aurẽ, & dimissurus sum te cum pace, ″ quò sit Jehova tecum, sicut fuit cum patre meo.

14 ″ Nonne ergo *id facerem* tantisper dum vixero? nonne vicissim exercitus es erga me benignitatem Jehovę *hanc*, quod ″ non moriturus sum.

15 Neque præcisurus es benignitatem tuam a familia mea usque in seculum : ne tunc quidem cùm excindet Jehova inimicos Davidis quemque a superficie terræ.

16 ″ Et requiret Jehova de manu inimicorum Davidis, sic pepigit Jehonathan cum familia Davidis [h] *fœdus*.

17 Similiter [i] de-integro adjuravit Jehonathan Davidẽ præ amore suo erga eum : nam amore [k] sui ipsius amabat eum.

18 Posteà dixit ei Jehonathan, cras est novilunium : & desyderaberis, cùm vacabit sedes tua.

19 Cumque ad [l] triduum abfueris, descendito [m] diligẽter, & venito ad locum illum ubi absconderas te, [n] quo die ″ istud negotium *gestum fuerat* : & consideto juxta lapidem istum, qui *dictus est* ° Ezel.

20 Ego autẽ tres sagittas ad latus ejus jaculabor : [p] emittẽdo ad scopũ.

21 Ecce autem mittens puerum quẽdam *dicendo*, abi inveni sagittas : si [q]

c Hebr. quis sit animus tuus : sic animus pro desyderio Psal. 27. 12. & alibi frequẽter.

d sedẽdo sedere soleo.

e Heb. exorãdo exoravit se a me : sic infrà ℣. 28.

f Heb. accẽdendo accẽdetur.

g Heb. absolutũ : sic 9. ℣. & ℣. 33.

h Eclipsis, ut infrà 22. 8. & 1. Reg. 8.

i Heb. addidit Jehonathan adjurare.

k Heb. animæ suæ.

l Hebr. tertiaveris.

m Heb. valde.

n Heb. in die istius facti.

o Id est, aditus vel aditionis, eo quod ad eum aditurus erat Jehonathã Davidẽ, ut ei negotiũ indicaret.

p Heb. emittẽdo mihi : pleonasmus.

q Heb. dicẽdo dixero.

planè dixero puero, ecce ſagittæ ſunt præter te citerius, aſſumito eum & venito: nam pax tibi erit: nec erit " quicquam, ut vivit Jehova.

22 Sed ſi ita dixero adoleſcēti: ecce ſagittæ ſunt præter te ulterius: abi, quia " dimiſerit te Jehova.

23 Hoc autem verbum quod locuti ſumus ego & tu: (ecce Jehova eſt inter me & inter te), *eſto* uſque in ſeculum.

24 Itaque " abſcondit ſe David in illo agro: fuitque in novilunio: quo ſeſſurus erat Rex ad cibum, ut comederet,

a Heb. ut vice ut vice: ſic Nū. 24.1

25 Ut ſeſſuro rege in ſede ſua ſicut [a] anteà, in ſede ad parietem, " aſſurgeret Jonathan: ſederetque Abner a latere Schaulis: & vacaret locus Davidis.

26 Attamen non eſt locutus quicquam Schaul illo die: dicebat enim, " caſus eſt, non eſt mundus: quia non eſt mundus " *non venit.*

b Heb. a cra ſtino novilunii ſecundo.

27 Sed fuit [b] poſtridie a novilunio, cùm vacaret locus Davidis, ut diceret Schaul ad Jehonathanem filium ſuum: quare nō venit filius Jiſchai tum heri tum hodie ad cibum?

28 Reſpondit autem Jehonathan Schauli: obnixè excuſavit ſe David apud me ut percurreret Beth-Lechemum uſque.

29 Et dixit, dimitte me, quæſo: quia convivium familiæ nobis eſt in ea civitate, & ipſe frater meus " præcepit mihi. nunc itaque ſi inveni gratiam in oculis tuis, proripiam, quæſo, me & inviſam " fratres meos: idcircò non venit ad menſam regis.

e Hebr. filii ipſius contumaciæ.

30 Tum accenſa eſt ira Schaulis in Jehonathanem adeò ut diceret ei, " fili perverſiſſimæ [c]? contumaciſſime, nōne novi te ſeligere filium Jiſchai ad pudorem tuum & ad pudorem nuditatis matris tuæ?

31 Nam quibuſcunque diebus filius Jiſchaii vixerit ſuper terram, non ſtabilieris tu & regnum tuum: quare nūc mitte & captum *adduc* eum ad me: quia [d] reus mortis eſt.

d Hebr. filius mortis.

32 Reſpondens verò Jehonathan Schauli patri ſuo: dixit ad eum, quare morte afficeretur? quid fecit?

33 Tum jaculatus eſt Schaul haſtam ſuam in eum, ut percuteret eum: unde cognovit Jehonathan definitum hoc eſſe a patre ſuo, ut morte afficeret Davidem.

e Heb. in accenſione iræ: ut Exodi 11:8.

34 Quapropter ſurrexit Jehonathan a menſa, [e] accenſus ira: neque comedit in die novilunii ſecundo cibum. dolore enim afficiebatur, propter Davidem: & quia ignominia affecerat ipſum pater ipſius.

35 Fuitque ipſo mane, ut exiens Jehonathan in agrum illum ad tempus conſtitutum Davidi: cum puero parvo ſecum:

f Heb. jaculatus eſt ſagittam trāſmittendo eam.

36 Diceret puero ſuo, curre, inveni jam ſagittas, quas ego jaculaturus ſum: itaque currente puero ipſe [f] jaculando ſagittam ulterius tranſmiſit.

g Heb. locū ſagittæ: periphraſis ſcopi.

37 Cùm autem veniſſet puer uſque ad [g] ſcopum, ad quem jaculabatur Jehonathan: inclamavit Jehonathan poſt puerum dicens, nónne ſagitta præter te ulterius eſt?

38 Præ-

38 Prætereà inclamavit Jehonathan post puerũ citò festina, ne cõsisti-
to: quare collectis puer Jehonathanis sagittis, rediit ad dominum suum.
39 (Ipse autem puer nesciebat quicquam: tantum Jehonathan & Da-
vid conscii erant hujus rei).
40 Et dedit Jehonathan arma sua puero illi, qui erat secum: dixitque
ei, abi, refer in civitatem.
41 Puer ille abibat cùm David surgens è latere [a] meridiano, procidit
pronus in terram, incurvans se tribus vicibus: & osculati sunt [b] alter al-
terum, fleveruntque alter cum altero, donec Davidem [c] erexisset.
42 Cùm diceret Jehonathã Davidi, abi cum pace: *ratum esto* quod ju-
ravimus nos ambo in nomine Jehovæ dicẽdo: Jehova *esto* inter me & in-
ter te, atq; inter semen meum & inter semen tuum, usque in seculum.

[a] *Hebr.* sup faciẽ suam.
[b] *Heb.* vir proximũ suũ.
[c] *Hebr.* magnificasset vel sustulisset: ut psal. 41.9.

ANNOTATIO.

1 *Interea*] dum Schaul divinitus correptus diem & noctẽ Najothis hærebat. 3 *Quasi passus*] præsentissimum est periculum meũ, in quo versor. 5 *Novilunium est eras*] atq; ideò dies solennis epuli. *Dimittito ergo*] quandoquidẽ patris vices eo absente geris, ut ostenditur infrà ℣. 25. nam interea Schaul Najothis hærebat, sup. 19.24. *Dum erit vesper*] id est, nocte illa a qua incipit tertius dies mensis, me abscondam & expectabo dum abs te certior fiam de patris tui erga me animo. 6 *Obnixè excusavit*] vide infrà ℣. 28.29. 8 *In fœdus induxisti*] suprà 18. 2. 12 *Jehova*] Exclamantis cũ admiratione, quasi dicat, Deus bone, fieríne posset ut ego qui adeò te amo, officium illud non præstarem? 13 *Ita faciat*] aposiopesis contrarii per Euphemismum: quasi dicat, ita benedicat ut revelabo, aut maledicat ut non revelabo. *Quò sit*] ut divinæ voluntati inserviam, quę tibi regnum, prius patrĩ meo collatum, adjudicavit. 14 *Nonne ergo*] quasi dicat, cùm te amem: tibi juraverim coram Deo: & ejus cõsilio servire studeam, nõnne totam vitam meam eò conferrem? *Nonne vicissim*] Restipulatio, qua idem officium in se & in posteros suos a Davide postulat. *Non moriturus sum*] id est non afficiar morte, cujus pater meus totã familiam suam ream peregit. 16 *Et requiret*] hysterosis verborum, quam ad perspicuitatem mutavimus. 19 *Ipsud negotium*] liberationis tuæ a manu patris, me intercedente. suprà 19.2. & sequentibus. 21 *Quicquam*] subaudi periculi. 22 *Dimiserit te Jehova*] hoc signo a me dato te abire jusserit: sic docet qua ratione sit præstiturus quod suprà ℣. 13. juravit. 24 *Abscondit*] ad constitutum diem suprà 5. intra quod tempus contigerunt quæ describũtur undecim versibus sequentibus. 25 *Assurgeret*] qui patris vices gesserat eo absente, jam reverso cederet. 26 *Casus est*] aliquis ex iis casibus quibus homines sordidantur: vide Levitic. 11. & sequentibus. *Non Gemit*] subaudi, ad epulum sacrum eucharisticum, quod in novilunio celebrabatur Num. 10.10: ex quo immundis comedere nefas erat Levitic. 7.9. 29 *Præcepit mihi*] ex mandato patris. *Fratres*] id est, cognationem meam, ut alibi passim. 30 *Fili perversissimæ*] ut impurissimus loquitur, in filium adeoque in illius matrem uxorem convitia ingerens turpissima. 41 *E Latere meridiano*] lapidis & agri. *Erexisset*] consternatum animo confirmasset, ut sequens versus ostendit: prout etiam posteà fecit cap. 23.17.

CAPUT XXI.

David discedens a Jonathane ad Achimelecum sacerdotem venit: panes sacros & gladiũ Goliathi ab eo obtinet prospectante Doëgo: Inde Gathum profectus a Pelischtæis agnoscitur, & ad regem adductus amentiæ simulatione evadit.

1  TAQVE surgens abiit: cùm Jehonathan rediret in ci-
2 vitatem.
Adveniente autẽ Davide [a] Nobũ ad Achimelecũ sa-
3 cerdotẽ: trepidus accurrens Achimelec obviã Davidi, dicebat ei, quare tu solus es? & an nemo est tecum?
Dixit verò David Achimeleco sacerdoti: rex præce-
pit mihi aliquid: edixitque mihi, ne quis sciat quicquam de hac re ad quam mitto te, & quam præcipio tibi: ipsis autem pueris condixi locum
cuiusdam [a] N.
4 Nunc igitur quid est [b] penes te? quinque panes tradito in manũ me-
am: aut quod præsto est.

[a] *Heb.* Peloni almoni: vide annotata Ruth. 4.1.
[b] *Hebr.* sub manu tua: sic deinceps

5 Respondit verò sacerdos Davidi dicens: nõ adest panis [c] communis penes me: sed panis sacer adest: [″] si caverint sibi pueri ipsi, utiq; à muliere.

6 Tum respondens David sacerdoti dixit ei: imò verò mulier [″] intercepta est nobis, ut heri nudiustertius: cùm egrederer jam erant [″] instrumenta ipsa puerorum sancta: est enim [d″] ratione communis *penes sacerdotes*: tum etiam eo die cùm sanctificandus est *alius* in eodem vase:

7 Itaque dedit ei sacerdos sanctum: eo quòd nõ esset ibi panis, nisi panes faciei qui amovebantur à conspectu Jehovæ, [″] ad apponendum panem calidum, quo die ille tollebatur.

8 (Erat autem ibi quidam è servis Schaulis eo die [″] detentus coram Jehova, nomine [″] Doeg Adomæus: amplissimus pastorũ qui erãt Schauli).

9 Præterea dixit David Achimeleco: an non est hîc penes te hasta aut gladius? nam nec gladium meum, nec arma mea accepi in manũ meam: quia *erat* verbum regis urgens.

10 Cui dixit sacerdos [e″] postquam applicuisset amiculum, gladius Goljathi Pelischtæi, quem percussisti in convalle querceti, ecce is est involutus panno: si illum accepturus es tibi, accipe: nam non *est* alius præteripsum hîc: cui dixit David, non *est* ei similis: da eum mihi.

11 Itaque surgens David aufugit die illo [f] metu Schaulis & venit ad Achischum Regem Gathi.

12 Dicentibus autem servis Achischi ad eum, nónne hic *est* David [″] Rex istius terræ? an non de hoc respondebant in choreis dicendo: percussit Schaul millia sua: David autem suas myriadas:

13 Reposuit David verba ista in [g] animo suo: timebatque valde ab Achischo rege Gathi.

14 Quapropter mutavit sibi [h″] speciem suam in oculis eorum, & agebat insanum [″] in manu eorum: & signabat valvas portæ, demittebatque salivam suam in barbam suam.

15 Et dixit Achisch ad servos suos: ecce cùm videritis hominem amentem, quare adduxistis eum ad me?

16 Careóne amentibus ego, quòd adduxistis hunc ut amentem agat apud me? hiccine ingrederetur domum meam?

[c] *Heb.* prophani ejus.

[d] *Hebr.* viâ prophani.

[e] *Hebr.* post ipsum amiculum. *suprà 17.2.*

[f] *Heb.* a facie.

Sup.18.6.

[g] *Heb.* in cor suo.

[h] *Heb.* gustũ suum.

ANNOTATIO.

1 *Nobum*] ubi tum tabernaculum Dei erat, atque ideò multi sacerdotes ministrandi causâ ibidem residebant: eratque in tribu Binjaminis prope Hhanathothas, ubi assignata erat habitatio & ager familiæ ifti, Nehemiæ 11. 32. & 2. Reg. 2. 26. 5 *Utique a muliere*] id est, sui sanctificationi studuerint, adeò ut ne ad uxores quidem accesserint. Quæstio est quam sumit sacerdos ex analogia mandati de quo Exodi 19. 15. & ex oraculo Dei de quo infrà ℣. 10. & capite sequenti ℣. 10. quasi dicat, qui rebus sanctis sanctarum, quales sunt hi panes, usuri sunt, hac puritate præditi esse debent, quam Deus a populo ad se accessuro exegerat & nunc quoque mandato exigit. *Intercepta*] id est tanta est celeritas hujus itineris nostri, ut cum uxoribus esse non licuerit: nobis à discessu nostro a quo hic tertius dies agitur. *Instrumenta*] id est, quibuscunque ad iter hoc conficiendum instructi sunt. *Nim ratione*] id est, æquè atque alio pane sacerdotes eo vesci possunt: hæc verba sunt autoris ex Levit. 24. 9. *Etiam*] id est, inde ab ipso die sabbathi ineunte, quo reponendi sunt in suis scutellis recentes, ibidem ℣. & infrà ℣. sequente. 8 *Adomæus*] id est vel ex Adamo oppido Naphtalitarum de quo Jehoschu. 3. 16. & 19. 33. vel potius ex Edomæa oriundus, sed Jisraëlitarum religionem profitens, ut Chittæus infrà 26. 6. & similia. *Detentus*] ut religione sabbathi, aut voto. 10 *Postquam applicuisset*] q. d. de his postulatis Davidis inducus amiculo Deum consuluisset: ita accipienda esse hæc verba docent historia sequẽtis cap. ℣. 10. 12. & 15. Jonathan Chaldæus paraphrastes, & Jeschahhja Hhebræus interpres: Similem locutionem vide Deut. 24. 20. & 21. quem Psalm. 34. 1. Abimelecum vocat communi Pelischtæorum Regum appellatione. 11 *Ad Achischum*] natior, ut Gen. 36. 31. 12 *Rex*] id est gubernator, ut Gen. 20. 2. 14 *Speciem*] id est, gestus, verba, & quicquid cadere potest in hominum sensum: ut collu-

tum nomen a sensu gustus ad visum & auditum, & si qui sunt alii quibus homo hominem explorare potest. *In manu* dum erat in eorum potestate, & captus ad Regem adducebatur: vide initium Psalmi 56.

CAPUT XXII.

David a Peliſchtæis dimiſſus Hhadullami cum copiis & parentibus ad Moabitas proficiſcitur, ſed a propheta monitus Judæam cum ſuo comitatu repetit: Quo audito Schaul a proditione ſibi metuens, ſuos objurgat, abſentem filium accuſat, & delatum Achimelecum & familiam coram ſe a delatore occidi, totamq; civitatem eorum excindi jubet: e quibus ſolus Ebjathar evadens ad Davidem proficiſcitur.

1 ITAQUE abiēs David inde, proripuit ſe ad ſpeluncam "Hhadullami: quo audito, fratres ejus & tota familia patris ejus deſcenderunt ad illum illuc.

2 Congregaverunt quoque ſe ad eum quilibet preſſus angu ſtia, & cuicūque erat exactor, & quiſquis amaro erat animo, ut eſſet ipſis præfectus: ita fuerunt cum ipſo quaſi quadringenti viri.

3 Poſtea abiens David inde "Mitzpam Moabitarum: dixit ad" regem Moabitarum, egreſſi, quæſo, *maneant* pater meus & mater mea vobiſcū, tantiſperdum cognoſcam quid facturus ſit me Deus.

4 Quos deduxit in conſpectum regis Moabitarum: manſeruntque apud eum omnibus diebus quibus fuit David in eo" propugnaculo.

5 Edixit autem propheta" Gad Davidi, ne maneto in iſto propugnaculo: abito & redito in terram Jehudæ: abiens itaque David venit in ſylvam Cherethæ.

6 Tum audiens Schaul recognitum eſſe Davidem & homines qui erāt cum eo: Schaul, inquam, conſidens Gibhhæ ſub nemore in excelſo, cum *haſta ſua in manu ſua, omnibus ſervis ejus adſtantibus ei:

7 Dixit Schaul ſervis ſuis qui adſtabant ſibi, audite jam Binjaminitæ, etiámne vobis omnibus daturus eſt filius Jiſchai agros & vineas? omnésne vos diſpoſiturus eſt præfectos millenis & præfectos centenis?

8 Quòd conjuraſtis vos omnes contra me, neque eſt qui revelaverit mihi in aurem, cùm pangeret *fœdus* filius meus cum filio Jiſchai, neque eſt e vobis qui ægrè tulerit meâ causâ, & revelaverit mihi in aurē: ꝙ" excitaverit filius meus ſervum meum contra me inſidiatorem, ſicut *eſt* hodie? Suprà 18. 2.

9 Reſpondit autem Doeg Adomæus, qui adſtabat cum ſervis Schaulis dicens, vidi filium Jiſchai venientem Nobum ad Achimelecum filium Achitubi.

10 Qui" conſuluit pro eo Jehovam, & viaticum dedit ei: etiam gladium Goljathi Peliſchtæi dedit ei.

11 Tum miſit Rex vocatum Achimelecum filium "Achitubi ſacerdotem, & totam familiam paternam ejus, ſacerdotes qui *erant* Nobi: venerunt ſque omnes ad Regem.

12 Et dixit Schaul, audi jā fili Achitubi: quo dicēte, ecce me, domine mi:

13 Dixit ad eum Schaul, quare conjuraſtis contra me tu & filius Jiſchai: cùm dederis ei panem & gladium, & conſulueris pro eo Deum, ut inſur-

geret contra me insidiator, sicut *est* hodie?

14 Respondens verò Achimelec regi dixit, at quis *est* inter omnes servos tuos sicut David fidus, & gener regis, & incedens in tui obedientia, ac honorabilis in domo tua?

15 *An* eo die cœpi consulere pro illo Deum? ″ absit mihi: ne imponat Rex servo suo quicquam, *aut* ulli e familia patris mei: nam non fuit conscius servus tuus in toto hoc negotio rei parvæ aut magnæ.

a Hebr. moriendo morieris,

16 Attamen dixit Rex: [a] omnino morituris es Achimelec: tu & tota familia patris tui.

17 Dixitque Rex ″ cursoribus qui adstabant sibi: divertite & morte afficite sacerdotes Jehovæ: quia etiã manus eorũ ″ adjuncta est Davidi: & quia scientes eũ fugere, non revelarunt mihi in aurem: sed noluerunt servi regis extendendo manum suam irruere in sacerdotes Jehovæ.

18 Quapropter dixit rex Dojego, diverte tu & irrue in sacerdotes. Divertens ergo Dojeg Adomæus irruit ipse in sacerdotes, & morte affecit eodem die octogintaquinque viros, gestantes ″ amiculum lineum.

19 Nobum quoque civitatem istorum sacerdotum percussit acie gladii tam viros quàm fœminas: tam pueros quàm lactentes: etiam boves & asinos ac parvas pecudes acie gladii.

20 Tamen proripuit se filius vnus Achimeleci filii Achitubi nomine Ebjathar: & ″ fugit post Davidem.

21 ″ Tum nuntiante Ebjathare Davidi, Schaulem occidisse sacerdotes Jehovæ:

22 Dixit David Ebjathari: sciebam eo die, cùm ibi esset Dojeg Adomæus, [b] omnino indicaturum esse Schauli: ego in causa fui, *cur* [c] omnes personas familiæ patris tui.

b Heb. indicando indicaturũ esse

c Heb. in omnem animam: sic Gen. 14.21.

23 Mane mecum: ne time: nam qui quærit vitam meam quærit vitam tuam: sed *in* custodia tu es apud me.

ANNOTATIO.

1 *Hhadullami*] oppidũ est in tribu Jehudæ: de quo Jehosch. 15.35. hujus autem speluncæ meminit etiã 2. Schem. 23.13. & 1. Chronic. 11.15. 3 *Mitzpem*] id est speluncam, φρέαρ vel clusuram vel clusuram, ut Jure consulti vocant Jehos. 11.3. *Regem Moabitarum*] unum ex hostibus Schaulis, ut apparet 1. Schem. 14.48. quo nomine veritimile est regẽ Davidi & copiis ejus, quas persequebatur Schaul, locũ apud se dedisse, ut fecerũt Pelischæi, infrà 27.5. 6 *Cum* 4 *In eo propugnaculo*] in Mitzpa. 5 *Gad*] cujus fit mentio secundi Schẽ. 23. & 1. Chrõ. 21. & 2. Chrõ. 29. *hasta*] quasi paratus ut supplicium sumeret ipse de deprehenso. 8 *Quòd excitaverit*] audiens Davidem ex piis reversum esse in regnum: & videns Jonathanem abesse ex quo in eum hastam vibraverat suprà 20.33. suspicatur conjurationem factam, & sibi insidias parari. 10 *Qui consuluit*] ut cognosceret, an sacros panes tantum sacerdotibus concessos, & gladium semel Deo sacratum ad alios usus transferre fas esset. 11 *Achitubi*] cujus meminit suprà 14.4. 15 *Absit mihi*] ut conjurem contra te: quod dixerat Schaul ℣. 13. 17 *Cursoribus*] id est, viatoribus sive apparitoribus. *Adjuncta est Davidi*] id est, consociati sunt ei: vide in Levitici 5.21. 18 *Amiculum lineum gestantes*] functionem sacram obeuntes: ad quam amiculo lineo solebant tegi, quam lex cam appellat Exodi 28.40. & 41. *Divertens ergo*] hujus historiæ accommodationem ad divinam comminationem vide suprà 2.33. in annotatione. 20 *Fugit*] quem assecutus est Kehhilæ infrà 23.7. 21 *Tum nuntiante*] hæc ex occasione per prolepsin dicuntur: tum enim demum gesta sunt cùm Ebjathar Kehhilã venit, infrà ibidẽ.

CAPUT XXIII.

David duobus oraculis Dei confirmatus Kehhilæos a Pelischtæorũ obsidione liberat, Ebjatharẽ cũ ornamẽtis sacerdotis advenientem recipit. Inde certior de Schaulis contra se cõsilio factus Deo consulto, per deserta Ziphæorum abit: ubi a Jonathane confirmatus, fœdus cum eo renovat,

vat. Deinde a Ziphæis proditus, & a Schaule circumventus, divinitus allato nuntio de irruptione Peliſchtæorum, liberatur.

1 CUM autem indicaſſent Davidi, dicendo: ecce Peliſchtæi bellum gerunt contra Kehhilam, & ipſi diripiunt
2 areas *illius*:

" Conſuluit David Jehovam dicendo, an iturus ſum & percuſſurus Peliſchtæos illos? & dixit Jehova ad Davidem, i, & percutiēs Peliſchtæos illos ſervato Kehhilā.
3 Dicentibus verò hominibus Davidis ad eum, ecce nos hîc in Jehuda timemus:" quantò igitur magis euntes Kehhilā in acies Peliſchtæorum?
4 a" Amplius iterum conſuluit David Jehovam, reſponditque ei Jehova: dicens, ſurge, deſcende Kehhilam quia ego "illicò traditurus ſum Peliſchtæos in manum tuam.

a Heb. adjecit adhuc David cōſulere Jehovā

5 Itaque abiens David cum viris ſuis Kehhilam, debellavit Peliſchtæos & abegit pecora eorum, cùm percuſſiſſet eos plaga magna: ſic ſervavit David habitatores Kehhilæ.
6 Fuit autem quando fugit Ebjathar filius Achimeleci ad Davidem Kehhilam: *ut* deſcenderet *cum* amiculo in manu ſua.
7 Tum nuntiatum eſt Schauli Davidem veniſſe Kehhilam: quare dicens Schaul, cōcluſit eum Deus in manu mea: quandoquidem [b] venit incluſum ſe in civitate *munita* foribus & vecte.

b Heb. incluſit ſe veniēdo: hypallage.

8 Promulgavit Schaul toti populo bellum: ut deſcendendo Kehhilā, obſideret Davidem & homines ejus.
9 Sed reſciſcens David Schaulem fabricari contra ſe hoc malum: edixit Ebjathari ſacerdoti," applica amiculum.
10 Dixitque David, ô Jehova Deus Jiſraëlis, [c] certò audivit ſervus tuus Schaulē quærere ut invadat Kehhilā, ad perdendum civitatē meâ causâ.

c Heb. audiendo audivit.

11 " An dedituri eſſent me [d] Kehhilæi in manum ejus? an deſcenſurus eſſet Schaul, quemadmodum audivit ſervus tuus? ô Jehova Deus Jiſraëlis indica quæſo ſervo tuo: cui dixit Jehova, deſcenſurus eſſet.

d Heb. domi ni Kehhilę: ſic ℣. 12. & Judic. 9. 2.

12 Deinde dixit David, an dedituri eſſent Kehhilæi me & homines meos in manum Schaulis? cui dixit Jehova, dedituri eſſent.
13 Quapropter ſurgēs David cum hominibus ſuis quaſi ſexcentis viris egreſſi ſunt Kehhila, ut continenter itarent, quò itare poſſent: quod cùm nuntiatum eſt Schauli Davidē ſe proripuiſſe Kehhila, deſtitit procedere.
14 Conſidebat autem David per deſertum in propugnaculis, tandem conſedit in monte, in deſerto Ziphi: & quamvis quæreret eum Schaul omnibus illis diebus, non tradidit eum Deus in manum illius.
15 " Percipiebat enim David cùm Schaul procederet ad quærendum vitam ſuam: David ergo erat in deſerto Ziphi, Choreſchæ:
16 Cùm ſurgens Jehonathan filius Schaulis, adivit Davidem Choreſchum: &" confirmavit manum ejus in Deo.
17 Dixit enim ei, ne timeto, quia non eſt inventura te manus Schaulis

patris mei: sed[e] tu regnaturus es super Jisraëlem, & ego[e] futurus sum secundus a te: quin etiam Schaul pater meus[e] novit ita fore.

18 Pepigeruntque ambo fœdus[e] coram Jehova: & considente Davide Choreschæ, Jonathan abiit domum suam.

19 Tum ascenderunt Ziphæi ad Schaulem Gibhham ejus, dicentes: annon David latitat apud nos in propugnaculis, Choreschæ, in colle Chacilæ, qui est a[f] meridie solitudinis?

20 Nunc ergo[g] prout desyderat omninò animus tuus descendere, descende: nostrum autem esto, dedere eum in manum regis.

21 Quibus dixit Schaul, benedicti estote Jehovæ: quòd clementia vtimini erga me.

22 Ite jam, informate *vos* certius adhuc, & cognoscite ac dispicite locum ejus: ubi erit pes ejus: quis viderit eum ibi: nam dicebat mihi *ipse*, se astu admodum solere uti.

23 Dispicite ergo & recognoscite ex omnibus illius latebris ubi *jam* latitet: tum revertimini ad me cum certitudine, ut eam vobiscum: ericq; si ipse fuerit in hac terra, ut perscruter eum in omnibus millibus Jehudæ.

24 Itaque surgentes redierunt Ziphum ante Schaulem: cùm David & homines ejus essent in deserto Mahhonis, in campestribus, ad meridiem illius solitudinis.

25 Nam adveniente Schaule & viris ejus ad quærendum: cùm indicassent Davidi, descendit e[e] petra illa & consedit in deserto Mahhonis: quod audiens Schaul persecutus est Davidem *in* deserto Mahhonis.

26 Ibatque Schaul a latere montis hinc: David autem cum hominibus suis a latere montis inde: sed fuit Davide accelerante abitum meru Schaulis: ut Schaul & homines ejus circumcluderent Davidem & homines ejus ad prehendendum eos.

27 Sed nuntius venit ad Schaulem dicens, festina & abi: quia irruerunt Pelischtæi in hanc terram.

28 Quapropter revertens Schaul a persequendo Davide ahiit obviam Pelischtæis: idcircò vocaverunt locum illum,[e] Petram diremptionum.

[e] *Hebr.* tibi in secundũ.

[f] *Heb.* dextera: sic infra 24.

[g] *Heb.* ad omne desyderiũ animæ tuæ descende descẽdi descẽde.

ANNOTATIO.

2 *Consuluit*] Per Prophetam Gadem, qui erat in comitatu Davidis, suprà 22. 5. nam nondum apud se habebat sacerdotem cum amiculo, per quem Deum consulere posset. 3 *Timemus*] ab uno hoste Schaule. *Quanto igitur magis*] subaudi, timendum erit, si Pelischtæos a fronte & Schaulem a tergo habeamus? 4 *Amplius iremus*] non suâ: sed suorum causâ. *Illicò*] antequàm Schaul te adoriri possit. 9 *Applica amiculum*] id est, accede ad amiculo, ut consulas pro me Deum ratione præscripta Num. 27. 21. 11 *An dedisturi essent me*] subaudi, si hic consisterem, ut docet ℣. 14. 15 *Percipiebat*] per exploratores quos emittebat, & per indices qui erat in regno. 16 *Confirmavit manum ejus*] id est, ipsum anxium divinis promissionibus confirmavit, ut docet versus sequens. synecdoche. 17 *Tu regnaturus es*] ex promissione Dei suprà 16. *Futurus sum &c.*] ex tua promissione, atque etiam alio dere inter nos inito. *Novit ita fore*] ex Schemuele suprà 15. 28. ex continuo successu Davidis, arque etiam aliorum sermone: ut ipse Schaul ostendit suprà 20. 30. 31. & 22. 8. 18 *Coram Jehova*] id est, solenne, præsente Deo. dote Dei. 22 *Nam dicebat ipse mihi*] id est, David cùm familiariter mecum versaretur, rogatus qua ratione tam facilè hostibus potiretur, dicebat &c. 25 *E Petra illa*] id est, e colle Chacilæ de quo suprà ℣. 20. 28 *Petram diremptionum*] Ex eo quòd nuntio allato de Pelischtæis diremptæ sunt copiæ Schaulis a copiis Davidis, quas circumvenerant.

CAPUT XXIIII.

Davide agente in deserto Hhen-Gedi, Schaul cum copiis ad eum intercipiendum proficiscitur: sed

tur: sed cum in itinere alvum purgaturus solus speluncam ingreditur, imprudens in Davidem incidit: qui suorum hortamento propemodùm adductus, ut manus Schauli inferret, inhibet se & suos: Schaulemq; egressum reverenter alloquens, & partem laciniæ quâ abscinderat, ostendẽs: evincit Schaulem injustitiæ, suam innocentiam probat, & ab injuria sibi facienda dehortatur. Postremò fide petenti Schauli data de non delenda ejus posteritate, abit.

1 POSTEA ascendens David inde: considebat in propugnaculis ad″ Hhen-Gedin.

2 Fuit autem cùm reverso Schaule a persequendis Pelischtæis: nunciarent ei dicendo, Eccè David in deserto Hhen-Gedi:

3 Ut accipiẽs Schaul tria millia virorum delectorum è toto Jisraële: iret ad quærendum Davidem & homines ejus versus rupes″ rupicaprarum.

4 Cumque perveniens ad caulas ovium prope viam, ubi erat spelunca, ingrederetur Schaul ad[a] purgandum alvum: Davide & hominibus ejus considentibus ad latera illius speluncæ:

5 Dicebant homines Davidis ad eum: ecce hic dies *est* quo dicit Jehova ad te: ecce ego trado inimicum tuũ in manũ tuam, ut facias ei quemadmodum bonum *videbitur* in oculis tuis: quare surgens David abscidit alam pallii quod *erat* Schauli, clàm.

6 Sed fuit postmodùm, ut[b] afficeret animus Davidis ipsum: eo quòd abscidisset alam *pallii* quod *erat* Schauli.

7 Quam ob rem dixit hominibus suis: absit mihi a Jehova, an facerem rem hanc Domino meo, ″uncto Jehovæ, extendendo manum meã contra eum? *non faciam*: quia unctus Jehovæ est.

8 Et[c″] dispescuit homines suos David verbis, nec sivit eos insurgere in Schaulem: sic Schaul surgens ex ea spelunca, ibat itinere suo.

9 Posteà demũ David surgens, egressus est è spelunca, & clamavit post Schaulem dicendo: domine mi Rex: cumque intueretur Schaul post se, verticem inclinans David facie in terram *demissa*, incurvavit se.

10 Dixitque David Schauli: quare auscultas verbis cujusquam dicentis: ecce David quærit malum tuum?

11 (Ecce hoc die viderũt oculi tui, Jehovam tradidisse te in manũ meam in ista spelunca): Dicit quidem, *quærit* occidere te: atqui pepercit *oculus meus* tibi: dixi enim nõ extendam manum meam in dominum meum, nam unctus Jehovæ est.

12 Imò, pater mi,[d] etiam atque etiam vide alam pallii tui in manu mea: ex eo quòd excindendo alam pallii tui, non interfeci te, agnosce & vide″ non esse in manu mea malum aut defectionem, neque peccasse me in te: quanvis tu venêris[e] vitam meam, ut intercipias eam.

13 Judicabit Jehova inter me & inter te, & ulciscetur me Jehova de te: at manus mea non erit contra te.

14 Quemadmodum[f] dicitur sententiâ illâ antiquorum: ab improbis prodeat improbitas: at manus mea non erit contra te.

a Heb. ad tegendum pedes suos: vide Judic. 3. 24.

b Heb. ut percuteret cor Davidis ipsum: sic 2. Schem. 24. 10.

c Heb. fidit, vel diffidit.

d Heb. vide etiam vide,

e Hebr. animã meam.

f Heb. dicit *quisque* sententiam illã antiqui.

15 Post quem processit rex Jisraëlis? quem tu persequeris? ″ persequeris canem mortuum, persequeris pulicem unum.

16 Sed erit Jehova judex, & jus dicet inter me, & inter te: cognoscet, inquam, agetque causam meam, & vendicabit me e manu tua.

17 Fuit autem cùm absolvisset David alloqui verbis istis Schaulem: ut diceret Schaul, an vox tua hæc *est*, fili mi David? & sublata Schaul voce sua fleret.

18 Dicens ad Davidem, justior es me: nam tu rependis mihi bonum, cùm ego affecerim te malo.

19 Tu enim indicasti hodie, te afficere me bono: quamvis dederet me Jehova in manum tuam: attamen te non occidisse me.

g Heb. in via boni.

20 Cùm autē quis invenit inimicum suū, an dimittit eū [g] cū beneficio? itaq; Jehova rependat tibi beneficium, [h] pro eo quod fecisti mihi hodie.

h Hebr. pro hodierno die quod fecisti mihi: trajectio, ut Gen. 5. 29.

21 Sed nunc, ecce novi te [i] omnino regnaturum: & stabile fore in manu tua regnum Jisraëlis.

i Heb. regnando regnaturum.

22 Nunc, inquam, jura mihi per Jehovam, ″ *dira tibi imprecans* si exciderit semen meum post me: & si perdideris nomen meum e familia patris mei:

23 Quod juravit David Schauli: tum abiit Schaul domum suam: David verò & homines ejus ascenderunt ad propugnaculum quoddam.

ANNOTATIO.

1 *Hhen Gedin*] vide annotata Gen. 14. 7. 3 *Rupicaprarum*] id est editissimas, qualibus illud genus animalium delectatur. 7 *Uncto Jehovæ*] a Deo ad regnum assumpto: ac proinde sancto & munito ab omni injuria. 8 *Despexit*] id est, jam ex utraque parte speluncæ, ubi latebant, exsurgentes, ut in Schaulem irruerent, utrinque compressit. 12 *Non esse in manu*] id est me non versare malum synecdoche: sic infrà 26. 18. 15 *Persequeris canem*] quasi dicat, facis quod est tanto regi indignum, dum me tenuissimum, infimum & infirmissimū tanto comitatu persequeris: hyperbolæ sunt per cōparationē dictæ. 22 *Dira tibi imprecans*] Eclipsis, de qua Gen. 14. 23.

CAPUT XXV.

Schemuele mortuo, David cum suis ad fines Jehudæ meridianos secedit: ubi cum pastoribus Nabalis aliquandiu versatus, tandem ad eum in loco vicino greges tondentem, nuntios mittit, qui donum aliquod sibi ab eo impetrarent: sed duriter excepti, & vacui contumelioso dimissi ad Davidem revertuntur: qui ultionis studio inflammatus, & cum bona copiarum parte adversus Nabalem proficiscens, Abigajilæ occurrit: quæ deprecatione, rationibus, & munere iram ejus placat, & reversa marito periculū explicat: ex quo adeò consternatur, ut decimo post die moriatur, quo accepto nuntio David Abigajilam uxorem ducit.

1 IAM ″ mortuo Schemuele, cùm se congregarent omnes Jisraëlitæ, ut ″ plangerent eum & sepelirent eum in domo ejus Ramæ: surgens David descendit versus ″ desertum Paranis.

2 Quidam autem ″ Mahhone agens, cujus opus erat Carmeli, & quidem vir magnus valde (nam erant ei ovium tria millia & millæ capræ: erat *quoque* cùm tonderentur oves suæ Carmeli.

a Heb. bona intelligentiâ.

3 Hujus viri nomen Nabal, & uxoris ejus nomen Abigajil mulier quidem ipsa [a] præstante mente & pulcrâ formâ: sed vir illius durus, & malis

lis actionibus deditus, eratque Calebita.
4 Audiens ergo David in deserto illo, Nabalem tondére oves suas:
5 Misit David decem pueros: edixitque David pueris illis, ascendite Carmelum, & ingressi ad Nabalem, interrogate eum nomine meo de prosperitate. [b] *b Heb.* de pace.
6 Ac dicite ipsi, "ita [c] agenti: & tu pace, & domus tua pace, & quicquid est tibi pace *fruitor*. [c] *c Heb.* vivēti.
7 Nunc autem audivi tibi esse ovium tonsores: jam (pastores tuos cùm essent nobiscum non affecimus injuria, neque desyderatum est illis quicquam omnibus diebus quibus fuerunt in Carmelo.
8 Interroga pueros tuos qui indicabunt tibi, ut inveniant" pueri isti gratiam in oculis tuis: quandoquidem" die [d] læto venimus: da quæso quod obvenerit manui tuæ" servis tuis, & filio tuo Davidi. *d Heb.* bono
9 Advenientes itaque pueri Davidis, allocuti sunt Nabalem omnibus verbis istis nomine Davidis: &" quietè se continuerunt.
10 Cùm respondens Nabal servis Davidis diceret, quis *est* David? aut quis *est* filius Jischai? multi sunt servi qui" erumpentes deficiunt quisque a domino suo.
11 Scilicet acciperem panem meum & aquas meas, & [e] mactatas carnes meas, quas mactavi pro tonsoribus ovium mearum: & darem hominibus quos non novi undénam sint. [e] *e Hebr.* mactationem meam quā mactavi.
12 Et" converterunt se pueri Davidis in viam suam: reversíque venerunt & nuntiaverunt ei secundum omnia verba ista.
13 Quapropter dixit David hominibus suis, accingite quisque gladiū suum, quibus accingentibus singulis gladium suum, accinxit quoque David gladium suum: ita ascenderunt post Davidem quasi quadringenti viri, ducenti verò consederunt ad impedimenta.
14 Intereà Abigajilæ uxori Nabalis indicaverat puer unus e suis pueris dicendo, ecce misit David nuntios a deserto" ad benedicēdum domino nostro, & abegit eos.
15 Cùm tamen homines illi boni fuerint erga nos valde: neque fuerimus injuria affecti, nec desyderaverimus quicquam quibuscunque diebus itavimus cum eis, dum essemus in agro.
16 [f] Muri loco fuerunt nobis tum noctu tum interdiu: quibuscunque diebus fuimus cum eis pascentes gregem. *f Heb.* murus fuerunt circa nos.
17 Nunc ergo cognosce & dispice quid factura sis, nam" definitum est malum contra dominum nostrum & contra totam familiam ejus: ipse autem [g] nequior est, quàm ut alloquar eum. *g Heb.* filius nequam.
18 Ideò festinans Abigajil accepit ducentos panes, & duos utres vini, & quinque pecudes paratas, & quinque sata aristæ tostæ, & centum uvas passas, & ducentas palathas ficuum: quæ imposuit asinis.
19 Dixitque pueris suis, transite ante me: ecce post vos ventura sum: viro autem suo Nabali non indicaverat.

20 Fuit verò ea insidente asino, & descendente per abditum montis, ut ecce David & homines ejus descenderent obviam illi: & illa occurreret eis.

21 (Dixerat enim David, utiq; frustra cõservavero quicquid *erat* isti in deserto, ita ut non desyderetur ex omnibus quæ sunt ei quicquam: reddidit enim mihi malum pro bono.

22 ″Ita faciat Deus hostibus Davidis & ita pergat: *ut* non reliquum faciam ex omnibus quæ *sunt* ei usque ad lucem crastinam, ″mingentem ad parietem).

23 Itaque cùm videret Abigajil Davidem, festinans descendit de asino: & ″procidens ante Davidem in faciem suam, incurvavit se terram *versus*.

24 Cumque procidisset ad pedes ejus dixit, ″in me, me inquam, domine mi, *sit* hæc iniquitas: sed loquatur, quæso, ancilla tua ad aures tuas, & audi verba ancillæ tuæ.

b Hebr. cor suum. *i* id est, stultus.

25 ″Ne, quæso, apponat dominus meus [b] animum suum ad virum istũ ″nequissimum, ad Nabalem, nam prout *est* nomen ejus, ita est, [i] Nabal est nomen ejus, & penes eum est stultitia: ego verò ancilla tua non vidi eram pueros domini mei quos miseras.

k Heb. vitã animæ tuę.

26 ″Nunc ergo domine mi, per viventem Jehovam, & per [k] vitam tuam, ″quandoquidem cohibet te Jehova ne ineas cædes, ″vindicet manus tua te, ″nunc inquam, ″sint sicut Nabal inimici tui, id est, qui quærunt malum contra dominum meum.

27 ″Jam verò hoc donum″ illud est, quod adduxit ancilla tua domino meo ut detur pueris istis qui itant ad [l] vestigia domini mei.

l Heb. ad pedes: ut Exodi 11. 8. sic infrà 42. ℣.

28 Condona quæso, defectionem ancillæ tuæ: ″nam [m] planè parabit Jehova domino meo domum firmam, si bella Jehovæ dominus meus gerat, & malum non inveniatur in te in diebus tuis.

m Heb. faciendo faciet.

29 ″Ut ut surgat homo ad persequendum te, & ad quærendum vitam tuam: erit tamen vita domini mei ″ligata in fasciculo viventium apud Jehovam Deum tuum, at vitam inimicorum tuorum″ ejaculabit e medio [n] cavo fundæ.

n Heb. volę.

o Heb. secundũ omne, qđ locutus est bonum illud de te, trajectio antecedentis post relativum.

30 ″Sed esto, cùm fecerit Jehova domino meo bonum illud, [o] secundũ omnia quæ promisit tibi: & mandato instituerit te antecessorem super Jisraëlem.

p Hebr. cordis. *q Heb.* effundendo, &c. vindicando &c.

31 (Siquidem hoc non fuerit tibi titubationi, aut offensioni [p] animi domino meo, [q] si effundat sanguinem immeritò, aut vindicet dominus meus se): cùm *inquam* benefecerit Jehova domino meo, ut recorderis ancillæ tuæ.

32 Tum dixit David Abigajilæ: benedictus *sit* Jehova Deus Jisraëlis, qui misit te hoc ipso die obviam mihi:

33 Et benedictum consilium tuum, benedictaque tu ipsa: quæ coniuisti me hoc ipso die ″ne inirem cædes, & vindicaret me manus mea.

34 Nam

34 Nam certè ut vivit Jehova Deus Jisraëlis, qui cohibuit me ne malo afficerem ″ te: nisi festinans veniſſes obviam mihi: certè non relictus fuisset Nabali usque ad lucem matutinam, mingens ad parietem.

35 Ita accipiens David è manu ejus id quod adduxerat sibi: ei dixit, ascende cum pace domum tuam: vide auscultavi voci tuæ, & ″ suscipio vultum tuum.

36 Cùm autem veniret Abigajil ad Nabalem, ecce ei convivium erat domi suæ, quasi convivium regium: [r] in quo animus Nabalis lætus erat, adeò ut per-valde ebrius esset: quam ob rem illa non indicavit ei quicquã parvi aut magni usque ad lucem matutinam.

r *Hebr.* cor Nabalis bonum erat in eo.

37 Sed fuit mane cùm abiisset [s] crapula a Nabale, & indicaret ei uxor ejus res istas: ut [t] obstupuerit animus ejus in eo, & ipse fuerit ″ veluti lapis.

s *Hebr.* vinũ: metonymia. t *Hebr.* mortuum fuerit cor ejus in medio ejus.

38 Cumq; fuissent quasi decem dies: quibus plaga affecerat Jehova Nabalem, mortuus est.

39 Audiens autem David Nabalem esse mortuum dixit, benedictus Jehova, qui egit causam opprobrii mei a [u] Nabale, & servum suum subtraxit a re mala, malum autem Nabalis convertit Jehova in caput ejus: misitque David per quos alloqueretur Abigajilam ad ducendum eam sibi uxorem.

u *Heb.* a manu Nabalis.

40 Venientes itaque servi Davidis ad Abigajilam Carmelum, allocuti sunt eam dicendo: David misit nos ad te, ut ducat te sibi in uxorem.

41 Tum surgens illa incurvavit se facie *demissa* ad terram: & dixit: ecce ancilla tua in famulam ad lavandum pedes servorum domini mei.

42 Deinde [a] festinanter surgens Abigajil insedit asino, & quinq; puellæ ejus, quæ ibant ad vestigia ejus: & secuta legatos Davidis, fuit ei uxor,

a *Hebr.* festinans ut surgeret.

43 Quamvis Achinohhamam duxisset David ″ e Jizrehhele: fuerunt-que etiam hæ ambæ ei uxores.

44 Nam Schaul dederat Micalem filiam suam uxorem Davidis: [b] Palti filio Lajischi, qui erat e ″ Gallimis.

b qui & Paltiel 2. Schemu. 3. 15.

ANNOTATIO.

r *Mortuo Schemuele*] cujus consilio subsidioque fretus, commodius in regno versabatur. *Ut plangerent & sepelirent*] Quo tempore ad fines regni se recepit, & a Schaulis persecutione aliquantisper respiravit. *Desertum Paranis*] ad meridianos terminos regni & tribus Jehudæ. 2 *Mahhone*] vide de hoc & de Carmelo Jehoſ. 15. 55. 6 *Ita agenti*] pace jam & prosperitate fruenti, meo nomine ejus continuationem precamini. 8 *Isti pueri*] id est, nos nuntii Davidis. *Die læto*] quo proventus tuos e gregibus recipis, & equum est ex lege Deuter. 15. 7. ut ex tua abundantia aliquid cum fratribus egenis communices. *Servis tuis*] qui ut sumus ex animo: ita etiam factis servorum officium præstitimus apud servos tuos, & David officium filii. 9 *Continuerunt*] patienter Nabalem invehentem in se & in Davidem, ad finem usque audiverunt. 10 *Erumpentes deficiunt*] id est, qui perrumpunt officii sui fines: sumpta metaphora ab exundantibus fluminibus. 12 *Et converterunt*] modestè & quietè ut supr. vers. 9. 14 *Ad benedicendum*] ut Genes. 47. 7. 17 *Definitum malum*] de quo infrà vers. 22. 22 *Ita faciat*] vide Ruth. 1. 17. *Mingentem*] id est, ne canem quidem: sic infrà 34. 23 *Procidens*] hoc signo abjectissimè & humillimè supplicans. 2. Reg. 4. 27. 24 *In me*] exordium ex abrupto, quo transfert crimen in se, & audientiam facit. 25 *Ne quæso*] Propositio deprecationem continens, primùm culpæ, a viri sui conditione & sua ignoratione. *Nequissimum*] ut Deuterono. 15. 9. quò verbis his spectare videtur. 26 *Nunc ergo*] altera pars propositionis, deprecatio pœnæ per adjurationem. *Quandoquidem*] a providentia Dei ipsius occursum disponentis. *Et vindicet*] ab officio Davidis, ne sibi sui ipsius ultionem sumat. *Nunc inquam*] ab æquitate per comparationem facti Nabalis, cùm alieno: quasi dicat, non de illis qui delinquunt in suo officio, ut Nabal, ultio sumenda est: sed de illis qui studio contra suum officium veniunt. *Sint sicut Nabal*] id est, sicut Nabal futurus esset, si in tuo consilio pergeres. 27 *Jam verò*] secunda propositio, qua primùm oblato munere crimen quod in se transtulerat supra versiculo vigesimo quarto deprecatur.

Hoc donum illud] quod per legatos tuos petieras, sup. 8. ℣. 28 *Nam planè parabit*] Confirmatio propositionis suæ a promissione Dei cum officio Davidis conjuncta, quo argumento usa est sup. 26. pro Nabale. *Domum firmam*] id est regnum firmius quàm fuerit Schaulis vide sup. 2. 30. *Bella Jehovæ*] non autē privatas ultiones suas. 29 *Ut ut surgat*] altera confirmatio a decreto Dei, quod nemo potest infirmare. *Ligata &c.*] id est, firmissima & secura, ut avelli ei a quoquam non possit: metaphora. *Ejaculabit*] id est violenter illis eripiens, quàm longissimè abjiciet, ut lapidem emissum funda: metaphora a re præsenti: id est, ab armis Davidis & sociorum ejus. 30 *Sed esto*] Conclusio petitoria, per hypothesin promissionū Dei, & officii Davidis: qui fuerunt supra duo similia suasionis loci. 33 *Ne inirem cædes*] id est, ne officium meum transgrederer ultionis studio excæcatus. 34 *Te*] familiam tuam, ut sequentia exponunt. 35 *Suscipio vultum*] vide annotata Gen. 32. 20. 37 *Vellet Legi*] præclusus sensibus rigebat, horrore periculi perterrefactus. 43 *E Jizrehhele*] oppido Jehudæ Jehoschu. 15. 51. 44 *E Gallimis*] Loco Binjaminitarum non procul a Gibhha Schaulis Jeschahhjæ. 10. 29.

Caput XXVI.

Ziphæi rursus Davidem Schauli produnt: qui copias ducens in eum, ita divinitus sopitur noctu cum toto exercitu, ut David uno comitatus ad Schaulem usque penetret, eius q; hastam & phialam auferens, tutò se in montem recipiat: unde inclamatis castris ducem neglecti officii objurgat, regem excitat, de injuria quæ sibi fiebat, cum eo expostulat, jure secum agi petit, & ad Deū justum judicem provocat.

1 Cùm rursus venissent Ziphæi ad Schaulem Gibhham dicendo: nonne David latitat in eodem colle Chacilę ex adverso solitudinis?

2 Surgens Schaul descendit versus desertum Ziphi, & cum eo ter mille viri delecti Jisraëlitæ: ad quærendum Davidem in deserto Ziphi.

3 Itaq; castra posuit Schaul in colle ipso Chacilæ, qui est ex adverso solitudinis prope viam: David autem considens in deserto, animadvertit venire Schaulem post se in desertum.

4 Miserat enim David exploratores: per quos cognovit pro certo adventare Schaulem.

5 Quare surgens David venit in locum ubi castra habebat Schaul, ut inspiceret David locum ubi cubabat Schaul, & Abner filius Neri princeps militiæ ejus: Schaul autem cubabat in ambitu plaustrorum: populus verò castra habebat circa eum.

6 Quod referens David, allocutus est Achimelecum Chittæum, & Abischajum filium Tzerujæ fratrem Joabi dicendo: quis descensurus est mecum ad Schaulem in ipsius castra? cui dixit Abischai, ego descendam tecum.

7 Veniente ergo Davide & Abischajo ad populum illum nocte: ecce Schaul cubabat dormiens in plaustrorum ambitu, & hasta ejus infixa erat humi *versus* cervical ejus: Abner verò & populus cubabant circa eū.

8 Tum dixit Abischai ad Davidem: dēdit hodie Deus inimicū tuum in manum tuam: quare nunc percutiam quæso eum hasta usque in terram ictu uno, utique non iterabo ei.

9 Sed dixit David ad Abischajum: ne perimito eū: quis enim immissa manu sua in unctum Jehovæ insons esset?

10 Prætereà dixit David, ut vivit Jehova *non sinam*: sed Jehova plaga afficiet eum: aut dies ejus adveniet ut moriatur: aut in bellum descendet ut consumatur.

11 Absit

11 Absit mihi a Jehova, ut extendam manum meam in unctum Jehovæ: sed nunc, quæso, accipe hastam quæ *est* versus cervical ejus, & phialã istam aquæ: deinde abeamus.

12 Accepit itaque David hastam & phialam illam aquæ a cervicali Schaulis, & abiverunt: nec fuit qui videret, neque qui noscet, neque qui evigilaret: omnes enim dormiebant, quia ″ altus sopor Jehovæ irruerat super eos.

13 Cúmq; transiviſſet David ″ ipsorum aditum, substitit in vertice cujusdam montis e longinquo: *inter*jecto amplo spatio inter eos.

14 Unde inclamavit David populum & Abnerum filium Neri dicendo, an non respondes Abner? tandem respondens Abner dixit, quis es *qui* ″ inclamas regem?

15 Tum dixit David ad Abnerum, an non vir egregius es? & quis *est* tibi similis in Jisraële? quare ergo non observasti *adstans* domino tuo regi? nam ″ veniret unus e populo ad perimendum regem dominum tuum.

16 Non est bona hæc res quam feciſti, ut vivit Jehova [a] ″ rei mortis estis, qui non observastis circa dominum vestrum, circa unctum Jehovæ: nunc enim aspice, ubi *est* hasta regis & phiala aquæ quæ *erat* ad cervical ejus? [a] Hebr. filii mortis.

17 Tum agnoscens Schaul vocem Davidis dixit, an vox tua hæc *est*, fili mi David? cui dixit David, vox mea *est*, domine mi rex.

18 Adhæc dixit, quam ob rem persequitur dominus meus servum suũ? quid enim feci? & quid mali *est* in ″ manu mea?

19 Nunc ergo, audiat, quæso, dominus meus rex verba servi sui: si Jehova incitavit te contra me, ″ odoretur munus: sin autem [b] homines, maledicti sint coram Jehova. ″ quia expellunt me hodie ne cooptatus hæream possessioni Jehovæ, dicentes abi, cole deos alienos. [b] Heb. filii hominis.

20 At nunc, ne cadat sanguis meus in terram ″ procul a conspectu Jehovæ: ″ nam procedit rex Jisraëlis ad quærendum ″ pulicem unum, ac si persequeretur perdicem in montibus.

21 Dixit verò Schaul: peccavi, revertere, fili mi David: non enim malefaciam tibi amplius, propterea quòd pretiosa visa est vita mea in oculis tuis hoc ipso die: ecce stultè egi & erravi quamplurimùm.

22 Cui respondens David dixit: ecce hastam regis: transeat jam unus ex istis pueris qui accipiat eam.

23 Jehova autem reddet unicuiq; ″ justitiam suam & ″ fidem suã: quandoquidem tradiderat te Jehova hodie *mihi* in manum: sed nolui immittere manum meam in unctum Jehovæ.

24 Ideóque ecce, quemadmodum vita tua magni fuit in oculis meis: ita magni erit vita mea in oculis Jehovæ, & eripiet me ab omni angustia.

25 Tum dixit Schaul ad Davidem, benedictus es, fili mi David, etiam

[c] porrò facito, nam etiam omnino prævalebis: sic abeunte Davide itinere suo, Schaul reversus est in locum suum.

[c] *Heb.* cõficiendo cõficies, & pvalendo pvalebis.

ANNOTATIO.

1 *Rursus*] de prima eorum proditione vide sup. 23. 20, 5 *Ambitu plaustrorum*] vide suprà 17. 20. 6 *Achimelecum Chittæum*] id est, ex ea gente ortum, religione tamen Israëlitam. *Filium Tzerujæ*] sororis Davidis vide 1. Chron. 2. 16. 10 *Plaga afficiet*] id est, committo eum Deo, ut quocunque pacto voluerit eum è medio tollat. 12 *Altus sopor Jehovæ*] maximus & divinitus immissus: vide Gen. 35. 5. 13 *Ipsorum aditum*] castrorum ingressum, ubi excubiæ collocantur. 14 *Inclamas regem*] id est, ita inclamas ut regem excites. 15 *Nam venaret*] id est, venire posset. 16 *Rei mortis*] nam hoc, ex jure gentium capitale est. 18 *In manu*] vide sup. 24. 12. 19 *Odoretur munus*] id est, nihil aliud peto, quàm ut ei acceptum sit sacrificium mei per mortem, aut quam ultrò me offero: ut est acceptum munus ritè oblatum: Munus pro oblatione tota, synecdoche metaphorica. *Quia expellunt*] Non sinunt me versari in cœtu fidelium: sed cogunt me vivere inter infideles: ac proinde ad defectionem a Deo provocant. 20 *Procul a conspectu*] id est, ne prius morte afficiar, quàm legitimè de causa mea fuerit cognitum, & sistar magistratui: qui judicia Dei exercet, & in cujus medio Deus præsidet. *Nam prædatus est*] pro sua libidine, sine ulla juris forma, ut aucupes. *Pulicem*] id est, me ei longè inferiorem, ut suprà 24. 15. *Justitiam*] id est, æquitatem causæ suæ, vel iniquitatem. *Fidem*] id est, cõstantiam in officio aut in stabilitatem. 25 *Etiam porrò facito*] id est, in justitia & fide, quam anteà exercuisti erga me, persevera, & causâ superior eris.

CAPUT XXVII.

David ut Schaulem effugiat ad regem Gathi rursus cum suis recurrit: apud quem aliquantò diu in regia urbe commoratus, ab eo impetrat Tziklagum: unde in veteres populi sui hostes sæpe irrumpens hominibus occisis, copiosam prædã abducebat, fingens apud regẽ se e Judæa abduxisse.

1 TANDEM dixit David cum [a] animo suo, jam, consumar aliquo die manu Schaulis: nihil mihi melius est, quàm ut [b] omnino proripiam me in terram Philistæorum: ut [c] spem abjiciat Schaul mei *prehendendi*, quærendo me amplius in ullo termino Israëlis, cùm eripuero me e manu ejus.

[a] *Heb.* apud cor suum.

[b] *Heb.* proripiendo proripiam me.

[c] *Heb.* desperet de me Schaul.

2 Itaque surgens David, [d] transfugit ipse & sexcenti viri qui erant cum eo: ad [e] Achischum filium Mahhoci, regem Gathi.

[d] *Heb.* transivit.

3 Manebatque David cum Achischo Gathi, ipse & viri ejus, quisque cum familia sua: David cum duabus uxoribus suis Achinohhama Jizraahheli-tide, & Abigajila uxore Nabalis Carmelitide.

4 Sic cùm nunciatum esset Schauli Davidem fugisse Gathũ: non perrexit amplius quærere eum.

5 Dixit autem David ad Achischum: quæso, si inveni gratiam in oculis tuis, [e] detur mihi locus in aliqua civitatum [e] hujus agri & residebo ibi: nam cur resideret servus tuus in civitate regia tecum?

[e] *Heb.* dent mihi locũ.

6 Quam ob rem dedit ei Achisch die illa Tziklagum [f]: hoc pacto fuit Tziklag regum Jehudæ usque in hunc diem.

[f] sic accipitur eadem vox infrà 28. 2.

7 Fuit autem numerus dierum quibus mansit David in agro Philistæorum: anni *unius* & [e] quatuor mensium.

8 Et ascendebat David & viri ejus irruentes in [e] Geschuræum & [g] Girzæum & Hhamalekitam: [e] (illæ enim *sunt gentes* quæ [h] olim habitaverant [e] ipsam terram), quà venis [e] Schurem usque ad terram Ægypti.

[g] pro hezereõ, trãspositis literis, ut notant Massoritæ.

[h] *Hebr* a seculo: sic Gen. 6. 4.

9 Et percutiens David regionem, non conservabat vivum marem aut fœminam: sed acceptis gregibus & armentis, & asinis & camelis & vestibus revertebatur & veniebat ad Achischum.

10 Cumque

10 Cumque diceret Aciſch, in quẽ irruiſtis hoc tempore? dicebat David, in meridianum tractum Jehudæ, aut in meridianum tractũ ″ Jerachmeelis, aut in meridianum tractum ″ Kenæi.

11 Marem autem vel fœminam non conſervabat vivum David, *quem* adduceret Gathum dicens: *cavendum* ne indicent nos dicendo: ſic fecit David: & ita erat ratio ejus omnibus diebus quibus manſit in agro Peliſchtæorum.

12 Credensque Aciſch Davidi dicebat: [h] planè fœtidũ ſe reddidit populo ſuo Jiſraëli, ideò erit mihi ſervus perpetuus.

h *Heb.* fœtidũ reddendo, fœtidũ ſe reddidit: vide Gen. 34.30.

ANNOTATIO.

2 *Aciſchum*] de quo ſuprà 21.11. ſed prius accepta fide publica, non ut antea clanculum. 5 *Hujus agri*] id eſt, civitate regni tui altera. 6 *Hoc pacto*] fuerat quidem aſſignata Jehudæ per Jehoſchuhham 15.31. ſed tamen obtinebatur a Peliſchtæis, donec hac occaſione ad Jehudam transferretur. 7 *Quatuor menſium*] uſque ad Schauliis mortem, poſt cujus caſum Chebronem tranſivit: de quo 2. Schemu. 2.1. 8 *Geſchuræum & Girzæum*] reliquias Cenahhanæorum: qui ad adventum Jiſraëlitarum Geſchurem in Gilhhade, de quo Jehoſ. 12. 5. & Gezerum in Ephrajimo, de quo Jehoſ. 16.3. reliquerunt, ut ad Hhamalekitas ſe reciperent. *Illæ enim*] duæ priores: vide ſuprà 7.16. *Ipſam terram*] Judæam cis & trans Jardenem. *Schurem*] de quo Gen. 16. & Exodi 15. 10 *Jerachmeelis*] regionem Judeæ, quam poſſident poſteri Jerachmeelis primogeniti Chetzronis, de quo 1. Chron. 2. ℣. 9. 21. & ſequentibus. *Kenæi*] vide Judic. 1.16.

CAPUT XXVIII.

David Aciſcho in bellum cum reliquis Peliſchtæis profecturo operam ſuam pollicetur. Schaul verò Peliſchtæorum adventu conſternatus, cùm nullum reſponſum a Deo impetraret, Pythoniſſam adit: cujus opera, a ſpectro Schemuelis mortis denunciationem & regni ablationem audit, quo nuntio exterritus & inedia cõfectus concidit: deinde cibo cõfirmatus ad ſua caſtra abit.

1 Factum autem diebus illis cùm congregarent Peliſchtæi caſtra ſua ad militiam, ad bellandum contra Jiſraëlem: ut ediceret Aciſch Davidi, [a] omnino ſcito te mecum proditurum in caſtra, te cum hominibus tuis.

a *Heb.* ſciendo ſcito.

2 Dicẽte verò Davide ad Aciſchum, [b] hoc pacto tu experieris id quod facturus ſit ſervus tuus: dixit Aciſch ad Davidem: ″ propterea cuſtodem capitis mei ponam te omnibus diebus.

b Ut ſuprà 27.6.

3 (Schemuel autem mortuus erat, & planxerant eum omnes Jiſraëlitæ, cùm ſepeliviſſent eum Ramæ, id eſt, in civitate ſua: & Schaul amoverat Pythones & ariolos e terra ſua).

4 Cùm ergo congregantes ſe Peliſchtæi veniſſent & caſtra haberent ″ Schunemi: & congregaſſet Schaul omnes Jiſraëlitas ut caſtra haberent ″ Gilbohhæ,

5 Videnſque Schaul caſtra Peliſchtæorum, timeret ac trepidaret [c] animus ejus valde:

c *Heb.* cor.

6 Conſuluit Schaul Jehovam: ſed non reſpondebat ei Jehova: nec per ſomnia, nec per ″ Urimos, nec per ″ Prophetas.

7 Quare dixit Schaul ſervis ſuis: quærite mihi mulierem prædità pythone, ut adeam eam, conſulturus per eam: ad quem ſervi ejus dixerunt, ecce mulier prædita Pythone eſt ″ Hhen-Dori.

8 Cùm itaque ſe diſſimulaſſet Schaul indutus veſtibus aliis, ivit ipſe & duo viri cum eo, & venerunt ad iſtam mulierem noctu: cui dixit, divina,

quæso, mihi per Pythonem, & [d] evoca mihi eum quem dixero tibi.

9 Sed dicente muliere ad eum: ecce tu nosti quid fecerit Schaul, ut excîdit Pythones & ariolos ex hac terra: cur ergo te ponis in tẽdiculam vitæ meæ ad morte afficiendum me?

10 Juravit ei Schaul per Jehovam dicendo: ut vivit Jehova non obveniet tibi [e] pœna propter hanc rem.

11 Tũ dixit mulier, quẽ evocabo tibi? qui dixit, Schemuelẽ evoca mihi.

12 Cùm autem videret mulier ″ Schemuelem, clamavit voce magna: & allocuta est mulier Schaulẽ dicẽdo: quare decepisti me, cũ ″ tu sis Schaul?

13 Dixit verò ei Rex, ne timeto: sed quid vidisti? & dixit mulier ad Schaulem: ″ deos ″ vidi ascendentes e terra.

14 Quo dicente ei, quæ *est* forma ″ hujus? dixit illi, vir senex ascendit, qui *est* amictus pallio: tunc agnoscens Schaul Schemuelẽ esse, verticem inclinavit facie *demissa* in terram, & incurvavit se.

15 Dixit autem Schemuel ad Schaulem: ″ quare cõmovisti me evocando me: cui dixit Schaul, angustia est mihi valde: nam Philistæi bellum gerunt contra me: Deus autem recessit a me, nec exaudit me amplius sive per prophetas, sive per somnia: quapropter inclamavi te, ut doceas me quid sim facturus.

16 Cui dixit Schemuel, quare ergo consulis me: cum Jehova recesserit a te, & sit inimicus tuus?

17 ″ Fecit enim Jehova sibi quẽadmodũ locutus est per me: ″ laceravit enim Jehova regnũ istud e manu tua, ut tradat illud proximo tuo Davidi.

18 Quum non auscultaveris voci Jehovæ, neq; executus sis [f] iram ejus accensam in Hhamalekum: idcirco rem hanc facit tibi Jehova hoc die.

19 Prætereà traditurus est Jehova Israëlem quoque tecum in manum Philistæorum, ita ut cras, tu & filii tui ″ futuri sitis mecum: etiam castra Israëlitarum traditurus est Jehova in manum Philistæorum.

20 Tum Schaul [g] confestim cecidit [h] totâ staturâ suâ in terram, adeò timebat valde a verbis Schemuelis: vis etiam non inerat ei, quia non comederat cibum toto die & tota nocte illa.

21 Quapropter accedens mulier illa ad Schaulẽ, cùm videret eũ turbatũ esse valde: dixit ad eũ: ecce auscultavit ancilla tua voci tuæ, & exposui vitam meam in manu mea, ut auscultarem verbis tuis, quę edixisti mihi.

22 Nunc itaque ausculta tu quoq; voci ancillę tuæ, & cùm apposuero tibi frustum panis, comede: ut insit tibi vis, cùm proficiscēris in viam.

23 Renuente verò ac dicente eo, non comedam, institerunt apud eum servi ejus, etiamque mulier, ita ut auscultaret voci eorũ: & surgens e terra [i] recubuit in lecto.

24 Mulieri autem illi erat vitulus [k] saginatus domi, quem [l] festinanter mactavit: & accipiens farinam depsit & [m] ex ea coxit asymos panes.

25 Deinde admovit ad Schaulem & ad servos ejus, qui comederũt: & surgentes abiverunt nocte illa.

ANNO-

d Heb. fac ascẽdere mihi: sic deinceps.

e Hebr. iniquitas: metonymia, Gen. 4. 13.

f Heb. accẽsionem iræ ejus.

g Heb. festinavit & cecidit.

h Heb. plenitudine staturæ suæ.

i Heb. sederet.

k Heb. saginarii.

l Heb. festinavit & mactavit.

m Heb. eam, ut Gen. 3. 17

Caput XXIX.

ANNOTATIO.

2 *Propterea*] quòd te virum præstiteris. 3 *Schaul amoverat*] vide annotata 2. Schem. 21. 1. 4 *Schunemi*] oppidum est in termino Jissaschari Jehos. 19. 18. *Gilbohha*] montes sunt non procul a convalle Jizrehhelis: nam ibi prælium consertum est. 6 *Urimos*] de quibus Num. 27. 21. Illi enim non penes Schaulem: sed penes Davidem erant, suprà 23. 6. & 9. *Per Prophetas*] Num. 12. 6. id est, neque ordinarie, neque extra ordinem. 7 *Hhen Dori*] oppidum est Menaschitarum cis Jardenem Jehos. 17. 11. 12 *Schemuelem*] spectrum diabolicum specie Schemuelis. *Cùm tu sis Schaul*] quod intellexerat a Diabolo quem evocaverat. 13 *Deos*] id est, divinas quasdam imagines, quibus Diabolus ante suas illusiones præludere solet. *Vidi*] ac proinde disparuerant cùm Schemueli apparituro præcessissent: Noëma. 14 *Hujus*] quem adhuc vides. 15 *Quare commovisti*] ut specie Schemuelem, ita verbis mentiebatur: sic in toto capite. 17 *Fecit sibi*] id est, disposuit sua consilia ad eum finem ut exequatur id quod locutus est per Schemuelem. *Laceravit*] vide suprà 15. 27. & 28. ℣. cujus rei executio docetur 2. Schē. 2. 19 *Futuri sitis mecum*] id est, mortui, ut Schemuel. 21 *Exposui animam*] ut Judic. 12. 3.

CAPUT XXIX.

Philischtæi lustrantes exercitum, uno ore Davidem abdicant: Acischumq; excusantem ita increpant, ut Davidem cum ipsius hominibus remittat.

1 Cùm itaque cōgregassent Philischtæi omnes copias suas ″Aphekum: Israëlitis castra habentibus ad″ fontē qui est Jizrehhele:

2 Satrapæ Philischtæorum transibant cum centenis & millenis: David verò & homines ejus″ transibant in extrema *acie* cum Acischo.

3 Quam ob rem dixerunt principes Philischtæorum, quid *sibi volunt* Hhebræi isti? dixit verò Acisch ad principes Philischtæorum: an non hic *est* David servus Schaulis regis Israëlitarū, qui fuit apud me jam aliquot diebus, imò jam aliquot annis, neque deprehendi in eo quicquam, ª ex quo die defecit usque in hunc diem? ª *Heb.* a die deficere sui

4 Sed efferbuerunt contra eum principes Philischtæorū, dixeruntq; ei principes Philischtæorum, remitte virū istum, ut revertatur in locū suum, ubi præfecisti eum, ut non descendat nobiscum in hoc prælium: neq; sit nobis adversarius in hoc prælio: qua enim re benevolentiam sibi conciliabit apud dominum suum? an non capitibus″ horum hominum?

5 An non hic *est* David de quo respondebant in choreis dicendo percussit Schaul millia sua: David verò myriadas suas? Suprà 18. 6.

6 Quapropter Acisch advocans Davidem edixit ei: ut vivit Jehova, tu rectus es, & bonus *videtur* in oculis meis″ egressus tuus & ingressus tuus mecum in castra: quia non deprehendi in te malum ex *quo* die venisti ad me usque in diem hunc: sed in oculis istorum satraparum non *videris* bonus.

7 Nunc ergo revertere & abi cum pace: ut non facias *quod videtur* malum in oculis satraparum Philischtæorum.

8 Dixit verò David ad Acischum: at quid feci, quídve deprehendisti in servo tuo ex quo die fui coram te usque in diem hunc: quòd non iturus sum ut pugnem contra hostes domini mei regis?

9 Respondens verò Acisch dixit ad Davidem: scio, certè bonus *videris* in oculis meis sicut angelus Dei: veruntamen principes Philischtæorū dixerunt: non est ascensurus nobiscum in hoc prælium.

10 Quare nunc manè ſurge cum ſervis domini tui, qui advenerunt tecum: cumque ſurrexerîtis manè & illuxerit vobis, abite.

11 Itaque ſurrexit David ipſe cum hominibus ſuis, abiturus manè, ut reverteretur in terram Peliſchtæorum: cùm Peliſchtæi aſcenderent Jizrehhelem.

ANNOTATIO.

1 *Aphekum*] Aphek oppidum in tribu Aſcheris Jehos. 19.30. *Fontem*] de quo vide Judic. 7.1. in annotatione. 2 *Tranſibant*] luſtrantes copias ſuas. 3 *Aliquot annis*] id eſt, jam altero anno: indefinitè dictum, vide ſupra 27.7. 4 *Iſtorum hominum*] id eſt, noſtris & noſtrorum. 6 *Egreſſus*] id eſt, converſatio & adminiſtratio tua: ſic Num. 27.17.

CAPUT XXX.

David a Peliſchtæis Tziklagum remiſſus, oppidum invenit ſpoliatum & exuſtum: quod per Ægyptium ab Hhamalekitis factum cognoſcens, eos aſſequitur & fundit: & prædã omnem tam ſibi, quàm finitimis ereptam recuperat. De ea milites componit, & munera amicis civitatibus in terminis Jiſraëlis mittit.

1 ERAT verò quando venit David cum hominibus ſuis Tziklagum, tertius dies: Hhamalekitæ autem irruentes in meridianum *tractum* & in Tziklagum, percuſſerant Tziklagum & combuſſerant illud igne.

2 Et captis fœminis quæ erant in eo, neminem a minimo ad maximum morte affecerant: ſed abducebant abeuntes itinere ſuo.

3 Itaque veniente Davide cum hominibus ſuis in civitatem, cùm ecce combuſta eſſet igne: & uxores eorum, filiique eorum ac filiæ eorum captı eſſent:

4 Suſtulit David & populus qui erat cum eo vocem ſuam & fleverũt: uſquedum non ſupereſſet ipſis vis flendi.

5 Et quamvis duæ uxores Davidis captivæ eſſent: Achinohham Jizrahhelitis, & Abigajil uxor Nabalis Carmelitæ:

6 Et anguſtia eſſet Davidi valde: quòd loquerentur populus de ipſo lapidando (erat enim amarus animus totius populi, cujuſque propter filios ſuos vel propter filias ſuas) tamen confirmavit ſe David in Jehova Deo ſuo.

7 Edixitq; David Ebjathari ſacerdoti filio Achimeleci, applica, queſo, meâ causâ amiculum: applicavitque Ebjathar amiculũ Davidis causâ.

8 Tum conſulente Davide Jehovam dicendo, perſequar turmã hanc? aſſequárne eam? dixit ei, perſequere: nam [a] omnino aſſequuturus es, & omnino erepturus es.

9 Quapropter abiens David ipſe & ſexcenti viri qui *erant* cum ipſo, venerunt uſque ad torrentem Beſoris: ubi reliqui iſti ſubſtiterunt.

10 Inde perſecutus eſt David ipſe cum quadringentis viris: cùm ſubſiſterent ducenti viri, qui ita defecti erant viribus, [b] ut non poſſent trajicere torrentem Beſoris.

11 Illi

[a] *Heb.* aſſequendo aſſequuturus es, & eripiendo erepturus.

[b] *Hebr.* qui defecti erãt a tranſeundo.

11 Illi inventum virum Ægyptium in agro capientes, *duxerunt* ad Davidem: cùm dediſſent ei panem ut comederet, & bibendam dediſſent ei aquam:

12 Dediſſentque ei fragmẽ palathæ, & duas uvas paſſas ut comederet: itaque reſtitutus eſſet ei animus: (non enim comederat cibum, neque biberat aquam tribus diebus & tribus noctibus).

13 Tum dixit ei David, cujus es tu? & undénam es? qui dixit, puer Ægyptius ſum, ſervus viri Hhamalekitæ: dereliquit autem me Dominus meus, eo quòd ægrotarem [c] *ab hinc* die tertio.

[c] *Hebr.* hic tertius dies eſt.

14 Nos irrueramus ad meridianũ tractũ [″] Ceretæi, & in *eum* qui *eſt* Jehudæ, & in meridianum [″] Calebi: deniq; Tziklagum combuſſimus igne.

15 Quam ob rem dicẽti ad eum Davidi, poſſesné deducere me ad turmam iſtam? dixit, jura mihi per Deum, te non affecturum me morte: neque dediturum me in manum domini mei: & deducam te ad turmam iſtam.

16 Cumq; deduxiſſet eum, (ecce autem diſſiti erant in tota ſuperficie illius terræ: comedentes & bibẽtes & tripudiantes de tota præda illa magna quam ceperant e terra Peliſchtæorum, & e terra Jehudæ):

17 Percuſſit eos David a crepuſculo uſque ad veſperam [d] poſtridie *expeditionis in eos*: nec proripuit ſe ex eis quiſquam, niſi quadringenti homines pueri, qui inſidentes Camelis aufugerunt.

[d] *Hebr.* poſtridie eorum.

18 Sic eripuit David quicquid ceperant Hhamalekitæ: etiã duas uxores ſuas eripuit David.

19 Neque defuit eis [e] quicquam parvum aut magnum, tum e filiis aut filiabus, tum e præda: denique quicquam quod accepiſſent eis: hæc omnia reduxit David.

[e] *Heb.* a parvo uſque ad magnũ, & uſque ad filios &c.

20 Præterea cepit David totum [″] reliquum gregem & armentũ: *quod* abducentes ante [″] pecora ſua dicebant, hæc *eſt* præda Davidis.

21 Redeunte itaque Davide ad ducentos illos homines, qui [f] defecti viribus non potuerant ſequi Davidem, quóſque juſſerat reſidere ad torrentem Beſoris: egreſſi ſunt obviam Davidi & obviam populo, qui *erat* cum eo: & accedens David ad illum populum, interrogabat eos de [g] proſperitate.

[f] vide ſuprà 10. ℣.

[g] *Heb.* de pace.

22 Deinde reſpondens quiſque pravus & nequam ex hominibus illis qui iverant cum Davide, dicebant: propterea quòd nõ ſunt profecti mecum, ne demus eis de hac præda quam eripuimus: ſed cuique uxorem ſuam & filios ſuos, ut abducentes abeant.

23 Dixit verò David, ne facitote ſic fratres mei: [h] [″] præterquam quòd tradidit nobis Jehova *hæc*, ſervans nos & tradens turmam quæ venerat contra nos in manum noſtram:

[h] *Heb.* cum eo quod tradidit.

24 Præterea quis auſcultet vobis in re hac? [″] nam prout *eſt* pars deſcendentis in prælium: ita etiam *eſt* pars reſidentis ad impedimenta: pariter partiuntor.

25 "Quod fuit a die illo & deinceps: nam imposuit illud statutum & judicium Jisraëli usque in hunc diem.

26 Deinde cùm venisset David Tziklagum, misit de ea præda seniori-
bus Jehudæ amicis suis dicendo: ecce vobis [i] donum de præda hostium
[i] *Heb.* bene dictio: sic Gen. 33. 11. Jehovæ.

27 Nempe iis qui *erant* in "domo Dei: & iis qui *erant* "Ramothis me-
ridianis, & iis qui *erant* "Jattire,

28 Et iis qui *erant* "Hharohhere, & iis qui *erant* "Siphmotis, & iis qui *erant* "Eschtemohhæ.

29 Et iis qui *erant* "Racali, & iis qui *erant* in civitatibus "Jerachmeeli-
tæ, & iis qui *erant* in civitatibus "Kenæi.

30 Item iis qui *erant* "Chormæ, & iis qui *erant* "Cor-Hhaschane, & iis qui *erant* Hhataci.

31 Denique iis qui *erant* Chebrone: & omnibus locis quò "itaverat Da-
vid, ipse cum hominibus suis.

ANNOTATIO.

1 *Tertius dies*] ex quo David discessit a castris Pelischtæorum: nam tantum itineris inter castrorum locum in-
tercessisse docet initium sequentis libri ℣. 2. 6 *Confirmavit*] vide sup. 23. 16. in annotatione. 9 *Ipsi*] decem
ti, de quibus ℣. sequente. 14 *Ceretæi*] id est, Pelischtæi ut ostenditur infr. ℣. 16. & Tzephanjæ 2. 5. & Jechezkelis
25. 16. *Calebi*] id est, quem possidet posteritas Calebi. 20 *Totum reliquum gregem*] quæ hostes aliunde com
pilaverant. *Pecora sua*] quæ sibi fuerant erepta versu proximo. 22 *Respondens*] cum sermo cæpisset ag de
dividenda præda. 23 *Præterquàm quòd*] prius argumentum est a genere victoriæ, quod non ipsorum viribus
sed divina beneficentia sit parta. 24 *Nam prout*] alterum argumentum a jure militari: ex æquo censentur
militare, stationarij castrorum & qui in aciem prodeunt. 25 *Quod fuit*] id est, obtinuit lex illa. 27 *In domo
Dei*] id est, in urbe Jehharimorum, quò arca restituta a Pelischtæis, translata resedit 1. Schem. 6. 22. *Ramothis*]
de quibus Jehos. 19. 8. *Jattire*] Jehos. 15. 47. 28 *Hharohhere*] Jehos. 13. 16. *Siphmothis*] quæ Num. 34. 10.
Schepham dicitur. *Eschtemohha*] quæ Eschte mo Jehos. 15. 49. vocatur. 29 *Jerachmeelita*] de quo sup. 27.
10. *Kenæi*] vide Judic. 1. 16. 30 *Chormæ*] Judic. 1. 17. *Cor Hhaschane*] fortè oppidū est Schimhhonis quod
simpliciter Hhaschan Jehos. 19. 7. dicitur. 31 *Itaverat*] ad quos frequenter se receperat David, cùm fugeret a
Schaule.

CAPUT XXXI.

*Schaul prælio commisso fugiens Pelischtæos, cæsis filiis, sibi mortem consciscit, Pelischtæi su-
gientium Jisraëlitarum loca occupant, & inter confossos, Schaulis & filiorum corpora inventa,
ad ludibrium præ mœnibus, affigentes, diis ac populo suo gratulantur: Jabeschitæ verò noctu ab-
repta corpora Jabeschi exurunt, & ossa sepeliunt.*

1. Chrō. 10. 1 "PELISCHTÆIS autem præliantibus contra Jisraëlem:
fugerunt Jisraëlitæ metu Pelischtæorum, ceciderunt{que} confossi in monte Gilbohhæ.

2 Ubi assecuti Pelischtæi Schaulē cum filiis ejus: per-
cusserunt Pelischtæi "Jehonathanem & Abinadabum
ac Malci-Schuhham filios Schaulis.

3 Ingravescente verò prælio in Schaulem, invenerūt eum homines ar-
cu jaculantes: timuitque valde ab ipsis jaculatoribus.

4 Quapropter cùm dixisset Schaul armigero suo, stringe gladiū tuum
& transfode me illo, ne venientes præputiati isti transfodiant me, & "il-
ludant mihi, & noluisset armiger ejus (reverebatur enim valde *eum*) arre-
pto Schaul gladio suo irruit in eum.

5 Tum videns armiger ejus mortuum esse Schaulem: irruit ipse quo-
que in

que in gladium ſuum, ut moreretur cum ipſo.
6 Sic mortuo Schaule cum tribus filiis ſuis & armigero ſuo, & etiam omnibus hominibus ſuis eo die pariter:
7 Videntes Iſraëlitæ qui *habitabant* " citra convallem illam, & qui *habitabant* citra Jardenem fugiſſe Iſraëlitas & mortuos eſſe Schaulem ac filios ejus: derelictis civitatibus ſuis fugerunt: & venientes Peliſchtæi habitarunt in eis.
8 Fuit autem " poſtridie, cùm veniſſent Peliſchtæi ad ſpoliandum confoſſos: ut invenirent Schaulem & tres filios ejus proſtratos in monte Gilbohhæ.
9 Cujus caput cùm abſcidiſſent, & detraxiſſent arma ejus: miſerunt in terram Peliſchtæorum circumquaque, ad nunciandum in æde " terriculorum ſuorum, & populo.
10 Et depoſuerunt arma ejus in æde " Hhaſchtarotharum: corpus verò ejus affixerunt prope murum Beth-ſchanis.
11 Sed audientes de eo " habitatores Jabeſchi Gilhhadis: quod fecerant Peliſchtæi Schauli:
12 Surgentes omnes viri ſtrenui, abierunt tota nocte: & aſſumpſerunt corpus Schaulis & corpora filiorum ejus a muro Beth-ſchanis: redeuntesque Jabeſchum " combuſſerunt ea ibi.
13 Deinde accipientes oſſa eorũ ſepeliverunt ſub nemore ad Jabeſchũ: & jejunaverunt ſeptem diebus.

ANNOTATIO.

1 *Peliſchtæi*] regreditur ad hiſtoriam cap. 29. dimiſſione Davidis & ejus in Hhamalekitas expeditione interruptam: 2 *Jehonathanem &c.*] vide ſuprà 14. 50. 4 *Illudant mihi*] id eſt, aliquo mortis genere indigno me afficiant. 7 *Citra convallem &c.*] id eſt, ab utraque parte loci, in quo prælium fuerat commiſſum. 8 *Poſtridie*] conflictus. 9 *Terriculorum*] idolorum, quibus terrentur animi ſuperſtitioſorum: non inſtituuntur. Confer cum 1. Chro. 10. cap. 10 *Hhaſchtarotharum*] vide annotata Judicum 2. 12. *Prope murum*] id eſt, in platea muro juncta infrà 2. Schem. 21. 12. *Beth-ſchanis*] quod & Beth-ſchean dicitur Judic. 1. 27. & alibi. Hoc in ſorte Menaſchis erat, ſed nondum ereptum Peliſchtæis, ibidem ut de Kehhila dictum eſt ſuprà 27. 6. 11 *Habitatores*] memores beneficii à Schaule accepti ſup. cap. 11. 12 *Combuſſerunt ea*] id eſt, carnem eorum: tum quia jamdudum ſoli & aëri expoſita computruerant: tum etiam quia hac ratione proſpiciebatur, ne rurſus corpora illa ludibrio exponerentur.

SCHEMUELIS
LIBER SECUNDUS.

POSTERIOR *liber Schemuelis res gestas a morte Schaulis, usque ad finem regni Davidis describit. Estq; historia quadraginta annorum, 2. Schem. 5. 5.*

CAPUT I.

David morte Schaulis per eum nuntiata, qui se illius interfectorem fuisse profitetur supplicium de eo sumit: & carmine deplorat Schaulis & Jehonathanis mortem.

1 EVIT autem post mortem Schaulis, cùm David reversus esset [a] a cæde Hhamalekitarum: & consedisset David Tziklagi duobus diebus:

2 Fuit, inquam, die tertio, ut ecce quidam veniret e castris a Schaule, vestibus laceris & terra imposita capiti suo: fuitq; eo veniente ad David, cùm procidens in terram incurvasset se:

3 Ut diceret ei David, undénam venis? qui dixit ad eum, e castris Jisraëlitarum proripui me.

4 Dixit verò ad eum David, quid fuit rei? indica quæso, mihi: qui dixit, nempe fugit populus a prælio: [b] ubi cũ multi e populo ceciderunt & mortui sunt, tum etiam Schaul & Jehonathan filius ejus mortui sunt.

5 Dicẽti autem Davidi ad puerum qui nuntiabat ei: quî scis mortuum esse Schaulem & Jehonathanem filium ejus?

6 Dixit puer qui nuntiabat ei, [c] casu incidi in montem Gilbohhæ, cùm ecce Schaul [d] incumberet hastæ suæ: ecce autem currus & [e] magistri equitum assequebantur eum,

7 Cumque respiciens a tergo suo videret me: inclamavit me, & dixi ei, ecce me.

8 Eo autem dicente mihi, quis es? cum dixissem ad eum, Hhamalekita sum,

9 Dixit ad me, insta, quæso in me & morte affice me, quia [f] detinuit me hæc ocellata chlamys: nam adhuc tota [g] vita mea in me *est*.

10 Instans itaque in eum morte affeci eum: quia sciebam eum non victurum, postquã cecidisset & accepi coronamentum quod *erat* in capite ejus & armillam, quæ erat in brachio ejus, ut afferrem ea ad dominum meum huc.

11 Tum

[a] Heb. a cædendo Hhamalekum.

[b] Heb. & etiã multũ e populo cecidit.

[c] Heb. incidẽdo incidi.

[d] Hebr. niteretur hasta sua.

[e] Heb. animæ

[f] Heb. animam

[g] Heb. anima

11 Tum David corripiens veſtimenta ſua laceravit ea: ſimiliter etiam omnes homines qui *erant* cum eo.
12 Et plangentes fleverũt, jejunaveruntq; uſque ad veſperam, propter Schaulem, & propter Jehonathanem filium ejus, & propter populum Jehovæ, deniq; propter familiam Jiſraëlis quòd cecidiſſent gladio.
13 Et dixit David ad puerum qui nuntiabat ei, unde nam es? quo dicente, filius cujuſdam ″ peregrini Hhamalekitæ ſum,
14 Dixit ad eum David: quo modo non timuiſti extendere manum tuam ad perimendum unctum Jehovæ?
15 Vocansque David unum e pueris ſuis dixit, accede, incurre in eum: qui percuſſit eum ita ut moreretur.
16 Cùm dixiſſet ad eum David, [e] cædis tuæ *cauſa eſt* ſuper caput tuum: nam os tuum teſtatum eſt contra te dicendo: ego morte affeci unctum Jehovæ.
17 Lamentatus autem eſt David lamentatione hac de Schaule & de Jehonathane filio ejus.
18 ″ Quam protulit ad docendum filios Jehudæ *tractare* arcum: ecce ″ ſcripta eſt in libro recti.
19 ″ O decus Jiſraëlis, in ″ excelſis tuis confoſſi: quo modo ceciderunt robuſti!
20 ″ Ne indicetis ″ Gathi, neque annuncietis in plateis Aſchkelonis: ut non ″ lætentur filiæ Peliſchtæorum, ut non exultent filiæ præputiatorum.
21 O montes Gilbohhæ, ne ros néve pluvia *decidat* ſuper vos, ô agri [f] editi: quia illîc ″ faſtidio fuit clypeus robuſtorum, clypeus Schaulis, deeſt ″ unctus oleo.
22 ″ A ſanguine confoſſorum, ab adipe fortiũ arcus Jehonathanis non retrocedebat: & gladius Schaulis non revertebatur vacuus.
23 ″ Schaul & Jehonathan amantiſſimi & jucundiſſimi in vita ſua: in morte quoque ſua non ſeparati ſunt: ″ aquilis leviores, leonibus robuſtiores erant.
24 ″ Filiæ Jiſraëlis de Schaule flete, qui veſtiebat vos dibapho cum deliciis, qui inducebat ornamenta aurea ſuper veſtimenta veſtra.
25 ″ Quo modo ceciderunt robuſti in iſto prælio! Jehonathan in excelſis tuis confoſſus!
26 ″ Anguſtia eſt mihi propter te, frater mi, Jehonathan: jucundus fuiſti mihi valde: admirabilior fuit amor tuus mihi amore fœminarum.
27 ″ Quo modo ceciderunt robuſti, & perierunt arma bellica!

[e] *Hebr.* ſanguis tuus ſic Joſ. 2. 19. & Judic. 9. 24.

[f] *Heb.* elationum: ſubſtantivum pro adjectivo.

ANNOTATIO.

1 *Accede*] de qua 1. Schem. 30. 2 *Et terra impoſita*] vide Jehoſ. 7. 6. 6 *Magiſtri equitum*] ſynecdoche, id eſt, ipſi cum ſuis turmis. 9 *Detinuit me*] impedivit haſtam ne in corpus meum altius penetraret. 13 *Peregrini*] id eſt, peregrinantis in Jiſraële, quod quibus conditionibus permiſſum fuerit, vide Deut. 20. 16. & 23. 1. 18 *Quam protulit*] id eſt, ut ea enunciata per contribules ſuos, quaſi hortamento excitaret eos ad peritiam jaculandi exercitatione comparandam. *Ecce ſcripta eſt* etc.] vide Jehoſ. 10. 13. in annotatione. 19 *O decus*] Periphraſis Dei: exordium patheticum cladis propoſ-

tionem continens. Est autem genus lamentationis cycloides. *In excelsis*] id est, in montibus terræ tuæ, ut infrà 21. & 25. ver. 20 *Ne indicetis*] Propositio secunda eventuum ex superiore clade quos perturbatio fingit. Eorum priorem depre-catur, ne istius cladis rumor unquam ad Philischtæos perferatur: & finem habet honorem Dei, ut Micæ 1.10. posteriorem imprecatur in cladis locum. *Gathi*] id est, in ullis partibus Philischtæorum, ne in propinquioribus quidem. *Lætentur*] Deil blasphemantes & populo ejus insultantes, ut de Schimschone Judic. 16.23. & sequentibus. 21 *Fastidio fuit*] id est, abje-ctus est clypeus nostrorum cum animo. *Unctus oleo &c.*] id est, rex Schaul ibi amissus est. 22 *A sanguine*] amplificatio cædis, a præstantia personarum Schaulis & Jehonathanis. Est autem hic primus commendationis locus a rebus gestis quas-si dicat, nunquam frustra hostibus arma intulerunt, quin ea in ima hostium quamvis fortissimorum, viscera penetrarent. 23 *Schaul & Jehonathan*] secundus locus a constante fide & amore mutuo usque ad mortem. *Aquilis*] tertius locus ab eo-rum agilitate & robore. 24 *Filiæ Jisraëlis*] quartus locus ab effectis, quòd subditos bonis cumulabant. 25 *Quo mo-do*] versus amœbæus, idem cum primo & ultimo versu lamentationis, quo transitur ad quintum locum lamentationis. 26 *Angustia est mihi*] quintus locus a privato suo damno & dolore propter summum mutuum amorem: suum enim fra-terno amori comparat, & Jehonathanis erga se, muliebri. 27 *Quo modo*] Conclusio per versum amœbæum.

Caput II.

David oraculo Dei Chebronem profectus a posteris Jehudæ in regem eligitur: Jabeschitis per legatos de officio præstito Schauli gratulans, id Deo acceptum testatur, & iis operam suam polli-cetur. Ischboscheth filius Schaulis operâ Abneri, reliquo Jisraëli præficitur: & bello inter utrumq; biennio pòst orto, Abner cum suis funditur.

1 Fuit autem post hæc, cùm consulente David Jehovam dicendo, súmne ascensurus in aliquam civitatum Jehu-dæ? edixisset Jehova ei ascende: Et dicenti David, quò a-scensurus sum? dixisset, Chebronem:

2 Ut ascenderet illuc David, etiamque duę uxores ejus: Achinohham Jizrehhelitis, & Abigajil uxor Nabalis Carmelitæ:

3 Homines quoque suos, qui secum *erant* deduceret David, quemque cum familia sua: & habitarent in″ civitatibus Chebronis.

4 Quò advenientes homines Jehudę, unxerunt ibi Davidem in regem super familiam Jehudæ: & ″ indicaverunt Davidi dicendo, homines Jabe schi Gilhhadis sunt qui sepelierunt Schaulem.

5 Quam ob rem David missis legatis ad homines Jabeschi Gilhhadis: dixit ad eos, benedicti estis Jehovæ, qui exercuistis benignitatem hanc er ga dominum vestrum, erga Schaulem, quòd sepeliv istis eum.

6 Propterea nunc exerciturus est Jehova erga vos benignitatem & fi-
[a] *Heb.* faciã. dem: & ego quoq; [a] reponam vobis beneficium hoc, qui feci stis rem hic.

[b] *Hebr.* filii roboris. 7 Nunc itaque confirmẽtur manus vestræ, & estote [b] strenui, cùm mor tuus est dominus vester Schaul: nam″ similiter unxerunt me domus Je-hudæ in regem super se.

8 Abner autem filius Neri princeps militiæ, quæ *fuerat* Schaulis assum-
[c] qui & Eschbahhal 1. Chro. 8.33. & 9.39. ptum [c] Ischboschethum filium Schaulis, traduxit″ Machanajima.

9 Constituitq; eum regem super″ Gilhhadem, super [d]″ Ascheræos, &
[d] *Heb.* Aschuræum. ″ Jizrehhelem, & Ephrajimum, & Binjaminem, denique super Jisraëlem totum.

10 Quadraginta annos natus erat Ischboscheth filius Schaulis, cùm
[e] *Heb.* regnavit: sic Gen. 5.32. [e] regnare cœpit super Israëlem, & duobus annis regnaverat: (tantùm do-
[f] *Heb.* erant post. mus Jehudæ erant [f] qui sequebantur Davidem.

11 Fuitq; numerus dierum, quibus erat David rex Chebrone super do-
mum

mum Jehudæ: septem annorum & sex mensium).
12 Cùm egressus est Abner filio Neri, & servi Ischboschethi filii Schaulis Machanajimis Gibhhonem.
13 Joab quoq; filius Tzerujæ & servi Davidis egressi occurrerunt eis apud piscinam Gibhhonis simul: consederuntque hi secundum piscinam hinc: illi verò secundum piscinam inde.
14 Ubi dicenti Abnero ad Joabum: surgant jam pueri isti ut ludãt coram nobis: dixit Joab, surgant.
15 Surgentes itaque transiverunt *pari* numero: duodecim a Binjamine, id est, ab Ischboscheto filio Schaulis, & duodecim a servis Davidis.
16 Quorum quisq; apprehenso capite proximi sui, gladium suum *infixit* lateri proximi sui: sic ceciderunt simul: quapropter vocat *quisque* locũ illum, portionem fortium quæ est Gibhhone.
17 Deinde fuit prælium durum admodum die illo: & plagâ affectus est Abner & homines Jisraëlis ante servos Davidis.
18 (Erant autem ibi tres filii Tzerujæ Joab & Abischai & Hhasa-El: eratque Hhasa-El celer pedibus suis, ut caprearum aliqua quæ *degit* in agro).
19 Quaproprer persequebatur Hhasa-El Abnerũ: nec declinabat eundo ad dexteram aut ad sinistram, a persequendo Abnero.
20 Respiciens verò post se Abner dixit, ésne tu Hhasa-El? qui dixit, sum.
21 Dicente verò ei Abnero, declina tu ad dexteram tuam, aut ad sinistram tuam, & prehendens tibi unum ex istis pueris, accipe tibi exuvias ejus: noluit Hhasa-El divertere[g] ab eo persequendo.
22 Quare rursus adhuc dixit Abner ad Hhasa-Elem, diverte tu a me persequendo: quare percutiens *sternerem* te in terram? & quo modo sublaturus essem faciem meam apud Joabum fratrem tuum?
23 Cum itaque renueret divertere, percussit eum Abner stylo posteriore hastæ ad quintam costam, ita ut exeunte hasta a tergo ejus, caderet ibi & moreretur in loco suo: eratq; *ut* quisquis veniebat ad locum illum ubi cadens Hhasa-El mortuus fuerat, subsisterent.
24 Sed persecuti sunt Joab & Abischai Abnerum: qui cùm sol occumberet venerunt ad collem Ammæ, qui *est* in conspectu Giachi, viâ ad desertum Gibhhonis.
25 Et congregaverunt se Binjaminitæ[h] sequentes Abnerum, ita ut essent cuneus unus: substiteruntq; in vertice collis unius.
26 Unde inclamans Abner Joabum dixit, an in æternum consumet gladius? an non scis amaritudinem fore in fine? quousq; ergo non edices populo isti, ut avertantur a persequendo fratres suos?
27 Cui dixit Joab: ut vivit Deus ipse, nisi locutus fuisses, *nihil feciſſemus*: sed inde a matutino tempore abductus fuisset populus, quisque a persequendo fratrem suum.

g Heb. à post eum: sic deinceps.

h Hebr. post.

28 Tum clangente Joabo buccina ut subsisterent totus populus, neq; amplius persequerentur Jisraëlitas: non perrexerunt amplius bellum gerere.

29 Ita Abner & homines ejus abiverunt per campestria tota nocte illa: & trajecto Jardene obeuntes[i] totum tractum separatum *Jardene* pervenerunt Machanajima.

[i] *Heb.* totam separationē: sic cantic. 2. vers. ultimo. montes separationis, id est ultra Jardenem.

30 Joab verò reversus a persequendo Abnerum congregavit totum populum: desideratique sunt e servis Davidis novemdecim viri & Hhasa-El.

31 Servi autem Davidis percusserant e Binjaminitis, id est, ex hominibus Abneri *multos*: trecenti sexaginta viri mortui sunt.

32 Tollentes autem Hhasa-Elem sepeliverūt eum in sepulchro patris sui, quod *erat* Beth-Lechemi: cùm pergentibus tota nocte Joabo & hominibus ejus, illuxisset ipsis Chebrone.

ANNOTATIO.

3 *In civitatibus Chebronis*] id est, quæsitæ sunt in montano tractu Chebronis: vide Jehos. 21. 11. & 12. 4 *Indicarunt Davidi*] sciscitanti de corpore mortui regis, ut ipsum honorificè sepeliret. 7 *Nam similiter*] quasi dicat, si Schaule defuncto destituti estis, me paratum habebitis jam constitutum regem Jehudæ. 8 *Machanajima*] vide Gen. 32. 2. nominatum. est autem ultra Jardenem in tribu Gadis. 9 *Gilhhadem*] regionem trans Jardenem: synecdoche, ut in sequentibus. *Ascheræos*] id est, regionem summam a septentrione: nam synecdochicōs hac & sequentibus vocibus tota latitudo regionis a mari ad Jardenem intelligitur. *Jizrehhelem*] id est, regionem mediam Zebulunis, Jissascaris & Naphthali. 14 *Misit*] id est, spectaculi causa pugnent. 16 *Portionem sortium*] id est, partem agri, ut Gen. 33. 19. 22 *Et quo modo*] id est, qua fronte essem coram fratre tuo compariturus? 26 *An in æternum*] Tribus argumentis deterret Joabum a persequenda victoria: Primum est ab humanitatis officio: Secundum ab eventu, qui non potest etiam victoribus non esse luctuosus in-jusmodi victoriis: postremum a naturali necessitudine & religionis jure. 27 *Locutus fuisses*] id est, nisi prior lemmon provocasses, suprà ver. 14.

CAPUT III.

Bello inter Davidem & Ischboschetum durante, decrescit hic: ille verò in dies augescit, prosa prole: restitutione Micalis uxoris: confœderatione Jisraëlitarum deficientium ab Ischboscheto operâ Abneri: quem rege insscio, Joab & Abischai dolo interficiunt. A quo maleficio Davidtho verbis & opere se purgans, Abnerum honorificè sepeliendum curat, & apud suos se excusat quòd Joabi supplicium differat.

1 DEINDE fuit bellum[a] diutinum inter domum Schaulis, & inter domum Davidis: sed Davidis pergens invalescebat: domus verò Schaulis pergentes attenuabantur.

[a] *Heb.* longū

2 Nati enim sunt Davidi filii Chebrone: fuitq; primogenitus ejus Amnon ex Achinohhama Jizrehheliride.

3 Et secundus ab eo[b] Cileab ex Abigajila uxore Nabalis Carmelitæ: & tertius Abschalom filius Mohhacæ filiæ Talmai regis Geschuris.

[b] *Heb.* qui dicitur Daniel 1. Chro. 3. 1.

4 Et quartus Adonija filius Chaggithæ: & quintus Schephatja filius Abitaliæ.

5 Denique sextus Jitrehham ex Hegla, *quaque* uxore Davidis: hi nati sunt Davidi Chebrone.

6 Fuit etiam cùm esset bellum inter domum Schaulis & inter domum Davidis: & Abner sese confirmasset in domo Schaulis.

7 (Fue-

7 (Fuerat autem Schauli concubina nomine ″ Ritzpa filia Ajæ): ″ ut di
ceret *Iſchboſcheth* ad Abnerum: quare congreſſus es cum concubina pa-
tris mei?
8 Tum accenſus *irâ* Abner valde propter verba Iſchboſchethi dixit: ″ an
perſona canina ſum? ″ qui fuerim Jehudæ: hodie exercuero benignitatem
erga domum Schaulis patris tui: erga cognatos ejus, & erga proximos e-
jus, quòd non exhibuerim te in manum Davidis: ut imputes mihi ″ ini-
quitatem iſtius mulieris?
9 Ita faciat Deus Abnero, & ita pergat *facere* ei, ut quemadmodum ju-
ravit Jehova Davidi, ut *inquam* ſic facturus ſum ei,
10 Transferendo hoc regnum a domo Schaulis: & ſtabiliendo ſolium
Davidis ſuper Jiſraëlem & ſuper Jehudam, a ″ Dane uſq; Beerſchebahhũ.
11 Qui non potuit amplius reſpondere Abnero quicquam: [c] præ timo- [c] Heb. præ timore ejus.
re quo timebat eum.
12 Itaque miſit Abner legatos ad Davidem ″ propter hoc, qui dicerẽt:
″ cujus eſt regio? & dicerent, pange fœdus tuum mecum, & ecce ″ manus
mea affutura eſt tibi, ad avertendum ad te totum Jiſraëlem.
13 Qui dixit, bene *eſt*: ego pacturus ſum tecum fœdus: veruntamẽ rem
unam ego peto abs te dicendo: non viſurus es faciem meã, niſi antequàm
introducant te, cum Micale filia Schaulis adveneris ad videndum fa-
ciem meam.
14 Miſitque David nuntios ad Iſchboſchethum filium Schaulis, qui
dicerent: da uxorem meam Micalem quam deſpondi mihi ″ centum præ-
putiis Peliſchtæorum.
15 Itaque mittens Iſchboſcheth aſſumpſit eam a viro: a [d] Paltiele filio [d] qui Palti di citur. 1. Schẽ. 25. ℣. ultimo
Laviſchi.
16 Pergente autem cum ea viro ejus, [e] continenter flendo poſt eam ″ Ba [e] Heb. eundo & flendo.
churima uſq;: edixit ei Abner: abi, revertere: qui reverſus eſt.
17 Sermo autem Abnero fuerat cum ſenioribus Jiſraëlis dicendo: [f] an- [f] Heb. etiã he ri, etiam nudiuſterti°: ſy necdoche.
teà planè quærebatis Davidem in regem ſuper vos:
18 Nunc ergo efficite: nam Jehova locutus eſt de Davide dicendo: per
Davidem ſervum meum ſervaturus ſum populum meum Jiſraëlem e ma
nu Peliſchtæorum, & e manu omnium hoſtiũm ipſorum.
19 Præterea locutus erat ſimiliter Abner audientibus Binjaminitis: cũ
abiit etiam Abner ad eloquendum in aures Davidi Chebronem, omnia
quæ bona *videbantur* in oculis Jiſraëlitarum: & in oculis ″ totius familiæ
Binjaminis.
20 Cùm aũt veniſſet Abner ad Davidem Chebronẽ [g] comitatus vigin- [g] Hebr. & cũ coviginti ho mines.
ti hominibus: fecit David Abnero & hominib. qui *erant* cũ eo conviviũ.
21 Deinde dicẽte Abnero ad Davidẽ: ſurgens abeã ut congregẽ ad domi
num meũ regem oẽs Jiſraëlitas: qui pangant tecũ fœdus, & regnes ſuper
prout deſyderat anim° tuus: dimiſit David Abnerũ: qui abibat cum pace.
22 Ecce autem ſervi Davidis cum Joabo, veniente a *perſequenda* aliqua

turma, prædam magnam ſecum abducebant: ſed Abner nõ erat amplius cum Davide Chebrone, eo quòd dimiſiſſet eum ut abiret cum pace.

23 Ioabo itaque & toto exercitu qui *erat* cum eo ingreſſis: poſtquàm nuntiaverunt Joabo dicendo: venit Abner filius Neri ad regem, qui dimiſit eum ut abiret cum pace:

24 Veniens Joab ad regem dixit: quid feciſti? ecce venerat Abner ad te; quare dimiſiſti eum ″ ut abeat [h] continenter?

25 Noſtí*ne* Abnerum filium Neri? certè ad pelliciendum te venit: aut ad cognoſcendum ″ egreſſum tuum & regreſſum tuum: denique ad cognoſcendum quæcunque facis.

26 Tum egreſſus Joab a Davide, miſit legatos poſt Abnerum: quirevocaverunt eum a ciſterna Siræ: ſed David non erat conſcius.

27 Reverſoq; Abnero Chebronem, ſeorſim duxit eum Joab intra portam, ut loqueretur cũ eo, [i] imprudentẽ: percuſſitq; eũ ibi quintâ coſtâ, adeò ut moreretur: ″ propter ſanguinem Hhaſa-Elis fratris ejus.

28 Quod cùm poſteà audiſſet David, dixit: inſons ego *ſum* & regnum meum apud Jehovam uſq; in ſeculum: ″ a ſanguinibus Abneri filii Neri.

29 Maneant ſuper caput Joabi, & ſuper *caput* totius domus paternæ: ejus: neque [k] ″ deficiat e domo Joabi fluxum patiens: aut leproſus: aut qui ″ nitatur ſcipione: aut cadens gladio: aut carens cibo.

30 ″ Joab enim & Abiſchai frater ejus occiderant Abnerum: eo quòd morte affeciſſet Hhaſa-Elem fratrem ipſorum ″ Gibhhone in illo prælio.

31 Poſteà edixit David Joabo & toti populo qui *erat* cum eo: lacerate veſtimenta veſtra & accingite vos ciliciis, ac ″ plangite ante Abnerum: & rex ipſe David ſequebatur feretrum illius.

32 Ipſis autem ſepelientibus Abnerum Chebrone: rex ſublata voce ſua flebat ad ſepulchrum Abneri, flebantq; totus populus.

33 Et lamẽtatus rex Abnerum dixit: ergó*ne* ut ″ moritur ſtultus, morturus fuerit Abner?

34 Manus tuæ ″ non fuiſſent ligatæ, & pedes tui æreis compedibus non fuiſſent admoti: ut cadit quis ante [l] iniquiſſimos, cecidiſti: pergebátque totus populus deflere eum.

35 Veniẽte autem toto populo ut reficeret Davidem cibo, cùm adhuc erat dies: juravit David dicendo, ita faciat mihi Deus, & ita pergat, ut nõ ante occaſum ſolis guſtaturus ſum panem aut prorſus quicquam.

36 Quod cùm totus populus cognoviſſet, bonum *viſum* eſt in oculis eorũ: omnino prout fecerat rex, *videbatur* in oculis totius populi bonũ.

37 Agnoſcebant enim totus populus ejus, & totus Jiſraël die illo, non *profectum* fuiſſe a rege, ut *quis* morte afficeret Abnerum filium Neri.

38 Nam dixerat rex ad ſervos ſuos: ″ an neſcitis principem & quidẽ magnum cecidiſſe die hoc in Jiſraële?

39 Ego aũt hoc tẽpore [m] infirm⁹ ſum, utpote ″ unct⁹ rex: homines verò illi filii Tzeruję [n] ″ firmiores ſunt me: ″ repẽdet Jehova ei qui fecit hoc malum ſecundum maleficium ejus.

ANNO-

h *Heb.* cũdo.

i *Heb.* per errorem.

k *Heb.* excindatur.

l *Heb.* filios iniquitatis: i. dolo & ſpontione interfectus es.

m *Heb.* tener

n *Heb.* durior res.

Caput IIII.

ANNOTATIO.

3 *Regis Geschuris*] pars est Syriæ, contermina Gilhhadi in Trachonitide Deuteron. 3. 14. 6 *Sese confirmasset*] id est autoritatem & opes sibi comparasset. 7 *Nomine Rizpa*] de qua vide plura infrà cap. 21. *Ut diceret*] falsa suspicione vel delatione motus: nam nihil tale commisisse legitur. 8 *An persona canina*] id est, vilis, abjecta, & scortationi dedita, nam utrôque spectat appellatio canis. Deuter. 23. 18. & 1. Schem. 24. 15. *Qui fuerim &c.*] id est, qui a te defecerim cum tribu Jehuda supra 2. 4. Exprobrat beneficium suum erga Ischboschethum, & sequentibus amplificat. *Iniquitatem istius mulieris*] id est, velut commissam cum hac muliere: ita inficiatur objectum sibi crimen. 10 *A Dane*] vide Judic. 20. 1. 12 *Propter hoc*] id est, hac offensione motus. *Cujus est regio*] supple, nisi tua, cui Deus imperium detulit. *Manus mea affutura est*] i. operâ meam tibi navabo: vide Levitic. 5. 21. 14 *Centum præputiis*] ex Schaulis pacto mihi proposito. 1. Schem. 18. 24. 16 *Baehurima*] oppidum in tribu Binjaminis, ut apparet infrà cap. 19. 16. 19 *Totius familiæ &c.*] id est, maximæ partis: synecdoche. vide 1. Chro. 12. 29. 24 *Abeat continenter*] id est, conficiat iter suum sine impedimento. 25 *Egressum tuum*] vide Num. 27. 17. 27 *Propter sanguinem*] propter cædem de qua suprà 2. 24. 28 *A sanguinibus*] ut versu præcedenti: vide Gen. 4. 10. 29 *Ne deficiat*] id est, tantisperdum durabit ejus familia, obnoxia sit istis malis. *Nitatur scipione*] id est, sit valetudinarius, podagricus, tabidus &c. synecdochicè dicta. 30 *Joab enim & Abischai*] rationem reddit imprecationis Davidis in totam paternam familiam ejus: quia ambo fratres, qui supererant, in necem Abneri conspiraverant. *Gibbhone*] suprà 2. 24. 31 *Lacerate vestimenta*] vide Jehos. 7. 6. 33 *Ut moritur stultus*] Hoc est, an tam indignè virum adeò strenuum obire oportuit? ut versu sequente explicatur. 34 *Non fuissent ligatæ*] id est, si justo certamine confligerent tecum, apparuisset quàm expeditus fueris manibus & pedibus. 38 *An nescitis*] quasi dicat, occisores tanti viri agnoscitis maximo supplicio dignos pro atrocitate criminis, & amplitudine personæ occisæ: sed infirmus rerum mearum status, non patitur ut nunc supplicium sumam de eis, qui plus quàm ego apud populum possunt. 39 *Utpote unctus rex*] id est, designatus quidem totius Jisraëlis rex: sed nondum plenè regnum consecutus. *Firmiores*] militaribus hominibus accipiores quàm ego sim, ut apparet infrà cap. 19. Est autem utriusque membri antithesis metaphorica a plantis desumpta. *Reprehendet*] id est, sumet ipse de eo supplicium, cùm me adhuc facultas deficit: vel me facultate instruet, ut ipsius judicium exerceam: vide initium executionis infrà 19. 14. progressum 1. Reg. 2. 5. & 6. executionem autem plenam ibidem. ver. 34.

CAPUT IIII.

Morte Abneri Ischboscheth fractus: Jisraëlitis consternatis, latronib. impunè grassantibus, tandem ab illorum duobus simulato habitu, domum illius ingressis, dormiens occiditur: quibus caput illius ad Davidem afferentibus, præter expectationem ipsorum, ignominiosæ mortis sententia a Davide pronuntiatur, & executioni mandatur: caput verò Ischboscheti honorificè sepelitur.

1 AUDIENTE verò filio Schaulis mortuum esse Abnerum
2 Chebrone, ″ remissæ sunt manus ejus: omnes verò Jisraëlitæ ″ conturbati sunt.

Duo autem homines principes ″ turmarum ″ erant filio Schaulis, nomen unius Bahhana: nomen verò alteri[9] Rechab filii Rimmonis Beerothæi e Binjaminitis: nam
3 Beerothæ quoque ″ annumerabantur Binjamini. Fugerantq; Beerothitæ isti ″ Gitajima: fuerantq; peregrini ibi usque in ″ istum diem.
4 ″ Cumque e Jehonathane filio Schaulis filius esset affectus pedibus: (natus quinque annos erat, cùm pervenit fama de Schaule & de Jehonathane ″ e Jizrehhele: quo assumpto cùm nutrix ejus fugeret, fuit ea accelerante fugam, ut cadens claudus redderetur): cujus nomen erat [a] Mephiboscheth:

a qui & Merib-Bahhal & Meri Bahhal. 1. Chr. 8. 34. & 9. 40.

5 Iverunt filii Rimmonis Beerothæi Rechab & Bahhana intraverúntque [b] æstu diei in domum Ischboscheti: ipso cubante cubatu meridiano.
6 Cumq; illuc pervenissent usque ad intimum domus, bajulantes tritici, percusserunt eum quintâ costâ: deinde Rechab & Bahhana frater ejus proripuerunt se.
7 Itaque ingressi domum illam, ipso cubante in lecto suo, [c] in cubiculo suo, cùm percutientes morte affecissent eum, & amovissent caput ejus: assumpto capite ejus abiverunt ″ viâ campestrium tota illa nocte.
8 Et afferentes caput Isboschethi ad Davidem Chebronem, dixerunt

b Hebr. cum æstus diei esset. sic Gen. 18. 1.

c Heb. in conclavi cubatûs sui.

ad regem: ecce caput Iſchboſchethi filii Schaulis inimici tui, qui quære-
d Heb. animã tuam. bat[d] vitã tuam: ſic edidit Jehova pro domino meo rege ultiones hodie de Schaule & de ſemine ejus.

9 Sed reſpõdens David Rechabo & Bahhanę fratri ejus, filiis Rimmo-
e Heb. animã meam. nis Beerothæi, dixit eis: "vivit Jehova, qui redimit[e] me ab omni anguſtia.

10 "Cùm eũ qui nuntiabat mihi dicendo: ecce mortuus eſt Schaul, qui
f Heb. erat in oculis ſuis. tamen[f] *videbatur* in oculis ſuis quaſi læta nuntians, apprehenſum occide-
g Heb. quod mihi *erat* ei præſtandũ, nuntium. rim Tziklagi: quod[g] *oportebat* me ei præſtare pro nuntio.

11 Quanto magis *oportet* hominibus improbis, *qui* occiderunt virum
"juſtum, domi ejus, in cubili ejus: jam ergo an non repoſcerem ſanguinẽ ejus e manu veſtra, & tollerem vos e terra?

12 Præcepit itaq; David pueris ſuis ut occiderent eos, qui amputarunt manus eorum & pedes eorum, & ſuſpenderunt ad piſcinam Chebrone: caput verò Iſchboſchethi aſſumentes, ſepeliverunt in ſepulchro Abneri Chebrone.

ANNOTATIO.

1 *Remiſſæ ſunt manus*] id eſt fractus animo deſtitit bellum gerere. *Conturbati ſunt*] rei novitate conſternati, quaſi præcisa ſuorum conſiliorum viâ de quibus ſuprà 3.17. 2 *Turmarum*] latronum graſſatorum: ut Hoſche. 6.10. & 7.1. *Erant ſpolio Schaulis*] e ſubditis ejus, quia Binjaminitæ erãt. *Annumerabantur Binjamini*] Jehoſ. 19.25. quaſi dicat, etiamſi Beerothæi a Peliſchtæis poſt Schaulis cædem, occupatæ adhuc detinerentur. 1. Schem. 31.7. 3 *Gitajima*] Nehemiæ 11.33. Binjaminitarum oppidum. *In iſtum diem*] quo facinus perpetrarunt, infrà ℣.7. 4 *Cumq; e Jehonathane*] Quaſi dicat, cùm latrones iſti viderent neminem fore deſignatæ a ſe cædis aut regni vindicẽ, præter Mephiboſchetũ puerum adhuc & claudũ, ſpe impunitatis in factũ audacius proruperunt. 5 *Jizrehhele*] ubi cæſi & fugati ſunt. 1. Schẽ. 31. 7 *Via campeſtris*] quaſi dicat, trajecto Jardene per ſolitudinem Jerichuntinam. nam cædes Machanajimis perpetrata eſt. 9 *Vivit Jehova*] ſed ſanctè hactenus præſtitit, & in poſterũ præſtiturus eſt. Prius argumentũ damnationis illorum, a fide promiſſionũ Dei. 10 *Cùm eſſet*] ſecundum argumentũ a præjudicio, per cõparationem minoris. *Quod oportebat*] quaſi dicat, quæ merces illi jure a me debebatur. 11 *Juſtum*] id eſt, qui ipſos nulla injuria affecerat, ut contrà illi improbi, id eſt, injurii dici ſolent, ut Ex 20.2. & alibi paſſim.

CAPUT V.

David a toto Jiſraële rex confirmatus Tziõnem occupat & inſtaurat: amicitiã cum rege Tyriorum init: filiorum numero augetur, Peliſchtæos bis fundit: ſic in dies magis augeſcit.

1 UNC venientes omnes tribus Jiſraëlis ad Davidem Chebronem: locutæ ſunt dicendo, ecce nos, "os tuum & caro tua ſumus.

a Heb. etiam heri, etiã nudiuſtertius. 2 [a] Item planè antehac cùm Schaul nobis præeſſet rex, "tu eras qui educebas & reducebas Jiſraëlem. deniq; dixit Jehova tibi, tu paſturus es populum meum Jiſraëlẽ, & tu præfuturus es anteceſſor Jiſraëli.

3 Venerunt quoq; omnes ſeniores Jiſraëlis ad regem Chebronem, quibuſcum pepigit rex David fœdus Chebrone "coram Jehova: & unxerunt Davidem in regem ſuper Jiſraëlem.

b Heb. regnavit, ut infrà ℣.9. ſic Gen. 5.32. 4 Natus triginta annos David cùm[b] regnare cœpit: quadraginta annis regnavit.

5 Chebrone regnavit ſuper Jehudam ſeptem annis & ſex menſibus: Jeruſchalaimis verò regnavit "triginta trib. annis p totũ Jiſraëlẽ & Jehudã.

6 "Profecto autem rege cum hominibus ſuis Jeruſchalaima contra Jebuſæum inhabitantem eam terram: allocutus eſt *ille* Davidem dicendo: neve-

ne venito huc, sed amoveto te, cæcis ipsis & claudis dicentibus, non est venturus David huc.

7 Attamen cepit David propugnaculum Tzijonis: ea *jam est* civitas Davidis.

8 (Dixerat enim David die illo, quisquis pertingens ad illud emissariũ, cœperit percutere Jebusæum & istos cæcos & claudos exosos animo Davidis, ″ *primarius & princeps futurus est*: eo quòd dixissent cæcus & claudus, non introgressurus est [c] huc).

9 Et habitans David in eo propugnaculo vocavit illud, civitatem Davidis: quia ædificavit David circumquaq; a munitione ipsa ″ introrsum.

10 Sic pergebat David [d] continenter crescere: quia Jehova Deus exercituum *erat* cum eo.

11 ″ Misit enim Chiram rex Tyri legatos ad Davidem, lignaq; cedrina, & fabros lignarios & [e] latomos: qui extruxerunt domum Davidis:

12 Cùm expertus esset David Jehovam stabiliviſse se in regem super Jisraëlem, & extollere regnum suum propter populum ipsius Jisraëlem.

13 Accepit autem David adhuc concubinas & uxores e Jeruschalaimis postquam venit Chebrone: natiq; sunt Davidi filii & filiæ.

14 Atq; hæc sunt nomina eorũ qui nati sunt ei Jeruschalaimis: [f] Schammuahh, & Schobab, & Nathan & Schelomo.

15 Item Jibchar & [g] Elischuahh, & Nepheg & Japhiahh.

16 Et Elischamahh, [h] & Eljadahh, & Eliphelet.

17 Audientes autem Pelischtæi *Jisraëlitas* unxisse Davidem in regem super se: ascenderunt omnes Pelischtæi, ad quærendum Davidem, versus propugnaculum: quod audiens David ″ descendit.

18 Cùm enim Pelischtæi venissent: & dissiti essent per convallem ″ Raphaæorum:

19 Consuluerat David Jehovam dicendo, an ascensurus sum cõtra Pelischtæos? an traditurus es eos in manum meam? & dixerat Jehova David, ascende nam [i] omnino traditurus sum Pelischteos istos in manũ tuam.

20 Veniens itaq; David Bahhal-Peratzima, percussit eos ibi David ac dixit, rupit Jehova inimicos meos coram me, ut *est* eruptio aquarum: idcircò vocavit *quisque* nomen loci illius [k] Bahhal-Peratzima.

21 Nam dereliquerũt ibi ″ terricula sua: quæ ″ sustulit David & viri ejus.

22 [l] Iterum autem adhuc Pelischtæi ascendentes: dissiti erant in convalle Raphaæorum,

23 Cùm consulenti Davidi Jehovam dixit, ne ascẽdito: [m] diverte a persequendis eis, posteà aggredere eos ex adverso mororum.

24 Et esto cùm audieris sonum incessus in cacuminibus mororum, ut tunc ″ moveas te: tunc enim prodierit Jehova ante te ad percutiendum castra Pelischtæorum.

25 Cumq; David sic faceret quemadmodũ præceperat ei Jehova: percussit Pelischtæos a ″ Gebahho usq; quà venis Gezerum.

c *Heb.* in hãc domum.

d *Heb.* eundo & crescendo

e *Heb.* fabros lapidũ muri.

f q & Schimhha 1. Chro. 3.5.

g qui & Elischamahh ibid. ver. 6.

h qui & Behheljadahh 1. Chr. 14.7.

i *Heb.* tradendo traditurus sum.

k id est, plantiem ruptura rum a rupturis exercitus Pelischtæorum.

l *Hebr.* addiderũt adhuc Pelischtæi ascendere.

m *Heb.* divertite a posteos

ANNOTATIO.

1 *Os tuum &c*] ut Gen. 29. 14. 2 *Tueras*] vide 1. Shem. 18. 4. & 5. versibus. *Dixit Jehova*] cùm per Schemuelem eã ungi jussit 1. Schem. 16. 13. Signum enim non fuit sine verbo: sed brevitatis causâ ibi reticetur. 3 *Coram Jehova*] id est, publico jurejurando. Jehova advocato teste. 5 *Triginta tribus*] Id est, triginta duobus cum dimidio: synecdoche. 6 *Profecto*] Confer quæ hic dicuntur cum 1. Chron. 11. 12. *Cæcus ipsis*] freti munitione loci, ipsi inprimis Davidem ludificati sunt, & præcipui autores fuerunt ut Davidi minimè cederetur: gloriantes vel se solos Davidem propulsaturos. 8 *Primarius & princeps &c.*] eclipsis consequentis, sive oratio anantapodotos, quæ impletur 1. Chron. 11. 9 *Introrsum*] nam Joab reliquam civitatem instauravit 1. Chro. 11. 8. 11 *Misit enim*] confer hos duos versus cum initio 1. Chron. 14. 17 *Descendit*] ex arce sua processurus contra Philistæos, ut explicatur ibidem ver. 8. 18 *Raphaeorum*] in tribu Jehudæ, Jehos. 15. 8. 21 *Nam dereliquerunt*] quasi dicat, tam præceps fuit Davidis irruptio & illorum ruptura, ut fugientibus ne deos quidem suos recipere vacaverit. *Sustulit*] comburendo ea, ut 1. Chron. 14. 12. *Terricula*] vide annotata 1. Schem. 3. 9. 24 *Moveas*] procedas in prælium. 25 *Gebahho*] Gibhhone in tribu Binjaminis Jehos. 18. 25.

CAPUT VI.

David Jisraëlitas convocat, ut secum arcam Dei ex urbe Jehharimorum in civitatem suam deducant: in cujus deportatione peccatur, tum a sacerdotibus dum arcam plaustro devehendam curant: tum a Hhuzza, qui ad eam temere manum admovens divinitus in exemplum morte afficitur. Unde consternatus David, arcam in itinere Hhobed-Edomo committit, donec audita ejus prosperitate consilium repetit, & eam ad se magno comitatu & lætitia adducit. Postremo Micale derisus eam ipse graviter increpat, Deus verò sterilitate punit.

1 POSTEA congregavit" iterum David quosq; delectos
2 ex Jisraële, triginta millia.

Surgente autem Davide & toto illo populo qui erat cum eo, ut abiret" Bahhalibus Jehudæ: ad deducendum inde arcam Dei, ad quam" invocabatur nomen, nomen *inquam* Jehovæ exercituum" insidentis Cerubinis:

3 "Imposuerunt arcam Dei plaustro novo, ut deportarent eam e domo Abinadabi, quæ *erat* in ipso colle: Hhuzza & Achjo filiis Abinadabi ducentibus plaustrum illud novum.

4 Deportaverunt itaque eam e domo Abinadabi quę *erat* in ipso colle Dei *euntes* cum arca Dei: Achjo autem ibat ante arcam.

a *Heb.* ludebant, id est. ludentiũ more gestiebãt, ut infrà ver. 16.

5 David verò & tota domus Jisraëlis gestiebãt[a] *præ lætitia* corã Jehova, cum quovis *instrumento* e lignis abiegnis: nempe cum citharis & cum nabliis & cum tympanis, & cum tubis & cum cymbalis.

b qui & Cidon 1. Chr. 13. 9.

6 Sed cùm veniissent usque ad aream[b] Naconis: Hhuzza extensa ad arcam Dei *manu*, prehendit eam: quia dimoverant eam boves.

c *Hebr.* hanc imprudentiam.

7 Quamobrem accensus irâ Jehova in Hhuzzam: percussit ibi Deus eum propter[c] hoc" imprudens factum: ita ut moreretur ibi, prope arcam Dei.

8 Displicuit autem Davidi, eo q; irrupisset Jehova irruptione in Hhuzzam: quapropter vocat *quisque* locum illum rupturam Hhuzzæ, usque in diem hunc.

9 Et timens David Jehovam die illo: dixit, "quo modo intraret ad me arca Jehovæ?

10 Noluitq; abducere David ad se arcam Jehovę in civitatem Davidis: sed curavit David ut ea diverteret in domum "Hhobed-Edomi "Gittæi.

11 Con-

11 Considente autẽ arca Jehovæ in domo Hhobed-Edomi Gittæi tres
menses: cùm benediceret Jehova Hhobed-Edomo & toti domui ejus:
12 Et nunciaretur regi Davidi dicendo: benedixit Jehova domui Hho
bed-Edomi, & omnibus quæ ei *sunt* propter arcã Dei: "abiens David de-
duxit arcam Dei e domo Hhobed-Edomi in civitatem Davidis cum læ-
titia.

13 Erat autem cùm progressi essent portantes arcam Jehovæ sex gressi-
bus: ut sacrificaret boves & pinguia *sacrificia*.
14 David verò saltabat omnibus viribus coram Jehova: eratque Da-
vid accinctus amiculo lineo.
15 Ita David & tota domus Jisraëlis adduxerunt arcam Jehovæ cũ clan
gore & cum sono tubæ.
16 Fuit autem arca Jehovæ intrante in civitatem Davidis: cùm Mical
filia Schaulis prospectans per quandam fenestram, videret regem Davi-
dem[b] contentissimè saltantem coram Jehova, ut sperneret eum[c] cum a-
nimo suo.

[b] *Heb.* contendentem & saltantẽ.
[c] *Heb.* in cor de.

17 Cumque introducta arca Jehovæ statuissent eam in loco suo, intra
tentorium quod" tetenderat ei David: obtulit David holocausta coram
Jehova & eucharistica.
18 Deinde cùm absolvisset David offerre holocaustum & eucharisti-
ca: benedixit populo in nomine Jehovæ exercituum.
19 Et impertitus est toti illi populo, toti multitudini Jisraëlitarũ, tam
viris quàm mulieribus, cuiq; tractam panis unam, & frustum unum car-
nis, & lagenam *vini* unam: posteà abiit totus populus ille quisque do-
mum suam.
20 Tum revertente Davide ad benedicendum domui suæ: egressa
Mical filia Schaulis obviam Davidi dixit: quàm glorioſus fuit hodie rex
Jisraëlis, qui retexit se hodie ante oculos ancillarum servorum suorum, [d]
prorsus ut" retegit se unusquispiam e vanissimis *hominibus!*

[d] *Heb.* ut retegẽdo retegit se &c.

21 Dixit verò David ad Micalem: coram Jehova, qui elegit me præ pa-
tre tuo & præ tota familia ejus: præcepto instituendo me antecessorem
super populum Jehovæ, super Jisraëlem: "*præ lætitia gestivi*: & gestiam co-
ram Jehova.
22 "Quo[e] abjecero me adhuc amplius, & fuero humilior ante oculos
meos: eo apud istas ancillas, de quibus locuta es, & apud illos glorio-
sior ero.

[e] *Heb.* levio rem habue ro me.

23 "Itaque Micali filiæ Schaulis ipsi non fuit proles: in diem usq; mor-
tis suæ.

ANNOTATIO.

1 *Iterum*] id est, secundò. nam bis eã ob causam Davidẽ congregasse Jisraëlitas docet 1. Chrõ. 13. 2 *Bahhalibus*] id est, urbe Jehharimorum Jehos. 15. 60. *Invocabatur*] id est, colebatur: synecdoche usitata, ut Gen. 4. 25. *Insidet*] vide 1. Schem. 4. 4. 3 *Imposuerunt*] obliti legis quæ habetur Num. 7. 9. & Pelischtæorũ exemplũ secuti 1. Schẽ. 6. 7 *Imprudens factũ*] quo præter munus ex lege familiæ suæ comissum gestandi arcã humeris, eam plaustro impositam: quod peccatũ sacerdotũ & Levitarum omniũ cõmune fuit: & nunc contra legem Num. 4. 15. rem sanctam attingit: quod peculiare est illius: ideò peculiariter in eum animadvertit Deus. 8 *Dissilicuit*] sic idem verbũ accipitur Gen. 31. 35. 9 *Quo modo intraret*] subaudi, cũ hoc facto declaret, non esse hãc suam voluntatem.

10 *Hhobed-Edomi*] Levitæ ex janitoribus & cantoribus. 1. Chron. 15. 18. & 21. *Gittæi*] ex oppido Gath-Rimmone, quod a Menaschitis & Danitis communiter fuit attributum Kehathitis Jehos. 21. 24. & 25. 12 *Adversus David*] Confer cum 1. Chron. 15. 13 *Sacrificaret*] in altari tumultuariè aggesto ex lege Exodi 20. 24. 17 *Quod tetenderat ei David*] antequàm adduceretur arca, ut docet initium cap. 15. confer hæc cum 1. Chronic. 16. 20 *Retegit &c.*] id est, scurriliter vel histrionicè, deposita omni honestate & gravitate. 21 *Præ lætitia*] ellipsis antecedentis sive hypozeugma, quod indicat copula. 22 *Quo abjecero*] juxta sententiam ipsius Dei 1. Schem. 2. 30. 27 *Itaque*] propter hunc suum in Deum & in maritum ac regem cõtemptum, sterilitatis perpetuæ probro affecta est.

Caput VII.

Nathan Davidis consiliũ de ædificando templo primùm ex proprio sensu approbat: sed postea à Dei jussu Davidi declarat, id ex vocatione non esse: filium autem ei promittit, qui consilium illud fideliter exequetur: ejusq; regno plurima, typicè in Solomone & posteris: perfectè verò in Christo implenda revelat. Pro quibus David indignitatem suam agnoscens, & æterno Dei verbo omnia ascribens, gratitudinem suam ampliſsimis verbis exponit.

1 ″Fuit autem cùm desideret rex domi suæ: & Jehova dedisset ei quietem circumquaque ab omnibus inimicis ejus:

2 Ut diceret Rex ad Nathanem prophetam: vide quæso, ego habito in domo cedrina: dum arca ipsa Dei habitat ″ inter aulæa.

a *Hebr.* in corde. 3 ″Dixit verò Nathan ad regem: quicquid *est* in [a] animo tuo abi fac: nam Jehova tecum *est*.

b *Heb.* esset. 4 Sed fuit nocte illa: ut [b] ederetur verbum Jehovæ ad Nathanem, dicendo:

5 Abi ut dicas ad servum meum Davidem, ita ait Jehova: ″ túne ædificares mihi domum quam inhabitem?

6 ″ Cùm non habitarem in æde *ulla*, inde a tempore, quo deduxi filios Jisraëlis ex Ægypto usque in diem hunc: sed itarem cum tentorio & cum tabernaculo.

c *Hebr.* sceptrorũ, synecdoche. 7 Quocunq; itabam cum filiis Jisraëlis, locutúsne sum quicquam ullí [c] moderatorum Jisraëlis, quibus præceperam ut pascerent populũ meum Jisraëlem dicendo: quare non ædificastis mihi domum cedrinam?

8 Nunc ergo, sic dicito servo meo Davidi, ita ait Jehova exercituum: ego ″ assumpsi te ex ipsa caula, a sequendo grege: ut antecessor præsses populo meo Jisraëli.

9 Et fui tecum quocunque iviſti, excîdiq́ue ″ omnes inimicos tuos a facie tua: adeò ut comparaverim tibi nomen magnum, par nomini maximorum qui *sunt* in terra.

10 Dispositurus etiam sum locum populo meo Jisraëli, & plantaturus eum, ut habitet in loco suo, & non commoveatur amplius: neque pergant [d] iniquitati dediti affligere eum, quemadmodum prius.

d *Hebr.* filii iniquitatis. 11 Nimirum ex quo die mandatis instruxi judices super populũ meum Jisraëlem: ″ usquedum quietem dedi tibi ab omnibus inimicis tuis: denique indicat tibi Jehova: ″ domum paraturum esse tibi Jehovam:

12 ″ Quando completis diebus tuis, occubueris cum patribus tuis: excitabo semen tuum post te, quod prodierit e viscеribus tuis: & stabiliam regnum ejus.

13 Ipse ædificabit domum nomini meo: & stabiliam solium regni ejus usque in seculum.

14 Ego

14 Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium: qui cùm perversè egerit, corripiam eum ″ virga hominum, id est, plagis humanis:
15 At benignitas mea non ″ amovebitur ab eo: quemadmodum amovi a Schaule, quem amovi a facie tua.
16 Sed firma erit domus tua, & regnum tuum usque in seculum, [e] ″ tibi erit expositum: solium tuum erit stabile usque in seculum.
17 Secundum omnia verba hæc, & secundum totam visionem hanc: sic allocutus est Nathan Davidem.
18 Itaq; ingressus Rex David, [f] restitit coram Jehova: ac dixit, quis *sum* ego, domine Jehova? & quæ *est* familia mea ″ quòd deducis me eousque?
19 Et parum adhuc visum est hoc in oculis tuis, domine Jehova: adeò ut locutus sis etiam de familia servi tui in longinquum: [g] idque secundum rationem humanam, domine Jehova.
20 Sed quid perget adhuc David loqui apud te: cùm tu cognoscas servum tuum, domine Jehova?
21 ″ Propter ″ VERBVM tuum, & secundum animum tuum, præstas [h] has omneis res maximas: notas faciendo servo tuo.
22 (Propterea ″ magnus es Jehova Deus: quin nō *est* par tibi, imò non *est* Deus præter te): ″ omnino prout audivimus auribus nostris.
23 Quæ ergo *est* sicut populus tuus, sicut Jisraël gens ulla in terra? ad quam redimendam sibi in populum [i] iverit Deus, & ad [k] comparandum sibi nomen, & ad præstandum ″ vobis has res maximas & [l] reverenter suspiciendas terræ tuæ, *expellendo* a facie populi tui, quem redemisti tibi ex Ægypto, gentes & deos earum.
24 Nam stabiliviisti tibi, populum tuum Jisraëlem, ut tibi *sit* populus usque in seculum: & tu Jehova *es* eis in Deum.
25 Nunc ergo Jehova Deus, verbum illud quod promisisti servo tuo & familiæ ejus præsta in seculum: & fac quemadmodum dixisti.
26 Ut magnificetur nomen tuum usque in seculum dicendo: Jehova exercituum Deus *est* super Jisraëlem: & domus servi tui Davidis stabilis sit coram te.
27 Tu enim Jehova exercituum Deus Jisraëlis ″ revelasti in aurem servi tui dicendo: domū ædificaturus sum tibi: idcirco [m] judicavit servus tuus cum animo suo orandum te esse oratione hac.
28 ″ Quapropter nūc, domine Jehova, tu ipse *es* Deus & verba tua *sunt* veritas: promisistiq́ue servo tuo bonum istud.
29 Nunc inquam, [n] placeat tibi benedicere domui servi tui, ut sit in seculum coram te: quia tu domine Jehova dixisti, benedictione ergo tua benedicatur domus servi tui in seculum.

[e] *Heb.* cotā te: sic Gen. 13.9.
[f] *Hebr.* consedit: catachresis.
[g] *Hebr.* & hæc *est* ratio hominis.
[h] *Hebr.* totā hanc ipsam magnitudinem, ut infrà ℣. 23.
[i] *Hebr.* iverint dii, ut Gen. 20.13.
[k] *Heb.* ponēdum.
[l] *Heb.* reverenda.
[m] *Heb.* invenit servus tuus cū cor de suo.
[n] *Heb.* velis & benedic.

ANNOTATIO.

1 *Fuit autem*] confer totum hoc caput cum 1. Chron. 17. 2 *Inter aulæa*] in tabernaculo, quod ei in civitate sua tetenderat, suprà 6.17. 3 *Dixit verò Nathan*] ut suprà 1. Schem. 16.7. 5 *Tūne ædificares*] hoc est, putas ne tantum tibi fore otii a rebus bellicis, ut eam ædificare possis? quasi dicat, falleris: nam bella adhuc multa gesturus es, vide cap. 8. Atq; hæc est ratio, quam Schelomoni adfert 1. Chron. 22.8. & Schelomo proponit 1. Reg. 5.3. Aver-

tit Davidem a suo instituto hac prima ratione. 6 *Cùm non habitarem*] Secunda ratio ab exemplo antecessorũ qui nihil tale susceperunt: scientes Dei vocationem expectandam esse. 8 *Ego assumpsi te*] accommodat secundam rationem ad personam Davidis: quasi dicat, reliquam partem officii illius exequere, ad quod te assumpsi, & in quo opem meam expertus es. 9 *Omnes inimicos*] id est, Schaulem & quicunque oppositi fuerant regnaret. 11 *Usquedum*] id est, usque ad hoc tempus, ut suprà ℣. 1. *Domum paraturum*] ideoque hanc tuam esse vocationem, ut huic promissioni inservias, & regnum stabilias perventurum ad successorem tuũ. 12 *Quando*] Postrema pars, promissio hæredis, regni & domus, in Schelomone & posteris typica, in Christo absoluta: ostendit illud: Usque in seculum: confer cum 1. Chron. 22. 7. & sequentibus. 14 *Ut arga hominum*] id est, modum adhibebo castigationibus, ut patres cùm castigant filios. 15 *Non amovebitur*] ita ut convellam regnum jus, transferamque in aliam familiam. 16 *Tibi expositum*] ut a tua posteritate possideatur. 18 *Deducendo*] id est, evehis ad tantam amplitudinem: metaphora. Exordium a comparatione personæ suæ & suorum, cum beneficiis Dei sive acceptis sive promissis. 19 *Idque secundum humanam rationem*] id est, familiariter mecum agis, ut solet homo cum homine: ita commendat beneficia Dei a forma, ut in superioribus a re ipsa. 21 *Propter verbum*] Propositio, causam continens beneficiorum Dei erga populum & erga se. VERBVM] id est, propter Christum servum tuum. vide 1. Chron. 17. 19. 22 *Magnus es*] id est, magnus agnoscenis. *Omnia propter* majoribus nostris fuerant promissa, jam re ipsa consignas mihi servo tuo. 23 *Vobis*] Apostrophe ad populum Dei. 27 *Revelasti*] suprà versu 11. 28 *Quapropter*] Conclusio postulatoria a natura: libera voluntate: promissionibus: & fide Dei.

CAPUT VIII.

David contra Philistæos, Moabitas, Tzobæos, Damascenos, Edomæos adeò prosperè pugnat, ut eis cæsis amplam prædam reportet, & eos tributarios reddat: Regi verò Chamathæ per filium muneribus instructum, amicitiam petenti assentitur, muneraq; cum spoliis Deo consecrat.

1 Fuit enim post hæc, ut David percutiens Philistæos, deprimeret eos, & acciperet David frænum [a] Amgaris e manu Philistæorum.

2 Percussit etiam Moabitas, cumq; metiretur eos funiculo dejiciendo eos in terram: metiebatur duobus funiculis quos morte afficeret, integro autem funiculo quos in vita conservaret: fueruntque Moabitæ Davidi servi afferentes munus.

3 Percussit quoque David [b] Hadad Hhezerem filium Rechobi regem Tzobæ: cùm proficisceretur *David* ad repellendam manum ejus, versus flumen Euphratem.

4 Cepitque David ex eis mille *currus*, & septingẽtos equites, & viginti millia virorum peditum: & succîsis David suffraginibus omnium curulium equorum, reliquum fecit ex eis *ad* centum currus.

5 Venerant autem Syri [d] Damasceni ad juvandum Hadad Hhezerem regem Tzobæ: qua propter percussit David e Syris viginti duo millia virorum.

6 Imposuitque David stationarios Syriæ Damascenæ: & fuerunt Syri Davidi servi adferentes munus: servabat enim Jehova Davidem, quocunque ibat.

7 David autem acceptos umbones aureos, qui *erant* penes servos Hadad Hhezeris: attulit Jeruschalaima.

8 E [e] Betacho quoque & [f] Berothai civitatibus Hadad Hhezeris: accepit rex David æris quamplurimùm.

9 Cumque audiret Tohhi rex Chamathæ: Davidem percussisse totas copias Hadad Hhezeris,

10 Misit Tohhi [g] Joramum filium suum ad regem Davidem ad rogandum eum de prosperitate, & ad benedicendũ ei: eo quòd prœliatus contra Ha-

a Heb. Ammæ: ꝓpriũ nomẽ montis Philistæorum, ex quo & appellativo Har conflatum est nomen Amgaris: de quo Plin. lib. 5. cap. 13. natur. hist.

b qui & Hadar Hhezer. 1. Chrõ. 18. dicitur.

c Hebr. omnium curruum: metonymia.

d in Chronicis Darmaskeni: & sic deinceps.

e q̃ in Chronicis Tibchath, trãspositis literis & mutata forma: Tauba Ptolemæo.

f in Chron. cum Ptolemæo Barathena.

g Hadoramũ 1. Chrõ. 18. 10.

tra Hadad Hhezerem, percussisset eum. (nam Hadad Hhezer[h] bella gerebat contra Tohhin), erantque in manu″ illius″ instrumenta argentea, & instrumenta aurea, & instrumenta ænea.

[h] *Hebr.* vir bellorum Tohhi erat Hadad-Hhezer.

11 Hæc quoque″ consecravit rex David Jehovæ: cum argento & auro quod consecraverat, *ablatum* ab omnibus gentibus quas subegerat.

12 A Syris & a Moabitis, & ab Hhammonitis, & a Philistæis, & ab Hhamalekitis: etiã de pręda Hadad Hhezeris filii Rechobi regis Tzobę.

13 Comparavit etiã David nomen, cùm reverteretur a cæde Syrorum, in valle salis: ″ *percutiens* octodecim millia.

14 Adeò ut disponens in Edomęum stationarios, in tota Edomęa poneret stationarios, & essent omnes Edomæi servi Davidis: servabat enim Jehova Davidem quocunque ibat.

ANNOTATIO.

1 *Fuit enim*] ætiologia sive confirmatio causæ, cur noluerit Deus templum a Davide sibi ædificari est hîc & capite 10. nam ubique summa bellorum, quæ supererant Davidi gerenda, recensetur. *Frænum Amgaris*] id est, Gathum potentissimum illius montis oppidum, cujus clausura totus Philistæorum tractus montanus, ab hostibus defendebatur: vide 1. Chron. 18. 1. 2 *Eos*] regionem eorum, metonymia. *Eos*] civitates eorum æquando solo. *Mettebatur*] sensus est, regionem in tres partes mensus est adhibito funiculo, ex quibus unam conservavitiis occisis qui erant in aliis duabus. *Afferentes munus*] id est, tributarii, ut infrà ℣. 6. 3 *Regem Tzobæ*] 1. Schemu. 14. 48. belli hujus occasio attingitur hîc, quod Chamatham invasurus exercitum per terminos Davidis duceret, cum dicitur ad repellendam manum eius, id est, propulsandas copias ejus a suis finibus. *Versus flumen*] finis hujus belli, ut fines regni sui eò produceret, hac occasione, secundum promissionem Gen. 15. 18. quod innuit 1. Chron. 18. 3. 4 *Septingentos*] id est, decurias equitum septingentas, quæ efficiunt septem millia equitum: ibid. vers. 4. sic infrà 10. 17. 10 *Illius*] Jorami filii Tohhi. *Instrumenta*] quæ patris nomine dedit Davidi. 11 *Consecravit*] ad futuri templi ornatum: vide 1. Chron. 18. 9. & 26. 26. 13 *Percutiens*] duce Abischajo, ut commemorat 1. Chron. 18. *Valle salis*] in Edomæa 2. Reg. 14. 7. & Psal. 62. 14 *Stationarios*] quibus præerat prorex usque ad Jehoschaphati tempus 1. Reg. 22. 48.

CAPUT IX.

David Jisraëlitis jus dicẽs, curatores Reipub. & ecclesiæ ordinat: & fœderis sui cũ Jehonathane memor, domesticum exemplũ pietatis & fidei in Mephiboschethum Jehonathanis filium edit.

1 REGNABAT itaq; David super totum Jisraëlem: eratq; 2 David exercens judicium & justitiam in toto populo.

3 Joab autem filius Tzerujæ″ præerat militiæ: & Jehoschaphat filius Achiludis[a] a memoria *erat*.

[a] *Heb.* monitor.

Et″ Tzadok filius Achitubi, ac Achimelech filius 4 Ebjatharis sacerdotes: Scheraja autem scriba.

Et Benaja filius Jehojadahhi[b] præerat″ Cerethæis & ″ Pelethæis: fi- 5 liique denique Davidis″ præsides erant.

[b] *Heb.* cum Cerethęo & Pelethæo.

Dixit verò David: an certè supereſſet adhuc qui relictus sit de fami- 6 lia Schaulis: ut exerceam erga eum benignitatẽ propter Jehonathanem.

Erat autem servus familiæ Schaulis nomine Tziba, quem vocarunt 7 ad Davidem: ad quem dicente rege: Túne es Tziba? dixit *sum*, servus tuus.

Dicente verò rege, an nullus amplius supereſt familiæ Schaulis erga 8 quem exerceam″ benignitatem Dei? Dixit Tziba ad regem: *supereſt* adhuc filius Jehonathanis, affectus pedibus.

Tum dixit ei rex: ubi nam est? dixit Tziba ad regem: ecce est in do-

mo Maciris, filii Hhammielis ″ Lodebari.

9 Mittens ergo David assumpsit eum e domo Maciris filii Hhammielis Lodebaro.

10 Cumque ingressus esset Mephiboscheth filius Jehonathanis filii Schaulis ad Davidem, procidens in faciem suam incurvavit se: & dicenti Davidi, Mephiboscheth, dixit, ecce servum tuum.

c *Heb.* exercendo exercitur[a] sum.

11 Tum dixit ei David: ″ ne timeto: nam [c] omnino exerciturus sum erga te benignitatem, propter Jehonathanem patrem tuum: & ″ restituam tibi totum agrum Schaulis ″ patris tui: tu verò sumpturus es cibum in mensa mea semper.

d *Hebr.* qui ficut ego.

12 Qui incurvans se dixit: quid *est* servus tuus: ut respexeris ad ″ canem mortuum, [d] qualis *sum* ego?

13 Quum ergo vocasset rex Tzibam puerum Schaulis, edixit ei: quicquid *erat* Schauli & toti familiæ ejus, do filio domini tui.

14 Quapropter colito ei terram, tu, & filii tui, & servi tui: deinde ″ afferto, ut sit filio domini tui cibus quem comedat: sed Mephiboscheth filius domini tui, sumpturus est semper cibum in mensa mea: (Tzibæ autem quindecim *erant* filii & viginti servi).

15 Dixitq; Tziba ad regem: omnino prout præceperit dominus meus rex servo suo, sic facturus est servus tuus: quanquam Mephiboscheth comedens in ″ mensa mea, *foret* ut ″ unus e filiis regis.

16 *Erat* autem Mephiboschetho filius parvus, nomine Mica: & quot habitabant domi Tzibæ, servi erant Mephiboschetho.

e *Heb.* duobus pedib. suis.

17 Ita Mephiboscheth residebat Jerusalaimis, quia in mensa regis semper comedebat: quamvis esset claudus [e] utroque pede.

ANNOTATIO.

1 *Regnabat*] hos quatuor versus, quia non ad bella cum exteris: sed ad domesticam gubernationem pertinent, sequentibus conjunximus, quia eodem spectant. 2 *Præerat militiæ*] ex eo quod gessisse legitur supra 1.8. *Tzadok*] e genere Elhhazaris 1. Chrō. 6.8. *Ebjatharis*] filii Achimeleci occisi a Schaule 1. Schem. 22. e genere Jthamaris] 1. Chron. 24.3. 4 *Cerethæis*] id est, Jisraëlitis, quorum colonias devictis Philischæis, qui Cerethæi dicuntur 1. Schem. 30.14. in illorum agrum transmiserat: sive ibi commorarentur, sive inde in prætorianā cohortem cooptarentur, ut exercitatissimi. *Pelethæi*] id est, militibus e tribu Jehudæ: natis Peletho Jerachmeelio, de quo 1. Chron. 2.33. nam hi quoque, ut Philischtæis contermini, in bellis erant exercitatissimi: vide 1. Schem. 27.10. & 30.29. *Præsides*] id est, primarii administri ad latera regis, ut 1. Chron. 18.17. De hac voce vide Gen. 41.45 7 *Benignitatem Dei*] id est, fœdere & jurejurando coram Deo promissam. 1. Schem. 20.15. *pedibus*] suprà 4.4. 8 *Lodebari*] Locus trans Jardenem, ut apparet infrà 17.27. 11 *Ne timeto*] a me quamvis Jischboschethi partes secutus sis infrà 19.30. *Restituam tibi*] quasi dicat: tantisperdum latuisti, avitam hereditatem bonæ fidei possessores obtinebāt: nunc autem te inventum in eorum possessionem remittam, ex lege Num. 27.8. & 9. *Patris tui*] id est, avi tui, ut Exodi 2.18. 12 *Canem mortuum*] vide 1. Schem. 24.15. in annotatione. 13 *Do filio*] hæreditatis jure. 14 *Afferto*] videlicet, proventus ejus: nam eum colonum partiarium instituit David: vide infrà 19.30. *Filium domini*] id est, Micæ filio Mephiboschethi, qui jam est dominus tuus. 15 *In mensa*] quam ego ei paraturus essem. *Ut unus*] ut filium regis decet.

CAPUT X.

David a Hhammonitis injuria in legatos suos, & belli apparatu provocatus, contra Hhammonitas & auxiliares eorum copias per Joabum & Abischajum feliciter pugnat. Deinde eosdem novis auxiliis instructos rursus cædens, pacem petere & servitutem pacisci cogit.

1 ″ Fuit quoque postea, cùm mortuo ″ rege Hhammonitarum, regnaret Chanum filius ejus pro eo:

2 Ut diceret David: exerceam benignitatē erga Chanunem filium

filium Nachaſchi, ″ quemadmodũ exercuit pater ejus erga me benignitatem: & mitteret David conſolatum eum per ſervos ſuos de patre ejus: venirentque ſervi Davidis in regionem Hhammonitarum.

3 Dicentibus autem principibus Hhammonitarũ ad Chanunem dominum ſuum: Davídne honore afficere patrem tuum in oculis tuis *videtur*, quia miſit tibi conſolatores? an non ut perſcrutetur hanc civitatem, & ad explorandum eam, denique ad evertendum eam miſit David ſervos ſuos ad te?

4 Accipiens Chanun ſervos Davidis, abraſit dimidium barbę eorum, & præcîdit veſtes eorum per medium, uſque ad nates eorum: ſic remiſit eos.

5 Quod cùm indicaſſent Davidi, miſit obviam eis: (erant enim homines illi rubore ſuffuſi valde): edixitque rex, conſidete Jerichunte donec refloreſcat barba veſtra, ut revertamini.

6 Videntes itaque Hhammonitæ ſe fœtidos factos Davidi: miſerunt Hhammonitæ qui ″ mercede conducerent e Syris [a] ″ Rechobæis & e Syris ″ Tzobæis viginti millia peditum: & a rege ″ Mahhacæ mille viros, & ″ viros Tobi, duodecim millia virorum.

7 Quod audiẽs David: miſit Joabum cum toto exercitu ſuo robuſtiſſimos quoſque.

8 Egreſſi itaque Hhammonitæ inſtruxerunt aciem ad ″ oſtium portæ: Syri verò Tzobæ & Rechobi, & viri Tobi ac Mahhacæ [b] ſeorſim *erant* in agro.

9 Quam ob rem videns Joab, obverſam eſſe contra ſe aciem [c] a fronte & a tergo: ſelectos ex omnibus lectiſſimis Jiſraëlis, inſtruxit adverſus Syros.

10 Reſiduum autem populi tradidit in manum Abiſchai fratris ſui: quod inſtrueret adverſus Hhammonitas.

11 Ac dixit: ſi Syri robuſtiores fuerint me, tum eſto mihi [d] auxilio: quòd ſi Hhammonitæ robuſtiores fuerint te: viciſſim ibo, ut auxilio ſim tibi.

12 Confirmare, imò confirmemus nos pro populo noſtro & pro civitatibus Dei noſtri: Jehova autem faciet quod bonum *videbitur* in oculis ſuis.

13 Tum accedente Joabo & populo qui erat cum eo, in prælium contra Syros: fugerunt a facie ejus: Hhammonitæ verò videntes fugiſſe Syros, fugerunt a facie Abiſchai, & ingreſſi ſunt civitatem ſuam: deinde revertens Joab a Hhammonitis ingreſſus eſt Jeruſchalaima.

14 Sed videntes Syri ſe plaga affectos fuiſſe coram Jiſraële: rurſus congregaverunt ſe ſimul.

15 Et mittens Hadarhhezer, eduxit Syros qui degunt trans flumen, veneruntque ″ Chelamum: [e] Schobaco principe militiæ Hadarhhezeris præeunte illis.

[a] *Hebr.* domus Rechobi.

[b] *Hebr.* ſoli, ut Gen. 43. 12.

[c] *Heb.* ab ante & a retro

[d] *Heb.* ſaluti: ſic deinceps.

[e] qui & Sophac 1. Chron. 19.

16 Quod cùm nuntiaretur Davidi, congregato toto Jisraële, trajecit Jardenem venitque Chelamum: ubi Syri instruentes aciem adversus Davidem præliati sunt contra eum.

17 Sed fugerunt Syri a facie Jisraëlis: & occîdit David e Syris "septingentorum curruum equites, & quadraginta *peditum* millia: Schobacum quoque principem militiæ illius percussit: ita ut moreretur ibi.

18 Quam ob rem videntes omnes reges "servi Hadarhhezeris, se plagæ affectos esse ante Jisraëlitas, pacem ineuntes cum Jisraëlitis servierunt eis: metuebant enim Syri amplius auxilio esse Hhammonitis.

ANNOTATIO.

1 *Fuit*] confer hoc caput cum 1. Chron. 19. *Rege Hhammonitarum*] id est, Nachaschо, de quo 1. Schem. 11. 1 *Quemadmodum exercuit*] nihil planè reperitur Nachaschum beneficii præstitisse Davidi: sed verisimile est, illum in Schaulis odium, a quo magnam cladem acceperat 1. Schem. 11. Davidi fugienti gratificatū esse. 6 *Mercede*] id est, mille talentis argenti ut 1. Chron. 19. 6. *Rechobæis & Tzobæis*] subditis Hadarhhezeris. *Mahhace*] simile timæ Gilhhadis in Trachonitide: vide Deut. 3. 14. *Viros Tobi*] vide Judic. 11. 5. hic autem non enumeramur cum rus, de quibus 1. Chron. 19. 7. 8 *Ostium portæ*] civitatis Medebæ in fine Hhammonitarū Num. 24. 30. 1. Chron. 19. 7. 15 *Chelamum*] fortè oppidum illud est, quod Ptolemæus Alamtham vocat, apud Trachonitas Arabas. 17 *Septingentorum curruum*] id est, septingentarum decuriarū equites, ut suprà 8. 4. Ideò 1. Chron. 19. 18. septem millia equitum fuisse dicuntur. 18 *Servi*] id est, conducti ab eo, ut ipsi in eo bello operam suam locarent.

CAPUT XI.

David redintegrato contra Hhammonitas bello, cum domi desidens Uriæ uxorem formosam lavantem videns accersit, & a se compressam remittit: quam ex se concepisse audiens, maritum e castris revocat, ut partus illius haberetur. Quod quia non succedit, remissum in castra Urijam cum literis, Joabo mandat, ut eum interficiendum hostibus obiiciat: quo effecto viduam ejus duxit, & filium ex ea suscipit.

1 SED fuit " vertente anno, quo tempore prodeunt reges: cùm misisset David Joabum & servos suos cū eo, ac totum Jisraëlem qui perderent Hhammonitas & obsiderent " Rabbam: David e desidente Jeruschalaimis.

2 Fuit, inquam, tempore " vespertino, cùm surrexisset David a cubili suo, & obambulans in tecto domus regiæ, mulierem " lavantem se vidisset ex ipso tecto: quæ quidē mulier pulchra aspectu erat valde.

3 Ut mitteret David sciscitatus de ipsa muliere (cum dixisset *quisnam*, an non *est*[a] Bath-Schebahh filia Elihhami uxor Uriæ " Chittæi?)

4 Mitteret, inquam, David nuntios ut assumeret eam: qua ingressa ad ipsum cubavit cum ea, cùm ipsa [b] purgasset se ab immunditia sua: postea reversa est domum suam.

5 Concepit autem mulier: quapropter mittens indicavit Davidi dicens: gravida sum.

6 Tunc mittens David *edixit* Joabo: mitte ad me Urijam Chittæum: misitque Joab Urijam ad Davidem.

7 Ingressum autem Urijam ad se: interrogavit David de [c] prosperitate Joabi, & de prosperitate populi, & de prosperitate belli.

8 Deinde dixit David Urijæ: descende domum tuam & " lava pedes tuos: sic egresso Urija e domo regia, " egrediebatur post eū ferculū regiū.

9 Sed

a q̄ & Bet-Schuahh & pater ejus Hhammiel transpositis syllabis, 1. Chronic. 3. 5.

b *Hebr.* sanctificasset se.

c *Heb.* pace.

9 Sed cubavit Urija ad ostium domus regiæ, cum omnibus servis domini sui: neque descendit domum suam.
10 Quod cùm nunciassent Davidi dicendo: non descendit Urija domum suã: dixit David ad Urijam: nónne ex itinere advenis? quare non descendisti domum tuam?
11 Dixit Urija ad Davidẽ: [c] arca ipsa, & Jisraël ac Jehuda manent in tuguriis: & Joab [c] dominus meus, ac servi domini mei in superficie agri castra habent: & ego ingrederer domum meam ad comedendum & ad bibendum & ad cubãdum cum uxore mea? [d] ut vivis & ut vivit anima tua, non sum facturus rem hanc.
12 Tum edixit David Urijæ: subside hîc etiam hodie, & cras dimittam te: sic subsedit Urija Jeruschalaimis die illo & postridie.
13 Quo accersivit eum David, ut comederet ante se & biberet, & [e] inebriaret eum: attamen egressus est vespere ad cubãdum in cubili suo cum servis domini sui: neque domum suam descendit.
14 Fuit itaq; mane ut David scriptam epistolam ad Joabum: mitteret [e] per Urijam.
15 Scribebat autẽ in ea epistola, dicendo: adhibete Urijam ex adverso [f] prœliatorũ fortissimorũ: deinde avertite vos [g] ab eo, ut percussus moriatur.
16 Fuit ergo Joabo observante civitatem: ut poneret Urijam versus locum illum: ubi sciebat esse viros strenuos.
17 Egressisque viris civitatis, & pugnantibus contra Jehudã, caderent e populo, e servis Davidis: & moreretur etiam Urija Chittæus.
18 Quare mittens Joab, qui indicaret Davidi singulas res hujus prœlii:
19 Præcepit nuntio dicendo: cùm absolveris singulas res hujus prælii eloqui apud regem:
20 Tum esto, si [h] invehatur æstuans ira regis, ita ut dicat tibi: quare accessistis ad civitatem expugnaturi? an non sciebatis quàm ejaculentur e muro?
21 Quis percussit Abimelecum filium Jerubbeschethi? an non mulier dejecit super eũ fragmen molæ e muro, ita ut mortuus sit Tebetzi? quare accessistis ad murũ? *esto inquam* ut dicas, etiam servus tuus Urija Chittæus mortuus est.
22 Sic abivit nuntius ille: qui veniens indicavit Davidi omnia *ad* quæ miserat eum Joab.
23 Dixitque nuntius ille ad Davidem: cùm fortiter se gerentes contra nos homines illi, prodirent ad nos in agrum: & instaremus illis usque ad ostium portæ:
24 Jaculati sunt jaculatores contra servos tuos e muro, & mortui sunt e servis regis: ac etiam servus tuus Urija Chittæus mortuus est.
25 Edixit verò David nuntio: sic dicito ad Joabum: ne mala videatur [c] in oculis tuis hæc res. nam [i] hujusmodi *ratione* & hujusmodi *homines* cõsumere solet gladius: confirma militiam tuam contra istam civitatem,

d Hebr. vita tua & vita animæ tuę.
e Hebr. p manum Urijæ.
f Heb. belli fortissimi: metonymia.
g Heb. a post eum.
h Hebr. si ascendat.
i Heb. sicut hanc & sicut hũc absumit gladius.

ut destruas eam, & confirma ipsum *militem*.

26 Audiens verò uxor Urijæ, mortuũ esse Urijam virum suum: planxit de marito suo.

27 Sed cùm transisset luctus, & mittens David recepisset eam in domum suam: fuit ei uxor, & peperit ei filium: mala autem visa est "hæc res, quam fecit David, in oculis Jehovæ.

ANNOTATIO.

1 *Vertente anno*] id est, redeunte æstate, qua solent bella geri. *Rabbam*] metropolim Hhammonitarum Philadelphiam dictam 2 *Vespertino*] id est, pomeridiano, quo solent homines meridiari. *Lavantem se*] id est, purgantem se ab immunditia, ut exprimit versus 4. ex lege Levitici 11. 3 *Chittæi*] vide annotata 1. Schem. 26. 6. 8 *Lava pedes*] id est, recrea te a labore itineris: synecdoche. *Egrediebatur*] id est, mittebatur a rege ad eos in benevolentiæ signum. 11 *Arca ipsa*] solebat enim in gravibus bellis arca deferri in castra: ut apparet ex 1. Schemu. 4. 4. & 14. 19. *Dominus meus Joab*] regis vicarius, & totius exercitus imperator: sic infrà 20. 6. 13 *Et inebriaret*] ut ebrium remitteret domum, quod a sobrio non obtinuerat. 21 *Jeruschethi*] Gilthhonis, qui Jerubbahhal dicitur Judic. 6. 32. nam idem est Jerubbeschethi: vide hanc historiam Judicum 9. 50. &c. 27 *Hæc res*] totum hoc Davidis factum: est enim hîc paraschêve ad sequens caput, quo reprehenditur David.

CAPUT XII.

Nathan a Deo missus, proposita Davidi parabola quid juris esset expiscatus: eum ad sui conscientiam revocat, & resipiscenti veniam pronuntiat: sed castigationibus conjunctam: de quarum una, nimirum infantis morte, David sperans Deum exorari posse, fletu, jejunio, precibusq; eum sollicitat: donec audita infantis morte voluntati ejus acquiescit. Postea Sichelomachem ex Bath-Schebahha suscipit: Rabbam expugnat, & de Hhammonitis, injuriæ legatis factæ nomine: supplicia gravia sumit.

1 QUAPROPTER misit Jehova Nathanẽ ad Davidem: qui ingressus ad eum dixit ei: "duo homines erant in civitate quadam, unus dives, alter verò pauper.

2 Diviti erant greges & armenta multa admodum.

3 Pauperi autem nihil quicquam: nisi agna una parva, quam emerat, quam alebat, ut educaretur secum, & cum filiis suis pariter: de frusto *panis* ejus comedebat, & de poculo ejus bibebat, & in sinu ejus cubabat: denique erat ei tanquam filia.

4 Sed adveniente viatore ad virum illum divitem, pepercit accipere de grege suo, aut de armento suo, quod pararet viatori qui venerat ad se: accipiens verò agnam viri illius pauperis, paravit eam illi viro, qui venerat ad se.

5 Tunc David accensus ira in virum illum valde: dixit ad Nathanem: ut vivit Jehova, [a] reus mortis *est* vir ille qui fecit hoc.

[a] *Heb.* filius mortis.

6 Agnam quoque ipsam rependito "quadruplam: "eo quòd fecit rem hanc, & eo quòd non "pepercit.

7 Tum dixit Nathã ad Davidem: tu vir ille es: sic ait Jehova Deus Jisraëlis: ego unxi te in regẽ super Jisraëlẽ, & ego te eripui e manu Schaulis.

8 Præterea tradidi tibi domum dominorum tuorum, etiam "uxores dominorum tuorum [b] ad animum tuum, denique tradidi tibi "domũ Jisraëlis & Jehudæ: & si parum est, additurus fui tibi [c] hæc & talia.

[b] *Heb.* in sinu tuo: metonymia: sic Psal. 89. 50.

[c] *Heb.* sicut hæc & sicut hæc.

9 Quare spreviſti verbum Jehovę faciendo quod malum *videtur* in oculis ejus? Urijam Chittæum percussisti gladio, ut uxorem ejus assumeres tibi

res tibi in uxorem: occidisti autem eum gladio Hhammonitarum.
10 Nunc itaque non amovebitur gladius a domo tua, ″usque in seculum: eo quòd spreviſti me, ut acciperes uxorem Urijæ Chittæi, quę esset tibi uxor.
11 Sic ait Jehova: ecce ego suscitaturus sum contra te ″malum e domo tua, & accipiens uxores tuas ante ″oculos tuos tradam proximo tuo: ″qui cubabit cum uxoribus tuis [d] ″ coram isto sole.
12 Quamvis tu feceris clàm: attamen ego facturus sum rem hanc coram toto Jisraële, & coram sole.
13 Tum dixit David ad Nathanem: peccavi Jehovæ: quapropter dixit Nathan ad Davidem: etiam Jehova transtulit ″ peccatum tuum: non es moriturus.
14 Tantummodò quia [e] planè irritasti Jehovam ″ per inimicos ejus in hac re: similiter iste filius, qui natus est tibi, [f] omnino morituris est.
15 Deinde abiit Nathan domum suam: & Jehova plaga affecit infantem illum, quē pepererat uxor Uriję Davidi, adeò ut cõficeretur morbo.
16 Quam ob rem requisivit David Deum propter puerum: & [g] utens David jejunio, cum ″ rediisset, pernoctavit & cubavit humi.
17 Et quamvis seniores domus ejus instarent apud eum, ut erigerent eum a terra: noluit tamen: neque refecit se cum eis cibo.
18 Fuit autem die ″ septimo, cùm mortuus esset infans: ut timerent servi Davidis nuntiare ei mortuum esse infantem. dicebant enim: ecce cùm esset infans vivus alloquebamur eum: sed non auscultabat voci nostræ: quo modo ergo dicentibus nobis ad eum, mortuus est infans, id afficiet eum malo?
19 Sed videns David servos suos inter se mussitantes, intellexit David mortuum esse infantem: dixitque David ad servos suos: mortuúsne est infans? qui dixerunt, mortuus est.
20 Tum surgẽs David e terra ″ lavit se, ac unxit se, & mutatis vestimentis suis, ingressus domũ Jehovę incurvavit se: posteà rediens domũ suam, petiit ut apponerent ipsi cibum, & comedit.
21 Dicebant autem servi ejus ad eum: quæ *est* hæc res quam feciſti? propter istum infantem viventem jejunans flebas: postquam verò mortuus est infans, surgens comediſti cibum.
22 Qui dixit: dum infans viveret, jejunans flebam: quia dicebã ″ quis scit? gratiam potest facere mihi Jehova, ut vivat infans.
23 At nunc mortuus est: quorsum ego jejunarem? possémne revocare eũ denuò? ego sum abiturus ad ipsum: at ipse nõ est reversurus ad me.
24 Itaque David consolatus Bath-Schebahham uxorem suam, & accedens ad eam cubavit cum ea: peperitque filium, cujus nomen vocavit *David* Schelomonem: & Jehova dilexit eum.
25 Ideoque mittẽs per Nathanem Prophetam, vocavit etiam nomen ejus [h] Jedidjan: ″ propter Jehovam.

d Heb. antè oculos solis.

e Heb. irritando irritasti per inimicos Jehovæ. Nomen fungẽs officio antecedẽtis & relativi, ut Gen. 15. 9. 6.

f Heb. morì endo morituris.

g Heb. jejunãs jejunio.

h Id est amatum Deo.

26 Bellum autem gerens Joab contra Rabbam Hhammonitarum capiebat ipsam ″ civitatem regiam.

27 Sed mittens Joab legatos ad Davidem: dixit, oppugnavi Rabbam, etiam cepi[i] civitatis *partem ubi est* aqua:

28 Quare nunc congrega residuum populi & castra metare contra hanc civitatem ut capias eam: ne si cepero civitatem, ″ prædicetur nomen meum de ea.

29 Itaq; David congregato toto populo, profectus est Rabbã: quam expugnavit & cepit.

30 Et assumpsit coronam regis eorum a capite ejus, cujus pondus erat ″ talenti auri cum lapidibus pretiosis: quæ imposita fuit capiti Davidis: prædamque civitatis detulit multam valde.

31 Populum verò, qui erat in ea, eductum [k] ″ subjecit serræ, & tribulis ferreis, ac securibus ferreis: traduxitque eos in laterariam: & sic fecit omnibus civitatibus Hhammonitarum: deinde reversus est David cum toto populo Jerusalaima.

[i] *Hebr.* civitatem aquę

[k] *Heb.* quos posuit in serra.

ANNOTATIO.

1 *Duo homines*] Allegoria sive parabola, qua Propheta Davidem adigit ad ferendum contra se sententiam. *Quadruplam*] Ex lege Exodi 22.1. Sic accipēdam esse vocem: non autem pro bis quadrupla, apparet ex usu similis vocis. Jesch. 30.26. *Eo quòd*] ætiologia suis duabus partibus, duobus condemnationis membris respondēs: ita ut prior pars ad posterius condemnationis membrum pertineat velut propinquius, ex hhebræorū usu. *Non pepercit*] id est, fecit contra id quod præcipitur Deut. 15. ac proinde reus mortis est. 8 *Etiam uxores*] quasi dicat, res & personas etiam intimas atque charissimas, eorum qui prius tui erant domini, subjeci tibi. *Dominum tuum*] Abschalomum Davidis filium, infrà 15. 16. & 17, *Ante oculos tuos*] id est, te vivo: synecdoche. 11 *Malum ego domo tuæ*] infrà 16. 21. & 22. *Coram isto sole*] id est, palam & interdiu. 13 *Peccatum tuum*] id est, personam cuam liberat peccato & pœna, quam tu in te pronuntiaveras sup. ℣. 5. 14 *Per inimicos*] id est, Hhammonitas, quorum operā eo usus ad occidendum Urijam innoxium. 16 *Cum rediisset*] a domo Dei, ubi eum requisiverat. 18 *Dies primo*] ab ejus nativitate. 20 *Lavit*] ut se ex jejunio recrearet & luctum deponeret: vide infrà 14. 3. *Scit*] quasi dicat, quis possit affirmare comminationem illam irrevocabilem esse? 24 *Vocavit David*] ex Dei jussu. 1. Chron. 22. 9. 25 *Propter Jehovam*] quia amabatur ab eo. 26 *Civitatem regiam*] id est, partem civitatis, ubi erat regia. Regreditur ad historiam intermissam in principio capitis 11. 28 *Prædicetur*] id est, ascribatur mihi victoria. 30 *Talenti*] id est, sexaginta librarum: vide Exodi 25.39. 31 *Subjecit serræ*] id est, his suppliciorum generibus eos affecit, ferro & igne.

CAPUT XIII.

Amnon sororis amore languens, consilio Jonadabi agnati, a patre astu obtinet ut ipsam ad se mittat: invitam comprimit: posteà mutato animo turpiter expellit: ea in itinere lugens ad Abschalomum fratrem suum se recipit: qui post dissimulatum biennio odium in convivio illum occidendum curat, & apud avum maternum triennium exulat.

1 EVIT autem post hæc, cùm Abschalamo filio Davidis soror pulchra *esset* nomine Tamar: ut deamaret eã Amnon filius Davidis.

2 Adeò ut [a] præ angustia Amnon conflictaretur morbo, propter Tamaram sororem suam: quia ″ virgo erat: unde occulta videbatur *ratio* in oculis Amnonis faciendi ei quicquam.

3 Erat autem Amnoni amicus nomine Jonadab filius Schimhhæ fratris Davidis: eratque Jonadab vir [b] astutus valde.

4 Qui dixit ei: quare sic attenuatus es fili regis, [c] singulo quoq; mane? an non

[a] *Heb.* angeretur Amnon conficiendo se morbo.

[b] *Hebr.* sapiens.

[c] *Hebr.* mane mane.

an non indicares mihi? cui dixit Amnon: Tamaram ſororem Abſchalomi fratris mei ego deamo.

5 Dixit verò ei Jehonadab: cuba in cubili tuo, & age ægrotum: ut veniente patre tuo ad inviſendum te, dicas ad eum: veniens, quæſo, Tamar ſoror mea ut reficiat me cibo, paret ante oculos meos cibum ipſum: quem cùm videro comedam e manu ejus.

6 Decumbens itaq; Amnon, agebat ægrotum: cumque veniſſet rex ad inviſendum eum, dixit Amnon ad regem: veniat, quæſo, Tamar ſoror mea, ut paret ante oculos meos duo cruſtula, & reficiar de manu ejus.

7 Quapropter miſit David ad Tamaram in domum ejus, qui diceret: ito jam in domum Amnonis fratris tui, & parato ei cibum illum.

8 Tum abiens Tamar in domum Amnonis fratris ſui, ipſo decumbente: aſſumptam maſſam quam depſerat, paravit eam in cruſtula ante oculos illius, & coxit cruſtula ipſa.

9 Poſteà accipiens ſartaginem″ effudit coram eo, quod renuit comedere: (dixerat autem Amnon: facite ut exeat quiſque a me, & exiverant quiſque ab eo.

10 Ad Tamaram verò dixerat Amnon, afferto cibum iſtum in conclave, ut reficiar e manu tua: & accipiens Tamar cruſtula illa quæ paraverat, attulerat ad Amnonem fratrem ſuum in ipſum conclave).

11 Sed eam admoventem ſibi ut comederet: prehendens dixit ei: accede, cuba mecum ſoror mea.

12 Quæ dixit ei: ne frater mi, ne comprimito me. nam non eſt ita faciendum in Jiſraële: ne committito flagitium hoc.

13 Ego enim, quò [d] derivarem opprobrium meum? tu autem eſſes ut unus e flagitioſiſſimis in Jiſraële: nunc itaque,″ alloquere, quæſo, regem ut non [e] interdicat me tibi.

14 Qui renuit auſcultare voci ejus: & cùm robuſtior eſſet ea, compreſſit eam cubando cum ea.

15 Deinde odit eam Amnon odio magno valde: majus enim *erat* odium quo odit eam: quam amor quo deamarat eam: dixitque ei Amnon, ſurge abi.

16 Illa verò dicente ei,″ occaſione mali maximi hujus, majoris altero quo affeciſti me, quòd pellis me: noluit auſcultare ei.

17 Sed inclamans puerũ miniſtrum ſuum, dixit: emitte jam iſtam a me foras, & obde peſſulum foribus poſt eam.

18 (Erat autem induta tunica verſicolore: ſic enim veſtiebantur filiæ regis virgines pallis): itaque emiſit eam miniſter illius foras, & peſſulum obdidit foribus poſt eam.

19 Tum Tamar aſſumptum cinerem impoſuit capiti ſuo: tunicamq; verſicolorem, qua erat induta, laceravit: & ″ impoſita manu ſua capiti ſuo [f] abiens continenter vociferabatur.

[d] *Heb.* facerẽ ut abiret.

[e] *Heb.* nõ prohibeat me abs te.

[f] *Hebr.* abibat eũdo & vociferabatur.

20 Ad quam dixit Abschalom frater ejus: an Amnon frater tuus fuit apud te? sed nunc soror mea, tace, ᵉ frater tuus est: ne apponas [g] animum tuum ad hanc rem: itaque consedit Tamar, idque desolata in domo Abschalomi fratris sui.

[g] Hebr. cor: sic ver. 33.

21 Rex quoq; David audivit omnes res istas: & ᵉ displicuit ei valde.

22 Sed ᵉ non loquebatur Abschalom cum Amnone sive malum, sive bonum, quamvis odisset Abschalom Amnonem: propterea quòd compresserat Tamaram sororem suam.

[f] Heb. dierũ: vide Genes. 29. 14. in annotatione.

23 Deinde fuit post biennium [h] integrum, cùm essent tonsores *ovium* Abschalomo in planitie ᵉ Chatzoris, quæ est contermina Ephrajimo: ut invitaret Abschalom omnes filios regis.

24 Nam ingressus Abschalom ad regem dixerat: ecce jam sunt tonsores *ovium* servo tuo: veniat quæso, rex & servi ejus cum servo tuo.

25 Dixit autem rex ad Abschalomum: ne fili mi: ne nunc veniamus omnes, ut non prægravemus te: & quamvis urgente eo, noluit tamen ire: sed ᵉ benedixit ei.

[h] Heb. si non, subaudi, tu venis.

26 Cui dixit Abschalom: [i] saltem veniat quæso, nobiscum Amnon frater meus: dixit verò ei rex: quorsum iret tecum?

27 Sed urgente ipsum Abschalomo: misit cum eo Amnonem & omnes filios regis.

28 Præceperat autem Abschalom pueris suis dicendo: videte quæso, cùm [k] lætus fuerit animus Amnonis vino, & edixero vobis, percutite Amnonem, ut morte afficiatis eum: ne timetote: ᵉ nónne quia ego præcepero vobis? confirmamini & [l] strenui estote.

[k] Hebr. bonũ cor.

[l] Heb. filii roboris.

29 Itaque fecerunt pueri Abschalomi Amnoni, quemadmodum præceperat Abschalom: quapropter surrexerunt omnes filii regis, & insidentes quisque mulo suo aufugerunt.

30 Fuit autem dum adhuc essent in via, ut rumor quidam perveniret ad Davidem dicendo: percussit Abschalom omnes filios regis, nequerelictus est ex eis unus.

31 Quapropter surgens rex, laceravit vestimenta sua, & cubabat humi: cum omnibus servis suis, adstantibus laceratis vestibus.

32 Cui locutus Jonadab filius Schimhhæ fratris Davidis, dixit: ne dicat, dominus meus, omnes pueros filios regis affecerunt morte, cùm Amnon solus mortuus sit: Nam [m] ex præstituto Abschalomi factum est [n] id quod proposuerat: ex quo die compressit ille Tamaram sororem ipsius.

[m] Hebr. secundum os: sic Num. 3. 16.

[n] Hebr. propositum.

33 Nunc ergo ne statuat dominus meus rex apud animum suum quicquam dicendo, omnes filios regis mortuos esse: sed Amnon [o] m solum mortuum esse.

34 Interea fugiebat Abschalom: puero autem speculatore sublatis oculis suis, vidente quòd ecce populus multus veniebant ᵉ a via [o] ad illum, ad a latere montis.

[o] Heb. post illum.

35 Dixit Jonadab ad regem: ecce filii regis veniunt: secundum verbum

bum servi tui sic factum est.

36 Fuitq; cùm absolvisset eloqui, ut ecce filii regis advenirent, & sublata voce sua flerent: tum rex quoq; & omnes servi ejus fleverunt fletu magno valde.

37 Abschalomo fugiente & proficiscente ad Talmaium filium Hhammichuris regem Geschuris: luxitq; de filio suo omnibus diebus illis,

38 Quibus Abschalom fugiens venerat Geschurem: fuit autem ibi tribus annis.

ANNOTATIO.

1 *Soror*] ex eadem matre Mahhaca, de qua suprà 3.3. 2 *Quia virgo*] atque ideò pro more virginum artiùs servabatur. 9 *Effudit*] è sartagine in discum. 13 *Alloquere quæso*] ut præsens periculum evitet non plane recusat: sed ut a rege id pè tat consulit, dilationem quærens. 16 *Occasione mali*] oratio imperfecta, quia ab Amnone urgente ejus discessum abrumpitur: videtur autem voluisse Amnoni ostendere graviora adhuc subsecutura mala ex hac sui ejectione: eo quòd statim sanarum erat, ut res omnibus innotesceret, sicut eventus declaravit. 19 *Imposita manu sua*] morem exprimit fœmiarum gravissimè lugentium: de quo etiam Jermejæ 2. ultimo ℣. 20 *Frater tuus est*] quasi dicat: etsi ipse fraterni juris obliuus est, te tamen decet illius rationem habere: & cavere ne ejus infamia in te & nos omnes qui fratres sumus, promulgata redunder: postremò cogitandum tibi est, regem non tui tantùm: sed etiam illius rationem habiturum, qui similiter filius est, & quidem primogenitus: ac proinde te omnibus querimoniis tuis nihil effecturam. 21 *Displicuit*] sic Gen. 31.35. 22 *Non loquebatur*] id est, nunquam hujus rei mentionem apud eum fecit sive improbando sive approbando: sic Genes. 31.24. 23 *Chatzoris*] de qua Jehos. 15.25. *Ut invitaret*] solebant enim tunc domini ipsi interesse & convivia agitare: vide Gen. 38. & 1. Schem. 25. 25 *Benedixit ei*] sermone, & fortassis etiam munere. 28 *Nónne*] subaudi, feceritis: quasi dicat, si quis eo nomine voluerit vobis esse molestus, ego præstabo. 35 *Viâ ad illum*] id est, qua ibatur ad domũ Abschalomi, ubi tondebantur oves. *Videnti*] & referente: paralepsis. 38 *Talmajum*] avum suum maternum suprà 3.3. Eò autem potius quàm ad ullam civitatum receptus se recipit: quia subito regis & populi furori cedendum putavit, & avi patrocinium sibi profuturum confisus est.

CAPUT XIIII.

Joab animadvertẽs regis animum in Abschalomum impensum esse, mulierem submittit: quæ primùm tentato per parabolam regis animo, postea inde Abschalomi causam agens, efficit, ut rex eum per Joabum hujus consilii autorem, revocet: sed Abschalom biennio a regis congressu excludit, Joabum tandem ad patrem detrudit, per quem liberum ad regem aditum impetrat.

1 CUM autem [a] consumeret Davidem regem *desyderium* exeundi ad Abschalomum (consolationem enim ceperat de Amnone, quia mortuus esset)

2 Cognoscens Job filius Tzerujæ: [b] animum regis hærere Abschalomo:

3 Misit Joab Tekohham, & assumpsit inde mulierem [c] astutam: dixitq; ad eam: age, quæso, lugentem, & indue te jam vestibus lugubribus, neque ungitor oleo: sed esto sicut mulier jam dies multos lugens de mortuo.

4 Ita veniens ad regem alloquere eum [d] in hanc sententiam: [e] Indiditq; Joab ipsa verba ori ejus.

5 Itaque dixit mulier illa Tekohhæa ad regem, cùm procidens super faciem suam in terram incurvasset se: dixit, inquam: serva ô Rex.

6 Cui dicente rege: quid tibi est? dixit illa: equidem mulier vidua sum, & mortuus est vir meus.

7 Ancillę autem tuæ duo erant filii, qui dum rixarentur ambo in agro, nec esset dirimens inter eos, cùm percussisset alter hũc, qui unicus est: hic morte affecit illum.

a Heb. consumeret Davidem exire: Infinitiva oratio pro nominat. verbi transitivi.
b Heb. cor regis esse super Abschalomum.
c Heb. sapientem, ut supr. 13.3.
d Heb. secundum verbũ hoc.
e Heb. posuit in os: sic infrà 20. ver.

8 Tum ecce ſurgens ″ tota familia contra ancillam tuam, dixerunt: da percuſſorem fratris ſui, ut morte afficiamus eum pro vita fratris ſui, quē interfecit, & perdamus etiam ipſum hæredem: ita extinxerint ″ prunam meam quæ remanſit, non [f] relinquendo viro meo nominis ſuperſtitem in ſuperficie terræ.

[f] Heb. nō ponendo viro meo nomē & reſiduum: Hypallage Rhetorum.

9 Dixit verò rex ad mulierem illam, abi domum tuam: & ego mandabo de te.

10 Sed dixit mulier illa Tekohhæa ad regem: in me, domine mi Rex, ″ eſto hæc iniquitas & in familiam patris mei. nam rex cum ſolio ſuo erit ″ innoxius.

11 Cui dixit rex: eum qui loquitur contra te, adducito ad me: ut non pergat amplius attingere te.

[g] Hebr. ne multiplicet perimere vindex ſanguinis.

12 Iterum dicente: ″ recordetur, quæſo, rex Jehovæ Dei tui, ne [g] plus vindex ſanguinis perimat, neq; perdant filium meum: dixit *rex*: ut vivit Jehova, non ″ cadet e capillis filii tui in terram.

13 Tum dixit mulier illa: eloquatur quæſo ancilla tua apud dominum meum regem aliquid: quo dicente, eloquere:

14 Dixit mulier: & ″ quare cogitaſti rem hujuſmodi contra populum Dei? & *quare* ſecum loquitur Rex hanc rem ipſam ″ quaſi *de* reo: dum non revocat rex depulſum ″ illius?

[h] Heb. moriendo morituri.

15 ″ Nam [h] omnino morituri ſumus, & *futuri* veluti aquæ diffluentes in terram quæ non recipiuntur: & non ſuſciperet Deus deſyderium ″ *illius*: &

[i] Heb. cogitaret &c.

[i] iniret cogitationes, ut non maneat depulſus ″ ab illo ″ is qui depulſus eſt:

16 Nunc autem quòd veni allocutum dominum meum regem de hac re, *veni* ″ quia metum mihi incuſſerunt populus: quapropter ″ dixit ancilla tua: alloquar jam regem, fortaſſis facturus eſt rex verbum ancillæ ſuæ.

17 Si auſcultaverit rex eripiendo ancillam ſuam e manu viri: perdituri me & filium meum pariter a poſſeſſione Dei:

18 Dixit, inquã, ancilla tua: ″ jam erit verbũ Domini mei regis ad quietem: (nam vt angelus Dei, ita *eſt* dominus meus rex cùm audit bonũ aut malum): & ″ Jehova Deus tuus erit tecum.

19 Reſpõdens verò Rex, dixit ad mulierem illam: ne, quæſo, celato me rem, de qua interrogaturus ſum te: cui dixit mulier illa, loquatur jam dominus meus rex.

[k] Heb. an manus Joabi tecum? metonymia.

20 Itaq; dicenti regi: an [k] opera Joabi adfuit tibi in tota hac re? reſpondens mulier, dixit: ut vivit anima tua, domine mi Rex, non eſt flectẽdum ad dexteram vel ad ſiniſtram ab omnibus quæ locutus eſt dominus meus rex: nam ipſe ſerv⁹ tuus Joab præcepit mihi, & ipſe indidit ori ancillæ tuæ omnia verba hæc.

21 ″ Ut circumduceret ſpeciem hujus ſermonis, fecit ſervus tuus Joab rem hanc: dominus autem meus ″ ſapiens eſt, quaſi ſapientiâ angeli Dei, ad cognoſcendum quicquid fit in hac terra.

22 Quamobrem dixit rex ad Joabum: ecce feciſti jam rem hanc: abi ergo,

ergo, reduc puerum illum, Abſchalomum.
23 Tum procidens Joab in faciem ſuam verſus terram, incurvavit ſe, & benedixit regi: dixitq; Joab: hodie experitur ſervus tuus, me inveniſſe gratiam in oculis tuis, domine mi Rex: quòd effecit rex verbum ſervi ſui.
24 Deinde ſurgens Joab abiit Geſchurem: reduxitque Abſchalomum Jeruſchalaima.
25 Dicente verò rege: divertito domum ſuam, & faciem meam ne videto: divertit Abſchalom domum ſuam, & faciem regis non vidit.
26 Non erat autem vir pulcher ut Abſchalom in toto Jiſraële [m] laudabilis valde: a planta pedis ejus, uſque ad verticem ejus, nõ erat in eo vitiũ.
27 Et cùm tondebat [n] *capillos* capitis ſui: (fiebat autem exactis [o] ſingulis annis ut tonderet: quia prægravabant eum, tonderet eos): ut penderet capillos capitis ſui ducentis ſiclis pondere [p] regio.
28 Et nati ſunt Abſchalomo tres filii & filia una nomine Tamar: hæc erat fœmina pulcra aſpectu.
29 Itaq; manſit Abſchalom Jeruſchalaimis biennium [r] integrum: cùm faciem regis nondum vidiſſet.
30 Quapropter mittente Abſchalomo ad Joabum: ut mitteret eum ad regem: cùm nollet venire ad ipſum: & mittente adhuc ſecundò, iterum nollet venire:
31 Edixit ſervis ſuis, videte poſſeſſionem Joabi [q] adjacentem meæ, ubi ei eſt hordeum: ite & ſuccendite eam igni: ſuccenderuntq; ſervi Abſchalomi poſſeſſionem illam igne.
32 Tum ſurgens Joab venit ad Abſchalomum in domum ejus: dixitq; ad eum: quare ſuccenderunt ſervi tui poſſeſſionẽ iſtam, quę mea *eſt*, igne?
33 Dixit Abſchalom ad Joabum: ecce miſeram ad te dicens: veni huc & mittam te ad regem, ut [*] dicas, quare veni Geſchure? melius eſſet mihi me adhuc ibi eſſe, quam ob rem nunc videam faciem regis: quòd ſi eſt in me [*] iniquitas, morte me afficiat.
34 Veniens itaq; Joab ad regẽ indicavit ei: qui vocavit Abſchalomum: iſq; veniens ad regẽ incurvavit ſe ſuper faciem ſuam in terram coram regei & oſculatus eſt rex Abſchalomum.

m Hebr. ad laudandum.
n Heb. caput ſuum: ſynecdoche.
o Heb. a fine anni in annũ
p Heb. dierũ:
q Heb. ad la tus meæ:

ANNOTATIO.

1 *Quia mortuus*] quia factum infectum eſſe non poterat. hunc autem verſum ſequentibus cohærere facilè ex textu apparet. 2 *Animum regis hærere &c.*] quia maximus natu eſſet, omnium pulcherrimus, atque ideò populo charus. 3 *Tekohham*] oppidum Jehudæ, 2. Chron. 11. 6. *Neque ungitor*] vide ſupr. 12. 20. 8 *Tota familia*] Ad quam ex lege vindiciæ pertinent. *Prunam meam*] aptiſſima metaphora: quaſi dicat, cùm unicus ſuperſit, potius ſervandus quàm extinguendus eſt. 10 *Eſto iniquitas*] quaſi dicat, ego ita ſum perſuaſa de filii ſuperſtitis innocentia, ut culpam in me recipere non dubitem. *Erit innoxius*] præſtando quod peto. 12 *Recordetur*] quaſi dicat, meminerit legis a Deo datæ, qua occiſoribus imprudentibus vel invitis cavetur Num. 35. *Non cadet*] vide ſuprà 1. Schem. 14. 46. in annotatione. 14 *Quare cogitaſti*] quaſi dicat: cùm improbes poſtulatum familiæ: cur tu eadem ratione Abſchalomum perſequeris: ad quẽ totius populi converſi ſunt oculi, tanquam ad prunam ſuam, ſucceſſorem tuum? hinc enim colligitur, ut ex principio capitis ſequentis, Gileabum ſive Danielem ſecundum Davidis filium jam tum mortuum fuiſſe: quapropter regnum ad Abſchalomum redibat. *Quaſi de reo*] id eſt, quaſi Abſchalom reus eſſet propter vindicatam injuriam, quam alter ſorori intulerat: & quidem vindicatam poſt triennium, quo David præcipuus vindex injuriam diſſimulaverat. *Illius*]. i. populi, qui ejus exilii triennii tulit. 15 *Nam*]. ita afficimur ejus abſentia: ut ſine illo vita nobis ingrata: & regni ſtat° diffluxur° videatur, Senſus eſt: putarẽ ſine hoc ſtudiũ tantũ humanũ eſſe: & nõ potius Deũ illud excitare in populo, ut ea ratione revocetur Abſchalõ ab exilio? 16 *Quia metũ incuſſit*] quaſi dicat, videbã periclicaturũ eſſe populũ, niſi ei reſtitutione Abſchalomi ſue ita ut redintegrari deinceps nõ poſſit. *Illius*] populi deſyderiũ de reſtituendo Abſchalomo. *Ab illo*] populo. *Is*] Abſchalõ: cuttetur. *Dixit*]. i. cogitavit apud ſe. 17 *Perdituri*]. i. q fuiſſet perditur° me, niſi tua autoritas intercederet: Se aũt dicit;

quia extincto filio suo de vita sua desperabat. 18 *Jam erit*] quasi dicat, Ita cogitabam, si in causa hac privata, rex rationem mei habita, filio meo consulendum judicabit: multo magis in publica causa, filio suo ad publicam tranquillitatem consulturus est. *Nam ut angelus*] id est, in simili causa, idem judicium constanter laturus est, positis humanis affectibus. *Et Jehova*] id est, cùm hoc feceris, Deus benedictione sua tibi aderit. 21 *Ut circumduceret*] id est, ut versando hunc sermonem de filio meo, illum tandem devolueret ad causam Absalomi. *Sapiens*] ut sagacissimus, optimè ex affectibus consilium nostrum. 23 *Benedixit*] gratias agendo. 27 *Regio*] id est, civili non sacro. 33 *Ut dicas*] meis verbis. *Quòd si est iniquitas*] quasi dicat, cognoscatur de causa mea: vide annotata suprà ver. 14.

Caput XV.

Absalom plenè a patre restitutus, subditorum animos artibus ita ab eo ad se allicit, ut secum contra Davidem conspirent: David vero ut sibi cõsulat & populo parcat, urbe cum suis exiens, fugit quidem: sed in ipsa fuga constituit, quæ ad Absalomi consilia evertenda pertinebant.

1 Fuit autem[a] aliquanto pòst, ut pararet sibi Absalom currum cum equis: & ″ quinquaginta viros præcurrentes sibi.

2 Prætereà mane surgens Absalom, stabat secundum viam ipsius ″ portæ: eratq; ut cuicunq; esset lis veniendi ad regem in jus, inclamans Absalom eum diceret: ex quánam civitate es? quo dicente, ex aliqua tribuũ Jisraëlis *sum* servus tu⁹:

3 Diceret ad eum Absalom: ″ consydera rationes tuas, bonæ sunt & rectæ: sed qui audiat nemo *est* tibi a rege.

4 Et dicebat Absalom: [b] utinam poneret me judicẽ in hac terra: ut ad me veniret cuicunq; est lis aut causa, & justum pronuntiarem ″ istum.

5 Erat etiam cùm quis appropinquaret incurvaturus se ei: ut extẽtã manu sua, eum apprehensum deoscularetur.

6 Cumq; faceret Absalom omnibus Jisraëlitis hac ratione, qui veniebant in jus ad regem: ″ suffurabatur Absalom animum Jisraëlitarũ.

7 Tandem fuit ante finem ″ quadraginta annorum, ut diceret Absalom ad regem: abeam, quæso, ut persolvam votum meum quod vovi Jehovæ, Chebronem.

8 Nam ″ votum vovit servus tuus, cùm residerem ″ Geschure in Syria dicendo: si [c] omnino reduxerit me Jehova Jeruschalaima, ut colã Jehovã.

9 Cui dicente rege: abi cum pace: surgens abiit Chebronem.

10 Miserat autem Absalom ″ exploratores per omnes tribus Jisraëlis, qui dicerent: cùm audietis sonum buccinæ Chebrone, tum dicite: regnat Absalom.

11 Cum Absalomo verò abierant ducenti viri Jeruschalaimis: Vocati *quidem*, sed euntes [d] integro animo: non enim conscii erant ullius rei.

12 Miserat etiam Absalom *accersitum* Achithophelem Giluntinum, consiliariũ Davidis, a civitate ejus Gilunte, cũ mactaturus esset [e] animalia: fuitq; conjuratio firma, [f] populo cõtinenter augescente cũ Absalomo.

13 Tum venit index quidam ad Davidem dicens: [g] animus Jisraëlitarũ sectatur Absalomum.

14 Quam ob rem dixit David omnibus servis suis, qui cum ipso erant Jeruschalaimis: surgite & fugiamus ante adventũ Absalomi: alioquin non esset nobis effugiũ: festinanter properate, ne festinãs assequatur nos, ″ ac

a Heb. de post fic.

b Heb. quis ponet me: formula optantis.

c Hebr. reducendo reduxerit.

d Heb. in integritate sua

e Hebr. mactationes, ut Gen. 31. 54.

f Heb. populo pergente & augescẽte.

g Heb. cor Jisraëlitarum est post Absalomum.

"aut impellens in nos istud malum, percutiat hanc civitatem acie gladii.
15 Dicentibus ergo servis regis ad regem: omnino" prout elegerit dominus meus Rex, ecce servos tuos.
16 Egressus est rex cum tota familia sua h" sequente vestigia ipsius: tantùm reliquit rex decē fœminas concubinas, ad custodiendū domum suā.
17 Egressus autem rex & totus populus sequens vestigia ejus: substiterunt in i quodam loco" remoto.
18 Cumq; omnes servi ejus transirent ad latus ejus, cum omnibus" Cerethæis & omnibus Pelethæis: omnes quoq; Gittæi sexcenti viri, qui Gatho ad vestigia ipsius *Ittai* venerant, transirent ante faciem regis:
19 Dixit rex ad" Ittai Gittæum: quare ires tu quoque nobiscum? revertere & mane cum rege: nam" extraneus es, & etiam remigraturus es in locum tuum.
20 k Nuperrime venisti, & hodie l abducerem te ad vagandum nobiscum: cùm ego abeam, m quò me ire contigerit? revertere, & "redde fratribus tuis tecum benignitatem & fidem.
21 Respondens verò Ittai regi dixit: ut vivit Jehova, & vivit dominus meus Rex, tantummodò in loco ubi erit dominus meus rex, sive ad mortem sive ad vitam, ibi futurus est servus tuus.
22 Dicente itaq; David ad Ittai: veni & transi: transivit Ittai Gittæus cum omnibus viris suis, & omnibus parvulis qui erant secum.
23 Et" oēs incolæ terræ flebant voce magna dum populus totus transirent: rex itaq; pertransivit torrentem" Kidronem, totusq; populus transibant versus viam ad" desertum.
24 Cùm autem ecce" Tzadok quoq;, & omnes Levitæ cum" eo, ferentes arcam fœderis Dei, collocassent arcam Dei, ascendente etiam" Ebjathare: donec absolveret totus populus ille transire e civitate:
25 Edixit rex Tzadoko: reduc arcā Dei in civitatē: si invenero gratiā in oculis Jehovæ: utiq; reducet me, & faciet ut revisam se & habitaculū suū.
26 Quòd si ita dixerit: non delector te: ecce me: faciat mihi prout bonum *videtur* in oculis suis.
27 Præterea dixit Rex ad Tzadokum sacerdotem, ipse es" videns, revertere in civitatem cum pace: & Achimahhatz filius tuus, & Jehonathā filius Ebjatharis, duo filii vestri vobiscum.
28 Videte ego cunctaturus sum in campestribus istius deserti: donec veniat o a vobis qui annuntiet mihi aliquid.
29 Itaque reduxit Tzadok cum Ebjathare arcam Dei Jerusalaima: & consederunt ibi.
30 David autem ascendebat per clivum *montis* olivarum p continenter flens," opertus capite suo, & pergens discalceatus: similiter totius populi qui erant cum eo, operuerant quisque caput suum, & ascendebant q continenter flendo.
31 Cumq; Davidi" nuntiaret dicendo: Achithophel est inter conjura-

h *Heb.* in pedibus ipsius: sic deinceps.

i *Heb.* in domo quadam remotionis.

k *Heb.* heri.
l *Heb.* movere te nobiscum venientem.
m *Heb.* quo ego abeo.

n *Hebr.* tota terra: metonymia: sic Gen. 41. 57.

o *Heb.* donec veniat aliqd a vobis, qui annūtiet mihi, ἐμπλοκὴ verborum.
p *Heb.* ascendens & flens

q *Heb.* ascendendo & flēdo.

tos cum Abſchalomo: dixit David: ſtultum redde, quæſo, consilium Achithophelis, ô Jehova.

32 Deinde fuit cùm David perveniſſet uſque ad illius verticem, ubi incurvaturus erat ſe Deo: ut ecce Chuſchai Arcæus obviam veniret ei lacerata tunica ſua, & terra impoſita capiti ſuo.

33 Cui dixit David: ſi tranſieris mecum, utiq; eris mihi oneri:

34 Sin autem in civitatem reverſus, dixeris Abſchalomo: ſervus tuus, ô Rex, futurus ſum. ſervus equidem patris tui fui jamdiu: nunc autem ſimiliter ſum ſervus tuus: utique irritum facies mea cauſa conſilium Achithophelis.

35 Et an non tecum erunt ibi Tzadok & Ebjathar ſacerdotes? eſto igitur, ut quamcunq; rem audiveris e domo regis, indices Tzadoko & Ebjathari ſacerdotibus.

36 Ecce ibi cum eis *ſunt* duo filii eorum: Achimahhatz Tzadoki, Jehonathan autem Ebjatharis: per quos mittentes ad me *indicetis* quamcunq; rem audiveritis.

37 Itaque venit Chuſchai amicus Davidis in civitatem: cùm Abſchalom venturus eſſet Jeruſchalaima.

r Heb. extũc

ANNOTATIO.

1 *Quinquaginta viros*] id eſt, ſatellitium regium: quia interfecto Amnone, & Cileabo extincto, ipſe hæres ſuorum erat. 2 *Portæ*] palatii regii. 3 *Conſydera*] quaſi dicat, etſi cauſa tua bona eſt, prudenter tamen tibi agendum, ut eam bene tractes: nam omnia negligenter geruntur a regiis, ſic reddendum eſſe verſum Hhebraicę diſtinctiones docent. 4 *Quæ*] cujus rationes bonæ ſunt & rectæ, de quo ſup. ℣. 3. 6 *Suffurabatur*] vide Gen. 31. 20. in annotatione. 7 *Quadraginta annorum*] regni Davidis, de quo ſup. 5. 5. 8 *Geſchure*] exul. ſup. 13. 38. *Votum vovit*] proficiſcendi Chebronem, ubi natus ſum: ut apud tribules meos, & ſeniores Iſraëlis prædicem beneficium acceptum. 10 *Exploratores*] quorum ſpeciem præ ſe ferebant: re tamen ipſa explorabant animos præcipuorum in ſingulis tribubus, & in partes Abſchalomi adductos, Chebronem, indicato conventus fine, invitabant, infrà 17. 4. 14 *Aut impellens*] id eſt, oppugnans nos in civitate incluſos. 15 *Prout*] quaſi dicant, e duabus rationibus utram voles ſequemur. 16 *Sequente*] id eſt, ordinario ſuo comitatu. 17 *Remoto*] ab urbe. 18 *Cerethæi*] vide ſup. 9. 4. 19 *Ittai Gittæus*] præfectus præſidiariorum Gathi, antè a Davide occupati. *Extraneus es*] id eſt, non es e domeſticis meis, ac proinde periculum non erit a novo rege. *Remigraturus*] id eſt, rediturus Gathum in ſtationem tuam, 20 *Redde*] id eſt, gratiam habeto tibi & ſociis a me. 23 *Kidronem*] inter urbem & montem olivarum ſitum. *Ad deſertum*] quod vergit ad campeſtria Jardenis: vide infrà 28. 24 *Cum eo*] id eſt, qui ordinariè ſub eo ad arcam miniſtrabant. *Tzadok*] quies hebdomade in miniſterio erat: prout ordines ſacri miniſterii a Schemuele & Davide conſtituti fuerant. 1. Chro. 9. 22. & 2. Chro. 23. 8. *Ebjathare*] etſi ea hebdomade non miniſtrabat. 27 *Ipſe es videns*] ſic habetur in duobus manu ſcriptis exemplaribus Hhebraicis & Chaldeo paraphraſte. Senſus eſt, munus tuum non eſt, me privata conditione fugientem ſequi: Reipub. in rebus ſacris inſervire, & in ſtatione tua reſidere. *Vobiſcum*] ſubaudi, civitatem verſus redeant: nam civitatem ingreſſi, infrà 17. 17. 30 *Opertus*] pro lugentium more obvolutus: vide infrà 19. 5. & Eſther 6. 12. 31. *Nunciatum erat*] Tzadok & Ebjathar. 31 *Conſilium Achithophelis*] quod tunc maximi fiebat: vide infrà 17. ver. ultimo. 32 *Incurvaturus ſe*] inde verſus arcam Dei ſe convertendo. *Arcæus*] vide annotata Joſ. 16. 2. 35 *Tecum ibi*] ſuppono, David, ignorans eos parentum juſſu ſubſtitiſſe ad fontem Rogelis infrà 17. 17.

CAPUT XVI.

David in fuga a famulo Mephiboſchethi verbis & munere deceptus, herilia bona ei additi. & a Schimhhi Binjaminita contumelioſis verbis & factis provocatus, conſcientiâ judicii divini a vindicta abſtinet, & ſuos impedit, ne quid adverſus eum faciant. Abſchalomum Jeruſchalaima ingreſſum, Chuſchai Davidis amicus ambigua oratione demulcens, in ejus conſilium ſe inſinuat: Achithophel verò Davidi infenſus Abſchalomo autor eſt, ut palàm cum concubinis patris congrediens, præciſa Iſraëlitis omni reconciliationis ſpe, ſibi eos magis devinciat.

1 DAVID autem tranſierat paululũ præter verticem montis, cùm ecce Tziba puer Mephiboſchethi venit obviam ei: & par asinorum inſtratorum, quibus impoſiti erant ducenti panes, & centum

centum uvæ paſſæ centumque [a] poma & uter vini.

2 Dixit ergo rex ad Tzibam, quid *ſibi volunt* hæc tua? cui dixit Tziba: hi aſini pro familia regis, ad inſidendum: hi verò panes & poma, ut comedant pueri, & vinum, ut bibant qui feſſus fuerit in deſerto.

3 Tum dicente rege, at ubi *eſt* filius domini tui? dixit Tziba ad regem, ecce reſidet Jeruſchalaimis, dicit enim, hodie reddituri ſunt mihi domus Jiſraëlis regnum patris mei.

4 Quam ob rem dixit rex Tzibæ: ecce tuum eſto quicquid erat Mephiboſchethi: cui dixit Tziba, "incurvo me:" inveniam gratiam in oculis tuis, domine mi Rex.

5 Deinde progrediebatur rex David Bachurima verſus: ecce autem inde quidam prodiens e familia domeſtica Schaulis, nomine Schimhhi filius" Geræ procedebat [b] continenter maledicens.

6 Et appetebat lapidibus Davidem, & oēs ſervos regis Davidis: quamvis totus popul⁹ & robuſtiſſimi quiq;, a dextera ej⁹, & a ſiniſtra ejus *eſſent*.

7 Sic autem dicebat Schimhhi maledicendo ei: exi, exi [c] vir ſanguinarie, & vir nequiſſime.

8 Convertit in te Jehova omnes cædes familiæ Schaulis, cujus loco regnaſti: traditq; Jehova regnū ipſum in manum Abſchalomi filii tui: jam ecce te in" malo tuo, quia vir ſanguinarius es.

9 Tum dicenti Abiſchajo filio Tzerujæ ad regem: quare malediceret canis iſte mortuus domino meo regi? tranſeā, quæſo, ut auferā caput ej⁹.

10 Dixit rex, [d] quid mihi vobiſcum filii Tzerujæ? ſi maledicit, quia Jehova ei dixit, maledic Davidi: ecquis dicat, quare ſic facis?

11 Deinde dixit David ad Abiſchajum & ad omnes ſervos ſuos: ecce filius meus, qui prodiit [e] e viſceribus meis, quærit [f] vitam meam: quanto igitur magis nūc Binjaminita iſte? ſinite eū ut maledicat, qa edixit ei Jehova.

12 Fortaſſe reſpiciet Jehova ad afflictionem meā: & reddet Jehova mihi bonum loco maledictionis ejus, hodierno die.

13 Itaque progrediebatur David cum hominibus ſuis, itinere ſuo: quāvis Schimhhi [g] pergens in latere montis ex adverſo ejus continenter malediceret, & appeteret lapidibus ex adverſo ejus, & [h] injiceret pulverem.

14 Sic advenit rex & tot⁹ popul⁹ qui erat cū eo feſſi: & recreavit ſe" ibi.

15 Abſchalom verò & totus populus ejus Jiſraëlitæ, ingreſſi ſunt Jeruſchalaima: & Achitophel cum eo.

16 Fuit autem cùm veniſſet" Chuſchai Arcæus amicus Davidis ad Abſchalomum: & dixiſſet Chuſchai ad Abſchalomum: "vivat rex, vivat rex: erga amicum tuum? quare non iviſti cum amico tuo?

17 Ut diceret Abſchalom ad Chuſchajum: hæccine *eſt* benignitas tua

18 Dixit verò Chuſchai ad Abſchalomū: nequaq̄, quem enim elegit Jehova & populus hic, ac omnes Jiſraëlitæ: non eſſem *ejus*, ac cū eo manerē?

19 Secundò, cui ego ſerviero? nónne coram filio ejus? quemadmodum ſervivi coram patre tuo, ſic futurus ſum coram te.

a Heb. æſtatis, id eſt æſti vi fructus.

b Heb. exibat exeundo & maledicens.

c Hebr. vir ſanguinis, & vir Belijahhal.

d Hebr. quid mihi & vobis.

e in manu ſcripto exēplari, ex me.

f Hebr. animam.

g Hebr. pergens pergendo &c. & malediceret.

h Heb. pulveraret pulvere.

[1] *Hebr.* date vobis: pleonasmus.

20 Dixit autem Abschalom ad" Achithophelem: [1] da consilium quid facturi simus.

21 Dixit verò Achithophel ad Abschalomum: congredere cum concubinis patris tui, quas reliquit ad servandum domum suam: ut audiēte toto Jisraële" fœtidum te redditum esse patri tuo:" confirmentur manus omnium qui tecum sunt.

22 Quapropter cùm tetendissent Abschalomo tentorium super tectum" illius: congressus est Abschalom cum concubinis patris sui," ante oculos totius Jisraëlis.

23 "Consilium enim Achithophelis, quod consulebat diebus illis, erat ac si quis petiisset verbum ipsum Dei: ita erat quodq; consilium Achithophelis tum Davidi tum Abschalomo.

ANNOTATIO.

1 *Montis*] videlicet olivarum: de quo sup. 15.30. *Tzibа*] de quo supr. 9.6. 4 *Incurvo me*] i. declaro me gratum: synecdoche. *Inveniam*] quasi dicat, oro te, ita mihi sis gratiosus in posterum ut nunc es. 5 *Geræ*] filii Echudis, filii Benjaminis, de quo 1. Chron. 8.6. 8 *In malo*] id est, in pœna maleficiorum tuorum: Noëma. 9 *Canis mortuus*, *Vivattus*, hic Schem. 24.15. in annotatione. 14 *Ibi*] id est, Bachurimis: vide versu 5. 16 *Chuschai*] supr. 15.12. Chuschai toto suo sermone cum Abschalomo ex ambiguo ludificatur ei. 20 *Ad Achithophelem*] id est, consilium suum: synecdoche. 21 *Fœtidum te*] id est, prorsus exosum, & ab omni reconciliationis spe exclusum ut Genes. 34. 30. *Confirmentur manus*] id est, eo constantius agant: synecdoche. 22 *Illius*] nimirum regiæ, cujus concubinæ custodes erant: de quo ℣. 21. *Ante oculos*] ex prædicto sup. 12.10. 23 *Consilium enim*] id est, etsi facinus, omnium judicio per se horrendum erat: tamen tanta erat apud omnes Achithophelis autoritas, ut rem Abschalomo & factionis filiis probaverit.

CAPUT XVII.

Achithophel sponte Abschalomo consilium dat de opprimendo Davide, & se ducem offert: sed a Chuschaio, ad Abschalomum vocato, multis rationibus hoc consilium infringitur, & alterum suggeritur Davidi salutare. Cujus rei David certior factus ab eo, Jardenem irajicit, & commeatu ab amicis adjuvatur. Persequente verò Davidem Abschalomo, Achithophel indignabundus de rejecto consilio suo laqueo se ipsum suspendit.

1 DIXIT præterea Achithophel ad Abschalomum: deligam quæso, duodecim millia virorum, ut surgens persequar Davidem hac nocte.

[a] *Heb.* remissus manib⁹: synecdoche.

2 Et invadens eum, dum est lassus & [a] remissis manib⁹, ita perterrefaciam eum, ut fugiat totus popul⁹ qui cum eo est: sic percutiam regem ipsum solum.

3 Tum reducam totum illum populum ad te: quasi restitutio rerum omnium" *est* is quem tu quæris: toti populo erit pax.

4 Et rectā videbatur res illa in oculis Abschalomi: & in oculis omnium seniorum Jisraëlis.

5 Sed dixit Abschalom: voca jam etiam Chuschaium Arcæum: ut audiamus quid sit in ore etiam ipsi.

6 Cùm ergo venisset Chuschai ad Abschalomum, allocutus est eum Abschalom dicendo: in hanc sententiam locutus est Achithophel, an facturi sumus verbum ejus? si non *facturi sumus*, tu loquere.

7 Dixit verò Chuschai ad Abschalomum: non *est* bonum consilium istud quod consuluit Achithophel hac vice.

8 De-

8 Deinde dixit Chuſchai: tu noviſti patrem tuum & homines ejus eſſe robuſtos: prętereà amaro animo ſunt, tanquam urſus orbatus per agrum: cumq; pater tuus bellicoſus ſit, non pernoctabit cum populo.

9 Ecce nunc ipſe deliteſcit in aliqua e foſſis, aut in aliquo e ″ locis *ſuis*: erit autem cùm ceciderint ex ″ iſtis in principio, ut audiens quiſque dicat, fuit plaga in populo qui ſequitur Abſchalomum:

10 Et ipſi etiam [b] ſtrenui, quorum [c] animus *eſt* ut animus leonis omnino colliqueſcent: novit enim totus Jiſraël robuſtum eſſe patrem tuum, & ſtrenuos qui ſunt cum eo.

11 Sed conſulo, ut [d] prorſus congregato ad te toto Jiſraële a Dane Beerſchebahhum uſq;, ſicut arena quæ *eſt* ad mare in multitudinem: & [e] perſona tua procedente in hanc expeditionem:

12 Aggrediamur eum [f] ubicunque locorum reperietur, & [g] commodè ingruamus ei, quemadmodum cadit ros ſuper terram: ſic non relinquetur ex eo, id eſt, ex hominibus qui ſunt cum eo vel unus.

13 Quòd ſi in civitatem ſe receperit, curabunt omnes Jiſraëlitæ attolli in civitatem illam ″ funes: & ″ trahemus illam uſque ad torrentem, adeò ut ne lapillus quidem inveniatur ibi.

14 Tum dixit Abſchalom & omnes Jiſraëlitæ: ″ melius *eſt* conſiliũ Chuſchai Arcæi conſilio Achithophelis: Jehova autem præſtituerat irritum facere conſilium Achithophelis, quod melius fuiſſet: ut induceret Jehova in Abſchalomum malum ſuum.

15 Deinde dixit Chuſchai ad Tzadokum & Ebjatharem ſacerdotes: [h] iſta & talia conſuluit Achitophel Abſchalomo & ſeniorib. Jiſraëlis: hæc verò & talia conſului ego.

16 Nunc itaque mittite feſtinanter, & indicate Davidi dicẽdo: ne pernoctato hac nocte in campeſtribus iſtius deſerti: quin imò [i] omnino traji cito: ne ″ abſorbeatur rex & totus populus qui cum eo *eſt*.

17 Jehonathan autem & Achimahhatz conſtiterant ad ″ fontem Rogelis, ad quos profecta quædam ancilla, indicavit eis: ut ipſi euntes indicarent regi Davidi: ″ nõ enim poterant comparere *aut* ingredi in civitatẽ.

18 Videns tamen eos puer, indicavit Abſchalomo: quapropter abeuntes ambo feſtinanter venerunt in domum cujuſdam ″ Bachurima, cui puteus erat in atrio ipſius, quò deſcenderunt.

19 Cumq; accipiens mulier ipſa explicaſſet tegumentum in ſuperficie illius putei, & expandiſſet ſuper illud ″ molam: non innotuit res.

20 Venientibus enim ſervis Abſchalomi ad eam mulierem domum ejus & dicentibus: ubi eſt Achimahhatz & Jehonathan? dixit eis ipſa mulier: tranſiverunt rivulum iſtum aquæ: quare cùm quæſiviſſent nec inveniſſent, reverſi ſunt Jeruſchalaima.

21 Fuit autem poſtquàm abiiſſent illi, ut hi aſcendentes e puteo, perge rent nunciaturi regi Davidi: dixeruntq; ad Davidem: ſurgite & tranſite feſtinanter hanc aquam: ſic enim conſuluit contra vos Achitophel.

b Heb. filii roboris: ſic infrà.
c Heb. cor colliqueſcẽs do colliqueſcet.
d Heb. congregando cõgregetur.
e Heb. facie tua.
f Heb. in uno locorum ubi reperietur.
g Heb. quiẽſcam° ſuper eum, ſicut cadit ros.
h Heb. ſicut hoc & ſicut illud: ſic infrà:
i Heb. trajiciendo trajicito.

22 Quam ob rem ſurgens David & totus populus qui erat cum eo, tra
jecerunt Jardenem: dum″ illuceſceret mane, ne unus quidem deerat, qui
non tranſiiſſet Jardenem.

23 Achithophel autem videns non fieri conſilium ſuum: inſtrato aſi-
no ſuo ſurgens abiit domum ſuam: & præceptis datis in familiam ſuam,
ſtrangulavit ſe: ſic mortuus eſt & ſepultus in ſepulchro patris ſui.

24 David verò venerat″ Machanajima: cùm Abſchalom trajiceret Jar
denem: ipſe & omnes Jiſraëlitæ cum eo.

25 Tunc Hhamaſam poſuit Abſchalom loco Joabi qui præeſſet mili-
tiæ: (Hhamaſa autem filius erat cujuſdam nomine[k] Jitræ″ Jiſraëlitæ, qui
congreſſus fuerat cùm[l] Abigale filia″ Nachaſchæ ſorore Tzerujæ matris
Joabi).

26 Et caſtra poſuit Jiſraël cum Abſchalomo″ in terra Gilhhadis.

27 Fuit autem cùm veniret David Machanajima: ut Schobi filius Na-
chaſchi e″ Rabba Hhammonitarum, & Macir filius Hhammielis e″ Lo-
debaro, ac″ Barzillai Gilhhadita e Rogelimis,

28 Cubilia, & pelves, & vaſa fictilia, & triticum, & hordeum, & farinã,
etiam″ eſpica toſta, & fabas, & lentes, & ſpicas toſtas,

29 Et mel, & butyrũ, & parvas pecudes, & caſeos armentitios afferrent
ad Davidem & ad populum qui erat cum eo, ut comederent: dicebant e-
nim: populus iſte famelicus, & laſſus, & ſitibundus *eſt* in hoc deſerto.

k qui 1. Chr. 2.17. Jether.
l Ibidem Abigaile.

ANNOTATIO.

3 *Eſt is*] id eſt, David, quo ſi potieris, omnium potiere. 9 *Locis ſuis*] id eſt, ipſi, jam inde a perſecutione Schimiis cognitis & exploratis. *Exiſtis*] ſubaudi, militibus tuis. 13 *Funes*] id eſt, machinas bellicas funibus ductiles, five catapultarias, ſive demolitorias: metonymia. *Trahemus*] hyperbole, qua facilitatem & gravitatem excidii exprimit. 14 *Illius*] id eſt, accommodatius ad conſequendum deſyderium Abſchalomi. 16 *Abſorbeatur*] ſubitò circumveniatur: metaphora: 17 *Ad fontem Rogelis*] in terminis Jehudæ & Binjaminis Joſh. 15.7. & 18.16. ex condicto parentum: ut inde ad Davidem commodius excurrere poſſent. 18 *Bachurima*] vide ſup. 3.16. 19 *Illam*] id eſt, grana tuſa & commolita. 22 *Dum illuceſceret*] id eſt, mane, luſtrato exercitu, invenit nemitem deſeſa. ri. 24 *Machanajima*] vide Gen. 32.2. 25 *Jiſraëlitæ*] religione & inſtituto vitæ: genere verò Iſchmahelitæ 1. Chron. 2.17. *Nachaſchæ*] uxoris Jiſchai. 26 *In terra Gilhhadis*] præter Machanajima, ut Davidem circumirent. 27 *E Rabba*] expugnata jam antè a Davide, ſup. 12.26. & ſequentibus. *Lodebaro*] vide ſupr. 9.8. *Barzillai*] vide infrà 19.32. 28 *Etiam eſpica*] qualis eſt farina avenacea, quæ non niſi torrefacta molitur.

CAPUT XVIII.

David inſtructum exercitum Abſchalomo cum maximis copiis appropinquanti, obviã mittit: ipſe Machanajimis ex voluntate populi conſiſtit. Prælio commiſſo Abſchalom cum ſuis ſuſus in ſylvam fugit, & capillis quercui ſuſpenſus hæret, donec a Joabo & ejus armigeris occiditur. Poſtremò iſtius victoriæ nuntii duo excurrentes ad Davidem, rem paucis nuntiant.

1 Cùm autem David luſtrato populo qui erat ſecum: præ-
poſuiſſet eis præfectos millenis & præfectos centenis.

2 Et commiſiſſet David populum, tertiam manui Joa-
bi, & tertiam manui Abiſchai filii Tzerujæ fratris Joa-
bi, ac tertiam manui Ittai Gittæi: dicebat rex ad po-
pulum: [a] omnino proceſſurus ſum ego quoque vo-
biſcum.

a *Heb.* procedendo proceſſurus.

3 Sed dixit populus, nō es processurus. nā sive [b] planè fugeremus, non apponerent ad nos [c] animum: sive morerentur dimidiū nostri, nō apponerent ad nos animū, ″ etiamsi jam ut sumus, decies mille *essemus*: quare nunc melius erit, si fueris nostrâ causâ ″ pervigil ad ferendum opem.

4 Dicens itaq; ad eos rex: quod bonum visum fuerit in oculis vestris faciam: substitit rex in ″ spatio ipsius portæ, dum totus iste populus procederent per centenos & millenos.

5 Præcepit autem rex Joabo, & Abischajo & Ithajo, dicendo: [d] leniter propter me erga puerum istū, erga Abschalomum: & totus populus audiverant, cùm præciperet rex omnibus præfectis [e] de Abschalomo.

6 Egressò itaque populo in agrum obviam Jisraëli: fuit prælium ad ″ sylvam Ephrajimitarum.

7 Ubi cæsi sunt populus Jisraëlis ante servos Davidis: adeò ut esset ibi plaga magna in die illo, viginti millium.

8 Nam cùm esset ibi sparsum prælium in superficiem totius terræ: [f] plures ″ consumpsit sylva illa de populo, quàm cōsumpserit gladius die illo.

9 Obviam autem facto Abschalomo servis Davidis: & Abschalomo insidente mulo, venit mulus subter [g] perplexam quercum magnam: [h] cui quercui ita hæsit caput ejus, ut [i] penderet inter cœlum & inter terram, & mulus qui sub eo erat prætergrederetur.

10 Quod videns quidam nuntiavit Joabo, ac dixit: ecce vidi Abschalomum suspensum de quercu.

11 Dixit verò Joab viro illi qui nuntiabat sibi: cùm ecce videris, quare ergo non percussisti eum ibi *dejiciens* in terram? nam penes me erat dare tibi decem *siclos* argenteos & cingulum unum.

12 Sed dixit vir ille ad Joabum: etiamsi ego ″ appenderē manibus meis mille *siclos* argenteos, non extenderem manum meā in filium regis: nam * nobis audientibus, præcepit rex tibi, & Abischajo, & Ithajo dicendo: observate quicunque *estis* de puero isto, de Abschalomo.

13 Aut *si* commisissem [l] ex me ipso falsitatem: cùm nulla res celari possit a rege: ″ an tu sisteres te ex adverso?

14 Dixit verò Joab: non ita ″ morabor coram te: & assumens tria tela in manum suam, infixit ea in [m] medium Abschalomi adhuc viventis, per mediam quercum.

15 Deinde circumdantes decē pueri armigeri Joabi: percusserunt Abschalomum ita ut morte afficerent eum.

16 Tū clangente Joabo buccina, reversus est populus ejus a persequendis Jisraëlitis: quia subtraxit Joab populum.

17 Assumpseruntque Abschalomum, & projicientes eum in ea sylva in quandam fossam magnam, statuerunt super eum cumulum lapidum magnum valde: omnes verò Jisraëlitæ fugerunt quisque ad tentoria sua.

18 Abschalom autem assumptam statuerat sibi in vita sua statuam in ″ convalle regis: dicebat enim, ″ non est mihi filius: ut monimentum sta-

[b] *Heb.* fugiendo fugeremus.
[c] *Heb.* cor: sic infrà.
[d] *Hebr.* sensim.
[e] *Heb.* de re Abschalomi.
[f] *Heb.* multiplicavit sylva consumere.
[g] *Hebr.* perplexitatem &c.
[h] *Heb.* prehensum est caput ejus ad quercū.
[i] *Heb.* ponē retur.
[k] *Heb.* in auribꝰ nostris
[l] *Heb.* in animo meo.
[m] *Hebr.* in cor: sic in cor quercus: hic.

tuam nominis mei: quapropter vocavit ſtatuam illã de nomine ſuo: quę vocatur, locus Abſchalomi uſque in diem hunc.

19 Cumque Achimahhatz filius Tzadoki diceret: excurram, quæſo, & nuntiem regi: Jehovam vendicaſſe eum e manu hoſtium ejus.

n Hebr. vir nuntii hoc die.

20 Dixit ei Joab: tu non[n] is es, qui *perferas* nuntium hoc die: ſed nuntiabis[n] die alio: hodie autem non es nunciaturus, quandoquidem filius regis[n] mortuus eſt.

21 Dixit verò Joab cuidam[n] æthiopi: abi, nuntia regi quod vidiſti: qui æthiops incurvans ſe Joabo, cucurrit.

22 Pergẽs autem adhuc Achimahhatz filius Tzadoki, dicebat ad Joabum: quicquid tãdem ſit, excurram ego quoque poſt ipſum æthiopem: ut ut diceret Joab: quam ob rem tu curſurus eſſes, fili mi? cùm tibi non ſit

o Heb. ſufficiens: ut Num. 11. 22.

nuntius[o] conveniens?

23 Quidquid ſit, inquit, excurram: cui dixit, excurre: excurrens itaq; Achimahhatz viâ planitiei, prætergreſſus eſt æthiopem illum.

24 Conſederat autem David inter duas portas, & iverat ſpeculator in tectum portæ ad ipſum murum: qui ſublatis oculis ſuis vidit, quòd ecce quidam accurrebat ſolus.

25 Quamobrem inclamante ſpeculatore & indicante regi: dixit rex, ſi ſolus eſt, nuntius eſt in ore ejus: ita[p] veniendo continenter appropinquabat.

p Heb. veniebat veniendo & appropinquando

26 Deinde vidit ſpeculator quendam alium accurrentẽ, & inclamans ſpeculator janitorem dixit: ecce quidam accurrit ſolus: tum dixit rex, nuntium allaturus eſt etiam hic.

27 Dicente verò ſpeculatore, ego video curſum prioris quaſi curſum Achimahhatzi filii Tzadoki: dixit rex, vir bonus eſt, & propter[n] nuntium bonum venit.

28 Tandem exclamans Achimahhatz ad regem dixit, Pax: cumq; incurvaſſet ſe regi facie ſua verſus terram: dixit: benedictus Jehova Deus tuus qui dedidit homines illos, qui extulerant manum ſuam contra dominum meum regem.

29 Dicenti autem regi: pax *ne eſt* puero Abſchalomo? dixit Achimahhatz: vidi multitudinem aliquã magnam, cùm mitteret Joab[n] ſervum regis, & *me* ſervum tuum: ſed non novi quid eſſet.

30 Cui dixit rex: diverte, conſiſte iſthic: qui divertens ſtetit.

31 Tum ecce Æthiops ille venit: dixitque æthiops: nuntium accipiat dominus meus rex, quòd vendicavit te Jehova hodie e manu omnium inſurgentium contra te.

32 Dixit itaque rex ad æthiopem: an pax *eſt* puero Abſchalamo? cui dixit æthiops: ſint ſicut puer iſte inimici domini mei regis, & quicunque inſurgunt contra te ad malum.

ANNOTATIO.

3 *Etiamſi jam*] id eſt, etiamſi decuplo plures & inſtructiores eſſemus, non tanti facerent victoriam, quàm ſi tenuum opprimere poſſent. *Pervigil*] id eſt, attentus, & accuratiſſimè hic obſervans ut nobis ſuccurras ſi opus fuerit: hæc

sit: hæc interpretatio videtur simplicior & consecutioni vocum accommodatissima: ut confirmatur ℣. 24. 4 *Insistatio*] id est, inter duas portas, ut infrà ℣. 24. 6 *Ad sylvam Ephrajimitarum*] id est, ubi olim a Jiphtacho Ephrajimitæ sunt cæsi Judic. 12. unde sylva illa nomen accepit, licet esset in tribu Menaschis trans Jardenem. 8 *Plurest consumpsit*] sive in stipites impingerent, sive in arbores illiderent, denique in scrobes & præcipitia cederent &c. 12 *Appenderem*] id est, si præsentem tantam pecuniam numeraret mihi quispiam, non facerem. 13 *Annon*] id est, regi me damnanti repugnaturus esses ad defensionem mei? 14 *Morabor*] præteriens occasionem hostem occidendi. 18 *In convalle*] vide annotata Gen. 14. 17. *Non est mihi*] nam mortui erant tres ejus filii: de quibus suprà 14. 28. 20 *Die alio*] cùm alia occasio dabitur læta nuntiandi: confer cum versic. 22. *Mortuus*] ideò nuntius est lugubris regi. 21 *AEthiopi*] servo regis, ut infrà ℣. 29. 27 *Nuntium bonum*] id est, mihi utilem. 29 *Servum regis*] æthiopem, ut observatum est in ℣. 21.

CAPUT XIX.

Davide Abschalomi mortem deflente, milites ejus pudefacti dilabuntur: donec Joabi reprehensione & minis adductus, depositio luctu, populo se exhibet. Auditis Jisraëlitarum studiis de sese reducendo, suam tribum ita sollicitat, ut reliquos in eo negotio antevertat: excepto Schimhhi, qui culpam deprecaturus cũ eis advenit. Mephiboscheth restituitur, & Cimeham in familiam regis ascisitur: Jisraëlitæ autem præreptam sibi gloriam ægrè ferentes, cum Jehuda graviter contendunt.

1 Cum commotus rex, ascendens in cœnaculũ illius portæ flebat: & ita dicebat eũdo: fili mi Abschalom, fili mi, fili mi Abschalom: 2 [a] utinam mortuus essem ego, *vtinam* essem loco tuo, Abschalom fili mi, fili mi.

[a] *Heb.* quis det mori me.

Cùm autem nuntiatum esset Joabo: ecce rex flet ac luget de Abschalomo.

3 Fuit illa salus eo die *conversa* in luctum toti populo: cùm audiret populus eo die dicentes: dolore afficitur rex de filio suo.

4 Et [b] furtim populus ille eo die veniebat in civitatẽ: quemadmodum furtim se surrepturus fuisset popul⁹ rubore suffusus si fugissent in prælio.

[b] *Heb.* furabatur se veniendo.

5 Rex vero obvolverat″ faciem suam, & clamabat rex, voce magna: fili mi Abschalom, Abschalom fili mi, fili mi.

6 Cùm veniens Joab ad regem intrò: dixit,″ pudefeciſti hodie vultum omnium servorum tuorum, qui eripuerunt vitam tuam hodie, & vitam filiorum tuorum filiarumq; tuarum & vitam uxorum tuarum, & vitam concubinarum tuarum:

7 Amando osores tuos, & odio prosequẽdo amãtes tui: ut qui indicasti hodie″ nõ esse tibi principes aut servos, experior enim hodie si Abschalom viveret, & nos oẽs hodie mortui essemus, tũc rectũ *fore* in oculis tuis.

8 Nunc ergo surge, exi & sequere [c] quæ sint cordi servis tuis: nam per Jehovam juro, si non exieris non pernoctaturum quenquam apud te hac nocte: & pejus tibi futurum hoc, omni malo quod obvenit tibi ab adolescentia tua usque nunc.

[c] *Heb.* super cor servorũ tuorum: sic Gen. 34. 3.

9 Surgens itaque rex consedit in porta: quod cùm toti populo nuntiassent dicendo: ecce rex considet in porta, venit totus populus ante regem,″ Jisraëlitæ verò fugerant quisque in tentoria sua.

10 Erat autem totus populus iste disceptãs apud se in omnibus tribubus Jisraëlis dicendo: ″ hic Rex eripuerat nos e manu omnium inimicorum nostrorum, & idem liberaverat nos e manu Pelischtæorum: modò autem fugit ex hac terra ab Abschalomo.

11 Abschalom verò quem unxeramus mortuus est in hoc prælio: nunc
[d] Hebr. filetis: ut Exodi 14.14. ergo quare [d] quiescitis a revocando rege?
13 Quapropter rex David misit ad Tzadokum & ad Ebjatharem sacerdotes qui dicerent: alloquimini seniores Jehudæ dicendo: quare estis postremi ad reducendum regem domum suam: cùm sermo totius Jisraëlis pervenerit ad regem *de reducendo eo* domum suam?
13 Fratres mei estis, os meum & caro mea estis: quare ergo postremi essetis ad reducendum regem?
14 "Hhamasæ quoque dicitote: an non " os meum & caro mea es? ita faciat mihi Deus & ita pergat, si non princeps militiæ futurus es coram me omnibus diebus " loco Joabi.
[e] Hebr. corrige ℣. 20. 15 Sic cùm inflexisset [e] animum omnium virorum Jehudæ quasi " viri unius: miserunt ad regem *qui dicerent*, revertere tu & omnes servi tui.
16 Revertens igitur rex venit usque ad Jardenem: Jehuda autem venit Gilgalem, ut iret obviam regi, ad traducendum regem cis Jardenem.
17 Cùm festinans Schimhhi filius Gerę Binjaminita qui erat e Bachurimis: descendit cum viris Jehudæ, obviam regi Davidi:
18 Et mille viri cum eo e Binjamine: Tziba quoque minister familiæ Schaulis, & quindecim filii ejus, & viginti servi ejus cum eo: qui transierunt Jardenem " ante regem.
19 Cùm ergo transiviset " ponto ille ad transvehendum familiam regis, & ad faciendum quod bonum *videretur* in oculis ejus: Schimhhi filius Geræ procidit coram rege, quando trajecturus erat per Jardenem.
20 Et dixit ad regẽ: ne imputet mihi dominus meus iniquitatem, neque recorderis quæ iniquè egit servus tuus, quo die egressus est dominus meus rex Jeruschalaimis: ut rex " reponat in animo suo.
21 Agnoscit enim servus tuus: ego enim peccavi: sed ecce veni hodie prior tota domo Josephi, ut descenderem obviam domino meo regi.
22 Respondente verò Abischaio filio Tzerujæ ac dicente: an propterea morte non afficeretur Schimhhi: cùm maledixerit uncto Jehovæ?
[f] Heb. mihi & vobis: ut sup. 16. 10. 23 Dixit David, [f] quid mihi vobiscũ filii Tzerujæ, quòd estis mihi hodie [g] adversarii? " hodiéne afficeretur morte quisquam in Jisraële? nam
[g] Heb. in adversarium. nónne agnosco hodie me esse regem super Jisraëlem?
24 Dixitque rex ad Schimhhin, " non es moriturus, & juravit ei rex.
[h] Hebr. filius. 25 Mephiboscheth quoque [h] nepos Schaulis descenderat obviam regi: (" non curaverat autem pedes suos, neque curaverat mystacem suum & vestes suas non laverat ex quo die abierat rex, usque ad diem quo venit cum pace).
26 Fuitque obvius regi cùm rediret *rex* Jeruschalaima: cui dixit rex: quare non proficiscebaris mecum Mephiboscheth?
27 Qui dixit, domine mi rex, servus meus decepit me: nam " dixerat servus tuus, insternam mihi asinam ut insidens ei abeam cum rege: quia claudus *est* servus tuus.
28 Et

28 Et traduxit servum tuum apud dominum meum regem: dominus autem meus rex, *est* sicut ″ angelus Dei: quare fac quod bonum *videtur* in oculis tuis.

29 Nam non [i] erant omnes e familia patris mei nisi ″ rei mortis apud dominum meum regem: cùm posuisti servum tuum inter comedentes *cibum* mensæ tuæ: & quid *est* mihi amplius ″ juris *postulandum*, aut expostulandum amplius apud regem?

30 Cui dixit rex: ″ quare eloquereris ultrà verba tua? ″ edixerant ut tu & Tziba partiamini ″ agrum.

31 Dixit verò Mephiboscheth ad regem, vel omnia accipiat: postquam venit dominus meus rex cum pace domum suam.

32 Barzillai quoque Gilhhadita descenderat Rogelimis: quare trajecit cum rege Jardenem, prosequendo eum per Jardenem.

33 (Erat autem Barzillai senex valde natus octoginta annos, qui sustentaverat regem dum resedit Machanajimis. nam vir magnus erat valde).

34 Dixit itaque rex ad Barzillaium: tu progredere mecum, & sustentabo te apud me Jeruschalaimis.

35 Sed dixit Barzillai ad regem: [k] quantum *est* tempus annorum vitæ meæ, ut ascendam cum rege Jeruschalaima?

36 Natus sum octoginta annos hodie: an dignoscere possum inter bonum & malum? num gustare poterit servus tuus quod comedã & quod bibam? num audire potero amplius vocem cantorum & cãtatricum? & quare esset servus tuus amplius oneri domino meo regi?

37 ″ Perparùm transierit servus tuus Jardenem cum rege: quare ergo retribueret mihi rex retributionem hanc?

38 Revertatur, quæso, servus tuus, ut moriar in civitate mea apud sepulchrum patris mei & matris meæ: Sed ecce servus tuus [l] ″ Cimeham transiturus est cum domino meo rege: cui fac quod bonum *videtur* in oculis tuis.

39 Quam ob rem dixit rex: mecum trãseat Cimeham, cui ego faciam quod bonum *videtur* in oculis tuis: præterea quicquid optaveris a me efficiam tibi.

40 Cumque trajecisset totus populus Jardenem, & rex quoque trajecisset: osculatus rex Barzillaium, benedixit ei: qui reversus est in locum suum.

41 Deinde progresso rege Gilgalem, & Cimehane progrediente cum eo: cùm totus populus Jehudæ [m] prosequerentur regem, ac etiam ″ pars populi Jisraëlis.

42 Ecce omnes Jisraëlitæ venientes ad regem: dixerunt ad regẽ: quare ″ furtim abduxerunt te fratres nostri viri Jehudæ, traducentes regem cum familia ejus cis Jardenem? (omnes autem ″ homines Davidis cum eo erant).

43 Responderunt autẽ omnes viri Jehudæ contra viros Jisraëlis: quo-

[i] *Hebr.* non erat tota domus patris mei, nisi hominũ mortis.

[k] *Heb.* quot sunt dies annorum vitę meæ: sic Gen. 23. 1.

[l] vel Cimehan. ℣. 41.

[m] *Heb.* progredi facerent regem

niam rex″ propinquus est mihi, & cur accensa est *ira* tibi de hac re? an
p Hebr. comedendo comedim⁹. n quicquam comedimus a rege? an donativum donavit nobis?
44 Respondentes verò viri Jisraëlis viris Jehudæ dixerunt: decem partes mihi *sunt*″ in rege, atque adeò pro Davide potior sum te, quare ergo vilipendisti me? an non fuit sermo meus″ prior apud me de reducēdo rege meo? sed″ durior fuit sermo virorum Jehudę sermone virorū Jisraëlis.

ANNOTATIO.

5 *Faciem suam*] caput suum: synecdoche vide sup. 15.30. 6 *Pudefecisti*] id est, hoc tuo facto effecisti, ut tuus exercitus victorem, facti sui pudeat, perinde ac si victus esset, & ingratum te præbuisti. *Filiorum tuorum &c.*] hoc est, ita rebellem filium defles, ut si vitam illius toti familię tuæ anteponeres, quod familiæ contumeliosum & turpe. 7 *Non esse tibi*] videlicet curæ. 9 *Jisraëlitæ*] qui steterant ab Abschalomo. 10 *Hic rex eripuerat*] Tribus argumentis ad revocandum Davidem se excitant: Primùm a beneficiis Davidis, qui eos liberaverat & defenderat: Deinde a facinoris indignitate filii in patrem. Tertiò a morte Abschalomi, quem ipsi fuisse ad regiam dignitatem evexerant, & justè a Deo in eo prælio prostratum agnoscūt. 14 *Hhamasa*] quem Abschalom principem militiæ suæ constituerat sup. 17.25. *Os meum*] id est, consanguineus meus, ut Gen. 29.14. nam filius erat sororis Davidis, sup. 17.25. *Loco Joabi*] qui licet dignitatem illam sua strenuitate in expugnatione Jebusi 1. Chron. 11.6. sibi comparasset: jam tamen Abschalomi cæde & protervo isto in regem sermone, & arrogatione Jehudæ rio justè abdicabatur. 15 *Quasi viri unius*] id est, unanimi consensu, ut Judic. 20.1. 18 *Ante regem*] id est, antequàm rex ad Jardenem veniret. 19 *Pontoille*] quem præmiserat tribus Jehudæ ad reducendum regē, & quem Schimhhi cum suo comitatu ad deprecandam iram regis sequebatur. 20 *Reponat in animo*] ultione aliquando sumpturus. 21 *Prior tota domo*] q.d. studio redeundi in gratiam tuam tantâ diligētiâ ad te properavi, ut antevertierim omnes posteros Josephi, quorum ager tibi secundum Jardenem Machanajimis huc ad vadum veniēti est vicinior: nam Binjaminitarum ager remotior erat Jehos. 18.11. 23 *Hodie ne*] eodem argumento utitur quo Schaul 1. Schem. 11.13. 24 *Non es morituras*] per me. q. d. etsi facti tui ratio minime est præretcunda: tamen quod me attingit tibi condono, & facti judicium aliis relinquo. vide 1. Reg. 2.8.36. & sequentibus. 25 *Non curaverat*] in signum luctus ob fugam regis: vide sup. 12.20. 27 *Dixerat servus*] id est, expostueram Tzibæ fervo meo consilium meū & mandaverā ut insterneret &c. 28 *Sicut angelus*] vide sup. 14.21. 29 *Remanserunt*] omnes enim partes, Ischboschethi sequebamur sup. 2. habitaverat enim trans Jardenem ubi regnaverat Ischboscheth sup. 9. *Juris postulandum*] propter bona adempta, detractum honorem, & injuriam factam a servo. 30 *Quare cloquereris*] quasi dicat, accipio excusationem, pluribus opus non est. *Edixeram*] q. d. posteriorem sententiam revoco, qua prædia tua Tzibæ adjudicavi, cùm apud me defectionis te accusasset supra 16.3. & priorem sup. 9. redintegro. *Agrum*] id est, proventum: synecdoche. 37 *Perparum*] q.d. pro tantillo officio tantæ retributione opus non est. 38 *Cimeham*] filius vel proximus. 41 *Pars populi*] qui non defecerant a rege, & qui jam redierant cum eo in gratiam, ut Schimhhi sup. 18. ℣. 42 *Furtim abduxerunt*] non expectatis nobis (qui constitueramus te ut regem decet, reducere) honorē præripuerunt. *Omnes homines*] & tribules Jehudæ, id est, pro Davide militarant: quibus copiis freti audaciores erant in sua responsione. 43 *Propinquus*] id est, consanguineus meus. 44 *In rege*] id est, in regno, ut Jehosche. 10.15. *Prior*] sup. ℣. 10. & 12. *Durior fuit*] id est, refellendo Jisraëlitarum rationes & ludificando eos, insolentius adhuc locuti sunt quàm Jisraëlitæ.

CAPUT XX.

Autore Schebahho, Jisraëlitæ a Davide deficiunt, & a sola tribu Jehudæ rex Jerusschalaima reducitur: ubi vitiatas a filio concubinas perpetuæ custodiæ committit. Hhamasæ ut celeritèr defectionis auctorem persequatur jubet: eo tardāte Abischajum submittit. In cujus comitatu Joab Hhamasæ obviam factus proditoriè eum interficit. Deinde cum fratre Schebahhum persequitur, obsidet, & cives defectoris capite tradito, obsidione liberans, Jerusschalaima revertitur, dignitatemq; suam recipit.

a Hebr. vir Belijahhal. *b Heb.* vir Jeminita.

1 ET ACCIDIT autem casu aderat quidam[a] nequam, nomine Schebahh filius Bicri[b] Binjaminita: qui clangens buccina dicebat: non *est* nobis pars cum Davide, neque *est* nobis possessio cum filio Jischai: quisque ad tentoria sua, ô Jisraëlitæ.

c Heb a post Davidem.

2 Sic ascendit[c] a Davide quisque Jisraëlita post Scheбahhum filium Bicri: homines verò Jehudæ adhæserunt regi suo a Jardene usque Jerusschalaima.

3 Ingressus autem David domum suam Jerusschalaimis, assumptas rex decem fœminas concubinas, quas reliquerat ad custodiendum domum suam:

ſuam: tradidit eas in [d] cuſtodiam, ubi ſuſtentabat eas, & cum eis non con grediebatur: ſed fuerunt vinctæ uſque ad diem mortis ipſarum [e] viduitate in vitam.

4 Edixit autem rex Hhamaſæ: convoca mihi viros Jehudæ in diem tertium, & tu hîc te ſiſte.

5 Itaque abiit Hhamaſa ad convocandum Jehudam: ſed tardavit ultra tempus illud quod conſtitutum erat ei.

6 Quapropter dixit David ad Abiſchaium: nunc magis nobis nociturus eſſet Schebahh filius Bicri quàm Abſchalom: tu aſſume ſervos domini tui, & perſequere eum: ne inveniat ſibi civitates munitas, & eripiat ſe ex oculis noſtris.

7 Itaque prodeuntes poſt eum, homines Joabi, & Cerethæi ac Pelethæi & robuſtiſſimi quique: prodierunt Jeruſchalaimis ad perſequendum Schebahhum filium Bicri.

8 Ipſis *agentibus* apud lapidem illũ magnũ, qui *eſt* in Gibhhone, Hhamaſa obvenit eis: Joab autem erat accinctus chlamyde ſua veſtimẽti ſui, ſuper quam *erat* [f] Zona cum gladjo, copulato lumbis ejus in vagina ſua, ut ipſo eunte caderet *gladius*.

9 Tum dixit Joab Hhamaſæ: [g] túne proſperè agis frater mi? apprehenditq; manus dextera Joabi barbam Hhamaſæ, ut oſcularetur eum.

10 Cumque Hhamaſa non caveret ſibi a gladio, qui *erat* in manu Joabi, percuſſit eum illo in quinta coſta, & effudit viſcera ejus in terrã: adeò ut non iterato ei *ictu* moreretur: deinde Joab cum Abiſchaio fratre ſuo perſecutus eſt Schebahhum filium Bicri.

11 Quidã autẽ ſtabat juxta illũ e pueris Joabi: qui dicebat, quiſquis eſt benè affectus erga Joabum, & quiſquis eſt pro Davide ſequatur Joabum.

12 Interea Hhamaſa volutabat ſe in ſuo ſanguine in medio tritæ viæ: quam ob rem videns vir ille ſubſiſtere totum populum, avertit Hhamaſam ab ipſa trita via in agrum, & conjecit ſuper eum pannum, cùm vidiſſet quemvis venientem ad illum conſiſtere.

13 Cùm amotus eſſet a trita via, progrediebatur unuſquiſque poſt Joabum ad perſequendum Schebahhum filium Bicri.

14 (Is progrediebatur per omnes tribus Jiſraëlis Abelum, nimirum Beth-Mahhacæ cum omnibus Beræis: qui congregantes ſe etiã ſequebantur eum).

15 Venientes igitur illi, obſiderunt eum Abeli-Beth-Mahhacæ, & diffuderunt [h] miſſilia catapultaria in civitatem quę reſiſtebat ad interiorem murum: & totus populus qui erat cum Joabo, perdebant dejicientes illum murum.

16 Tum inclamavit mulier ſapiens de civitate: audite, audite: dicite, quæſo, ad Joabum: appropinqua huc uſque ut alloquar te.

17 Cumque appropinquaſſet ad eam, dixit mulier: túne es Joab? qui dixit ſum: & ea dicente audi verba ancillæ tuæ: dixit, ego audio.

d Hebr. domum cuſtodiæ.
e Heb. viduitate vitæ.
f Heb. zona gladii.
g Heb. an tu pax &c.
h Heb. catapultã: metonymia.

i Heb. loquẽdo loquebãtur.

18 Itaque locuta est dicendo: [i] omnino loquebantur principio, dicendo: [k] haud dubiè interrogabunt Abelæos, & ita absolverint.

k Heb. interrogando interrogabũt

19 Ego [l] ex pacem colentibus, e fidelibus Jisraëlis *sum*: tu quæris mortem afficere [m] incolas civitatis, & quidem metropolis in Jisraële: quare absorberes possessionem Jehovæ?

l Hebr. ego pacẽ colentiũ fideliũ Jisraëlis sũ.

20 Respondit verò Joab dicens: Absit, absit mihi ut absorbeam, & ut perdam.

m Heb. civitatẽ & matrem: metonymia.

21 Non ita se habet res: sed quidam e [n] monte Ephrajimi Schebahh filius Bicri nomine suo, extulit manum suam contra regem Davidem: tradite eum solum, & abibo [n] ab obsidione hujus civitatis: quapropter dixit mulier illa ad Joabũ: ecce caput ejus mox projicietur ad te per murũ.

n Heb. a cõtra hanc civitatem: sic ℣. 22.

22 Et ita incessit mulier illa apud populum sapientia sua, ut amputantes caput Schebahhi filii Bicri, projicerent ad Joabum: qui cùm clanxisset buccina, dispersi sunt ab obsidione civitatis quisque in tentoria sua: Joab verò reversus est Jeruschalaima ad regem.

23 Sic Joab [n] præerat toti militiæ in Jisraële: Benaja autem filius Jehojadahhi præerat Cerethæis & Pelethæis.

24 Et Adoram præerat tributo: & Jehoschaphat filius Achiludis erat

o Hebr. memorator.

[o] a memoria.

p qui sup. 9. 3. Scheraja.

25 [p] Scheja autem scriba: Tzadok verò & Ebjathar sacerdotes.

26 Et etiam Hhira Jairites erat [n] præses pro Davide.

ANNOTATIO.

1 *Non est nobis pars*] id est, nihil habemus cõmune cum Davide: sic 1. Reg. 12. 16. 3 *Viduitate in Sitam*] id est, perpetua, destitutæ marito quamdiu vixerunt. 4 *Hhamasæ*] ut quem constituerat principem militiæ suæ, infra 19. 14. *Sisse*] subaudi, eodem die. 6 *Domini tui*] Hhamasæ, sub quo tu militas: sic Urija Joabum vocat dominum suum suprà 11. 11. 7 *Post eum*] id est, Abischajum cum copiis ejus. *Homines Joabi*] quorum nominatim dux erat. *Cerethæi*] quorum dux erat Benaja suprà 9. 8 *Copulato*] id est, elato ad lumbos, ne inter ambulandum nutans & crus allidens incedenti impedimento esset: ut pedites Germani solent. *Ut ipso emote*] joam & cetera consilio aptaverat, ut sibi non caveret Hhamasa infrà 10. ℣. 12 *Volutabat*] moriens. 14 *Abelum Joppe*] dum Menaschitarum tribui Naphthali conterminum, quod alio nomine Abel-Majim dicitur, 1. Chron. 16. 4. Vocatur autem Abel-Mahhacæ ad differentiam aliorum oppidorum ejusdem nominis: fuit hoc Mahhacæ extra Maciris 1. Chron. 7. 16. *Berath*] id est, civibus Beerotharum, oppidi Binjaminitarum Jehos. 18. 25. contribuibus & fortassis civibus suis. 15 *Istum murum*] interiorem videlicet. 18 *Omnino &c.*] id est, cives mei omnino sibi principio persuadebant fore, ut per legatos exponeres petitionem tuam, & omnia, priusquam armis experireris: quòd si factum fuisset, jam absolutum & confectum esset negotium. Sic modestè Joabo mandatum Deut. 20. 10. de conditionibus pacis offerendis: civium suorum de Joabo opinionem bonam, denique facilitatem omnium ad efficiendam & præstandam rem justam. 21 *E monte Ephrajimi*] id est, ex oppido sito in finibus montis Ephrajimi: nam propriè Beerothæ erant Binjaminitarum: Jehos. 18. 25. & sup. 4. 2. nam imperium jure sibi ademptum improbè recuperavit: cætera vide suprà 9. 26 *Præses*] sic sup. 9. 4. *Præerat*]

CAPUT XXI.

Fame per triennium Jisraëlitas premente, David oraculo admonitus, propter cæsos a Schaule contra jusjurandum, Gibbhonitas, immissam esse: petentibus in piaculum Gibbhonitis, septem e posteris Schaulis suspendẽdos tradit: quo facto reconciliatur Deus. Pietas cõmendatur, tùm quidem in custodiendis suspensis: Davidis verò, in eis cum Schaule sepeliendis. Posteà quatuor recensentur prælia contra Pelischtæos feliciter gesta, in quorum singulis singuli gigantes occubuerunt.

a Heb. anno post annũ.

1 [a] Fuerat autem fames temporibus Davidis tribus annis continuis: [n] deinde [n] requisivit David faciem Jehovæ: cui dixit Jehova, propter Schaulem & domum [b] illius [n] sanguinariam, eo

b Hebr. domum illam sanguinum

quòd

quòd morte affecit Gibhhonitas.

2 Itaq; rex accersitis Gibhhonitis allocutus est eos: (Gibhhonitæ autem non e filiis Jisraëlis erãt: sed e residuo Emoræi, quibus etsi filii Jisraëlis juramento caverant: tamen quæsiverat Schaul percutere eos, ″affectus Zelo pro filiis Jisraëlis & Jehudæ).

3 Et dixit David ad Gibhhonitas: quid faciã vobis? & quánam re expiabo, ut ″benedicatis possessioni Jehovæ?

4 Cui dixerunt Gibhhonitæ: non *agitur* mihi *de* argento aut auro cum Schaule & cum familia ejus: neque *agitur* nobis *de* ullo morte afficiendo in Jisraële: quibus dixit: id quod vos dicetis facturus sum vobis.

5 Tum dixerunt ad regem: viri illius qui absumpsit nos, & qui cogitavit contra nos: *per quem* exterminati sumus ne consisteremus in ullo termino Jisraëlis:

6 Ex illius filiis dentur nobis septem homines ″quos suspendamus Jehovæ apud Gibhham Schaulis, ô electe Jehovæ: quibus dixit rex, ego daturus sum.

7 Sed clemẽtiâ usus rex erga Mephiboschethum filium Jehonathanis filii Schaulis: propter ″juramentum Jehovę quod *fuerat* inter ipsos, inter Davidem, & inter Jehonathanem filium Schaulis:

8 Accepit rex duos filios ″Ritzpæ filiæ Ajæ, quos pepererat Schauli, Armonin & Mephiboschethum: & quinque filios *sororis* Micalæ filiæ Schaulis quos pepererat Hhadrieli filio Barzillai Mecholano:

9 Tradiditq; eos in manum Gibhhonitarum, qui suspenderunt eos in ″monte coram Jehova: sic ceciderũt hi septem simul: sunt autem affecti ″morte ipsis primis diebus messis, in principio messis hordeaceæ.

10 ″Accepit autem Ritzpa filia Ajæ quoddam cilicium, quod tendebat sibi ad rupem illam a principio messis: ″donec effunderetur Aqua super eos e Cœlis: ut ″non sineret volatilia Cœli quiescere super eos interdiu, aut bestias agri noctu.

11 Et renunciatum est Davidi quod fecerat Ritzpa filia Ajæ concubina Schaulis.

12 Et abiens David accepit ossa Schaulis, & ossa Jehonathanis filii ejus a civibus Jabeschi Gilhhadis: qui suffurati erant ea e platea Beth-Schanis, ubi suspenderant eos Philistæi, quo tempore percusserant Philistæi Schaulem in Gilbohha. 1. Schem. 31.10. & sequentibus.

13 Cumque deportasset inde ossa Schaulis & ossa Jehonathanis filii ejus: ″collegerunt ossa *eorum* qui suspensi fuerant:

14 Sepeliveruntq; cũ ossibus Schaulis & Jehonathanis filii ejus in terra Binjaminitarũ ″Tzelahhi, in sepulchro Kischi patris illius, feceruntq; omnino prout præceperat rex: sic exoratus est Deus ipsi ″terræ post ″illud.

15 Cùm autem adhuc esset bellum Philistæis contra Jisraëlitas: descendens David & servi ejus cum eo, pugnaverunt cõtra Philistæos, ita ut defessus esset David.

16 Tum Jiſchbi Benob, qui erat e natis cujuſdam gigãtis, cujus mucronis pondus, *erat* trecentorum ſiclorum pondus, ex chalybe, eratque accinctus novo *gladio*: [a] cogitabat percutere Davidem.

[a] *Heb.* dicebat.

17 Sed opem tulit ei Abiſchai filius Tzerujæ, & percutiens Peliſchtæum morte affecit eum: tunc jurarunt homines Davidis ei dicendo: non es proditurus ultrà nobiſcum in prælium, ut non extinguas lucernam Jiſraëlis.

18 Fuit quoque poſteà cùm adhuc eſſet prælium Gobi contra Peliſchtæos: ut tunc percuteret Sibcai Chuſchathæus [d] Saphum, qui erat ex natis eiuſdem gigantis.

[d] Sippajum 1. Chronic. 20.4.

19 Item fuit adhuc prælium Gobi cũ Peliſchtæis: ubi percuſſit Elchanan filius [e] Jahhare-Oregim Beth-Lechemita, Goliathi Gitthæi *fratrem*, cujus haſtile erat ut jugum textorum.

[e] Jahhiris, 1. Chrõ. 20.5.

20 Fuit item adhuc bellum ad Gathum: eratque [f] quidam procerus, [g] cujus manuum & pedum digiti erant ſeni, viginti quatuor numero: & ipſe quoque natus erat eidem giganti.

[f] *Hebr.* vir menſuræ. [g] *Heb.* cujus digiti manuum & digiti pedum ſex & ſex.

21 Quem, cùm probro afficeret Jiſraëlem, percuſſit Jehonathan filius [h] Schimhhai fratris Davidis.

[h] Schimhhę 1. Chrõ. 20. 7.

22 Quatuor iſti editi ſunt eidem giganti Gathi: qui ceciderunt manu Davidis, & manu ſervorum ejus.

ANNOTATIO.

1 *Deinde*] id eſt, anno quarto, ut oſtenditur infrà 24. c. *Requiſivit*] ordinaria ratione, de qua Num. 27. 21. *Sanguinariam*] quæ Schauli adhærebat, ſanguinem & cædes ſpiranti: & poſt Schaulem Iſchboſchetho contra inſtitutum Dei. vide ſuprà 19. 29. *Morte affecit*] contra juramentum illis præſtitum Jehoſ. 9. hæc hiſtoria alibi non legitur: Nam ad cædem ſacerdotum & excidium civitatis Nobi de quo 1. Schemue. 22. referri non placet, quia ſacerdotum quoque hoc loco mentionem feciſſet, & quia in eo facto zelo non ducebatur pro Jiſraëlitis, quos poſterminaret e terra 1. Schemu. 28. 3. & 9. verſi. Quia iſtius zeli commune fuit genres & gentium ſtudia emulos habere raëlis tollere. 2 *Affectus zelo*] mandato Dei ſibi propoſito de quo Exodi 23. in fine & Deut. 7. & 20. ſed ſine ſcientia. 3 *Ut benedicatis*] id eſt, reconciliationem veſtram teſtatam facientes, iram ejus ab Jiſraëlitis: ſic de Abimeleco & Abrahamo Gen. 20. 7. 6 *Suſpendamus*] ad eum vobis reconciliandum, jura ejus exquendo in familiam iſtam ut Num. 25. 4. 7 *Juramentum Jehovæ*] de quo 1. Schemu. 20. 15. & 42. & 23. 18. 8 *Ritzpæ*] de qua ſup. 3. 7. *Sororis Micalæ*] eclipſis qualis legitur infrà 19. ℣. nam uxorem Hhaurielis alteram Schaulis filiam fuiſſe apparet ſup. 18. 18. 9 *Monte*] Gibhhæ Schaulis. *Ipſis primis*] ſub tempus Paſchatis, quo primùm falx in ſegetem ex lege mittebatur: Deut. 16. 9. 10 *Accepit*] intelligens ex oraculo hactenus ne Deum populo reconciliatum iri, & miſſa pluvia reconciliationem ſuam ſignificaturum, accepit &c. *Donec effunderetur*] incerta enim erat, quo tempore pluvia caſura eſſet. *Ut non ſineret*] ſi fortè Deus non dum plane reconciliatus fuiſſet, ac proinde pluviam mittere diſtuliſſet: nam hæc ad pietatis officia ſe ita comparaverat, ut divinæ voluntati ſatisfaceret, & non manerent inſepulta quocunque temporis momento ſibi ſatisfacturus eſſet Deus pluviam demittendo in terminos Jiſraëlis: vide legem Deut. 21. 23. 13 *Collegerunt*] poſtquam ſepulti fuiſſent. 14 *Tzelahhi*] de quo Jehoſ. 18. 28. *Terræ*] demittendo pluviam. *Poſt hæc*] eſt, morte tua felicem noſtrarum rerum curſum & regiæ majeſtatis lumen intervertas. 18 *Gobi*] in loco adjacente Gezeri: ideò 1. Chron. 20. hoc bellum dicitur geſtum ad Gezerem. 19 *Fratrem*] ſic enim expreſſe legitur, 1. Chron. 20. 5. ſic ſup. verſic. 8. 22 *Giganti eidem*] qui pater erat Goljathi. *Qui ceciderunt*] compreheſo Goljatho: ſynecdoche.

CAPUT XXII.

Davidis carmen laudativum, editum ab eo ſub finem vitæ: quo Deum laudat recordatione beneficiorum jam acceptorum, & in poſterum ſe laudaturum profitetur.

Confer hoc caput cum pſal. 18. & 144.

1 LOCUTUS autem eſt David Jehovæ verba cantici hujus: quo die eripuerat eum Jehova e manu inimicorum ipſius, ut e manu Schaulis.

2 Er di-

2 Et dixit: "Jehova petra mea, & propugnaculum meum, & liberator meus, a me *est*.
3 Deus rupis meæ, in quem me recipiam: clypeus meus & "cornu salutis meæ: editus locus meus, & perfugium meum: servator meus, a violentia servas me.
4 "Laudatum invoco Jehovam: & ab inimicis meis servor.
5 "Cùm circumdant me irrumpentes fluctus mortis: torrentes *hominum* nequam perterrent me.
6 Dolores "Sepulchri circumeunt me: occurrunt mihi "tendiculæ mortis.
7 In ipsa angustia mea invoco Jehovam, & Deum meũ inclamo: "qui exaudit e templo suo vocem meam: & clamorem meum auribus suis.
8 Et "concutitur ac movetur terra: "fundamenta cœlorum commoventur: concutiuntur autem cùm ira accenditur ei.
9 *Cùm* ascendit fumus per nasum ejus, & ignis ex ore ejus consumit: prunæ ardent ab eo.
10 Et demittens Cœlum descendit: cum caligine sub pedibus suis.
11 Et insidet Cerubinis & volat: ac conspicuus est super alas venti.
12 Et circumponit sibi tenebrarum tuguria: atrorem aquarum, densitates superiorum nubium.
13 Splendore qui *est* ante eum, ardent prunæ igneæ.
14 Tonat e Cœlis Jehova: & excelsus edit vocem suam.
15 Et emittit sagittas, *quibus* dispergit illos: fulgur quo fundit illos.
16 Conspiciuntur etiam imi alvei maris: revelantur fundamenta orbis habitabilis: increpatione Jehovæ, a flatu spiritus nasi ejus.
17 "Mittens ex edito assumit me: extrahit me ex aquis multis.
18 Eripit me ab inimico meo valentiore: ab osoribus meis, cùm robustiores sunt me.
19 *Cùm* occurrunt mihi in tempore calamitatis meæ: tum est Jehova scipio mihi.
20 Et educit in latum me: liberat me quia "delectatur me.
21 Tribuit mihi Jehova secundum "justitiam meam: secundum puritatem manuum mearum restituit mihi.
22 Cùm observo vias Jehovæ: neque improbè averto me a Deo meo:
23 Sed omnia judicia ejus in cõspectu meo sunt: & ab ullo statutorum ejus non recedo:
24 Denique cùm sum integer illi: & caveo mihi [a] ne iniquè agam:
25 Restituit mihi Jehova secundum justitiam meam: secundum puritatem meam coram oculis suis.
26 Cum benigno benignum te exhibes: cum viro integro integrum te exhibes.
27 Cum puro purum te præbes: at cum perverso "eluctaris.
28 Populum autẽ afflictum servas: & oculos tuos cõtra elatos "dejicis.

[a] *Heb.* ab iniquitate mea.

29 "Quin imò tu es" lucerna mea ô Jehova: & Jehova" illustrat tenebras meas.

30 Per te enim transcurro" turmam: per Deum meum transilio" murũ.

31 "Hujus Dei fortis integra est via: sermo Jehovæ purgatissimus est: clypeus est omnibus qui se recipiunt ad eum.

32 Nam quis *est* Deus fortis præter Jehovam? & quis rupes præter Deum nostrum?

33 Hic Deus fortis robur *est* meum, & *mearum* copiarum: & "expeditam reddit integrè viam meam.

34 Disponit pedes meos, ut cervarum: ut" in excelsis meis statuat me.

35 Docens manus meas prælium: adeò ut frangatur arcus chalybeus brachiis meis.

36 Nam" das mihi clypeũ salutis tuæ: & " mãsuetudo tua adauget me.

37 "Dilatas gressui meo locum meum: neque" vacillant malleoli pedum meorum.

38 Persequor inimicos meos, ut perimam eos: neque revertor donec consumam eos.

39 Et consumo eos ac frango eos, adeò ut non exurgant: sed cadãt sub pedes meos.

40 Accingis enim me robore ad bellum: prosternis sub me insurgentes in me.

41 Et inimicorum meorum exponis mihi cervicem: odio habentium me, ut excindam eos.

42 Circũspectant: sed nõ est qui servet: ad Jehovã: sed nõ exaudit eos.

43 Contundo itaque eos tanquam pulverem terræ: ut lutum plateãrum comminuo eos, dispando eos.

44 Sic liberas me a contentionibus populorum: conservas me in caput gentium: populus *quem* non noveram serviunt mihi.

45 Alienigenę mendaciter se dedunt mihi: ad" auditionem auris obediunt mihi.

46 Alienigenæ" decidunt: & horrescunt e" conclavibus suis.

47 "Vivit Jehova, & benedicta rupes mea: quapropter exaltetur Deus rupis[b] salutaris meæ.

48 Deus ille fortis, qui[c] prębstat ultiones mihi & deturbat populos sub me.

49 Qui exitum dedisti mihi ab inimicis meis: & supra insurgentes in me exaltasti me: a viro[d] violentissimo eripuisti me.

50 Idcircò celebrabo te, Jehova, in gentibus: & nomini tuo psallam.

51 *Dicens ipsum esse* turrim,[e] omnimodam salutem regis sui: & exercere benignitatem erga unctum suum, Davidem & semen ejus usque in seculum.

[b] *Heb.* salutis.
[c] *Heb.* dat.
[d] *Heb.* violẽtiarum.
[e] *Heb.* salutes.

ANNOTATIO.

2 *Jehova*] propositio, contenta tribus versibus: per congeriem metaphoricarum similitudinum. 3 *Cornu salutis*] is est, quo me defendo, ut bestiæ cornibus. 4 *Laudatum*] id est, cùm eum invoco, non possum non eruperein

pere in laudes, quia certa fiducia amplector quod peto. 5 *Cùm circundant*] Confirmatio a narratione beneficiorum Dei planè poetica: cujus duæ sunt partes, liberationis ex adversis ab hoc versu ad 29. & gloriosæ victoriæ inde ad 47. 6 *Sepulchri*] id est, lethales. *Tendiculæ mortis*] id est, quas homines nequam tetenderunt in necem meam. 7 *Qui exaudit*] primus gradus beneficiorum Dei, precum exauditio in calamitatibus. 8 *Concutitur &c.*] secũdus, præsentiæ suæ testificatio multiplex, ad confirmandos suos & hostes perterrefaciendos usque ad versum 17. A terræ motu: ab aëris inflammatione: a repercussu nubium: a vi majore, & impressionibus, a ventorum concertatione: a nubium condensatione: a confocatione: a tonitruis: a fulguribus: & a maris terræque hiatu. *Fundamenta Cælorum*] id est, altissimi montes, quibus aquis eripit, propositum. 17 *Mittens*] tertius gradus, opus liberationis, sub similitudine ejus qui aliquẽ e profundis eripit. *Justitiam*] causæ nimirum, quam contra hostes sustineo: sive facti mei, cùm illorum comparati. 27 *Eluctaris*] id est, iustitia cernas, ut eum sua ipsius perversitate corruentem vincas. 28 *Dejicis*] id est, e sublimiore loco eos observas puniendos. 29 *Quia*] altera pars narrationis, ut observatum est suprà ver. 5. *Lucerna*] id est, autor felicitatis meæ: metaphora. *Illustrat*] id est, dissipat adversa prosperis allatis. 30 *Turmam, Murum*] hostium. 31 *Hujus Dei*] Epiphonema: percurrens laudes Dei ab operibus: sermone: & essentia ejus his duobus versibus. 33 *Expeditam*] id est, subiectate omnibus impedimentis complanat & felicem exitum dat. 34 *Ut in excelsis*] id est, in munitionibus, quas tanta velocitate comparavi, stabilit me: sic Deuteron. 32.13. & 33.29 36 *Dasmihi*] id est, armas me salute. *Mansuetudo tua*] qua ad benefaciendum tuis te demittis. 37 *Dilatas*] id est, facis ut liberè incedam sublatis adversariis. *Vacillant*] ut solent trepidi. 46 *Decidunt*] ut folia arborum marcida. *E conclavibus*] id est, etiam in abtrusissimis locis, quò se ad securitatem recipere solent, metu percelluntur. 47 *Vivit Jehova*] Conclusio cujus duæ sunt partes, præsentis laudationis ab ante actis beneficiis: & publicæ professionis in futurum.

Caput XXIII.

David moriturus vocationem suam, mandatum Dei & promissiones repetit & suam indignitatem confessus, fidem suam in fœdus Dei protestatur: ex quo suo regno prospera: alienis adversa denuntiat. Catalogus describitur ducum exercitus Davidis: e quibus summi tribuni rebus strenuè gestis commendantur.

1 DENIQUE hæc sunt verba Davidis ″ postrema: Dictum Davidis filii Jischai: dictum inquam, viri qui constitutus est ″ excelsus: unctus Dei Jahhakobi: & ″ amœnus psalmis Jisraëlitarum.

2 Spiritus Jehovæ locutus est in me: & sermo ejus per linguam meam.

3 ″ Dixit Deus Jisraëlis, mihi locuta est ″ rupes Jisraëlis: qui dominatur ″ hominibus istis justus esto, dominans *in* timore Dei.

4 *Erunt* ut cùm ″ lucente ″ mane oritur sol: *ut* mane non nubilo, herba tenera e terra *existit* splendore post pluviam.

5 Quamvis non sit ita ″ domus mea erga Deũ fortem: quandoquidẽ fœdus [a] ″ perpetuum disposuit mihi, ordinatũ *manet* prorsus & servatũ, quia tota salus mea & totum ″ desiderium *est*: ″ quamvis non faciat ut pullulet.

6 At ″ *homines* nequã ut spinę remotę erunt oẽs: quæ manu nõ capiũtur.

7 Sed qui attrectaturus est eas [b] munitur ferro & hastili: ut igne [c] prorsus comburantur in ″ sede eadem.

8 ISTA sunt nomina robustissimorum qui erant Davidi: [d] Joscheb Bashebeth Tachcemonita ″ primarius ducum: [e] huic gratum fuit hastato una vice invadere octingentos [f] ″ confodiendos.

9 Post hunc Elhhazar filius Dodonis ″ Achochæi: inter hos tres robustissimos [g] comites Davidis, cùm ″ abiicerent se contra Pelischtæos: *quibus* congregatis illuc ad bellum, ″ abierant Jisraëlitæ.

10 Is surgens percussit Pelischtæos, usquedum defatigata esset manus ipsius, & ″ adhæreret manus ipsius gladio suo: præstante Jehova salutem magnã illo die: post quem reversus est populus tantùm ad spoliandum.

[a] *Heb.* seculi

[b] *Heb.* implentur ferro.

[c] *Heb.* comburẽdo comburantur. Confer cum 1. Chro. 11. a vers. 11.

[d] Ibi Jaschob Hhã filius Chahmonæi.

[e] *Hebr.* hoc gratum fuit ei ignato.

[f] *Hebr.* confossos: sic infrà 18. ver.

[g] *Hebr.* cum Davide.

11 "Post hunc autem Schamma filius Agæ Hararites: cùm congregarentur Peliſchtæi in catervam: ubi erat portio agri plena lentibus: & populus fugeret a facie Peliſchtæorum,

12 Stitit ſe in medio illius portionis ut liberaret eam percuſſitq; Peliſchtæos: ita præſtitit Jehova ſalutem magnam.

13 Præterea deſcendentes" tres iſti ſupra triginta primarii convenerũt in meſſe ad Davidem, ad ſpeluncam" Hhadullami: cùm caterva Peliſchtæorum caſtra haberent in convalle" Raphaæorum.

14 (Nam David tunc agebat in ſuo" propugnaculo: & ſtatio Peliſchtæorum tunc" erat *ad* Beth-Lechemum)

g Hebr. quis bibendã dabit mihi.

15 Et deſyderio motus dixit David: [g] ô ſi quis bibendam daret mihi aquam e ciſterna Beth-Lechemi, quæ *eſt* ad portam.

16 Quapropter perruperunt tres iſti potentiſſimi per caſtra Peliſchtæorum: & hauſtam aquam e ciſterna Beth-Lechemi, quę *eſt* ad portam, deportantes attulerunt ad Davidem: qui noluit bibere eam: ſed effudit eam Jehovæ.

17 Dicebat enim: abſit mihi a Jehova ut faciam hoc, an ſanguinẽ iſtorum hominum, qui [h] iniverunt periculum vitæ ſuę biberem? ſic noluit bibere illam: hæc fecerunt tres illi potentiſſimi.

b Hebr. qui abiverunt pro animis ſuis.

18 Deinde Abiſchai frater Joabi filius Tzerujæ erat primarius" horum trium: qui vibravit haſtam ſuam in trecentos, quos confodit: eratq; nominatiſſimus inter hos tres.

i Heb. nomẽ erat ei in tribus iſtis.

19 Horum trium, nonne quia honoratiſſimus erat, fuit illis princeps? attamen uſque ad" illos tres non pervenit.

20 Et Benaja filius Jehojadahhi filius viri ſtrenui, magnus rebus geſtis, e" Kabtzeele: is percuſſit duos [k] valentiſſimos Moabitas, & idem deſcendens percuſſit quendam leonem in medio ciſternæ" tempore nivis.

k Heb. ariel, id eſt, duos leones fortiſſimos.

21 Idem quoq; percuſſit quendam Ægyptium [l] ſpectabilem *magnitudine*: cùm eſſet in manu Ægyptii haſta, deſcendit ad eum baculo: & accipiens haſtam e manu Ægyptii, interfecit eum haſta ipſius.

l Heb. virum aſpectus.

22 Hæc fecit Benaja filius Jehojadahhi: qui erat nominatus inter hos tres potentes.

m Hebr. auſcultationi ſuę: id eſt, militibus ſtipatoribus ſuis, qui ſemper præſtò erant ad imperiũ ipſius 2. Sam. 9. 4. & 20. 23.

23 Honoratus ſupra triginta: quamvis ad tres illos non pervenerit: quã ob rem præpoſuit eum David [m] ſatellitio ſuo.

24 Hhaſael frater Joabi ſupra triginta iſtos: Elchannanem filium Dodonis Beth-Lechemitam.

n Schammothum Haroritã. 1. Chro. 11.

25 [n] Schammam" Charoditam: Elikam Charoditam.

26 Cheletzum [o] Paltitam: Hhiram filium Hhikeſchi Tekohhæum.

o Pelonitam.

27 Abihhezerem Hhanathotanum: [p] Mebunnaium" Chuſchatæum.

p Sibcaium.

28 [q] Tzalmonem Achochæum: Maharaium Netophathæum.

q Hhilajum.

29 [r] Chelebum filium Bahhanæ Netophathæum: Ittaium filium Ribbai e Gibhha Binjaminitarum.

r Cheledũ, & Cheldai 1. Chr. 27. 15.

30 Benajam" Pirhhathonæũ: [s] Hiddaium ex una vallium Gahhaſchi.

s Churajum

31 [t] Abi-

Caput XXIII.

31 [t]Abi-Hhalbonem Hharbathæum: Hhazmavethum [u]Barchumæũ.
32 Eljachbam" Schahhalbonæum: e filiis [a]Jaſchenis Jehonathanem.
33 Schammam" Hararitam: Achiamum filium [b]Schararis Hararitam.
34 [c]Eliphelethum filium Achasbai" Mahhachathæi: [d]Elihhamum filium Achithophelis Giluntinum.
35 [e]Chetzravum" Carmelitam: [f]Pahharaium Arbæum.
36 [g]Jigalem filium Nathanis e Tzoba: Banin Gaditam.
37 Tzelekum Hhammonitam: Nacharaium" Beerothitam armigerũ Joabi filii Tzerujæ.
38 Hhiram" Jitræum: Garebum Jitræum.
39 Urijam Chittæum: omnes ſunt" triginta ſeptem.

t Abielem.
u Bacharumæũ, id eſt, ex Bachurimis Binjaminitarum.
a Haſchemi.
b Sacharis.
c Eliphalem filium Uris.
d Achijam Pelonitam.
e Chetzronẽ
f Na-Hharajum.
g Joelem fratrem Nathanis.

ANNOTATIO.

1 *Poſtrema*] id eſt, habita ab eo, poſtquam mandata dedit filio Schelomoni, de quibus 1. Reg. 2. eumque precibus Deo commendavit Pſa. 72. cùm jamjam eſſet moriturus. hoc enim facto Jahhakobum Gen. 49. & Moſchen Deuteron. 32. & 33. imitatus eſt. *Excelſus*] id eſt, evectus ad faſtigium regni, ut proximè ſequentia verba indicant. *Amœnus pſalmis*] id eſt, propheta, qui ſuaves pſalmos Iſraëlitis ad laudandum Deum conſcripſit. 2 *Spiritus Jehovæ*] id eſt, Deus pater per Filium in ſpiritu animum & linguam meam moderatus eſt ad prophetias exarandas, confirmatio poſterioris ſui ephitheti. 3 *Dixit*] confirmatio prioris ſui ephitheti a vocatione & mandato Dei. *Rupes*] vide Deuteron. 32. 4. *Hominibus iſtis*] Iſraëlitis. 4 *Ut cùm lucente*] id eſt, omni luce proſperitatis & gloriæ circumfulgebunt, altera pars ſermonis Dei promiſſio regi, & populo colenti juſtitiam & timorem Dei. *Ut mane*] id eſt, virеſcent perpetuò: ut herbæ, quibus pluviæ & calores tempeſtivè adveniunt. 5 *Domus mea &c.*] id eſt, ego & regnum meum, quamvis hæc non ita exactè præſtemus, ac proinde rei ſim us non ſervati fœderis cum Deo &c. *Perpetuum*] quia Deus immutabilis eſt, & ita promiſit ſup. 7. 15. 16. *Ordinatum &c.*] id eſt, penes ipſum eſt ordinatio & conſervatio, quam ſe effecturum recepit, ibidem. *Deſyderium eſt*] Deus & fœdus ejus. *Quamvis non faciat ut pullulet*] id eſt, propter indignitatem noſtram per parum præſtet illius promiſſæ felicitatis. Sic anticipat objectiones: unam quòd non parent mandato Dei: alteram quòd Deus promiſſa nondum præſtet. Statuit enim inobedientia ſua fidem Dei inanem reddi non poſſe: ut Rom. 3. 3. id eſt, reprobi. eſt autem antitheſis ex comparatione cum ſuperioribus. 7 *In eadem ſede*] id eſt, in eo loco ubi fuerint. 8 *Primarius ducum*] id eſt, dux ſummus primi agminis, ut quinque ſequentes ſuorum agminum ſui ordine. *Confodiendos*] ex quibus trecentos eum confodiſſe oſtendit 1. Chron. 11. 11. 9 *Achochæi*] e poſteris Aeheachi Binjaminitæ, de quo 1. Chronic. 8. 4. ſic infrà verſiculo 28. *Abjicerent ſe*] id eſt, abjecta vitæ cura, periculo ſe exponerent: ſic Judic. 5. 18. *Abierant*] id eſt, fugientes loco ceſſerant, ibidem verſiculo 13. & hic verſic. 11. 10 *Adhæreret*] ex diſtenſione nervorum præ magno labore. 11 *Poſt hunc*] ab Elhhazare ſecundus reſtitit Philiſtæis, alteram catervam ab altera agri parte invadens, nam Elhhazar ab ea parte Peliſchtæos aggreſſus eſt, ubi erat hordeum: Schamma verò qui ſequentes erant 1. Chronic. 11. 13. 13 *Tres iſti*] ſuprà nominati. *Hadullami*] 1. Schem. 21. 1. *Raphæorum*] ſupr. 5. 18. 14 *In ſuo propugnaculo*] Jebuſi in civitate ſua, paulò antè expugnata, ex qua prodiit Hhadullamum verſus, Peliſchtæos aggreſſurus. *Erat ad Beth-Lechemum*] itinera obſidens. 18 *Horum trium*] qui ſequuntur. *Tempore nivis*] quo feræ ferociores ſunt penuriâ victus. 24 *Supra triginta*] poſtremus quidem ſecundi ordinis: ſed præſtantior triginta Chiliarchis quos deinceps nominat, nam ſex iſti quinis Chiliarchis præerant, ut Joab erat imperator omnium: ſunt enim hæ duæ voces ἀπὸ κοινοῦ ſex illis accommodandæ quorum nomina & res geſtæ modò explicatæ ſunt. 28 *Netophatæum*] in tribu Jehudæ 1. Chronic. 2. 54. 25 *Charodıtam*] Judic. 7. 1. 27 *Chuſchathæum*] e tribu Jehudæ 1. Chronic. 4. 4. 30 *Pirhhathonæum*] oppidum in tribu Ephrajimi Judic. 10. 15. *Gahhaſchi*] mons in tribu Danis Jehoſch. 24. 30. & Judic. 2. 8. 32 *Schahhalbonæum*] e Schahhabi in tribu Danis Jehoſch. 19. 42. 33 *Hararitam*] montanum, e montibus Ephrajimi. 34 *Mahhacatam*] trans Jardenem ex oppido Menaſchitarum Joſ. 13. 11. 34 *Giluntinum*] Jehoſch. 15. 21. 35 *Carmelitam*] ex oppido Jehudæ Jehoſch. 15. 55. *Arbæum*] ex Arabo oppido Jehudæ ibidem 52. 37 *Beerothitam*] Jehoſch. 18. 25. 38 *Jitræum*] e Jathire oppido Jehudæ Jehoſchu. 15. 48. 39 *Triginta ſeptem*] comprehenſo Joabo imperatore ſummo, & ſecundo a rege.

CAPUT XXIV.

David Satanæ inſtinctu populum numerari jubens, Dei iram in ſe & in populum concitat. Quam ob rem Deus ei trium pœnarum optione data, triduana peſte, ut David elegerat, in populum ſævit. Deinde populi & Davidis reſipiſcentis miſertus, altare ſibi extrui & ſacrificia in eo offerri deſtinato loco quem demonſtrat, jubet.

1 DERREXIT autem ira Jehovæ accendi in Jiſraëlitas: cùm inci-
taſſet" *adverſarius* Davidem in eos" dicendo: I, numera Jiſraëlem & Jehudam.

[a] *Hebr.* quæ erât apud se.

2 Edixit enim rex Joabo principi copiarum[a] suarum, discurre jam per omnes tribus Jisraëlis a Dane Beerschebahhum usque: & recensete populum: ut sciam numerum populi.

[b] *Heb.* ut sūt, & ut sunt cētum vicibus.

3 Et quamvis diceret Joab ad regem: at adjiciat Jehova Deus tuus ad populum[b] quotquot sunt centuplum, idque oculis domini mei regis videntibus: dominus autem meus rex quare delectaretur re hac?

4 Tamen prævaluit verbum regis apud Joabum, & apud præfectos copiarum: quapropter egressus est Joab, & præfecti copiarum a conspectu regis ad recensendum populum Jisraëlem.

5 Et trajicientes Jardenem castra posuerunt ad Hharohherem, a dextera civitatis, quæ est in medio torrentis Gaditarum Jahhzerem usq;.

6 Deinde venerunt Gilhhadem, & in terram inferiorem recens comparatam: posteà venerunt Dan-Jahhanum, & circa Tzidonem.

7 Et venientes ad urbem munitam Tyri, & omnes civitates Chivvæi, & Cenahhanæi: processerunt ad meridianum tractum Jehudæ Beerschebahhum.

[c] *Heb.* a fine novem mensium.

8 Deniq; cùm discurrissent per totam terram, venerunt[c] exactis novem mensibus & viginti diebus, Jeruschalaima.

[d] *Heb.* virorum roboris

9 Ubi dedit Joab numerum census populi regi: erant autem Jisraëlitarum octingenta millia virorum[d] strenuorum stringentium gladium: virorum autem Jehudæ quingenta millia.

[e] *Heb.* percussit cor Davidis in ipsum: sic 1. Schem. 24. 5.

10 Tum[e] animus Davidis affecit eum, postquam numerasset populū: quapropter dixit David ad Jehovam: peccavi valde *in* eo quod feci: sed nunc Jehova, trāsfer, quæso, iniquitatem servi tui, nam stultè egi valde.

11 Cumq; surrexisset David mane: verbum Jehovæ fuit ad Gadē prophetam videntem Davidis dicendo.

12 Abiens alloquitor Davidem: ita ait Jehova: tria ego propono tibi: delige unum ex his quod faciam tibi.

13 Veniens ergo Gad ad Davidem renuntiavit ei: dixit enim ei: an eveniet tibi septem annorum fames in terra tua? an potius ut fugias tribus mensibus, a facie opprimentium te, ita ipse persequetur te? an deniq; ut sit tribus diebus pestis in terra tua? nunc cognosce, & vide quid rei respondeam ei qui misit me.

14 Dixit verò David ad Gadem: angustia est mihi valde: incidamus, quæso in manum Jehovæ, nam magnæ sunt miserationes ejus: in manū autem hominis ne cadam.

15 Itaque posuit Jehova pestem in Jisraële ab eo mane usq; ad tempus constitutum: qua mortui sunt de populo a Dane usq; Beerschebahhum septuaginta millia virorum.

16 Extenderatq; manū suam angelus contra Jeruschalaima ad perdendum ea: sed pœnitēs Jehova istius mali, edixit angelo qui perdebat populo: satis *est*, jam remitte manum tuam: angelus autem Jehovæ erat juxta aream[f] Araunæ Jebusæi.

[f] qui & Aranja ℣. 18. & Ornan in Chronicis.

17 Cùm

17 Cùm allocutus David Jehovam, videndo angelum qui percutiebat populum dixisset: ecce ego peccavi, & ego iniquè feci: hi autem, hæ oves quid fecerunt? sit, quæso manus tua contra me & contra" domum patrem meam.

18 Deinde" rediit Gad ad Davidem die illo: & dixit ei: ascende, statue Jehovæ altare in area Aranjæ Jebusæi.

19 Et ascendente Davide secundum verbum Gadis: quemadmodum præceperat Jehova:

20 Cùm prospectans Aravna videret regem & servos ejus transeuntes ad se: egressus Aravna incurvavit se regi facie sua *demissa* in terram.

21 Dixitq; Aravna: quare venit dominus meus rex ad servum suum? cui dicente Davide: emptum a te istam aream, ad ædificandum altare Jehovæ: ut cohibeatur hæc plaga a populo.

22 Dixit Aravna ad Davidem: accipiat & offerat dominus meus rex quod bonum *videtur* in oculis ejus: vide" hos boves pro holocausto, & has tribulas & instrumenta boum in ligna.

23 Hęc omnia dabat Aravna regulus regi: dicebatq; Aravna ad regem: Jehova Deus tuus acceptum te habeat.

24 Dixit verò rex ad Aravnam, nequaquam: sed[g] omnino emam abs te pretio: neq; offeram Jehovæ Deo meo holocausta gratis: quapropter emit David" aream illam, & illos boves argenti" siclis quinquaginta.

25 Deinde extruens ibi David altare Jehovæ: obtulit holocausta & eucharistica: sic exoratus est Jehova terræ, & cohibita plaga hæc ab Jisraële.

[g] *Hebr.* emendo emam.

ANNOTATIO.

1 *Perrexit*] id est, cùm toto triennio antè Jisraëlitis infensus, famem immisisset ob factum Schaulis supr. 21. hac Davidis offensa rursus in eos ira accensus est: nam utraque hæc historia per ὑςέρωσιν temporum ultimo loco ponitur. *Adversa-rius*] ex 1. Chro. 21. 1. Nam nomina conjugata verbis suis: ut contrà verba nominibus inclusa latent, ex linguæ proprietate, ut Gen. 18. 21. *Dicendo*] sine ulla legitima causa: sive Ecclesiastica, ut fuit illa tempore Moschis Exo. 30. sive politica, ut est temporibus belli, sed contra promissiones Dei, contra fidem suam priorem, & contra publicam quietem veniens: vide 1. Chron. 23. 23. 2 *A Dane Beerschebahhum*] vide Judicum 20. 1. *Populum*] aptum ad militiam obeundam. i. a nato viginti annos & deinceps 1. Chro. 23. 26. & 27. 23. prout ostenditur infr. ℣. 9. *Ut sciam*] mera curiositate movetur, & nullam rationem adfert aliam: quàm voluntatem: quapropter Joab conans eum a proposito avertere dicit: quare delecta retur dominus meus re hac? 5 *Hharohhere*] vide Num. 32. 34. *Quæ est in medio*] vide Deut. 2. 35. *Torrentis*] Arnonis. 6 *Recens comparatam*] temporibus Schaulis 1. Chron. 5. 10. *Dan Jahhanum*] Quod Dan simpliciter dicitur Jehoſ. 19. 47. *Circa Tzidonem*] nam agrum tenebant: quamvis Cenahhanæi urbem: quemadmodũ de Tyro in sequenti versu dicendum est. 7 *Urbem munitam*] Jehoſ. 19. 29. 9 *Erant autem*] quorum numerum Joab regi dedit, cum primùm Jeruschalaima venit, nondum numerato Binjamine neque Levi: studio enim Joab omiserat eos, quia rem improbabat, ut apparet 1. Chro. 21. 6. Cur autem ibi trecenta millia ad hunc numerum accedant, vide 1. Chron. 27. 24. *Quingenta millia*] annumeratis triginta millibus, quorum milleni singuli Chiliarchis parebant, de quibus sup. 23. 8. ℣. & sequ. *annorum*] quasi dicat: jam tres anni famis propter Gibhhonitas elapsi sunt: hic quartus est, quo datâ pluviâ testatus quidem quam ob rem his omissis in Chronicis quadringenta septuaginta millia tantùm numerãtur. 10 *Nam stultè*] .i. agnoſco me stultè egisse. ut Num. 14. 40. 11 *Videntem*] vide 1. Schem. 9. 9. & de ejus officio. 2. Chro. 29. 25. 13 *Septem*] est Deus se reconciliatum esse: sed hoc tuo peccato offensus denùo proponit tibi alterum trienniũ, cujus mentio est 1. Chr. 21. 12. nam hoc triennium superiorib. annis conjunctum septem efficit. *Ita ipse*] .i. Deus tibi infensus ipsorum contra te conatus secundet & efficiat ut assequantur te: vide 1. Chr. 21. 12. 14 *In manum Jehovæ*] solius, ut finis versus explicat. 15 *Tempus constitutum*] tridui, suprà ℣. 13. 17 *Contra domum*]. i. contra familiares meos, ut consiliorum participes. 18 *Rediit*] ex jussu Dei 1. Chron. 21. 18. & infr. 19. ℣. 22 *Hos boves*] quibus utebatur in triturationc. 24 *Aream*] eam cum toto loco emit sexcentis siclis aureis 1. Chro. 21. 25. qui efficiunt paulò amplius mille quingentos daleros. *Siclis quinquaginta*] videlicet boves: hoc est, dalleris paulò amplius duodecim: synecdoche.

REGUM
LIB. PRIOR.

PRIOR *liber regum res gestas quinq; regum Jehudæ, Schelomonis, Rechabbhami, Abijæ, Asæ, Jehoschaphati: & octo regum Jisraëlis Jarobbhami, Nadabi, Bahhaschæ, Elæ, Zimri, Tibni, Hhomri & Achabi continet. Estq; historia centum octodecim annorum: e quibus primi quadraginta Schelomonis fuerunt: cæteri nimirum septuaginta-octo reliquorum regnantium in Jehuda & in Jisraële.*

Schelomonis 40. 1. *Reg.* 11. 42.

Jehudæ			Jisraëlis		
Anni Rechabbhami	17.	1. *Reg.* 14. 21.	Jarobbhami	21.	1. *Reg.* 14. 20.
Abijami	3.	1. *Reg.* 15. 2.	Nadabi	1.	1. *Reg.* 15. 25.
Asæ	41.	1. *Reg.* 15. 10.	Bahhaschæ	23.	1. *Reg.* 16. 8.
Jehoschaphathi solius	17.	1. *Reg.* 22. 52.	Elæ	1.	1. *Reg.* 16. 10.
			Zimri dies	7.	1. *Reg.* 16. 15.
			Tibni cum Hhomri	11.	1. *Reg.* 16. 21.
			Hhomri	21.	1. *Reg.* 16. 21.
			Achabi		

In regibus Jisraëlis observandum, nos ex numero, qui in istis singulis scripturæ locis habetur, ultimum cujusque annum detrahere: quia idem est successoris primus.

CAPUT I.

Davide rigente præ senio, Adonija maximus natu filius apud populum gratiosus, cum Joabo & Ebjathare conspirat, ut regnum paternum occupet: sed Nathanis operâ, dissipato eorum consilio, a Davide Schelomo rex instituitur: a sacerdote ungitur: a populo accipitur, & spectante Davide in solio regni collocatur. Cujus rei Adonija certior factus, dilapso comitatu, ad altare domini securitatis causâ se confert: donec fide data ad Schelomonem ductus, domum cum venia remittitur.

1 REX autem David [a] senuerat, vergebat [a] ætate: & quamvis operirent eum pannis: non tamen [b] calefiebat.

2 Quapropter dixerunt ei servi ejus: [c] quæratur domino meo regi puella virgo, quæ stet coram rege, & sit ei adjutrix: ut cubante ea in sinu tuo, calefiat dominus meus Rex.

3 Quærentes itaq; puellam pulchram in toto termino Jisraëlitarum: invenerũt Abischagam Schunamitidem, quam adduxerunt ad regem.

4 Erat autem puella hæc pulchra admodum: eratque regi adjutrix, & mini-

a Heb. dieb. ut Gen. 18.
b Heb. nõ calescebat ei: sic infr. ℣. 2.
c Hebr. quærant.

ministrabat ei: rex verò non cognovit eam.

5 Adonija porro filius Chaggithæ efferēs se dicēdo: "ego regnatur[9] sum: paraverat sibi currū, & equites, & quinquaginta viros pręcurrentes sibi.

6 Quem pater ejus[d] nunquam dolore afficiebat dicendo: quare ita facis? & ipse" quoq; bonâ formâ erat valde, pepereratq; eum *Chaggitha* post Abschalomum *natum*.

7 Tandem "fuerunt ei sermones cum Joabo filio Tzeruję, & cum Ebjathare sacerdote: ut[e] Adonijam secuti adjuvarent.

8 Tzadok verò sacerdos, & Benaja filius Jehojadahhi & Nathan propheta, & " Schimhhi ac Rehhi, & reliqui potentes qui erant Davidi, non aderant Adonijæ.

9 Cumq; Adonija mactatis pecudibus ac bobus iisque pinguib. apud lapidem Zocheleth, qui est juxta fontem " Rogelis: invitasset omnes fratres suos filios regis, & omnes homines Jehudæ servos regis:

10 Nathanem verò Prophetam & Benajam, & reliquos potentes, ac Schelomonem fratrem suum non invitasset:

11 Allocutus est Nathan Bath-Schebahham matrem Schelomonis dicendo: an non audivisti regnare Adonijam filium Chaggithæ: domino nostro Davide ignorante?

12 Nunc ergo age,[f] daturus jam sum tibi consilium: quo libera vitam tuam, & vitam filii tui Schelomonis.

13 Abi & ingressa ad regem Davidem dicito ad eum: nónne tu, domine mi rex, jurasti ancillæ tuæ dicens: Schelomo filius tuus regnaturus est post me, & ipse sessurus est super solium meum: cur ergo regnat Adonija?

14 Ecce te adhuc loquente ibi cum rege: ego quoque ingrediar post te, & [g] confirmabo verba tua.

15 Itaq; ingressa est Bath-Schebahh ad regem in conclave, (rex enim erat senex valde): ubi Abischag Schunamitis ministrabat regi.

16 Et inclinato vertice Bath-Schebahh incurvavit se regi: & dicēte rege: quid tibi est?

17 Dixit ei: domine mi, tu jurasti per Jehovam Deum tuū ancillæ tuæ: Schelomo filius tuus regnatur[9] est post me, & ipse sessur[9] est in solio meo.

18 Nunc autem, ecce Adonija regnat: [h] te, domine mi rex, ignorante.

19 Mactatis enim bobus, iisq; pinguibus & [i] pecudibus multis, invitavit omnes filios regis, etiam Ebjatharem sacerdotem, & Joabum principem militiæ: Schelomonem verò servum tuum non invitavit.

20 At[k] jam, domine mi rex, oculi omnium Jisraëlitarum in te conversi sunt, ut indices eis, quis sessurus sit in solio domini mei regis post ipsum.

21 Alioquin erit, cùm occubuerit dominus meus rex cum patrib. suis: ut sim ego & filius meus Schelomo " peccatores.

22 Ecce aūt ipsa adhuc loquebatur cū rege: quādo Nathā ꝓpheta venit.

23 Cumq; nuntiassent regi dicendo: ecce Nathan propheta: "ingressus in conspectum regis, incurvavit se regi [l] facie sua *demissa* versus terram.

d Heb. a diebus suis.

e Heb. adjuvarent post Adonijam.

f Hebr. consulturus.

g Hebr. muniam vel sup plebo.

h in aliis exemplaribus, & nūc domine mi rex ignoras.

i Hebr. in multitudinē: sic inf. ℣. 25.

k & tu domine mi rex: ut habēt quædam exemplaria.

l Heb. super faciem suā in terram.

24 Dixitq; Nathan, domine mi Rex, *túne* dixisti, Adonija regnaturus est post me, & ipse sessurus est in solio meo?

25 Nam descendit hodie, & mactatis bobus iisq; pinguibus & pecudibus multis, invitavit omnes filios regis, & principes militiæ, & Ebjathar sacerdotem, qui ecce comedunt & bibunt coram eo: & dixerunt, vivat rex Adonija.

26 Me verò, me servum tuum, & Tzadokum sacerdotem & Benajam filium Jehojadahhi, ac Schelomonem servum tuum non invitavit.

27 An a domino meo rege facta est hæc res? quòd nõ notum feceris servo tuo, quis sessurus sit in solio domini mei regis post ipsum.

28 Cui cùm respondisset rex David: dixit, vocate mihi Bath-Schebaham: ″ quæ ingressa in conspectum regis, stabat coram rege.

29 Juravitq; rex dicens: ut vivit Jehova, qui redemit animam meam de omni angustia:

30 [m] Quemadmodum juràveram tibi per Jehovam Deum Jisraëlis dicendo: Schelomonem filium tuum regnaturum post me: eumq; sessurũ in solio meo pro me: ita facturus sum hoc die.

31 Tum inclinans verticem Bath-Schebahh, facie *demissa* in terram, incurvavit se regi: ac dixit, vivat dominus meus rex David ″ in seculum.

32 Deinde dixit rex David: vocate mihi Tzadokum sacerdotem & Nathanem prophetam, & Benajam filium Jehojadahhi: veneruntq; in conspectum regis.

33 Quibus dixit rex: sumite vobiscum servos ″ domini vestri, & facite ut Schelomo filius meus insideat mulæ meę: ita deducite eum ad ″ Gichonẽ.

34 Ubi ungito eum Tzadok sacerdos, & Nathan propheta in regẽ super Jisraëlem, & clangentes buccina, dicitote: vivat rex Schelomo.

35 Deinde ascendite post eum, & ingressus sedeat in solio meo, & ipse regnet pro me: nam præcepi eum esse antecessorẽ in Jisraële & in Jehuda.

36 Tum respondens Benaja filius Jehojadahhi, regi dixit: ″ Amen: ita dixerit Jehova Deus domini mei regis.

37 Quemadmodum fuit Jehova cum domino meo rege: ita sit cũ Schelomone: amplificetq; solium ejus, supra soliũ domini mei, regis Davidis.

38 Descendens ergo Tzadok sacerdos & Nathan propheta & Benaja filius Jehojadahhi ″ Cerethæusq; & Pelethæus, cùm fecissent ut insideret Schelomo mulæ regis Davidis, deduxerunt eum ad Gichonem.

39 Ubi Tzadok sacerdos accepto cornu olei ″ e tentorio unxit Schelomonẽ: & clangẽtes buccina dicebant totus populus: vivat rex Schelomo.

40 Ascendebant autem totus populus post eum, & ipse populus canebant tibiis, lætabanturque lætitia magna: adeò ut ″ finderetur terra prævoce eorum:

41 Et audiret Adonija, & omnes invitati qui erãt cum eo, cùm ipsi absolverent comedere: audiensq; Joab sonum buccinæ diceret: quare vox istа urbis perstrepentis *editur*?

42 Cùm

[m] *Heb.* quòd quemadmodum &c. q. ita facturus sum, pleonasmus particulæ ad evidentiam.

42 Cùm adhuc ipse loqueretur, ecce Jonathan filius Ebjatharis sacerdotis advenit: cui dicente Adonija, accede, vir enim [n] strenuus es, & bonum [″] nuntium affers:

43 Respondens Jonathan dixit Adoniję: at dominus noster rex David regem constituit Schelomonem.

44 Misit enim cum eo rex Tzadokum sacerdotem & Nathanem prophetam ac Benajam filium Jehojadahhi, Cerethæumq; & Pelethæũ: qui fecerunt ut ipse insideret mulæ regis.

45 Et unxerunt eum Tzadok sacerdos & Nathan propheta regem apud Gichonem, & ascenderunt inde læti, adeò ut perstreperet urbs: hęc illa est vox quam audivistis.

46 Quin-etiam insidet Schelomo ipsi solio regni.

47 Et etiam ingressi sunt servi regis ad benedicẽdum cum domino nostro rege Davide dicendo: præstantius reddat Deus tuus nomen Schelomonis nomine tuo, & amplificet solium ejus supra soliũ tuum: ac incurvavit se rex in [″] suo cubili.

48 Atq; adeò ita dixit rex: benedictus Jehova Deus Jisraëlis qui dedit hodie sedentem in solio meo, idq; oculis meis videntibus.

49 Quare trepidantes surrexerunt omnes illi invitati, qui aderant Adonijæ: & abiverunt quisque itinere suo.

50 Adonija verò metuebat a Schelomone: quare surgens abiit, & [″] prehendit cornua altaris.

51 Cumq; nuntiaretur Schelomoni dicendo, ecce Adonija timet regẽ Schelomonem: ideoq; ecce prehendit cornua altaris dicendo: juret mihi rex Schelomo se non affecturum morte servum suum gladio:

52 Dixit Schelomo: si futurus est [o] strenuus, non cadet *ullus* e capillis ejus in terram: sed si malum deprehendetur in eo, utiq; morietur.

53 Itaq; misit rex Schelomo qui deducerent eum ab altari: unde veniens incurvavit se regi Schelomoni: cui dixit Schelomo, abi domum tuã.

[n] *Hebr.* roboris.

[o] *Heb.* in filium roboris.

ANNOTATIO.

1 *Senuerat*] nam ad annum 70. pervenerat: vide 2. Schem. 5. 5. 3 *Schunamitidem*] e Schunemo oppido Jissascaris. Jehosch. 19. 18. 5 *Ego regnaturus*] quasi dicat, meum est regnare jure naturæ: qui primus sum, senioribus fratribus extinctis infra ver. 6. & 2. Schem. 3. 4. *Paraverat*] Exemplo Abschalomi 2. Schem. 15. 6 *Quoque*] ut Abschalom: qua ratione erat gratiosus apud populum. 7 *Fuerunt ei sermones*] id est, communi consilio cum illis conspiravit. 8 *Schimhhi*] fortassis est ille de quo infrà 4. 17. 9 *Rogelis*] Jehos. 15. 7. & 2. Schem. 17. 17. 21 *Peccatores*] id est, agetur nobiscum ut cum sontibus, & de vita nostra periclitabimur. 23 *Ingressus*] egressa Bath-Schebahha: ut apparet ex ℣. 28. 28 *Quæ ingressa*] egresso Nathane ut docet ver. 32. 31 *In seculum*] id est, quàm diutissimè: quasi dicat, mihi satis est de jure confirmari, non peto ut te regno spolies. 33 *Domini Sestri*] id est, meos, in cujus obedientia persistatis. *Gichonem*] id est, in locum istum per gradus civitatis Davidis prosequimini, qui cis Gichonem est, quasi medius inter civitatem Davidis & altera Jeruschalaima, ut aditus obtineat ex adverso fontis Rogelis: nam Gichon rivus erat alluës civitatem Davidis & Jeruschalaima, 3. Chro. 22 30. & 33. 15. 36 *Amen*] id est, firmum & statum esto a Deo. *Responderat Benaja*] suo & reliquorum nomine, ut apparet ℣. 47. 38 *Cerethæusq;*] vide 2. Schem. 9. 4. 39 *Et tentorio*] quod tenderat David arcæ in civitate sua 2. Schem. 6. 17. 40 *Finderetur*] hyperbole. 42 *Bonum nuntium*] vide 2. Schem. 18. 27. 47 *In suo cubili*] adoraturus, ut Jahhakob. Gen. 47. 31. & cum illis bene precaturus filio. 50 *Prehendit cornua*] non ut tutus esset donec de causa cognosceretur: sed ut misericordiam imploraret ob numinis reverentiam: sicut Joab, infrà 2. 29.

CAPUT II.

David moriturus Schelomonem filium hortatur ad pietatem erga Deum & ad justitiam:

nominatim verò beneficium posteris Barzilai rependi, & supplicium de Joabo & Schimhhi sumi jubet: Quod Schelomo datis occasionibus justis, non tantùm in eos: sed etiam in Adonijam & Ebjatharem præstat.

1 ″ Cúmque propè essent dies Davidis ut moreretur: præcepit Schelomoni filio suo, dicendo:

2 Ego [a] decessurus sum brevi pro consuetudine totius terræ: sed confirmare & esto [b] vir.

3 Et observato observationem Jehovæ Dei tui, ambulando in viis ejus, servando statuta ejus & præcepta ejꝰ, judiciaq; ejus, & testimonia ejus, sicut scriptum est in lege Moschis: ″ ut intelligas cuncta quæ feceris, & quocunque te verteris.

4 Ut pręstet Jehova verbum suum quod promisit mihi dicendo: ″ si observabunt filii tui viam suam, ambulãdo coram me in fide: ex toto corde suo, & ex toto animo suo: dicendo *inquam*: ″ non excindetur tibi vir à solio Jisraëlis.

5 Adhæc tu nosti quid fecerit ″ mihi Joab filius Tzerujæ: quid fecerit duobus principibus exercituum Jisraëlis, Abnero filio Neri, & Hhamasæ filio Jetheri, quos occidit, [c] ″ designans cædem bellicam in pace: ut reposuit [d] sanguinem bellicę *cædis* in Zona sua, quę adhærebat lumbis ipsi, & in calceamento suo quod habebat ad pedes suos.

6 Quam ob rem facito ″ pro sapientia tua: ″ neque sinito descendere canitiem ejus cum pace in sepulchrum.

7 Erga filios verò Barzillai Gilhhaditæ exerceto benignitatem, & sunto inter comedentes *cibum* mensæ tuæ: quia similiter ″ appropinquarunt ad me cùm fugerem propter Abschalomum fratrem tuum.

8 Deniq; ecce apud te *esto* Schimhhi filius Geræ Binjaminita e Bachurimis: qui quidem maledixit mihi maledictione acerrima, quo die ibam Machanajima: quo descendente obviam mihi ad Jardenem juravi ei per Jehovam dicendo, morte non afficiam te gladio.

9 Nunc aũt eum sontẽ ne absolvito, cùm vir sapiens sis: sed cognoscito quid sis facturus eo, ut deducas canitiẽ ejus cũ sanguine in sepulchrum.

10 Posteà occubuit David cũ patrib. suis: & sepultꝰ est in civitate Davidis.

11 Dies autem quibus regnavit David super Jisraëlem fuerunt quadraginta annorum: Chebrone regnavit septem annos, Jeruschalaimis verò regnavit triginta tres annos.

12 Cùm itaq; Schelomo sederet in solio Davidis patris sui: & confirmaretur regnum ejus valde.

13 Venit Adonija filius Chaggithæ ad Bath-Schebahham matrẽ Schelomonis: qua dicente, [e] an cum pace advenis? dixit, cum pace.

14 Et dixit, [f] aliquid mihi est *dicendum* tibi: qua dicente, loquere.

15 Dixit, tu nosti meum fuisse hoc regnum, & in me convertisse omnes Jisraëlitas faciem suam ut regnarem: sed devolutum esse ipsum regnum ut esset fratris mei, eo quòd a Jehova ejus sit.

16 Nunc

a Heb. abeo per viam totius terræ.
b Heb. in virum: id est, præsta te virum, quãvis ætate adolescens: 1. Chr. 22. 5.
c Heb. ponẽs sanguines belli in pace.
d Heb. sanguines belli.
2. Schem. 16 5.
e Heb. an pacis *est* advenire tuum.
f Heb. verbũ mihi *est* ad te.

16 Nunc autem ego petitionem unam peto abs te: ne avertito faciem meam: quæ dixit ad eum, loquere.
17 Dic quęso Schelomoni regi, (non enim aversurus est faciem tuam): ut det mihi Abischagam Schunamitidem in uxorem.
18 Cui dixit Batschebahh: bene: ego pro te alloquar regem.
19 Itaq; cùm venisset Batschebahh ad regem Schelomonem ut loqueretur ei pro Adonija: assurgens rex obviam ei, incurvavit se ei, & sedens in solio suo, apponi jussit solium matri regis, quæ sedit ad dexteram ejus.
20 Et dixit, petitionem unam parvam ego peto abs te: ne avertito faciem meam: cui dicente rege, pete mater mea: non enim avertam faciem tuam:
21 Dixit illa: detur Abischag Schunamitis Adonijæ fratri tuo in uxorẽ.
22 Respõdens verò rex Schelomo dixit matri suæ: & quare tu petis Abischagam Schunamitidem pro Adonija? ″imò pete pro eo regnũ ipsum, cùm ipse sit frater me[9] major me: ″at illius & Ebjatharis sacerdotis, ac Joabi filii Tzerujæ *petitio est*.
23 Et juravit rex Schelomo per Jehovam dicendo: ita faciat mihi Deus & ita pergat: ut contra vitam suam locutus est Adonija verbum istud.
24 Quapropter nunc ut vivit Jehova qui stabilivit me, & collocavit me in solio Davidis patris mei, quiq; paravit mihi domum, quemadmodum locutus est: hodie morte afficietur Adonija. 2. Schẽ. 7. 12.
25 Mittens igitur rex Schelomo *jussit eum occidi* per Benajam filium Jehojadahhi, qui irruit in ipsum ita ut moreretur.
26 Ebjathari autem sacerdoti edixit rex: ″Hhanathothas abi ad agrum tuum, nam[g] reus mortis es: attamen hoc die non afficiam te morte quia portasti arçam domini Jehovæ, coram Davide patre meo: & quia ″ affixisti te in omnibus quibus afflictus est pater meus. *g Hebr.* vir mortis. 2. Schẽ. 15. 24. 1. Schem. 21. 20.
27 Sic ejecit Schelomo Ebjatharem ne esset sacerdos Jehovæ: ut ″ impleret verbũ Jehovę, quod locutus fuerat contra domũ Hheli Schilunte.
28 Rumore autem hoc perveniente usq; ad Joabum (Joab enim declinabat post Adonijam, quamvis post Abschalomum non declinasset): fugiens Joab ad tentorium Jehovæ, prehendit cornua altaris.
29 Cumq; nuntiaretur regi Schelomoni: ″ fugit Joab ad tentorium Jehovæ, & ecce *est* prope altare:
30 Misit Schelomo Benajam filium Jehojadahhi, dicẽs: abi irrue in eũ: edicit rex: egredere, dixisset, nequaquam: sed hîc moriar: & retulisset Benaja regi rem dicens, ita locutus est Joab & ita respondit mihi:
31 Dixit ei rex, ″ fac quemadmodum locutus est, & irrue in eum, & defepeli eum: ut amoveas[h] culpam sanguinis immeriti, quem effudit Joab, a me, & a domo patris mei. *h Hebr.* sanguines sine causa: metonymia.
32 Dixit ei rex, ″ fac quemadmodum locutus est, & irrue in eum, deinab, a me, & a domo patris mei.
33 Et[i] retorqueat Jehova ″ sanguinem ejus in caput ejus: qui irruit in duos homines justiores & meliores se, & occidit eos gladio, patre meo *i Hebr.* redite faciat: sic inf. ℣. 45.

Davide ignorante: Abnerum filium Neri principem militiæ Jisraëlis, & Hhamasam filium Jetheri principem militiæ Jehudæ.

34 Sic reversis cædibus eorum in caput Joabi, & in caput ″ seminis ejꝰ in seculum: Davidi, id est, semini ejus & domui ejus ac solio ejus sit pax usque in seculum a Jehova.

35 Itaq; ascendens Benaja filius Jehojadahhi irruit in eum & morte affecit: deinde sepultus est domi suæ in deserto.

36 Tum præposuit rex Benajam filium Jehojadahhi loco ejus exercituí: Tzadokum verò posuit rex loco Ebjatharis.

37 Deinde mittens rex accersivit Schimhhin, & dixit ei: extrue tibi domum Jeruschalaimis ut habites ibi: neq; egreditor inde huc aut illuc.

38 Erit enim quo die egressus transieris ″ torrentem Kidronem (*k* certò scito te omnino moriturum): ut [l] causa cædis tuæ sit in capite tuo.

39 ″ Dixit autem Schimhhi regi, bona *est* res ista: quemadmodú locutus est dominus meus rex, ita facturus est servus tuus: & consedit Schimhhi Jeruschalaimis diebus multis.

40 Fuit autem [m] exactis tribus annis, cùm fugissent duo servi Schimhhi ad Acischum filium Mahhacæ regẽ Gathi: & indicassent Schimhhi *quidam* dicendo: ecce servi tui sunt Gathi.

41 Ut surgens Schimhhi strato asino suo abiret, Gathum ad Acischum quæsitum servos suos: rediensq; Schimhhi reduceret servos suos Gatho.

42 Cùm itaq; nuntiatum esset Schelomoni: abivisse Schimhhin Jeruschalaimis Gathum, & reversum esse,

43 Mittens rex accersivit Schimhhin, & dixit ad eum: nónne juramento astrinxi te per Jehovam, & contestatus sum te dicendo: quo die exieris abieris huc aut illuc, certò scito te omnino moriturum: dixerasq; ad me, bona *est* hæc res quam audio.

44 Quare ergo non observasti juramentũ Jehovæ, & præceptũ quod præceperam tibi?

45 Deinde dixit rex ad Schimhhin, tu nosti totum illud malum, cujus conscius est animus tuus, quo affecisti Davidem patrem meũ: retorquet autem Jehova malum tuum in caput tuum.

46 Rex verò Schelomo benedictus, & solium Davidis erit stabile coram Jehova usque in seculum.

47 Tum præcipiente Rege Benajæ filio Jehojadahhi, egressus irruit in eum, ita ut moreretur: sic regnum ″ stabilitum est in manu Schelomonis.

k Heb. scicndo scito, ℣ moriendo morieris: sic ℣. 43.

l Hebr. sanguis tuꝰ &c.

m Hebr. a fine trium annorum.

ANNOTATIO.

1 *Cumq;*] vide annotata 2. Schemu. 23. 1. 3 *Ut secundes*] eodem sensu dictum quo Exodi 20. 12. ut prolongentur tuos &c. 4 *Non excindetur*] id est, semper erit aliquis tibi successor, per μείωσιν dictum. 5 *Fecit mihi*] id est, patratis cædibus consequentiam: dum perfidè interfecit illos, quos ego in fidem meam receperam. *Defignans eadem*] id est, cruentatum eosdem modi cædem pacis tempore, quæ tantùm temporibus belli convenit. *Ut reposuit*] id est, cruentatis pedibus ambulavit, neque eo nomine magis affectus est, quàm si nihil commisisset. 6 *Prudenter age*] *entiatua*] tempus & rationem faciendi sapienter observans: quasi dicat, homo est novarum rerum cupidus non diu quiescet, quin tibi justam occasionem in se animadvertendi præbeat. *Neque sinito*] id est, ne sinito eum naturali morte rire: sic 9. ℣. 7 *Appropinquarunt ad me*] id est, appropiùquantes idem officiũ exhibuerunt mihi: 2. Schẽ. 17. 27. *Apud te esto*]. i. Ne sinito illũ vagari: sed certũ ei locũ circũscribito quo se cõtineat, ne quid cum suis Binjaminitis moliatur. 8

apud quos gratia & autoritate valet, ut apparet 2. Schem. 19. 17. & sequentibus. 15 *Eo quòd a Jehova*] 1. Chron. 22. 9. & 28. 5. 16 *Ne avertito*] id est, ne recuses: synecdoche: sic deinceps. 22 *Imò pete*] si Abischaham pe-tis: eadem operâ regnum transfer: nam hic scopus ejus est. eodem Achithophelis consilium spectabat, cùm Ab-schalomum induxit, ut rem haberet cum concubinis patris, 1. Schem. 16. 21. *At illius*]. i. hoc non est ipse solus commentus, sed Ebjatharis & Joabi conjuratorum usus est consilio. 26 *Hhanathotas*] vide Jehoschu. 21. 18. & annotata 1. Schemu. 21. 2. *Afflixisti te*] ex quo excisa est domus paterna tua a Schaule 1. Schem. 22. 20. 27 *Ut impleret*] id est, ut Jehova impleret verbum suum: nomen pro se & pro suo relativo: sic Gen. 9. 6. vide 1. Schem. 2. 33. & 36. 29 *Fugit Joab*] quasi ad asylum, ut Adonija sup. 1. 51. vide annotata Exodi 21. 13. 32 *Fac quemadmo-dum*] ex lege Exodi 21. 14. 33 *Sanguinem ejus*] id est, quem ipse effudit. 34 *Seminis ejus*] vide 2. Schem. 3. 29. 38 *Hidronem*] vide 2. Schem. 15. 23. 39 *Dixit Schimhhi*] adhibito juramento ut apparet ex ℣. 43. 47 *Stabili-tum*] sublatis rerum innovatoribus.

CAPUT III.

Schelomo filiam regis Ægypti uxorem ducit: Deum singularibus sacrificiis Gibhhone colit: Ubi optione a Deo in somnis data petendi quod vellet, prout petit, sapientiâ divinitus donatur, e-tiam aliis donis supra quàm petierat cumulata: quæ, in judicio litigantium inter se mulierum apparere incipiens, autoritatem ei & reverentiam magnam apud subditos conciliat.

1 IUNXIT autem se affinitate Schelomo cum Parrhone rege Ægypti: & ″ accipiens filiam Parrhonis duxit eam ″ in civitatem Davidis: ″ donec absolvisset ædificare ″ do mum suam, & ″ domum Jehovæ, ac ″ murum Jeruscha-laimorum circumquaque.

2 Tantùmodò populus sacrificabant in * istis excelsis: cùm nondũ ædificata fuisset domus nomini Jehovę, tantis per-dum fue-runt dies isti.

3 ″ Amabat enim Schelomo Jehovam, ambulando in statutis Davidis patris sui: tantummodò in istis excelsis ipse sacrificabat & adolebat.

4 Cùm itaq; abiens rex Gibhhonem ad sacrificandum ibi: eo quòd es-set excelsum magnũ: mille holocausta obtulisset Schelomo in altari illo: 2. Chrõ. 1. 6

5 Gibhhone apparuit Jehova Schelomoni per somnium eadem nocte: dixitque Deus: pete, quid daturus sum tibi?

6 Cui dixit Schelomo: tu exercuisti erga servum tuũ Davidẽ patrem meum benignitatem magnã: cùm ambularet coram te [a] fideliter ac justè & recto corde erga te: servastiq; ei benignitatem hanc maximam, quòd dederis ei filium sedentem in solio ejus, ut *est* hodierno die. *a Heb.* in fi-de & in ju-stitia & in rectitudine cordis.

7 Nũc enim, Jehova Deus mi, tu cõstituisti *me* servum tuũ regem loco Davidis patris mei: quamvis ego puer parvus nesciã ″ procedere & redire.

8 Servum, inquam, tuum in medio populi tui quẽ elegisti: populi mul ti, qui neque numerari neque supputari potest præ multitudine.

9 Da igitur servo tuo [b] animum intelligentem ad judicandum popu-lum tuum, discernendo inter bonum & malum: quis enim posset judi-care hunc populum tuum [c] numerosissimum? *b Heb.* cor: sic dein-ceps. *c Heb.* gra-vem: ut Num. 20. 20.

10 Qui sermo cùm bonus videretur in oculis [d] Jehovæ: quod petiisset Schelomo rem hanc: *d* vel domi-ni ut in qui busdã exẽ-plaribus.

11 Dixit Deus ad illum: eo quòd petiisti rem istam: & non petiisti tibi dies multos: neq; petiisti tibi divitias: neque petiisti [e] vitam inimicorum tuorum: sed petiisti tibi discretionem ad intelligendum judicium: *e Hebr.* ani-mam.

12 Ecce facio secundũ sermonẽ tuũ: ecce do tibi ″ animũ sapientẽ & in-telligẽtem: adeò ut [f] par nõ fuerit tibi ante te, & post te nõ surrecturus sit par tibi. *f Heb.* sicut tu: sic dein-ceps.

13 Insuper etiam, quod non petiisti do tibi, tum divitias tum gloriam: adeò ut non sit par tibi ullus inter reges omnibus diebus tuis.

14 Quòd si ambulaveris per vias meas, observãdo statuta mea, & præcepta mea, quemadmodum ambulavit David pater tuus: etiam prolongabo dies tuos.

15 Deinde expergefacto Schelomone, cùm ecce" *adesset* somnium: venit Jerũschalaima, ubi stans coram arca fœderis Jehovæ, obtulit holocausta, & fecit eucharistica, deinde fecit convivium omnibus servis suis.

16 Tum venientes duæ mulieres cauponę ad regem: steterunt corã eo.

17 Dixitque mulier illarum una, *attende* ad me domine mi: ego & mulier hæc habitamus in domo eadem: & peperi apud eam in eadẽ domo.

18 Fuit autem die tertio a partu meo, cùm peperisset etiam mulier hęc: & essemus unà, nullus extraneus esset nobiscum in eadem domo: præterquàm nos duæ in eadem domo,

19 Ut moreretur filius mulieris hujus noctu: eo quòd incubuisset ei.

[g] *Heb.* a prope me.

20 Quapropter surgens media nocte, accepit filium meum [g] latere meo, ancilla tua dormiente, & collocavit eum in sinu suo: filium autem suum mortuum collocavit in sinu meo.

21 Cumque surgerem mane ad lactãdum filium meum, ecce mortuus erat: sed animadverti de eo mane, quòd ecce non esset filius meus quem pepereram.

22 Dixit verò mulier illarum altera, nequaquam: sed filius meus est, qui vivit, filius verò tuus qui mortuus est: illa verò dicebat, quin-imò filius *est* tuus, qui mortuus est, & filius meus qui vivit: sic loquebantur coram rege.

23 Tum dixit rex: hæc dicit, hic *est* filius meus qui vivit, filius autem tuus qui mortuus est: sed illa dicit, quin imò *est* filius tuus qui mortuus est, filius autem meus qui vivit.

24 Quare edixit rex, accipientes mihi gladium *afferte*: qui attulerunt gladium ante regem.

25 Quibus dixit rex: scindite natum istum qui vivit in duas partes: & date ejus dimidium uni, dimidiumque alteri.

26 Sed mulier illa, cujus erat filius qui vivebat, allocuta est regem (æstuabant enim viscera ejus erga filium suum) ac dixit, *attende* ad me domine mi: date huic natum istum qui vivit, & [h] minimè afficite eum morte: illa verò dicebat, neque mihi, neque tibi sit: scindite.

[h] *Heb.* morte afficiendo ne afficite eum morte: sic ℣. 27.

27 Tunc pronunciavit rex dicens: date illi natum istum qui vivit, & minimè eum morte afficite: illa mater ejus est.

28 Cumque audirent omnes Jisraëlitæ judicium hoc, quod judicavérat rex, timuerunt a facie regis: videbant enim sapientiam Dei in [i] eo esse ad exercendum judicium.

[i] *Heb.* in medio ejus: ut Exodi 23.21

ANNOTATIO.

1 *Accipiens filiam Parrhonis*] prius populo Dei professione fidei conjunctam: aliter enim prohibebatur Deut. 7. 3. Nam hæc a Schelomone gesta esse in principio regni ejus, cùm adhuc amaret Deũ, versus 3. ostendit: & Psal. 45. &

& libro canticorum confirmatur. *In civitatem Davidis*] ubi regiam suam habebat: sed angustiorem quàm ut tantam reginam cum ejus comitatu commodè caperet. *Donec absolvisset*] ut infrà cap. 7. 8. *Domum suam*] de qua infrà 7. 2. & sequentibus. *Domum Jehovæ*] de qua 6. *Murum*] infrà 9. 15. & 19. 2 *Istis*] quæ commemorantur in hoc capite, nempe Gibhhone ubi erat tabernaculum 2. Chronic. 1. 3. & Jerusalaimis ubi erat arca infrà versic. 17. 3 *Amabat enim*] Ideo neque ipse alibi offerebat, neque alios offerre patiebatur. 4 *Excelsum magnum*] ubi ordinarium erat cultus divini exercitium, & altare jugis holocausti. 2. Chronic. 1. 5. 5 *Eadem nocte*] quæ proximè sacrificium Schelomonis subsecuta est. 2. Chronic. 1. 7. 7 *Procedere & redire*] id est, obire functionem meam: vide Num. 27. 17. 12 *Animum sapientem*] ad intelligenda & præstanda quæ sunt officii tui. 15 *Adesset somnium*] id est, abeunte somno sentiret illud somnium non fuisse somnium evanidum: sed ornatum se esse donis, quæ in somnio promissa fuerant. 16 *Cauponæ*] quæ simul cauponariam exercebant: nam meretrices fuisse credibile non est: cum quia regnum inde a temporibus Davidis benè constitutū erat, tum quia non fuissent ausæ coram Schelomone Deum amante, & tum adhærente Legi ad agendum causam suam comparere.

Caput IIII.

Schelomo toti Jisraëli imperans regnum ordinat, de administratoribus, annonæ curatoribus, equis & copiis ordinariis providens: ita ut sui tranquillè agerent: vicini ei obtemperarent, & Longinqui ejus sapientiæ fama ad eum confluerent.

1 2 ERAT autem rex Schelomo, rex super totum Jisraëlem.
Et hi sunt principes qui erant ei: Hhazaria ″ filius
3 Tzadoki præses.
Elichoreph & Achija filii Schischę, scribę: Jehoscha
4 phath filius Achiludis [a] a memoria.
Benaja filius Jehojadahhi prępfectus militię: Tzadok verò & Ebjathar ″ sacerdotes.
5 Et Hhazaria filius Nathanis præfectus [b] Sitarchis: & Zabud filius
Nathanis ″ præses, amicus regis.
6 Et Achischar ″ præfectus domui: & [c] Adomiram filius Hhabdę prę-
fectus ″ delectui.
7 Erantq; Schelomoni duodecim Sitarchi super totum Jisraëlem, qui sustentabant regem & familiam ejus: mensem quotānis erat vniuscujusque sustentare *eam*.
8 Quorum hæc sunt nomina: filius Churis in monte Ephrajimi.
9 Filius Dekeri in ″ Makatzo, & Schahhalbimis & [d] Bethschemescho:
Elone quoque Bethchanane.
10 Filię Chesedi in ″ Arubbothis: ipsi erat ″ Soco & tota ″ terra Chepheri.
11 Filii Abinadabi totus tractus ″ Dori: Taphath filia Schelomonis e-
rat ei uxor.
12 Bahhanæ filii Achiludis ″ Tahhanac & Megiddo: & tota Beth-
Schean quæ est prope ″ Tzartanē infra Jizrehhelem, a Beth-Scheane usq;
Abel-Mecholam, usque ultra ″ Jokmehhamum.
13 Filii Geberi in Ramothis Gilhhadis erāt ″ villæ Jairis filii Menaschis
quæ sunt in Gilhhade, ejus erant tractus ″ Argobi, qui *est* in Baschane se-
xaginta civitates magnæ, *munitæ* muro & vecte chalybeo.
14 Achinadab filius Hhiddonis erat in ″ Machanajimis.
15 Achimahhatz in Naphthali: ipse quoque acceperat Bosematham
filiam Schelomonis in uxorem:
16 Bahhana filius Chuschai in Aschere & in ″ superioribus *partibus*: Je-
hoschaphat filius Paruachi in Jissascare.

[a] *Hebr.* memorator, ut 2. Schē. 9. 2

[b] *Heb.* præfectis, de quib. ℣. 7. & sequentibus, qui curatores erāt annonæ regiæ.

[c] infrà 12. 18. Adorā.

[d] quæ Jehos. 19. 41. Hhir Schemesch dicitur.

17 Schimhhi filius Elæ in Binjamine:
18 Geber filius Uri in terra" Gilhhadis: terra Sichonis regis Emoræi & Hhogi regis Baſchanis: hic Sitarchus unus qui præerat" illi terræ.
19 Jehuda & Jiſraël multi, ut arena quæ eſt ad mare in multitudine: comedebant & bibebant & lætabantur.
20 Schelomo autem erat dominans in omnia regna ab ipſo "flumine *ad* terram Peliſchtæorum, & uſque ad terminum Ægyptiorum: offerebant munus & ſerviebant Schelomoni omnibus diebus vitæ ejus.
21 Eratque cibarium Schelomonis in diem unum triceni" Cori ſimile, & ſexageni Cori farinæ.
22 Deni boves pingues, & viceni boves paſcuales & centenæ pecudes: præter cervos & capreas & damas, denique" lectiſſima quæque [e] altilia.
23 Nam ipſe dominabatur in tota citeriore parte fluminis a "Tiphſacho ad [f] Hhazzam, in omnes reges qui erant citra ipſum flumen: & pax erat ei ab omnibus [g] lateribus ſuis circumquaque.
24 Adeò ut conſideret Jehuda & Jiſraël ſecurè quiſque" ſub vite ſua & ſub ficu ſua," a Dane Beerſchebahhũ uſq; omnibus diebus Schelomonis.
25 Erantq; Schelomoni" quadraginta millia præſepiorum equilium, ad equitatum ejus: & ad duodecies mille equites.
26 Suſtentabantque Sitarchi illi regem Schelomonem, & omnes qui appropinquabant ad menſam regis Schelomonis, quiſque mẽſe ſuo: non ſinebant deſiderari quicquam.
27 Hordeum autem & ſtramen in equos, & in" angarios: afferebant ad locum ubi erant: quiſque pro ratione ſua.
28 Prætereà indidit Deus ſapientiã Schelomoni, & intelligentiæ multum admodum: & amplitudinem animi, ſecundum *amplitudinem* arenæ, quæ *eſt* in littore maris.
29 Erat enim ſapientia Schelomonis major," quàm ſapiẽtia omnium orientalium: & quàm omnis ſapientia Ægyptiorum.
30 Sapientior etiam fuit omnibus ſuis hominibus: Ethane Ezrachæo, & Hemane, & Calcole, & [h] Dardahho filiis Macholis: [i] pervaſitque nomen ejus in omnes gentes circumquaque:
31 Et elocutus eſt" ter mille ſententias: fueruntque cantica ejus quinque ſupra mille.
32 Elocutus etiam eſt de plantis a cedro quæ *eſt* in Libano uſque ad "muſcum, qui prodit e pariete: denique elocutus eſt de jumentis, & de volucribus, & de reptilibus, & de piſcibus.
33 Quam ob rem veniebant ex omnibus populis ad audiendam ſapientiam Schelomonis: ab omnibus regibus terræ, qui audierant de ſapientia ejus.

[e] *Heb.* præſipiata, ut ita liceat loqui.
[f] quæ Gazza vocatur.
[g] *Heb.* tranſitibus.
[h] Derahho 1. Chron. 2. 6.
[i] *Heb.* fuit.

ANNOTATIO.

2 *Filius Tzadoki*] non ſacerdotis: ſed alterius ejuſdem nominis. 4 *Sacerdotes*] id eſt, primarii in ordinibus ſacerdotum conſtitutis a Davide. 1. Chron. 24. 5 *Præſes*] regii conſilii. 6 *Præfectus domus*] id eſt, magiſter aulæ ma-

antiæ magnus. *Delectus*] de quo infrà 5.14. 9 *Makatzo*] id est, in tractu, qui obtigerat tribui Danis, Philschtæis contermino: unde nomen habet quod sonat finem, quasi dicat, terminalem tractum. 10 *Arubbothis*] nomē tractus in Jehuda. *Soco*] de quo Jehos. 15.35. *Terra Chepheri*] alter tractus Jehudæ, possessus a Chephero filio Aschuris 1.Chron.4.6. 11 *Dori*] in Menasche cis Jardenem Jehos. 17.11. 12 *Tahhanac & Megiddo*] ibidem. *Tzaramem*] vide Jehos. 3.16. *Abel Mecholam*] vide Judic. 7.22. *Jokmehhamum*] in termino Zebulunis Jehos. 19.11.& 21.22. 13 *Villæ Jairis*] Num. 32.41. *Argobi*] Deu. 3.4. 14 *Machanajimis*] Jehos. 13.26. vide annotata Gen. 32. 2. 16 *In superioribus*] id est, in montanis, quorum pars ad Danem, pars ad Ascherem pertinebat: pars a Schelomone fuerat recens acquisita. 2. Chron. 8.15.&16. 18 *In terra Gilhhadis*] reliqua ab ea quam sup. 13.ℵ. nominavit. *Illi terræ*] quæ fuerat duorum regū. 20 *Flumine*] Euphrate: sic deinceps. 21 *Tricenti Cori*] id est ter centeni medimni attici. Corus enim decem Ephas id est medimnos atticos continet sive triginta seas, id est, modios Romanos. 22 *Lectissima altilia*] omissis omnibus interpretum somniis vocis etymon secuti sumus. 23 *Typhsachos*] Tapsacho ad Euphratem, ut vocant historici. quod deinde vocatum est Amphipolis Plin. libr. natur. hist. 5. cap. 24. 24 *Sub Cite*] id est, in prædiis suis: synecdoche. *A Dane*] Judic. 20.1. 25 *Quadraginta millia*] id est, *status ordinarius* a Schelomone constitutus est, de alimento præstando huic equorum numero ad omnem necessitatem: e quibus sexdecim millia quatuor millibus curruum aptabantur, de quibus 2. Chron. 9.25: reliqui, id est, viginti quatuor millia ad duodecies mille equites pertinebant, quorum quisque habebat binos, ut fit in ordinaria principum copiis. Ita conciliandus est hic locus cum 2. Chron. 9.25. 27 *Angarios*] id est, celeres equos, qui vulgò dicuntur postæ, in stationibus regis dispositos: vide Ester 8.10.&14. 29 *Quam sapientia omnium*] id est, superabat omnes exteros cognitione liberalium artium & scientiarum, quibus orientales & Ægyptii olim floruerunt. 30 *Suis hominibus*] Jisraëlitis. *Ethane &c.*] de quibus 1.Chron. 2.6. *Ezrachæo*] qui Zeracho progenitus est, quem Juda suscepit e Tamare, ibidē. 31 *Ter mille &c.*] ex quibus ea tantùm collecta & in Ecclesiæ thesaurum importata sunt, quæ proverbiorum, ecclesiasticis, & canticorum libris continentur: reliqua de quibus eorum versu sequenti, fidei hominum commissa interciderunt. vide infrà 11.41. in annotatione. 23 *Muscum*] vide Exodi 12.22. id est, a maxima ad minimam.

Caput V.

Schelomo a Chiramo per nuntios salutatus, juvari ab ipso petit ad materiā prostructura templi parandam: quod Chiram certis conditionibus mercedis accipiens, cum Schelomone pacisciturᵉ præstat. Schelomo autem operarios suppeditat adjunctis præfectis & curatoribus.

1 MISERAT autem Chiram rex Tyri servos suos ad Schelomonem: cùm audiret *Jisraëlitas* unxisse eum in regem loco patris ejus: "amicus enim fuerat Chiram Davidi omnibus diebus ejus. 2.Chrō. 2.

2 Quapropter misit Schelomo ad Chiramum qui dicerent.

3 Tu novisti Davidem patrem meum non potuisse ædificare domum nomini Jehovæ Dei sui, [a] propter bellatores qui circumdabant eum: donec poneret Jehova illos sub plantis pedum ejus. *a Heb.* propter belli *vi ros.*

4 At nūc quietem dedit Jehova Deus meus mihi circumquaque: non est adversarius, neque *est*" occursus mali.

5 Quam ob rem ecce [b] cogito ædificare domum nomini Jehovæ Dei mei: quemadmodum prædixit Jehova Davidi patri meo, dicendo, filius tuus quem ponam pro te in solio tuo, ipse ędificaturus est istam domum nomini meo. *b Heb.* dico, subaudi apud me: sic Exodi 2.14 2.Schē. 7. 13.

6 Nunc ergo præcipe ut succîdant mihi cedros e Libano & servi mei erunt cum servis tuis: mercedem autem servorum tuorum daturus sum tibi prorsus prout dixeris: tu enim nosti non esse inter nos quemquam peritum ad cædendum ligna ut sunt Tzidonii.

7 Fuit autem cùm audiēs Chiram verba Schelomonis: lætaretur valde: ut diceret: benedictus Jehova hoc tempore, qui præfecit pro Davide filium sapientem populo multo isti.

8 Et misit Chiram ad Schelomonem qui dicerent: audivi quorū causâ misisti ad me: ego effecturus sum omnem voluntatem tuam, quod ad ligna cedrina, & quod ad ligna abiegna.

9 Servi mei deducent a Libano ad mare, & ego disponens ea ratibus, per mare *mittam* usque ad locum quem miseris *significatum* mihi, ut ibi disparem ea & tu auferas: tu vicissim facito voluntatem meam dando cibum familiæ meæ.

10 Itaque dabat Chirom Schelomoni ligna cedrina & ligna abiegna [c] prorsus ut volebat.

[c] *Hebr.* totâ voluntatẽ ejus.

11 Schelomo autem dabat Chiramo vicies millenos coros tritici in cibum pro familia ejus & vicies coros olei tusi: ita dabat Schelomo Chiramo de anno in annum.

12 Cùm ergo dedisset Jehova sapientiã Schelomoni, quemadmodum promiserat ei: & esset pax inter Chiramum & inter Schelomonem, ita ut paciscerentur fœdus ambo ipsi:

[d] *Hebr.* imposuit tributum *personale*: sic deinceps in capite.

13 [d] Indixit rex Schelomo delectum in toto Jisraële: fuitque delectus triginta millium virorum.

[e] *Heb.* mutationibus.

14 Quorum mittebat ad Libanum decies millenos in mensem [e] alternis: mensem erant in Libano: duos autem menses *quisque* domi suæ: Adoniram autem præerat isti delectui.

15 Erant quoque Schelomoni septuagies mille bajuli: & octuagies mille putatores in illo monte.

16 Præter principes curatorum Schelomonis, qui præerant illi operi, ter mille trecenti: qui dominabantur populo, facientibus opus illud.

[f] Vel raros, ut 1. Schem. 3.1. & infrà 7.9. & 10.

17 Et præcipiente rege devexerunt lapides magnos, lapides [f] pretiosos: ad fundandum domum illam, lapides cæsos.

18 Dolabantque structores Schelomonis, & structores Chiromi, atque Giblæi: sic præparabant ligna & lapides ad ædificandum domum.

ANNOTATIO.

1 *Amicus enim*] quam cum Davide contraxerat amicitiam 2. Schemu. 5. 11. & 1. Chron. 14. 1. nunquam intercepit. 3 *Propter bellatores*] vide 2. Schem. 7. 5. 4 *Occursus mali*] quod sit mihi impedimento. 11 *Viginti millenos coros &c.*] & totidem hordei ac vini. 2. Chron. 2. 9. synecdoche, de coro vide suprà 4. 21. 15 *Septuagies mille*] hi omnes peregrini erant, ut apparet 2. Chron. 2. in fine. 16 *Præter principes curatorum*] id est, præter peregrinos illos ter mille, de quibus 2. Chron. 2. primo & ultimo versu, quos curatores illi Jisraëlitæ, de quibus 2. Chron. 13. præfecerant centum quinquaginta millibus operariis: ita ut essent e tribus millibus singuli quinquaginta operariis præfecti: sexcenti verò reliqui alternis ab his tribus millibus rationem exigerent, annumeratis etiam mercenariis, qui vicarias operas præstabant. 17 *Pretiosos*] non quidem gemmas, sed tamen in genere suo forma & magnitudine præstantes. 18 *Giblæi*] vicini Tzidoniis.

CAPUT VI.

Schelomo templum Deo sumptuosissimum, cujus magnitudo, partes & ornamentum describitur, absolvit septem annorum spatio.

1 DEINDE fuit quadringentesimo octuagesimo anno ab egressu Jisraëlitarum e terra Ægypti, anno quarto, mense Zivo (is mensis *est* secundus) regni Schelomonis super Jisraëlem: ut [a] ædificare inciperet domum Jehovæ.

[a] *Heb.* ędificavit: sic Gen. 5. 32. & infrà ℣. 37. prout exponitur 2. Chron. 3. 1.

2 Domus autem quam ædificavit rex Schelomo Jehovæ, *fuit* longitudine sua sexaginta cubitorum, & viginti latitudine sua: triginta verò cubitorum altitudine sua.

[f] Sc

3 "Et porticus erat ante templum domus, viginti cubitorum longitudine sua secundum frontem latitudinis domus: decem cubitorum latitudine sua ante domum.

4 Et fecit domui fenestras [b]" prospectui accommodas clausas.

5 Et ædificavit ad murum domus" substructionem circumquaque:" ad muros ipsius domus circumquaque templo & adyto: fecitque" alas circumquaque.

6 Substructio ima *erat* quinque cubitorum latitudine sua, & mediana sex cubitorum latitudine sua, tertiana verò septem cubitorum latitudine sua. nam" contracturas indiderat domui circumquaque extrinsecus, ne hærerent muris domus.

7 Domus autẽ cùm ædificabatur, [c]" lapide integro ut fuerat advectus ædificabatur:" neque mallei aut securis, *aut* ullum instrumentũ ferreum auditum est in illa domo cùm ædificaretur.

8 Porta ad" alæ medianum erat in latere domus" dextero: quâ per cochleas ascendebant ad medianum, & a mediano ad" tertiana *cubicula*.

9 Ædificata itaque domo illa atque absoluta:" obtexit domum ipsam [d]cantheriis & coaxationibus cedrinis.

10 Ædificavit autem substructionem quamque circa totam domum quinis cubitis altitudine sua: quam" adjecit domui lignis cedrinis.

11 Tum fuit verbum Jehovæ ad Schelomonem, dicendo.

12 Hæc, quam tu ædificas," domus illa est: si ambulaveris in statutis meis, & judicia mea exercueris, ac observaveris omnia præcepta mea ambulando in eis: utique præstabo verbum meum erga te, quod" elocutus sum Davidi patri tuo.

13 Et habitabo inter Jisraëlitas: neq; derelinquã populũ meũ Jisraëlem.

14 Cùm itaque ædificasset Schelomo domũ istam, & absolvisset eam,

15 [e]Contabulavit muros ipsius domus intrinsecus [f]tabulis cedrinis: a solo domus usque ad [g]tegmen murorum obduxit ligno intrinsecus: obduxit etiam solum ipsum" domus tabulis abiegnis.

16 Contabulavit verò viginti cubitos ad latera ipsius domus tabulis cedrinis," a solo usque ad ipsos muros: contabulavit, inquam," ipsi intra adytum in sancto sanctorum.

17 Quadraginta autem cubitorum erat domus illa: illud templum anterius.

18 Et [h]ad cedros domus intrinsecus erant [i]incisæ colocynthides & apertiflores: omnia erant cedrina, nullus lapis conspiciebatur.

19 Adytum quoque intra domũ intrinsecus paravit: ad collocandum ibi arcam fœderis Jehovæ.

20 Quod autẽ ad interiorem partem adyti, viginti cubitorũ erat longitudo, & viginti cubitorum latitudo, ac viginti cubitorũ altitudo ejus, quam obduxit auro [k]" asservato: obduxit etiam" altare cedrinum.

21 Cumque obduxisset Schelomo hanc domum intrinsecus auro as-

b Heb. fenestras, prospectuũ clausorum.

c Heb. advectionis *lapide.*

d Heb. dorsis & ordinationibus.

e Heb. ędificavit: sic ℣. 16.

f Heb. lateribus: sic de inceps.

g Hebr. muros tegminis. i. ad muri summam partem cui incumbit tegmen.

h Heb. & cedros ad domum.

i Heb. incisura colocynthidum vel fungorũ, & aperturæ florũ: sic infrà ℣. 29. & 32.

k Heb. reclusso: sic ℣. 21.

servato: [l] fecit interjectum *parietem* præter ″ funes aureos ante adytum,
quem similiter obduxit auro.

22 Ita totam domũ ipsam obduxit auro, donec absolveretur tota domus: similiter totum altare illud quod erat ad ″ adytum obduxit auro.

23 Fecit autem in ipso adyto duos Cerubinos e lignis [m] oleosis: decem
cubitorum altitudo [n] utriusque *eorum*.

24 Et quinque cubitorum erat ala Cerubini una: similiter quinq; cubitorum ala Cerubini altera: decem cubiti *erant* ab extremitate alæ cujusque, usque ad extremitatem alæ suæ *alterius*.

25 Sic decem cubitorum Cerubinus alter erat: mensura eadem & proportio eadem ambobus Cerubinis.

26 Altitudo Cerubini unius decem cubitorum, & similiter Cerubini alterius.

27 Disposuit autem istos Cerubinos intra ″ domum intimam ita ut expassis alis Cerubinorum attingeret ala unius murum hunc, & ala Cerubini alterius attingeret murum alterum: alæ verò eorum versus medium
domus attingerent [o] altera alteram.

28 Et obduxit istos Cerubinos auro.

29 Omnes autem muros istius domus [p] circuitu incîso, sculpturis incisurarum Cerubinorum & palmarum, & apertorum florum intrinsecus & ″ extrinsecus.

30 Solum quoque domus obduxit auro ″ intus & extra.

31 Et *in* porta adyti fecit fores *e* lignis oleosis: superliminare *cum* postibus ″ quinta *parietis*.

32 In his autem binis foribus *e* lignis oleosis incîdit cæsuras Cerubinorum, & palmarum, & apertos flores, quos obduxit auro: diduxitque tiam super Cerubinos & super palmas aurum.

33 Et similiter fecit portæ templi postes e lignis oleosis: ″ e quarta *parte*.

34 Et binas fores e lignis abiegnis: duæ [q] valvæ foribus unis versatiles, ac duæ valvæ incisæ foribus alteris versatiles.

35 Incîdit enim Cerubinos & palmas ac apertos flores: quæ obduxit auro, [r] adaptato ad earum scalpturam.

36 Posteà ædificavit ″ atriũ interius tribus ordinibus *lapidum cæsorum*
& ordine sectarum cedrorum.

37 Anno quarto [s] cœpta est fundari domus Jehovæ mense Zivo.

38 Anno verò undecimo mense ″ Bule (is mensis *est* ″ octavus) absolvit domum hanc cum omnibus rebus ejus, & secundum omnes rationes ejus: ita ædificavit eam septem annis.

[l] *Heb.* transmisit.
[m] *Heb.* olei.
[n] *Heb.* ejus.
[o] *Hebr.* ala, alam.
[p] *Heb.* circuitu incisuræ.
[q] *Heb.* latera.
[r] *Heb.* directo ad ipsũ scalptum.
[s] *Heb.* fundata est.

ANNOTATIO.

1 *Quadringentesimo*] hos annos ita colliges: in deserto 40. Deut. 1. 3. sub Jehoschuhha 17. Judicibus 288. Heli, Schemuele & Schaule 80. Davide 40. quibus additi quatuor anni Schelomonis hunc numerum efficiunt. *Secundus*] ex Dei instituto, Exodi 12. 2. qui respondet majori ex parte Aprili. 2 *Cubitorum*] sectarum & geometricorum in metiendis corporibus solidis receptorum: nam ideò dicuntur primarii 2. Chron. 3. 3. vide infra 2. & 15. & Numer. 35. 5. 3 *Et porticus*] duæ tantùm dimensiones hic ponuntur longitudinis & latitudinis: altitudinis verò describitur 2. Chron. 3. 4. 4 *Prospectui accommodas*] id est, e lato contractas ytrinque usque ad pectinem

Caput VII.

craſſitiem muri: ea enim ratione commodiùs lux undequaque intromittitur. *Clauſas*] vitro, ad arcẽdas cæli injurias. Sic interpretatur R. Jehuda ſcriptor antiquiſſimus, cujus ſententiam ex vocum etymo reliquis omnib. præferimus. 5 *Subſtructionem*].i. ſolum cujuſq; cõtignationis: vide ℣. 6. *Ad muros*] a parte exteriore. *Alas*].i. extantes muros alarum inſtar, ad alteram partem ſubſtructionis ſuſtinendam. 6 *Contracturas indiderat*].i. quino quoque cubitò aſſurgẽtis muri craſſitiem ejus diminuerat cubito uno extrinſecus, ut projecturę illæ muri eſſent cubilia ſubſtructionis trabibus. *Ne hærerent*].i. ut exemptiles eſſent ſine damno templi, & tantùm projecturis incumberent. 7 *Lapide integro*].i. prorſus affabre facto antequàm adveheretur, ut ſequentia explicant. *Neque malleo*] id eſt, inſtrumẽta illa quæ ad tundendos, dolãdos & cælandos lapides adhiberi ſolent. 8 *Ala medianum*].i. qua aſcendebatur ad medianam contignationẽ. *Dextero*].i. meridiano. *Ad tertiana &c.*] hinc ex parte apparet ſingulas contignationes diſtinctas fuiſſe in diverſas cellas: clarius verò adhuc ex 2. Reg. 11. 2. & 1. Chrõ. 28. 12. 9 *Obtexit*] intrinſecus tectum extruxit. 10 *Quam adjecit*].i. impoſuit projecturis muri, domus: vide ſup. 6. ℣. 12 *Domus illa*] quam patri tuo fore promiſi ut tu ædificares. 2. Schem. 7. 13. *Elocutus ſum*] ibidẽ. 15 *Domus*] non adyti, ſed prioris partis: ſynecdoche, ut apparet ex ℣. 17. vide 2. Chron. 3. 5. 16 *A ſolo uſque ad muros*].i. ſolum totum a muro uno ad alterum. Chron. 3. 6. *Altare*] ſuffitus de quo ℣. 22. 20 *Aſſervato*] à Davide in hunc finem 1. Chronic. 28. 14. vide 2. *Ipſi*] Deo. ſanctum ſanctorum: ſynecdoche. 21 *Funes aureos*] quibus pendebat velum ante parietem & portã ad 22 *Ad adytum*].i. e regione portæ. 27 *Domum intimam*].i. adytum. 29 *Extrinſecus*] parietem illum quo diſtinguebatur adytum a templo, in illa ejus parte, quę templum ſpectabat. 30 *Intus & extrà*] tam in adyto quàm in templo. 31 *Quinta parietis*].i. altitudine & latitudine ſua quatuor continebat cubitos, qui efficiunt quincuncem parietis. 33 *E quarta parietis*].i. quinque cubitis latam, & totidem altam: nam hic eſt triens parietis. 36 *Atrium interius*] propinquius templo pro ſacerdotibus. 2. Chron. 4. 9. Sic autem dicitur reſpectu atrii magni pro populo, ibidem. 38 *Bule*] qui reſpõdet majorẽ ex parte noſtro octobri. *Octavi*] ex Dei inſtituto, ut ſup. in ℣. 1.

Caput VII.

Privatæ Schelomonis ſtructuræ & publicæ: Deinde religioſum opificium Columnarum, Lacus, Baſium cum Labris, & inſtrumentorum eô pertinẽtium ex ære: Poſtremò res aureæ ad Dei cultum & honorem comparatæ deſcribuntur.

1 

2 OSTEA domum ſuam ędificavit Schelomo tredecim annis: " quibus abſolvit totam " domum ſuam.

" Deinde ædificavit domum " ſaltus Libani " centum cubitorum longitudine, & quinquaginta cubitorum latitudine, & triginta cubitorum altitudine: " ſuper quatuor ordines columnarum cedrinarum, & " trabes cedrinas impoſitas columnis.

3 Et " tectum cedrinum ſupernè ſupra [a] " contabulationes, quod *erat* ſuprà columnas, quadraginta quinque: quindenas ordine.

4 Et proſpectuum " tres ordines, " quorum aſpectus ad aſpectum *diri-*
gebatur, [b] " triplici ſerie.

5 Et omnes portas cum poſtibus quadratas [c] jugumento: & " directuram aſpectus ad aſpectum triplici ſerie.

6 Præterea " porticum columnarũ fecit, " quinquaginta cubitorũ longitudine, & triginta cubitorũ latitudine: ita ut porticus eſſet ſecundũ aſpectum illarum, id eſt, columnæ & columen ſecundũ aſpectũ " illarum.

7 ITEM " porticum tribunalis ubi judicabat, porticum, *inquam*, judicii fecit: quod obtectum erat cedro, [d] a ſoli parte una ad alteram.

8 Poſteà domui ſuæ ubi habitabat, atrium " alterum " interius iſtâ porticu, opere huic ſimile erat: " domum quoque filię Parrhonis fecit quam duxerat Schelomo, ſimilem porticui iſti.

9 " Omnia hæc *erant* e lapidibus [e] pretioſis, " ſecundum dimenſiones *unius* cæſi lapidis, ſectis ſerra intrinſecus & extrinſecus: idq; a fundamento uſque ad [f] " præcinctiones, etiam extrinſecus: *omnia, inquam*, uſque ad atrium " magnum.

10 Fundatio quoque *erat* e lapidibus pretioſis, lapidibus magnis: lapi-

a Heb. latera: ut ſupr. 6, 15.

b Heb. tribus vicibus ſic ℣. 5.

b Heb. uniui aſpectus.

d Hebr. ab hac ſoli, uſque ad illã ſoli *extremitatem.*

e vel raris: ſic deinceps: ut ſup. 5. 17. & infrà 10. & 11. ℣.

f Hebr. palmas: quia ferè palmares ſunt projecturæ.

dibus decem cubitorum, & lapidibus octo cubitorum.

11 Similiter supernè e lapidibus pretiosis, secundum dimensiones *unius* lapidis cæsi, & cedro.

12 Denique atrio magno circumquaque, tres erant ordines lapidis cæsi, & ordo trabium cedrinarum: similiter atrio domus Jehovæ ″interiori, & porticui ejusdem domus.

13 Misit quoque rex Schelomo, ut assumeret [g] Chiramum e Tyro.

14 (Is erat filius mulieris viduæ, ″e tribu Naphtali, cujus pater vir Tyrius fuerat faber ærarius): eo quòd plenus esset, peritia & intelligentia ac notitia ad faciendum omne opus ″ex ære: qui veniens ad regem Schelomonem fecit totum opus ejus.

15 Formavit enim duas columnas æreas: ″octodecim cubitorum erat altitudo columnæ unius, quam ″filum duodecim cubitorum cingebat: etiam columnam secundam.

16 Et duo coronamenta fecit ad imponendum summitatibus columnarum e fuso ære: quinque cubitorum altitudo coronamenti unius, & quinque cubitorum altitudo coronamenti alterius.

17 [h]″Encarpi opere implexo, fasciæ opere catenato ipsis coronamentis, quæ erant in summitate columnarum: ″septem coronamento uni, & septem coronamento alteri.

18 Quæ aptavit ad ipsas columnas: deinde ″duos ordines circumquaque super encarpum unum, ad tegendum coronas, quæ imponendę erant summitati ″malogranatorum (ut etiam fecit coronæ alteri).

19 ″Ita ut coronæ, quę *erant* super capitulum columnarum opere lilii-ceo, *collocandarum* in porticu: quatuor cubitorum *essent*.

20 ″Coronę autem impositę duabus istis columnis etiam sursum versus, *sitæ erant* e regione [i] projecturæ, quæ *erat* in latere encarpi: & mala-granata ducentena *binis* ordinibus circumquaque, *etiam* ad coronamentum alterum.

21 Deinde erexit columnas ipsas in porticu tẽpli: erectamque columnam dexteram vocavit nomine ejus [k]″Jacin: posteà erectam columnam sinistram vocavit nomine ejus [l]″Bohhaz.

22 Cùm itaque impositum esset capitulo columnarum ″opus lilii-ceum: absolutum est opificium columnarum.

23 ITEM fecit ipsum [m] lacum fusum: decem cubitorum erat ″a labro parte una ad alteram, rotundum circumquaque, cujus altitudo quinque *erat* cubitorum, & filum triginta cubitorum cingebat eum circumquaque.

24 [o]Colocynthides autem subter labium ejus circumquaque cingebant ipsum, ″denæ in cubitum ambiebant lacum circumquaque: duabus ordinibus colocynthides fusæ in fusura ejus.

25 Stabat impositus duodecim bobus, tribus respicientibus ad aquilonem, & tribus respicientibus ad occidentem, & tribus respicientibus ad me-

[g] qui & Churam 2. Chrō. 4. 11.

[h] Heb. perplexitates opere perplexo.

[i] Hebr. ventris.

[k] i. stabilit vel stabiliet

[l] i. in ipso est robur.

[m] Heb. mare: sic deinceps. 2. Chronic. 4. 2.

[n] Heb. a labro ejus usque ad labrum ejus.

[o] vel fungi.

ad meridiem, ac tribus respicientibus ad orientem: quibus lacus *erat* impositus supernè: ita eorum omnium posteriora intus *latebant*.

26 Crassitudo autem ejus palmaris erat, & labium ejus ″ simile operi labii calicis, *aut* floribus lilii: bis ″ mille bathos ″ continebat.

27 Item fecit ″ bases decem æreas: quaternûm cubitorum longitudo basis uniuscujusque, & quaternûm cubitorum latitudo ejus, ternorumque cubitorum altitudo ejus.

28 Erat autem hujusmodi opus cujusque basis: [p] zophori erant eis: erantque zophori inter [q] denticulatos toros.

29 Ipsis autem zophoris qui *erant* inter denticulatos toros, inerāt leones, boves, & Cerubini: & super denticulatos toros ″ fulcrum supernè: infra leones verò & ″ boves ″ adjectiones opere ducto.

30 Erantque quaternę rotæ æneę basi unicuique, & ″ tabulæ æreę, quibus erant ″ scapulæ in quaternis impagibus suis: subter labrum quodq;, scapulæ illæ erant fusæ e regione ″ adjectionum cujusque *labri*.

31 Deinde illius ″ *labri* os ab interiore parte [r] ″ ambitus coronarii sursum-versus *extabat* ″ uno cubito, cujus ″ *ambitus* os rotundum *erat* ″ opere fulcri, ″ unius cubiti & dimidiati cubiti: ″ circa cujus os similiter inerant cælaturæ, & ″ zophori earum quadrati non rotundi.

32 Quaternæ autem rotæ illæ subter zophoros illos, & axes rotarum *affixi erant* basi: & altitudo rotę uniuscujusque erat cubiti unius & dimidiati cubiti.

33 Eratque opus rotarum istarum simile operi rotæ currus: axes earum, & modioli earum, & canthi earum, & radii earum: omnia fusa.

34 Similiter quaternæ scapulę ad quaternos angulos basis uniuscujusque: ex ipsa basi erant scapulæ ejus.

35 ″ Ita ut in summo ipsius basis, dimidiati cubiti ″ altitudo rotunda *extaret* circumquaque: nam in summo basis ″ manus illius, ut zophori illius, ex ipsa erant.

36 Insculpsit autem ″ tabulis illius, ″ manibus illius, & ″ zophoris illius Cerubinos, leones & palmas: prout [s] cælaturis cujusque & adjectionibus circumquaque *conveniebat*.

37 [t] In hanc *formam* fecit decem bases: fusura eadem, mensura eadem, proportio eadem *erat* ipsis omnibus.

38 Item fecit decem labra ærea: quadragenos ″ bathos continebat labrum unumquodque: quaternûm cubitorum *erat* labrum unumquodque: labrum unum impositum basi suæ uni, in decem bases.

39 Et disposuit harum basium quinque ad latus ipsius domus dextrorsum, & quinque ad latus domus sinistrorsum: lacum verò posuit versus latus domus dexterum, ad ″ orientem e ″ regione meridiei.

40 Cùm itaque Chirom feciſſet labra & hamas ac crateras eorum: absolvit Chiram facere totum opus, quod fecit regi Schelomoni *pro* domo Jehovæ.

p Heb. clausuræ. i. latæ fasciæ, quibus insculptæ essent imagines: de quibus in versu sequente.

q Hebr. scalas: sic dein ceps.

r Heb. coronæ.

s Heb. secundum effossuram cujusque.

t Heb. secundum hanc.

41 Columnas duas, & ″orbes coronarios qui erant impositi capitulo columnarum duos: & encarpos duos, ad tegendum duos orbes coronarios, qui *erant* impositi capitulo columnarum.

42 Et malogranata quadringenta pro duobus encarpis: duobus ordinibus malogranata pro encarpo unoquoque, ad tegendum duos orbes coronarios, qui *erant* in superficie columnarum.

43 Item bases decem, & labra decem imposita basibus.

44 Item lacum unum, & boves duodecim sub ipso lacu.

45 Item ollas, & hamas, & crateras: denique omnia vasa illa quę fecit Chiram regi Schelomoni *pro* domo Jehovæ: ex ære purgato.

[a] *Heb.* in dē so terræ. 46 In planitie Jardenis fudit ea rex in [a] terra argillosa: inter ″Succothas, & inter ″Tzartanem.

[b] *Hebr.* valde valde. 47 Et omisit Schelomo *pendere* omnia vasa ista prę multitudine: [b] quā plurima erant: non perveſtigatum est æris eorum pondus.

48 Fecit verò Schelomo omnia instrumenta ista, quæ *erant* domui Jehovæ: nempe altare aureum, & mensam, super quam erant panes faciei, auream.

49 Item lychnuchos, quinq; a dextera, & quinq; a sinistra ante ipsum adytum ex auro asservato: ″flores etiam & lucernas & forcipes aureos.

50 Item pelves & instrumenta musica, & crateras & acerras, & trullas ex auro asservato: etiam ″cardines fœminas cum foribus domus interioris sancti sanctorum, & cum foribus domus templi ipsius, aureas.

2. Chron. 5. 51 Perfecto demum toto opere illo, quod fecit rex Schelomo *pro* domo Jehovæ: inferens rex Schelomo ″res consecratas a Davide patre suo, argentum & aurum, & vasa posuit in thesauris domus Jehovæ.

ANNOTATIO.

1 *Quibus absolvit*] nō mirum videri debet, si plus temporis in ea impendit quam in domum Dei, *suprà* 6. quia eque materiam paratam invenit: neque tot operas, neque tantam diligentiam adhibuit. *Domum suam*] de cuius. 8. 2 *Deinde*] post viginti annos, de quibus infrà 9.10. capta jam Chamatha civitate regia Libani: 2. Chron. 8.3. *Saltus Libani*] in ipso saltu ædificatam. *Centum cubitorum*] communium, quales adhibebantur in templo non sacris: alioqui major fuisset domus ista domo Dei: vide *suprà* 6.2. *Super quatuor*] hæc infima est domus contignatio. *Et trabes cedrinas*] hoc est, solum medianæ contignationis, cui impositæ quadraginta quinq; columnæ, de quibus ℣. 3. efficiebant medianam contignationem. 3 *Tectum cedrinum*] tertia & summa contignatio. *Contabulationes*] quibus mediana contignatio circumsepta erat. 4 *Tres ordines*] in singulis contignationibus singuli feneſtrarum ordines ad prospiciendum. *Quorum aspectus*] id est, inter se parallelogrammæ, & convenienter in singulis contignationibus superiores inferioribus ad perpendiculum respondebant. *Triplici serie*] id est, æquè in longitudinis latera duo atque in altitudinem feneſtræ habebant convenienter disponsum. 5 *Directuram aspectus*] id est, ita ut duorum laterum feneſtræ ex diametro singulæ ad singulas respicerentur in singulis contignationibus. 6 *Porticum columnarum*] id est, constantem ex multis columnis, & tecto illis impositō. *Quinquaginta*] ut ejus longitudo protenderetur in latitudinem domus. *Illarum*] ibi. portarum, de quibus versu 5. 7 *Porticum tribunalis*] nimirum Jeruschalaimis ante domum suam, ubi forum constituit: Erat autem conjunctum huic foro atrium exterius pro populo ad forum accedente, ut colligitur ex versu sequente. 8 *Alterum*] ab exteriori illo atrio, quod 2. Reg. 20. 4. appellatur medianum. *Interiori*] id est, inter ipsam porticum & domum regiam. *Domum quoque*] vicinam quidem: sed extra arcem Davidis, ubi *suprà* 3. 1: indicatur autem causa 1. Chronic. 8. 23. 9 *Omnia hæc*] quæ hoc & superiore capite commemorantur ædificia. *Secundum dimensiones*] id est, structura isodomo. *Præcinctiones*] id est, summi muri propugnacula sive loricationes, quibus incumbit tectum. *Magnum*] ubi populus conveniebat. 12 *Interiori*] id est, sacerdotum: vide sup. 6. 36. 14. *Et tribu Naphtali*] etiamsi mater e tribu Danis erat: 2. Chron. 2. 13. *Tyrus*] id est, incola Tyri: genere tamen Judæus. *Ex ære*] synecdoche: ibidem. 15 *Octodecim cubitorum*] id est, triginta sex communium: quam ob rem in Chronicis trigeni quini cubiti tribuuntur cuique, quia decem unibus ibi sermo est: excipitur autem basis, quæ unius cubiti communis altitudine erat, quæ efficit triginta sextum cubitum. *Quam filum &c.*] ita ut diameter ejus esset quaternūm cubitorum. 16 *Duo coronamenta*] id est, epistylia, quorum partes erant ternæ: capitulum, abacus & corona. *Quinque cubitorum*] ut ista partes comprehendas: nam capitulum unius cubiti erat: abacus unius: corona trium. ideò infrà vers. 17. coronæ cum abaco quatuor cubiti tribuuntur: at 2. Reg. 25. 20. coronæ solitres cubiti. 17 *Encarpi &c.*] Id est, tum ea-

tum capitulum ex florum, frondium ac fructuum implexu coronario incurſantium conſtabat, quaternis ordinibus, qui quaternis falciis redimiti erant. *Septem*] comprehenſis encarporum ac faſciarum ordinibus. 18 *Deinde duos ordines*] abacum duobus ordinibus malogranatorum cinctum. *Malogranatorum*] id eſt, abaci malogranatis cincti, quæ artifices guttas vocant. 19 *Ita aut coronæ*] cum ſuis abacis: vide ſuprà 15. 20 *Coronæ autem*] id eſt, coronarum ſcapi ab ima parte ſua, uſque ad eam qua expanduntur flores, ad perpendiculum reſpondebant parti illi encarpi quæ maximè prominebat. 21 *Iacin & Bohhaz*] hæc duo nomina columnis propheticè indita fuerunt, ut prædicaret Schelomo columen & robur pluſquam aheneum in regno Dei, id eſt, in Eccleſia eſſe. 22 *Opus liliaceum*] ut ſuprà 19. ℣. 23 *A labri parte*] id eſt, ex diametro. 24 *Denæ in cubitum*] id eſt, trecentæ in ambitum. 26 *Simile operi &c.*] id eſt, expandum, ut ſint calices & lilia, periphraſis. *Mille bathos*] menſura liquidorum ejuſdem capacitatis cum Epha, de qua Exodi 16. 35. amphora attica. *Continebat*] q. d. hic bathorum numerus ordinariè inferebatur: nam alioquin totum uſque ad ſummitatem labri poterat capere ter mille bathos. 2. Chro. 4. 5. 27 *Baſes*] truſatiles ſive ambulatorias, ſedes labrorum, de quibus infrà 38. ver. 29 *Fulcrum*] id eſt, area ſive ſuperficies ſtatuminata, qua fultum nitebatur labrum. *Boves*] ſub. & cerubinos, ſynecdoche. *Adjectiones*] id eſt, faſcias e venuſto opere implexo & continente appoſitas. 30 *Tabulæ æreæ*] quæ inſtratæ erant axibus, ut ſibi impoſitas baſes ſuſtinerent. *Scapulæ*] id eſt, extremæ tabulæ in formam humerorum e quatuor angulis aſſurgentes, ne inter trudendum vacillaret labrum. *Adjectionum cujuſque labri*] id eſt, ornamentorum quæ erant ad collum labri ſub projecturis ejus, dimidio cubito infra ſummitatem labri: vide infrà ver. 35. 31 *Labri os*] id eſt, æquabilis cavitas ſub projectura. *Ambitus coronarii*] id eſt, circuli in quem indebatur ex labro cubitus unus cum dimidiato. *Uno cubito*] ab area ambitus coronarii uſque ad ſummas ſcapulas. *Ambitus os*] id eſt, æquabilis cavitas ſub area, in quam indebatur labri dimidia altitudo. *Opere fulcri*] id eſt, juſto & ad proportionem labri, quod rotundum erat, accommodato: ut fulmento eſſet ei undequaque. *Unius cubiti*] pro menſura imi labri, quod reciebat. *Circa cujus os*] id eſt, in area illa quadrata baſeos, cujus medium ambitus coronarius occupabat. *Zophori earum*] id eſt, eas circumcludentes ab extremis areæ quadratæ partibus. 35 *Ita aut in ſummo*] id eſt, ſupra baſim & ſcapulas ejus. *Altitudo*] ſummi labri videlicet, ut dictum eſt ſuprà ver. 30. *Manus illius*] id eſt, ſcapularum ſummitates, quibus veluti manibus fulciebatur labrum. 36 *Tabulis*] efficientibus ſummam aream. *Manibus*] id eſt, extanti ſcapularum parti: ſynecdoche. *Zophoris illius*] nimirum areæ de quibus ſuprà 31. 38 *Bathos*] vide ſuprà ver. 26. 39 *Ad orientem*] id eſt, ad ingreſſum domus. *E regione meridiei*] id eſt, in latere dextero domus: exegeticum eſt. 41 *Orbes coronarios*] id eſt, coronas, ſuprà ver. 19. & 20. 46 *Succothas*] in tribu Gadis trans Jardenem: vide Gen. 33. 17. & Jehoſchu. 13. 27. *Tzartanem*] in tribu Ephrajimi cis Jardenem. Iehoſ. 3. 16. & ſuprà 4. 12. 48 *Altare aureum*] Thymiateriũ cedrinum obductum auro: de quo ſuprà 6. 20. & 22. 49 *Flores*] id eſt, lychnuchorum ornamenta & inſtrumenta. 50 *Cardines fœminas*] id eſt, metas cavas ſive ferramenta januis affixa, quæ circum cardines volvuntur. ¶ *Rei conſecratas*] partim factas, partim infectas, quæ ex opere ſuperfuerant.

CAPUT VIII.

Schelomo convocatis primoribus populi & ſacerdotibus, deducit arcam Tzijone in adytum, tabernaculum ac vaſa ſacra Gibhhone in theſaurum domus Dei: in qua cum Deus præſentiæ ſuæ ſignum aſpectabile edidiſſet, Schelomo cum populo benedicit Deo, & conceptis precibus ſacri ficat: domum Dei conſecrat: feſtum tabernaculorum celebrat: denique populum ad pietatem hortatus dimittit.

1 TUNC congregari juſſit Schelomo ſeniores Jiſraëlis, & omnes primarios tribuum, principes paternarum familiarum cum Jiſraëlitis ad regem Schelomonem Jeruſcha laima: ut deducerent arcam fœderis Jehovæ″ e civitate Davidis, ea *eſt* Tzijon.

2 Congregatis itaque ad regem Schelomonem omnibus Jiſraëlitis mẽſe[a]″ horridorũ *agrorũ*, in ipſo″ feſto: is *eſt* menſis″ ſeptim⁹: *a Heb.* fortium vel aſperorum.

3 Et convenientibus omnibus ſenioribus Jiſraëlis: deportarunt″ ſacerdotes arcam.

4 Et deduxerunt″ arcam Jehouæ &″ tentorium conventus, & omnia vaſa ſacra quæ *erant* in tentorio: deduxerunt, inquam, ea″ ſacerdotes & Levitæ.

5 Rex autem Schelomo & totus cœtus Jiſraëlitarum qui convenerant ad eum, cum ipſo *euntes* coram arca: ſacrificabant pecudes & boves, quæ nec numerabantur nec ſupputabantur præ multitudine.

6 Intulerunt autem ſacerdotes arcam fœderis Jehovæ in locum ipſius, in adytum domus, in ſanctum ſanctorum: ſub alas cerubinorum.

7 Nam cerubini pandebant alas ſuper locum arcæ: & obtegebant cerubini arcam & vectes ejus ſupernè.

8 Deinde protenderunt ejus vectes, ita ut conſpicerentur ſummitates vectium ″ e ſancto verſus partem anteriorem ipſius adyti: non autem conſpiciebantur foris: fueruntq; ibi uſque in diem hunc.

9 ″ Nihil *erat* in arca præter duas tabulas lapideas, quas collocaverat ibi Moſche in Chorebo: quando ″ pepigit *fœdus* Jehova cum filiis Jiſraëlis, egredientibus ipſis e terra Ægypti. Exo. 40. 20

10 Fuit autem cùm exirent ſacerdotes e ſancto ipſo: ut nubes impleret domum Jehovæ.

11 Adeo ut nó poſſent ſacerdotes conſiſtere ad miniſtrandum propter ipſam nubem: cùm impleviſſet gloria Jehovæ domum Jehovæ.

2. Chron. 6. 12 Tum dixit Schelomo: ″ Jehova dixit ſe habitare in caligine.

b Heb. ædificando ædificavi. 13 [b] Planè ædificavi tibi domum habitaculi: ſtationem [c] in qua reſideas in ſecula.

c Heb. ad reſidentiam tuã 14 Poſteà rex converſa facie ſua ″ benedixit cum tota cõgregatione Jiſraëlis: tota congregatione Jiſraëlis ſtante:

15 Ac dixit: benedictus Jehova Deus Jiſraëlis, qui allocutus eſt ore ſuo Davidem patrem meum, prout manu ſua implevit, dicendo:

2. Schem. 7. 6 & 7. 16 Ex quo die eduxi populum meum Jiſraëlem ex Ægypto: non ″ elegeram civitatem ex ullis tribubus Jiſraëlis: ad ædificandum domum ubi eſſet nomen meum: ſed elegi Davidem ut præeſſet populo meo Jiſraëli.

d Heb. corde: ſic deinc. 17 Quam ob rem cum eſſet in [d] animo Davidis patris mei: ædificare domum nomini Jehovæ Dei Jiſraëlis:

18 Dixit Jehova ad Davidem patrem meũ: eo quòd fuit tibi in animo ædificandi domum nomini meo: benè feciſti [e] quòd fuiſti eo animo.

e Heb. quòd fuit cum corde tuo. 19 Verumtamen tu non es ædificaturus iſtam domum: ſed filius tuus qui egreſſurus eſt e lumbis tuis, is ædificabit domum iſtam nomini meo.

20 Itaq; præſtitit Jehova verbum ſuum quod locutus fuerat: ſurrexi enim loco Davidis patris mei, & ſedens in ſolio Jiſraëlis quemadmodũ locutus eſt Jehova, ædificavi domum hanc nomini Jehovæ Dei Jiſraëlis,

21 Ubi diſpoſui locum pro arca, in qua *eſt* ″ fœdus Jehovæ, quod pepigit cum patribus noſtris, cùm educeret eos e terra Ægypti.

22 Deinde ſubſtitit Schelomo ″ ante altare Jehovæ, coram tota cõgregatione Jiſraëlis, & expandit manus ſuas verſus Cœlum:

23 Ac dixit: Jehova Deus Jiſraëlis, nullus *eſt* ſimilis tibi Deus, in Cœlis ſupernè, aut in terra infernè: ſervãs fœdus & benignitatem ſervis tuis, qui ambulant coram te, ex toto animo ſuo.

24 Qui ſervaſti Davidi patri meo ſervo tuo id quod elocutus fueras ei: ut elocutus fueras ore tuo, ita manu tua impleviſti, ſicut *eſt* hoc die.

25 Nunc ergo Jehova Deus Jiſraëlis ſerva Davidi ſervo tuo patri meo, id quod elocutus fueras ei, dicendo: non excindetur tibi vir a conſpectu meo ſedens in ſolio Jiſraëlis: ſi tamen obſervabunt filii tui viam ſuam ambulando ″ coram me, quemadmodum ambulaſti coram me.

26 Nunc etiam Deus Jiſraëlis: confirmetur, quæſo, verbum tuum quod

quòd elocutus es servo tuo Davidi patri meo:
27 (Quamvis an revera habitaret Deus in terra? ecce cœli ipsi, & cœli cœlorum non capiunt te: quanto minus domus hæc quam ædificavi).
28 Ut respicias ad orationem servi tui, & ad deprecationem ejus Jehova domus mi: auscultando clamori & orationi qua servus tuus orat coram te hodie.
29 Ut sint oculi tui aperti erga domum hanc noctu & interdiu, erga locum illum de quo dixisti: futurum est nomen meum ibi: auscultando orationi qua orabit servus tuus versus locum hunc.
30 Auscultato igitur deprecationi servi tui, & populi tui Jisraëlis, qua orabunt versus locum hunc: tu, inquam, auscultato in loco habitationis tuæ in Cœlis, & auscultans condonato.
31 Cùm peccaverit ullus in proximũ suum, qui detulerit ei juramentum execrationis, execratione adjurando eum, (nam veniet exoratio ante altare tuum in domum hanc):
32 Tunc tu audito e cœlis, & cõficiens judicato servos tuos, improbando improbum, reddendo viam ejus in caput ejus: & justificando justum, reddendo ei secundum justitiam ejus.
33 Cùm plaga affectus fuerit populus tuus Jisraël corã hoste: eo quòd peccaverint in te: si conversi ad te celebrabunt nomen tuum, & orabunt ac deprecabuntur te versus domum hanc:
34 Tunc tu exaudiens e Cœlis condonato peccatum populi tui Jisraëlis: & reducito eos in terram hanc, quam tradidisti majoribus eorum.
35 Cùm clausum fuerit Cœlum ita ut non sit pluvia, eo quòd peccaverint in te: si orantes versus locum hunc celebrabunt nomẽ tuum, & a peccato suo revertentur, quia testatus fueris contra eos:
36 Tunc tu exaudiens e Cœlis condonato peccatum servorum tuorũ, & populi tui Jisraëlis: cùm docueris eos viam optimam per quam ambulent: & dato pluviam super terram tuam quam dedisti populo tuo in possessionem.
37 Fames cùm erit in hac terra: pestis cùm erit, uredo, rubigo, locusta, bruchus cùm erit: cùm anget eũ inimicus ejus in terra[f] ditionis ejus: quæcunque plaga, quæcunque ægritudo:
38 Omnem orationem, omnem deprecationem quæ erit a quocunq; homine, *aut* a toto populo tuo Jisraële: cùm agnoscentes quisq; plagam animi sui, expandet manus suas versus domum hanc,
39 Tum tu exaudito e cœlis, statione habitationis tuæ, & condonãs facito aut dato unicuiq; secundum omnes vias ejus, quas agnosces apud animum ejus: tu enim nosti solus animum omnium filiorum hominis.
40 Ut revereantur te omnibus diebus, quibus sunt victuri in superficie hujus terræ quam dedisti majoribus nostris.
41 Quin etiam extraneo ipsi, qui non e populo tuo Jisraële *fuerit*: sed veniet e terra longinqua propter nomen tuum.

[f] *Hebr.* portarum.

42 (Audient enim de nomine tuo magno, & manu tua robusta ac bra-
chio tuo extento): cùm adveniens orabit versus domum hanc.
43 Tu auscultato e Cœlis, statione habitationis tuæ, & facito [g] omni-
no prout clamaverit ad te extraneus ipse: ut experiantur omnes populi
terræ nomen tuum, ad reverendum te, sicut populus tuus Jisraël, & ad co
gnoscendum nomẽ tuum invocari super domum hanc quam ædificavi.
44 Cùm procedet populus tuus in bellum contra inimicum suũ, ″via
qua mittes eos: si orabunt Jehovam ″ viâ civitatis hujus quam elegisti, &
hujus domus quam ædificavi nomini tuo:
45 Tum exaudito e cœlis orationem eorum & deprecationem eorũ:
ut peragas causam eorum.
46 Cùm peccaverint in te (nã nemo *est* qui non peccet), & iratus con-
tra eos [h] exposueris eos inimico: ita ut captivos abduxerint eos *illi* a quib.
capti sunt, in terram inimici, longinquam aut propinquam,
47 Si reducent in animum suum in ea terra ubi captivi detinebuntur:
ut conversi deprecentur te, in terra eorum quorum sunt captivi, dicẽdo:
peccavimus & perversè egimus, improbè fecimus:
48 Et revertentur ad te ex toto corde suo, & ex toto animo suo in terra
inimicorum suorum, qui captivos detinebunt eos: & orabunt te viâ ter-
ræ suæ, quam dedisti majoribus ipsorum, hujus civitatis quam elegisti, &
hujus domus quam ædificavi nomini tuo:
49 Tum exaudito e cœlis, statione habitationis tuę, orationem eorum
& deprecationem eorum: ut peragas causam eorum.
50 Et condonato populo tuo quæ peccaverint contra te, & omnes de-
fectiones eorum quibus defecerint a te: & [i] conciliato eis misericordiam
coram captivos detinentibus eos, ut misereantur eorum.
51 ″Populus enim tuus & possessio tua sunt: quos eduxisti ex Ægypto,
e medio ″ catino ferri.
52 Oculis tuis apertis existentibus ad deprecationem servi tui, & ad de-
precationem populi tui Jisraëlis: auscultando eis [k] quandocunque invo-
cabunt te.
53 Tu enim distinxisti eos tibi in possessionem ab omnibus populis
terræ: quemadmodum locutus es per Moschen servum tuum, cùm edu-
ceres majores nostros ex Ægypto, domine Jehova.
54 Deinde fuit cùm absolvisset Schelomo orare Jehovam tota oratio-
ne & deprecatione ista: ut surgẽs ab anteriore parte altaris Jehovæ, ab in-
flexione sua in genua, manibusq; suis passis versus Cœlum,
55 Staret ac benediceret *Deo* cum tota cõgregatione Jisraëlis, voce ma
gna dicendo.
56 Benedictus Jehova qui dedit quietem populo suo Jisraëli, prorsus ut
locutus fuerat: ″ non excidit res ulla ex omnibus rebus bonis ejus, quas lo
cutus fuerat per Moschen servum suum.
57 ″Sit Jehova Deus noster nobiscum quemadmodum fuit cum majo
ribus

[g] *Heb.* secun dum omne quod.

[h] *Heb.* dede- ris eos corã inimico: ut Genes. 13. 9. & Deut. 7. 2

[i] *Hebr.* dato eos miseri- cordiæ.

[k] *Heb.* in om ni invocare eos te.

Exod. 19. 5.

Deut. 12. 10

tibus nostris: ne derelinquat nos, neque deserat nos.
58 Ad inclinandum animum nostrum ad se: ut ambulemus in omnibus viis eius: ut observemus præcepta ejus, & statuta ejus, ac judicia ejus quæ præcepit majoribus nostris:
59 Et sint verba mea ista, quibus deprecatus sum coram Jehova, propinqua Deo nostro interdiu & noctu: ut peragat causam ″ servi sui, & causam populi sui Israëlis, [l] cuiusque temporis tempore suo.
60 Ut cognoscant omnes populi terræ Jehovam esse Deum ipsum: neminem *esse* amplius.
61 Esto igitur cor vestrum integrũ erga Jehovam Deũ nostrũ: ambulando in statutis ejus, & observando præcepta ejus, sicut hodierno die.
62 Deinde rex & omnes Israëlitæ cum eo: sacrificarunt sacrificio coram Jehova.
63 Sacrificavit enim ″ Schelomo *in* sacrificium eucharisticum quod sacrificavit Jehovæ, boves vicies bis mille & pecudes centies vicies mille: cùm dedicarent domum Jehovæ rex & omnes filii Israëlis.
64 Eo ipso die consecravit rex [m] internam partem atrii quæ *erat* ante domum Jehovæ, eo quòd parasset ibi holocausta & munera ac adipes eucharisticorum: nam altare æreum, quod *erat* coram Jehova, minus erat quàm ut caperet holocausta & munera ac adipes eucharisticorum.
65 Celebravit etiam Schelomo tempore illo illud ″ festum, & totus Israël cum eo, congregatio magna, inde ab ″ ingressu Chamathæ usque ad torrentem Ægypti, coram Jehova Deo nostro ″ septem diebus, ″ deinde septem diebus: hoc est, quatuordecim diebus.
66 Die ″ octauo dimisit populum, cùm benedixissent regi: ita abierunt ad tentoria sua, læti & hilares animo de toto illo bono, quo affecerat Jehova ″ Davidem servum suum, & Israëlem populum suum.

[l] *Hebr.* tem dici, die suo.

[m] *Hebr.* medium atrii.

ANNOTATIO.

1 *E civitate Davidis*] vide 2. Schem. 5. 9. 2 *Horridorum agrorum*] id est septembri, quo collectis totius anni proventibus, agri inculti horrescunt: sic Deut. 21. 4. *Festo*] Tabernaculorum, ut colligitur ex 65. versu. *Septimus*] Ex divinatione, Exod. 12. 2. 3 *Sacerdotes*] Levitici ordinis: ideò Levitæ dicuntur 2. Chron. 5. 4. 4 *Arcam Jehovæ*] e civitate Davidis, sup. ℣. 1. *Tentorium conventus*] Gibhhone, 2. Chro. 1. 3. & 4. ℣. *Sacerdotes & Levitæ*] quique promunere & functione sua Num. 4. nam etsi eo loco nihil de sacerdotibus legitur: tamen certum est auctò sacerdotum numero, portandi arcam munus illis impositum fuisse, Deut. 31. 9. 8 *E sancto*] id est, ex arca sancta, 2. Chro. 5. 8. *Versus partem anteriorem*] ut veluti repagula essent sacerdoti adytum ingredienti: & ita semper manserunt etiam consistente arca, ut mandatum fuerat Exo. 25. 15. 9 *Nihil erat in arca*] id est, intra arcam sub operculo: nam urna in qua erat Manna, & virga Aharonis coram testimonio quidem: sed extra arcam fuisse leguntur Exod. 16. 35. & Num. 17. 19. Nec pugnat quod ad Hebræos 9. ℣. 4. legitur: nam relativum, in qua, non ad arcæ nomen proximum: sed ad nomen *ordinis* id est, tabernaculi referendum est, etiamsi remotius sit. *Pepigit fœdus*] vide similem eclipsim 1. Schem. 20. 16. & 22. 8. 12 *Jehova dixit*] quasi dicat, hoc signo testatur se præsentem esse, ut Moschi dixit Levitici 16. 2. 14 *Benedixit*] sub. Deo, laudibus ejus & precibus: nam benedicendi verbo utrunque continetur, ut Matt. 14. 19. & 26. 26. 16 *Elegeram*] id est, electionem meam patefeceram: humanitus dictum. 21 *Fœdus*] id est, tabulæ fœderis: Metonymia. 22 *Ante altare*] sub. holocausti, quod erat in atrio, ubi Schelomonem hæc protulisse e suggestu legitur 2. Chron. 6. 12. & 13. 23 *Jehova Deus*] exordium orationis, a laudatione, cujus argumenta sunt, natura Dei & gratia, posita partim in promissionibus, partim in effectis earum. 25 *Nunc ergo*] Propositio, secunda orationis pars, cujus membra sunt duo: unum, ut stabiliatur regnum in familia Davidis: alterum, ut Deus præsentia sua in domo sibi consecrata, regnum & regem sanctificet & regat. *Coram me*] id est, in lege mea, 2. Chron. 6. 16. 27 *Quamvis &c.*] correctio petitionis de præsentia Dei in domo, argumento a majore: quasi dicat, si neque tota terra: neque omnes cœli re capere possunt, quid dicerem ut cõtineatis in hac domo? Act. 7. 47. *Cœli cœlorum*] id est, summi cœli. 29 *Oculi tui*] humanitus dictum. 30 *Auscultato*] *regem*] tertius locus propositionis: quo petit Schelomo, ut in posterum ad omnes occasiones Deus re ipsa præsentia suam præsenti cuique, sive ex populo ejus, sive ex alienigenis utilem & salutarem ostendat. *Versus locum*] id est, horsum conversus, quasi respiciens ad promissionem tuæ præsentiæ in hoc loco. Exemplum in Daniele cap. 6. 10. 31 *Cum peccaverit*]

synecdoche: quasi dicat: in causis omnibus dubiis quæ hominis inquisitione pervestigari non possunt: ut eæ sunt, in quibus lex ad jurisjurandi religionem remittit Exo. 22. 8. & 11. Num. 5. 15. & alibi: tu qui omnia nosti justum judicem te declara. 33 *Celebrabunt nomen tuum*] sibi reatum: tibi verò justitiam ac gloriam tribuentes. 35 *Quia tesserratus &c.*] imunita siccitate, ut factum est 2. Schem. 21. 38 *Expandet manus*] id est, precabitur: synecdoche a ligno. 40 *Reverentur*] ambulando in viis tuis, 2. Chro. 6. 31. 44 *Viâ qua mittes*] id est, expeditione justa & a te imperata. *Viâ civitatis*] id est versus civitatem hanc: sic ℣. 48. 51 *Populus tuus*] Confirmatio petitionum superiorum: tertia orationis pars. *Catino ferri*] vide Deut. 4. 20. 56 *Non excidit*] vide Jehos. 22. 3. 57 *Sit Jehova*] Precatio est Schelomonis parentis dimittentis. 59 *Servi sui*] id est, regis. 63 *Schelomo*] cum populo, ut explicat finis versus. 64 *Internum parvum*] id est, atrium interius sive sacerdotum: hypallage. *Nam altare æreum*] quod fecerat Schelomo, 2. Chron. 7. 7: dictum forma 2. Chron. 4. 1. 65 *Festum*] nempe tabernaculorum. *Ingressu Chamathæ*] vide Num. 13. 20. & 34. 8. *Terrem Ægypti*] Num. 34. 5. in annotatione. *Septem diebus*] tamdiu enim duravit dedicatio. *Deinde septem diebus*] festi tabernaculorum. 66 *Die octavo*] id est, sub finem diei octavi: nam dies interdicti fuit dies octavus, Levitic. 23. 36. & 2. Chro. 7. 9: ut postridie proficiscerentur, qui fuit vigesimus tertius mensis, ut indicat ibidem ver. 10. *Davidem*] & Schelomonem, 2. Chron. 7. 10: synecdoche.

Caput IX.

Schelomo Dei nova revelatione confirmatus de ante actis promissionibus, domo sua exadifica-ta, Chiramo regionem nuper acquisitam offert in compensationem officiorum, quibus adjuvit ab eo fuerat: publica opera curat: gentes populo intermixtas deditione recipit & servituti addicit: Cultum Dei e legis præscripto observandum curat: & classe, procul transmissa auri peregrini vim magnam comparat.

2. Chron. 8.

1 Fuit autem cùm absolvisset Schelomo ædificare domũ Jehovæ & domum regis: idq; pro toto desiderio Schelomonis quo delectatus fuerat faciendo.

2 (Apparuerat.n. Jehova Schelomoni secũdo: quemadmodum apparuerat ei Gibhhone,

3 Et dixerat Jehova ad eum: exaudivi orationem tuam, & deprecationem tuam qua deprecatus es coram me: consecravi domũ istam quam ædificasti: ut collocem nomen meum ibi usq; in seculum: & sint oculi mei & [a] animus meus ibi omnibus diebus.

a Heb. cor: sic deinceps.

4 Tu autem, si ambulaveris coram me, sicut ambulavit David pater tuus, [b] integro animo & recto, faciendo omnino prout præcepi tibi: statuta mea & judicia mea observaveris,

b Heb. integritate cordis & rectitudine.

5 Utiq; stabiliam solium regni tui super Jisraëlem in seculum: quemadmodum elocutus fueram Davidi patri tuo dicendo: non excidetur tibi vir à solio Jisraëlis.

Suprà 2. 4.

6 Si [c] omnino aversi fueritis vos & filii Vestri a[d] sequendo me, & nõ observaveritis præcepta mea & statuta mea, quæ proposui vobis: sed abeuntes colueritis deos alienos, & incurvaveritis vos eis.

c Heb. avertendo aversi fueritis. *d Heb.* a post me.

7 Utiq; excindam Jisraëlem a superficie hujus terræ quam dedera eis: & istam domum quam consecravi nomini meo dimittam a facie mea: eritq; Jisraël in " parabolam & dicterium inter omneis populos.

8 Et domus ista *ut ut* fuerit excelsa, quisquis transibit juxta eam " obstupescet aut " sibilabit: dicent enim: quamobrem fecit Jehova ita terræ isti, & domui isti?

9 Ac dicent: eo quòd dereliquerunt Jehovam Deum suum, qui eduxerat majores ipsorum e terra Ægypti, & prehenderunt deos alienos: & incurvantes se eis coluerunt eos: idcircò induxit Jehova in eos totum malum istud).

10 Fuit

10 Fuit inquã, ″exactis viginti annis, quibus ædificavit Schelomo duas
illas domos: domum Jehovæ & domum regis:
11 Quia Chiram rex Tyri donaverat Schelomonem lignis cedrinis &
lignis abiegnis ac ″auro, pro toto desiderio ejus: *ut* tunc daret rex Schelo-
mo Chiramo viginti civitates ad [e]″ regionis limitem.
12 Itaq; egressus Chiram Tyro ad visendum civitates illas quas dabat
ipsi Schelomo: cùm non placerent in oculis ejus:
13 ″Dixit, quid *sunt* civitates istæ, quas das mihi, frater mi? ideò vocat
eas *quisque* terræ Cabul *civitates* usque in diem hunc.
14 Miserat enim Chiram regi, ″centum viginti talenta auri.
15 Hæc porrò causa est ″delectus, quem indixerat rex Schelomo ut æ-
dificaret domum Jehovæ, & domum suam, & ″munitionem ipsam mu-
rumq; Jeruschalaimorũ: item ″Chatzorem & ″Megidduntẽ & ″Gezerũ.
16 (Parhho rex Ægypti ascendens ceperat Gezerum, & combusserat
eam igne: Cenahhanæum autem qui inhabitabat civitatem interfece-
rat: dederatq; eam in munus filiæ suæ uxori Schelomonis.
17 Ædificavit autem Schelomo Gezerũ): & ″Bethchoronẽ inferiorẽ.
18 Item ″Bahhalatham & ″Tadmorem in deserto, in ″illa terra.
19 Omnes quoq; civitates armamentariorum, quæ *erant* Schelomoni,
& civitates curruum, & civitates equitum, deniq; pro desiderio Schelo-
monis *id* quod desideraverat ædificare Jeruschalaimis, & in ″Libano, & in
tota terra dominatus sui.
20 Totius populi qui relictus fuerat ex Emoræo, Chittæo, Perizzæo,
Chivvæo & Jebusæo, qui non *erant* e filiis Jisraëlis.
21 ″Horum filios qui relicti fuerant post eos in ipsa terra, quos ″non
potuerant Jisraëlitæ internecioni devovere, [f]″ adegit eos Schelomo in ″tri
butum servile usque in ″hodiernum diem.
22 Ex Jisraëlitis verò neminem reddidit Schelomo servum: sed erãt vi-
ri militares, & servi ejus, & principes ejus, & duces ejus, & præfecti cur-
ruum ac equitum ejus.
23 Ex his erant principes curatorum, qui prẹfecti erant operi pro Sche
lomone ″quingenti quinquaginta: qui dominabantur populo, facienti-
bus opus illud.
24 Verumtamen filia Parhhonis ascenderat e civitate Davidis ad do-
mum suam quam ædificaverat ei *Schelomo*: tunc ædificavit ″munitionem
ipsam. Sup. 7. 8.
25 Et offerebat Schelomo ter quotannis holocausta & eucharistica su-
per altare quod extruxerat Jehovæ: & suffitum adoleri curabat ″in eo qđ
erat coram Jehova: cùm perfecisset domum.
26 Præterea classem paravit rex Schelomo Hhetzjone Geberi, quæ *est*
prope ″Elothas ad littus maris algosi in terra Edomæorum.
27 Misit verò Chiram in ea classe servos suos, [g] nautas, peritos maris:
cum servis Schelomonis.

[e] *Heb.* in regione limitis.

[f] *Heb.* ascendere fecit in tributum servitutis.

[g] *Heb.* homines navium.

28 Qui profecti" Ophirum, acceperunt inde auri" quadringenta viginti talenta, quæ attulerunt ad regem Schelomonem.

ANNOTATIO.

2 *Apparuerat*] hyperbaton est usque ad ver. 10. quo ostendit qua re fretus ædificaverit sibi quoque domos, & templum Dei, atque basilicas tam accuratè ornaverit: nimirum promissione præsentiæ divinæ in templo, & stabilitatis regni in posteris. *Quemadmodum*] id est, proxima nocte a dedicatione, ut anteà proxima nocte a sacrificiis, suprà 3.5. 7 *In parabolam*] ut Deut. 28.37. 8 *Obstupescet*] admiratione, ut sequentia in versu explicant. *Sibilabit*] ludibrio & detestatione, ut apparet ex versu sequente. 10 *Viginti annis*] septem extructi templi sup. 6.38, & tredecim extructæ domus lib. sup. 7.1. id est vigesimo quarto regni ejus. 11 *Auro*] cujus numerus explicatur infrà versicul. 14. *Regionis limitem*] id est, Ascheri conterminam versus septentrionem: sed extra possessionem a Deo lege definitam: ex qua non licebat quicquam exteris possidendum dare: nam Cabulem minimè ad Ascherem pertinuisse, cùm ex hoc loco ostenditur: tum ex ipso civitatum Ascheris numero, qui habetur Jehosch. 19. a versicul. 24. usque ad 30: denique ex 2. Chronic. 8.14. ubi Salomonem Jisraelitarum colonias eò deduxisse legitur. *Dixit*] reddendo eas amicè, ut testatur 2. Chronic. 8.14. *Terra Cabul*] id est, displicentis, ex Phœnicum lingua, ut testatur Josephus Antiquitatum libr. 8. cap. 2. 14 *Centum viginti talentorum*] id est, septingenta viginti millia aureorum. 15 *Delectus*] de quo suprà 5.13. *Munitionem ipsam*] videlicet Terræ Gazorenæ jonis. Chatzorem Jehoschu. 19.36. Naphtalitarum. *Megidduntem*] Menaschitarum Jehoschu. 17.11. Ephrajimitarum Jehoschu. 21.21. 17 *Beth-Choronem inferiorem*] synecdoche pro superiore & inferiore: vide 2. Chronic. 8.16: Ephrajimitarum, Jehoschu. 21.22. 18 *Bahhalatham*] Danitarum Jehoschu. 19.44. *Thadmorem*] si ea civitas est, quam Ptolemæus vocat Παμύρων: in deserto Judæ est, non procul ab Hhen-Gedi: Si verò est Palmyra, ut Josephus putat Antiquit. Jud. libr. 8. cap. 2, in solitudine Syriæ sita est: sed posterior sententia magis placet. *In tota terra*] hoc est, quæ omnia oppida in ipso Schelomonis regno & intra fines a Deo designatos erant. 19 *In lapidicino*] vide suprà 7.2. & sequentibus. 21 *Horum filios*] vide annotata Jehoschu. 9.19. *Non potuerant*] justo Dei judicio: quia cum mandatum haberent & possent, neglexerant, Judic. 2. *Adegit*] dedititios: sive ultrò se offerentes: sive captivos oblatam acciperent ex lege Deuteron. 20.10. *In tributum servile*] id est, præter pecuniarium tributum, servitutem etiam ab eis exigebat. *Usque in hodiernum*] id est, in perpetuum: nam etiam post captivitatem, nomen retinuerunt servorum Schelomonis, Hhezræ 2.55. & Nehemiæ 7.60. 22 *Servi ejus*] ingenua servitute & liberalibus officiis. 23 *Quingenti*] quorum ducenti quinquaginta, de quibus 2. Chronic. 8.22. alternis curatione sua fungebantur. *Quinquaginta*] alternis decurionum officium agentes, ab illis opus exigentes, vide suprà 5.16. annotata. *Munitionem*] suprà versu 15. 25 *In quod erat &c.*] id est, in Thymiaterio, est autem synecdoche, pro eo quod erat, cultum Dei exercebat ex lege, ut in Chronicis explicatur. 26 *Elothas*] vide de utroque loco Deuteron. 2.7. 28 *Ophirum*] id est, ad aureum Chersonesum, ut explicat Josephus. *Quadringenta*] id est vicies, quinquies centum viginti millia aureorum. At in 2. Chronic. 8. versu ultimo est accessio 30 talentorum, quæ non ad regem afferebantur, sed in usum classis insumebantur.

CAPUT X.

Regina Schebæ auditâ famâ de Schelomone, eum invisit: sapientiam ejus probat: gloriam perlustrat, & muneribus datis & acceptis domum revertitur. Cujus historiæ occasione, Salomonis Schelomonis documenta exponuntur, in ascensu: clypeis: solio: poculis, & reliquis instrumentis: denique proventibus ex classe, pensitationibus exterorum, & vectigalibus.

a *Heb.* ad nomen.

1 AUDIENS autem regina" Schebæ famam Schelomonis a & nominis Jehovæ: venit ad probandum eum ænigmatibus.

b *Heb.* gravi.

2 Et ingressa Jeruschalaima cum" exercitu b numeroso admodum, camelis ferentibus aromata, & aurum multum admodum, & lapides pretiosos: accessit ad Schelomonem & elocuta est ei quicquid erat in

c *Hebr.* cum corde: sic infrà 24. ver.

c animo suo.

3 Cui indicavit Schelomo omnia verba ejus: non fuit absconditum quic-quam regi, quin indicaverit ei.

4 Quapropter cùm videret regina Schebæ omnem sapientiam Schelomonis: & quamq; domum quam ædificaverat:

5 Cibum etiam mensæ ejus, &" consessum servorum ejus, & statum ministrorum ejus & vestitum eorum: similiter pincernas ejus, & ascensum ejus quo ascendebat in domum Jehovæ: " non erat amplius in ea spiritus.

6 Tandem dixit ad regem: verum *est* verbum illud quod audiveramin terra mea: de rebus tuis & de sapientia tua. 7 Ta-

7 Tamen non credidi verbis illis usquedum venirem, & viderent oculi mei, sed ecce non indicatum fuerat mihi ejus dimidium: [d] superas sapientiâ & bonitate famam illam quam audiveram.

8 Beati homines tui, beati servi tui isti: qui stant coram te jugiter, qui audiunt sapientiam tuam.

9 Sit Jehova Deus tuus benedictus, qui delectatus est te, ut collocaret te in solio Jisraëlis, eo quòd diligit Jehova Jisraëlem in seculum, ideò imposuit te regem, ut exerceres judicium & justitiam.

10 Et dedit regi [e] centum viginti talenta auri, & aromata multa valde, ac lapides pretiosos: [e] non sunt advecta hujusmodi aromata amplius tanta multitudine, quanta dedit regina Schebæ regi Schelomoni.

11 (Nam etiam classis Chirami quæ asferebat aurum ex ophiro: advexerat ex ophiro ligna thyina multa admodum & lapides pretiosos:

12 Et paraverat Rex ex illis lignis thyinis [f] repagulum ad domum Jehovæ & ad domum regis: & cytharas, & nablia pro cantoribus: non fuerant advecta talia ligna thyina, neque visa usque in diem illum.)

13 Rex verò Schelomo dedit reginæ Schebæ pro toto desiderio ejus quicquid petivit, præterid quod [g] rependit ei pro facultate regis Schelomonis: quæ revertens abiit in terram suam, ipsa cum servis suis.

14 Erat autem pondus auri quod obveniebat Schelomoni quolibet anno: [e] sexcentorum sexaginta sex talentorum auri:

15 Præter *id quod obveniebat* a [h] publicanis negotiatorum & mercaturæ aromatariorũ: & omnibus [e] regibus Arabiæ, & proceribus ejus regionis.

16 [e] Itaq; fecerat rex Schelomo ducentos clypeos ex auro malleato: sexcentos [e] aureos [i] imponebat clypeo unicuiq;.

17 Item trecenta scuta ex auro malleato, [e] tria pondo auri imponebat scuto unicuiq;: quæ posuit rex in domo saltus Libani.

18 Fecerat præterea rex solium eburneum magnum: & obduxerat illud auro depuratissimo.

19 Sex gradus erant huic solio, & fastigium rotundum ipsi solio a posteriore parte ejus, & fulcra manuaria hinc & inde ad locum sessionis: ac duo leones stantes juxta ipsa fulcra manuaria.

20 Duodecim quoq; leones stantes ibi ad sex gradus ejus hinc & inde: non fuerat factum tale in ullis regnis.

21 Insuper omnia vasa potoria regis Schelomonis *erant* aurea: & omnia vasa domus saltus Libani ex auro [k] asservato: nihil inerat argenti: non æstimabatur temporibus Schelomonis ullius *pretii*.

22 Nam [e] classis Oceani pro rege, cum classe Chirami *erat*: semel ternis annis veniebat classis ex Oceano asferens aurum & argentum, ebora, & simias, & pavones.

23 Sic major erat rex Schelomo omnib. regib. terræ: divitiis & sapiẽtia.

24 Et totius terræ *reges* quærebant aspectum Schelomonis: ut audirent sapientiam ejus, quam indiderat Deus animo ejus.

d Heb. addidisti sapientiam & bonitatem ad famam &c.

e Hebr. non venit sicut aroma illud amplius in multitudine qp dedit &c.

f Heb. fulcrũ

g Heb. reddidit: quo sensu accipitur idem verbũ 2. Chro. 8. 14. nã apud hebræos simplicia verba habent significationem compositorum, quibus illi carent.

h Heb. hominibus exploratorum: solet enim illud genus hominũ in speculis esse, ut occasionẽ aucupetur comparandarum aut distrahendarum mercium.

i Heb. ascendere faciebat.

k Heb. clauso.

25 Isti quoq; afferebant quisq; munus suum, instrumenta argentea & instrumenta aurea, & vestimenta, & arma, & aromata, equos & mulos: rem annuam quotannis.

2.Chr.1.14. 26 Ita ut congregaret Schelomo currus & equites: essentque ei "mille quadringenti currus, & duodecies mille equites: quos "abduci jussit in civitates curruum, & ad regem Jeruschalaima.

27 Et reddidit rex argentum Jeruschalaimis ut lapides: cedros autem reddidit ut sycomoros quæ *crescunt* in loco depresso, multitudine.

28 Et "vectigal "equorum ex Ægypto, quod "erat Schelomoni, id est "neti" mercatores regis accipiebant netum pro pretio.

29 Nam ascendens ex Ægypto exibat currus sexcentenis siclis argenti, & equus centenis quinquagenis: & ita pro omnib. regibus "Chittæorum, & pro regibus "Syriæ "in manu sua educebant.

ANNOTATIO.

1 *Scheba*] vide Gen.10.7. 2 *Exercitu*] id est, comitatu & satellitio regio. 3 *Cui indicavit*] id est, respondit ad omnes quæstiones ejus. 5 *Confessum servorum*] id est, multitudinem procerum qui sub eo erant suis ordinibus. *Et ascensum ejus*] de quo infrà ver.12. *Non erat in ea &c.*] præ stupore quo pene exanimabatur: hyperbole. 10 *Centum talenta auri*] ut supra 9.14. 11 *Nam*] reddit rationem cur obstupuerit regina ad aspectum tantæ gloriæ: nominatim verò illius alicujus de quo supra ver.5. *Chirami*] & Schelomonis: synecdoche: vide supra 9.26.& 27. *Thyina*] ligna præstantissima, ut apparet ex Apocal.18.12. vide Plin.lib.13.natural.hist.cap.15.& 16.nam quod curalium Hhebræi interpretantur, alienum est ab istis operibus ad quæ adhibebatur: neque fuisset tam procul advehendum, cùm in mari mediterraneo & rubro abundè crescat. 12 *Repagulum*] synecdoche, pro ascensu repagulis utrinq; munito, quo a domo regis ad domũ Dei ibatur: sic enim accipiendum esse ostenditur 1.Chronic.26.16.& 18.& 2.Chronic.9.11. 14 *Sexcentorum &c.*] hoc est, mille centies centies mille, nongenties nonagies sexies mille aureorum. 15 *Publicanis negotiatorum*] id est, iis qui publicarum vectigalia exteris mercatoribus imperata redimebant. *Regibus Arabiæ*] finitimis tam ab oriente quàm a meridie. 16 *Itaque*] cùm ita abundaret auro. *Aureos*] sub. siclos communes, qui efficiunt aureos nummos paulo minus mille. 17 *Tria pondo*] continentia siclos centenos, 2.Chronic.9.16. 21 *Ullius pretii*] hyperbole: ut infrà versic.27. 22 *Classis Oceani*] comparata ad navigationem Africani Oceani. 26 *Mille quadringenti*] alternis in ordinario comitatu ejus: nam alioquin totus numerus curruum tam in comitatu ejus quàm in stationibus erat quatuor millium: videlicet 4. 25.& 2.Chronic.9.25. *Abduci jussit*] id est, per vices in stationibus esse, & sibi ministrare. 27 *Ut lapides*] hyperbole. 28 *Vectigal*] nam ex Ægypto terrestri itinere in Syriam proficiscentibus per angustias transeundum erat inter Syriacum & rubrum mare, quas obtinebat Schelomo. *Equorum*] id est mercium, quæ equis aut curribus vehebantur, ut videtur. Sequens versus explicat: metonymia. *Erat Schelomoni*] quia per ipsius regionem transibatur. *Neti*] id est, mercium permutarum & confectarum, ut byssi & aliarum, quæ ibi parabantur: de quibus vide proverb.7.16.& Jechezkel.27.3. *Mercatores*] id est, publicani sive vectigalium redemptores. 29 *Exibat*] e finibus Jehudææ, & Schelomonis regni. *Currus*] oneratus mercibus in quaternos equos: prout equus onustus centenos quinquagenos siclos pendebat. *Chittæorum*] ab oriente ut Jehos.1.4. *Syriæ*] ab Aquilone. *In manu sua*] id est, secum abducebant quocunque vehebant, genuinum vectigalibus.

CAPUT XI.

Schelomo multarum exterarum fœminarum consortio corruptus, in idololatriam labitur. ideoq; Dei iram in se ita provocat, ut ei interminetur laceration em regni: duos hostes excitat: & Jarobhhamum servum ejus in successorem majoris partis regni præsignificet. Qua occasione cùm Schelomo ejus necem quæreret in Ægyptum aufugit: ubi manet usque ad Schelomonis mortem.

1 DOSTEA rex Schelomo adamavit mulieres alienigenas multas, "idq; præter filiã Parhhonis: Moabitidas, Hhãmonitidas, Edomæas, Tzidonias, & Chittæas:

Deut.7.3.& sequent. 2 E gentibus de quibus edixerat Jehova filiis Jisraël: ne convenitote cum eis, nec ipsi conveniunto vobiscũ: profectò inclinarent [a] animum vestrum post deos suos:

[a] *Hebr.* corrupte deinc. iisdem adhæsit rex Schelomo amore:

3 Adeò ut essent ei fœminæ principes septingentæ, & concubinæ trecentæ: quapropter inclinarunt fœminæ ejus animum ejus. 4 Fuit

4 Fuit ergo tempore senectutis Schelomonis, fœminis inclinantibus animum ejus post deos alienos: cùm non esset animus ejus integer erga Jehovam Deum suum, sicut *fuerat* animus Davidis patris ejus:
5 Ut[b] sequeretur Schelomo Hhaschtoretam[c] deam Tzidoniorum, & Milcomum abominationem Hhammonitarum.
6 Sic faceret Schelomo quod malum *videtur* in oculis Jehovæ: neque [d]plenè sequeretur Jehovam, sicut Dauid pater ejus.
7 Tunc ædificavit Schelomo excelsum ″Cemoscho abominationi Moabitarum, in eo ″monte qui *est* in conspectu Jeruschalaimorum, & Moleco abominationi Hhammonitarum.
8 Itidem fecit omnibus suis fœminis alienigenis: adolentibus & sacrificantibus diis suis.
9 Itaque ira percitus est Jehova in Schelomonem: eo quòd declinasset animus ejus a Jehova Deo Jisraëlis, qui apparuerat ei ″bis:
10 Et interdixerat ei hanc ipsam rem, ne sequeretur deos alienos: nec tamen observasset id quod præceperat Jehova.
11 Et″ dixit Jehova Schelomoni, eo quòd fuit hoc apud te, quod non observasti fœdus meum & statuta mea quæ præcepi tibi: [e]omnino lacerabo hoc regnum a te, & tradam servo tuo.
12 Verumtamen diebus tuis non faciam hoc″ propter Davidem patrem tuum: e manu filii tui lacerabo illud.
13 Sed totum hoc regnum non lacerabo: tribum vnam dabo filio tuo, propter Davidem servum meum, & ″ propter Jeruschalaima quæ elegi.
14 Itaque suscitavit Jehova adversarium Schelomoni Hadadum Edomæum: is *erat* e semine regis *qui regnaverat* in Edomæa.
15 Fuit autem cùm esset David contra Edomæos, ascendente Joabo principe militiæ ad sepeliendum cõfossos: postquam percussisset omnes mares in Edomæa.
16 (Nam sex menses mansit ibi Joab cum toto Jisraële: donec excîdisset omnes mares in Edomæa)
17 Ut fugeret Adad ipse, & homines Edomæi e servis patris ejus cum eo ad proficiscendum in Ægyptum: erat autem Hadad puer parvus.
18 Cúmque surgentes e Midjane veniissent Paranem: assumpserunt secum homines Parane & venerunt in Ægyptum ad Parhhonem regem Ægypti, qui dedit ei domum, & cibum cõdixit ei, terram quoq; dedit ei.
19 Ubi invenit Hadad gratiam in oculis Parhhonis [f]per magnam: adeò ut daret ei uxorem sororem uxoris suæ sororem Tachpenesæ [g] Augustæ.
20 Peperit autem ei soror Tachpenesæ Genubathum filium ejus, quẽ educavit Tachpenes intra domum Parhhonis: ita ut esset Genubath domi Parhhonis inter filios Parhhonis.
21 Audiens autem Hadad in Ægypto, occubuisse Davidem cum patribus ejus & mortuum esse Joabum principem militiæ: dixit Hadad ad Parhhonem: dimitte me ut eam in terram meam.

b Hebr. iret post: sic ℣.10
c Hebr. Deos: sic ℣.33.
d Hebr. impleret *ire* post.
e Hebr. lacerando lacerabo.
2.Sche.8.14
f Heb. valde.
g Heb dominæ.

22 Dicente verò ei Parhhone: at quid deficit te apud me, ꝙ ecce quæris abire in terram tuam? dixit, non: sed [h] omnino dimitte me.

[h] *Heb.* dimit tẽdo dimitte

23 Suscitavit præterea Deus illi adversarium ″ Rezonem filium Eljadahhi: qui ″ fugerat ab Hadar-Hhezere rege Tzobæ domino suo.

24 Et congregatis ad se hominibus erat princeps turmæ, cùm occideret David illos: deinde euntes Damascum habitarunt in ea, & ″ regnarũt Damasci.

25 Et erat adversarius Jisraëli omnibus diebus Schelomonis: idq; præter malum illud quod *inferebat* Hadad: & ″ tædebat eum Jisraëlis, cùm regnaret in Syria.

26 Jarobhhamum quoq; *excitavit* filium Nebati Ephratæum e ″ Tzereda (cujus matri nomen Tzeruhhæ fœminæ viduæ) servum Schelomonis: ita ut ″ attolleret manum suam contra regem.

27 Hæc autem occasio *est* quâ sustulit manum contra regem Schelomonem: ædificabat munitionem: obstruebat ″ rupturam civitatis Davidis patris sui.

28 Vir autem iste Jarobhham valentissimus erat robore: quare videns Schelomo ″ puerum ipsum [i] negotio esse intentum: præfecit eum totioneri familiæ Josephi.

[i] *Heb.* facientem opus.

29 Fuit autem eodem tempore, Jarobhhamo egresso Jeruschalaimis: ut inveniret eum Achija Schilonites propheta in via, cum ille indutus vestimentum novum, & essent ambo soli in agro.

30 Ubi prehendens Achija vestimentum novum quo [k] tegebatur: laceravit illud in duodecim fragmenta.

[k] *Heb.* quod *erat* superẽ

31 Ac dixit Jarobhhamo: accipe tibi decem fragmenta, nam sic ait Jehova Deus Jisraëlis: ecce ego laceraturus sum regnum hoc e manu Schelomonis, & daturus tibi decem tribus.

32 ″ Tribus autem una erit ejus propter servum meũ Davidem, & propter Jeruschalaima civitatem quam delegi ex omnibus *civitatibus* tribum Jisraëlis:

33 Eo quòd dereliquerunt me, & incurvarunt se Hhaschtorethæ deæ Tzidoniorum, & Cemoscho deo Moabitarũ, ac Milcomo deo Hhammonitarum: neque ambularunt in viis meis faciendo quod rectum videtur in oculis meis, videlicet statuta mea & judicia mea, sicut David pater hujus.

34 Non tamẽ auferam quicquam istius regni de manu hujus: sed principem dispono eum omnibus diebus vitæ ejus propter Davidem servum meum quem elegi, qui observavit præcepta mea & statuta mea.

35 Sed accipiens illud regnum e manu filii ejus: dabo tibi [l] ex illo decem tribus.

[l] *Hebr.* illud: synecdoche.

36 Filio verò ejus dabo tribum unam: ut sit ″ lucerna Davidi servo meo omnibus diebus coram me Jeruschalaimis, in civitate quam delegi mihi ad ponendum nomen meum ibi.

37 Te

37 Te itaque assumam ut regnes secundum omnia quæ desyderabit animus tuus, & eris rex super Jisraëlem.

38 Erit autem si auscultaveris omnibus quæ præcepero tibi, & ambulaveris in viis meis ac feceris quod rectum *videtur* in oculis meis, observando statuta mea & præcepta mea, quemadmodum fecit David servus meus: ut adsim tibi & ædificem tibi domum firmam, quemadmodum ædificavi Davidi, ac tradam tibi Jisraëlem.

39 Affligam quidem semen Davidis propter hoc: veruntamen non omnibus diebus.

40 Quam ob rem quærebat Schelomo morte afficere Jarobhhamum: sed surgēs Jarobhham fugit in Ægyptum ad Schischakum regem Ægypti: fuitque in Ægypto donec mortuus esset Schelomo.

41 [m] Reliquæ autem res Schelomonis, & quicquid fecit ac sapientia ejus: nónne sunt scripta in [n] libro rerum Schelomonis? *m Heb.* reliquũ rerum.

42 Dies autē quibus regnavit Schelomo Jeruschalaimis super totum Jisraëlem fuerunt quadraginta annorum.

43 Deinde occubuit Schelomo cum patribus suis, & sepultus est in civitate Davidis patris sui: regnavitque Rechabhham filius ejus, loco ejus.

ANNOTATIO.

1 *Ida præter filiam*] quam legitimè duxerat, q. d. uxori huic suæ legitimæ alias multas superinducens: vide sup. 3. 1. sic accipiuntur hæ particulæ ℣. 25. & 2. Chron. 11. 18. 5 *Hhaschtoretham*] Astartem vocant historici. *Milcom*] vide annotata Levitici 18. 21. 7 *Cemoscho*] ut Num. 21. 29. *In eo monte*] olivarum, de quo vide 2. Schem. 15. 30. 9 *Bis*] Gibhhone, sup. 3. 5. deinde Jeruschalaimis, sup. 9. 2. 11 *Dixit Jehova*]. i. interminatus est, neque minas suas revocavit, ex resipiscentia Schelomonis. vide annotata 2. Chron. 11. 17. 12 *Propter Davidem*] id est, propter promissionem factam Davidi 2. Schem. 7. 14. &c. & 1. Chron. 28. 9. 13 *Propter Jeruschalaima*]. i. propter promissionem præsentiæ meæ regni Davidis stabilitate conjunctam, sup. 8. 16. & 2. Chron. 6. 5. 20 *Educavit*] sic 1. Schem. 1. 22. 23 *Rezonem*] vide infrà 15. 18. *Qui fugerat*] cùm videret victoriam inclinare in partes Davidis. 24 *Regnarunt*]. i. regnum statuerunt pro ipso & posteris. 25 *Tadebat*] ac ideò in dies infestabat. 25 *Tzereda*] vide Jehos. 3. 16. *Artolleret manum*]. i. deficeret a Schelomone, ut exprimitur ℣. 40. 27 *Rupturam*] quam David fecerat expugnando Jebusæum. 2. Schem. 5. 6. & seq. 28 *Puerum*]. i. ministrum: sic Exodi 33. 11. 32 *Tribus una*] nempe Judæ integra: nam e Binjamine tantùm pars penes eum mansit. 36 *Ut sit lucerna*] .i. regius splendor: vide 2. Schem. 21. 17. 38 *Domum stabilem*] ut 1. Schem. 2. 35. & 2. Schem. 7. 16. 41 *In libro*]. i. in actis publicis, sive in commentariis rerum gestarum Schelomonis: quasi dicat, nihil attinet hîc ea enarrare: hæc ad fidem & institutionem Ecclesiæ sunt satis: ita enim his scriptis temperavit spiritus Dei, consulens tuitati nostræ: sic Johan. 20. 30. & 21. 25. Nam hæc de duob. libris Chronicorum, qui longo pòst intervallo ab illis exta conscripti sunt, ridiculum esset accipere.

CAPUT XII.

Rechabhham duro responso decem fere tribus a se alienat: quæ Jarobhhamum novum regem sibi præficiunt, Rechabhhami legato interfecto. Quam ob rem Rechabhham in Jisraëlitas bellum adornat: sed Dei jussu ab eo abstinet. Jarobhham verò metu Rechabhhami se munit, & ne sui desciscerent, nova religionis specie avertit eos a Jeruschalaimis adeundis, & eos in regno suo, statuta idololatriâ, continet.

1 IVIT abiit Rechabhham Schecemum: nam Schecemum [o] conveniebat totus Jisraël ad cōstituendum eum regem. *o* 2. Chrō. 10.

2 Fuerat autem cùm audivisset Jarobhham filius Nebati qui *erat* adhuc in Ægypto, *ex* quo fugerat metu regis Schelomonis: (habitabat enim Jarobhham in Ægypto) Sup. 11. 40.

3 Ut mitterent accersitum eum: & venirent Jarobhham & tota congregatio Jisraëlis: alloquerenturque Rechabhhamum, dicendo:

4 Pater tuus[a] durum imposuit jugum nobis: tu ergo nũc leva *nos* servitute patris tui dura & jugo ejus gravi quod imposuit nobis, & serviemus tibi.

5 Qui dixit ad eos: abite usque ad diem tertium, tum revertimini ad me: sic abiverunt populus.

6 Intereà iniit consilium rex Rechabhham, cum senioribus, qui steterant ante Schelomonem patrem ipsius[b] cùm esset in vivis, dicẽdo: quo modo vos consilium iniretis ad respondendum populo huic aliquid?

7 Qui allocuti sunt eum dicendo: si hodie fueris servus populo huic, & servieris eis, id est, respondẽs eis allocutus fueris eos verbis bonis: utique erunt tibi servi omnibus diebus.

8 Sed reliquit consilium seniorum quo consuluerant ei: & iniit consilium cum eis[c] qui a pueris educati fuerant secũ, & qui stabant corã ipso.

9 Dixitque ad eos: quod vos consilium inıretis ut responderemus alicui populo huic, qui allocuti sunt me dicendo: leva nos jugo illo quod imposuit pater tuus nobis?

10 Tum allocuti sunt eum isti qui a pueris educati fuerant cum eo, dicendo: sic dices populo isti qui allocuti sunt te dicendo: pater tuus gravi effecit jugum nostrum, tu ergo leva *illud* nobis: sic alloqueris eos: minimus *digitus* meus densior est lumbis patris mei.

11 Jam verò pater meus oneravit vos jugo gravi: ego autem superadam jugo vestro: pater meus castigavit vos scuticis: ego autem castigabo vos flagellis aculeatis.

12 Cùm ergo venisset Jarobhham & totus populus ad Rechabhhamum die tertio: quemadmodum edixerat rex dicendo: revertimini ad me die tertio:

13 Respondit rex populo duriter, derelicto consilio seniorum quo consuluerant ei.

14 Allocutus est enim eos ex consilio puerorum suorum dicendo: pater meus grave reddidit jugum vestrum: ego autem superaddã jugo vestro: pater meus castigavit vos scuticis: ego autem castigabo vos flagellis aculeatis.

15 Cùm itaque non auscultasset rex populo: (erat enim causa a Jehova: ut præstaret verbum suum, quo allocutus fuerat Jehova per Achijam Schilonitem Jarobhhamum filium Nebati)

16 Videns totus Jisraël regem non auscultasse sibi: retulerunt populus regi responsum dicendo: quæ nobis portio *esset* cum Davide? utique non *est nobis* possessio cum filio Jischaji: ad tentoria tua Jisraël: jam prospice domui tuæ David: sic abiit Jisraël ad tentoria sua.

17 Tantum super filios Jisraëlis qui habitabant inter civitates Jehudæ regnavit Rechabhham.

18 Cumque

[a] *Heb.* indu ravit jugũ nostrum.

[b] *Heb.* cùm esset vivus.

[c] *Hebr.* cum natis illis qui &c. sic ℣. 10. trajectio.

Sup. 11. 29. & sequentib.

18 Cumque misisset rex Rechabhham [d] Adoramum qui præerat tributo, & obruissent omnes Jisraëlitę eum lapidibus ita ut moreretur: Rex Rechabhham [e] totis viribus conscenso curru fugit Jeruschalaima.
19 Sic defecerunt Jisraëlitæ a domo Davidis usque in hunc diem.
20 Fuitque cùm audissent omnes Jisraëlitæ reversum esse Jarobhhamum, (quem mittentes accersiverant ad cœtum) ut constituerent eum regem super totum Jisraëlem: nemo [f] secutus est domum Davidis, prętęr tribum Jehudæ solam.
21 Cùm autem Rechabhham venisset Jeruschalaima, congregavit ex tota domo Jehudæ & tribu Binjaminis centum octoginta millia electorum *hominum* gerentium bellum: ad pugnandum contra domum Jisraëlis: ut reduceret regnum illud ad Rechabhhamum filium Schelomonis.
22 Sed fuit verbum Dei, ad Schemahhjam virum Dei dicendo:
23 Edicito Rechabhhamo filio Schelomonis regi Jehudæ, & toti domui Jehudæ & Binjamini: & residuo populi, dicendo.
24 Sic ait Jehova: ne ascendite, néve pugnate contra fratres vestros filios Jisraëlis: revertimini quisque domum suam: [g] nam a me facta est res ista: qui auscultarunt verbo Jehovæ & reversi abiverunt, secundum verbum Jehovæ.
25 Posteà [h] ædificavit Jarobhham Schecemum in monte Ephrajimi, & habitavit in eo: & procedens inde ædificavit [i] Penuelem.
26 Dicebat autem Jarobhham [k] cum animo suo: mox reversurum est regnum hoc ad domum Davidis:
27 Si ascenderet populus iste ad parandum sacrificia in domum Jehovæ Jeruschalaima, & rediret animus populi istius ad dominum suum, ad Rechabhhamum regem Jehudæ: utique occiderent me: sic reverterentur ad Rechabhhamum regem Jehudæ.
28 Quapropter inito consilio rex fecit duos vitulos aureos: & edixit [l] Jisraëlitis, satis *sint* vobis, ut non ascendatis Jeruschalaima: ecce dii tui ô Jisraël, qui eduxerunt te e terra Ægypti.
29 Quorum unum posuit [m] Beth-Ele: alterum verò collocavit Dane.
30 Sic fuit res ista in *causa* peccati, cur irent populus [n] coram [o] hoc Danem usque.
31 Paravit enim domum excelsorũ: & fecit sacerdotes [p] e populo, qui non erant e filiis Levi.
32 Et constituit Jarobhham festum mense octavo quintodecimo die ejus mensis, simile [q] festo quod *celebrabatur* in Jehuda, quo offerebat in altari: similiter fecit Beth-Ele sacrificando vitulis quos fecerat: etiã Beth-Ele constituit sacerdotes excelsorum quæ fecerat.

d qui Adonirã dicitur sup. 4. 6.

e Heb. robòravit se ascẽdendo currũ ad fugiendum.

f Hebr. fuit post.

2. Chrõ. 11.

g Heb. in cõde suo: sic ℣. 27.

h Heb. illis: relatiuum præpositũ antecedẽti.

i Heb. uno.

k Heb. e patribus.

ANNOTATIO.

1 *Convenieban*] quia ibi habenda erant comitia regni, propter loci commoditatem: nam erat in meditullio regni. 4 *Durum jugum*] id est, onera gravia, qualia describuntur sup. cap. 4. a versu 7. usque ad 27: quanquam de

illis conquerebatur populus, non habita commodorum ratione quæ ad ipsum Schelomonis regno pervenerant. 6 *Steterant ante*] id est, qui ministraverant & a consiliis fuerant: sic ℣. 8. 7 *Verbis bonis*] acquiescens petitionibus illorum, 2. Chron. 10. 8. 10 *Minimus digitus*] proverbiale dictum: quasi dicat, nulla est pars mei tam infirma, quæ non sit valentior robore patris mei. 15 *Causa a Jehova*] id est, hæc media disposuit Deus, ut illud exequeretur quod per prophetã Jarobhhamo dixerat, sup. 11. & 31. 16 *Portio cum Davide*] vide annotata 2. Schem. 20. 1. *Prospice*] id est, curam habe rerum tuarum, & a nostris abstine. 17 *Super filios Jsraëlis*] id est, super tribum Schimhhonis & partem Binjaminis: quorum hi sortem conjunctam, illi commixtam habebant & super omnes aliarum tribuum, ut ostenditur infrà ℣. 23. & 2. Chron. 11. 13. & sequent. 20 *Tribum*] id est, sortem unam tribuum duarum Jehudæ & Schimhhonis: vide annotata Deut. 33. 7. *Solam*] subaudi integram. 24. *Nunciame*] vide suprà 15. ℣. 25 *Ædificavit*] id est, munivit. *Penuelem*] trans Jardenem in tribu Gadis: vide Gen. 32. 30. 29 *Bethele & Dane*] in finibus regni sui: priore meridiano, posteriore septentrionali: Hæc autem prolepsin dicuntur, quæ tribus proximè sequent. versib. explicatur. 30 *Coram hoc*] qui erat Dane: nam ad posterius prolepseos membrum & propinquius pertinent relativæ voces ex Hhebræorum usu. 32 *Festo*] tabernaculorum.

Caput XIII.

Jarobhham Bethele sacrificans a viro Dei obliquè reprehenditur: futurũ olim Dei judicium in altare & ejus sacerdotes denunciante, & præsentibus prodigiis in regem & in altare confirmante. Inde ex mãdato Dei abiens, a propheta quodam oraculi prætextu deceptus redit: Quam ob rem offensus Deus, eum apud Bethelitam objurgat: deinde in itinere morte quam denunciaverat afficit: quo cognito Bethelita honorificè eum sepelit, & filios de vaticinii illius fide confirmat: Jarobhhamo nihilominus in sua defectione pergente.

1 ″ Cùm autẽ offerret in altari quod fecerat Beth-Ele, quintodecimo die, mense octavo, mense illo, quod cõmentus fuerat[a] animo suo: & celebrans festum cum filiis Jsraëlis, offerret in altari illo adolendo:

2 Ecce vir Dei veniẽs e Jehuda cũ verbo Jehovæ Bethel: Jarobhhamo astante altari ad adolendum,

3 Clamavit contra altare illud per verbum Jehovæ, dicens: altare, altare, sic ait Jehova: ecce filius″ nascitur[9] est domui Davidis nomine Joschija,″ qui mactabit super te sacerdotes excelsorũ, adolentes super te, & ossa hominum comburent super te.

4 Et″ edidit illo ipso die prodigium dicendo: hoc *est* prodigium ejus quod dixit Jehova: ecce altare hoc findetur, & effundetur cinis, qui est super ipsum.

5 Fuit autem cùm audito rex verbo viri Dei, quo clamabat contra altare Beth-Ele, extendisset Jarobhham manũ suam ab altari dicendo: prehendite eum: ut exaresceret manus ejus quam extenderat contra illum: ita ut non posset retrahere eam ad se.

6 Altare autẽ fissum est, & effusus cinis ab altari: secũdum prodigium, quod″ ediderat vir Dei ex verbo Jehovæ.

7 Tunc locutus rex dixit ad virum illum Dei: deprecare, quæso, iratam faciem Jehovæ Dei tui, & ora pro me, ut redeat *restituta* manus mea ad me: cumque deprecatus esset vir ille Dei iratam faciem Jehovæ, *restituta* manus regis rediit ad ipsum, & fuit sicut anteà.

8 Quapropter dixit rex ad virum illum Dei: veni mecum domum: & [b] refice te: deinde dabo tibi donum.

9 Dixit verò vir ille Dei ad regem: si dares mihi dimidiam domum tuam non irem tecum: neque comederem panem, neque biberem aquam

10 Sic in hoc loco.

a Hebr. ex corde suo.

b Hebr. fulci te.

10 Sic enim præcepit mihi [c] verbo ſuo Jehova dicendo: ne comedito panem neq; bibito aquam: neq; revertitor per eam viam qua iveris.
11 Itaque abiit viâ aliâ: ac non eſt reverſus viâ illâ qua venerat Beth-Elem.
12 Propheta autẽ quidam ſenex habitabat Beth-Ele: cui veniens filius ejus enarravit totũ hoc factũ quod fecerat vir Dei illo die Beth-Ele, cum verbis quibus allocutus fuerat regem, quæ enarraverunt [d] *filii* patri ſuo.
13 Ad quos dicente patre eorum, quánam viâ abiit? conſyderarunt filii ejus viam qua ibat vir ille Dei, qui venerat e Jehuda.
14 Deinde edixit filiis ſuis: inſternite mihi aſinum: qui inſtraverunt ei aſinum, & inſedit ei.
15 Secutus itaque virum illum Dei, invenit eum ſedentem ſub quadam quercu: & dixit ad eum: éſne vir ille Dei qui veneras e Jehuda: qui dixit, ſum.
16 Tum dixit ad eum: veni mecum domum & comede panem.
17 Qui dixit: non poſſum reverti tecum, aut ingredi tecum: neq; comedam panem, neque bibam tecum aquam in iſto loco.
18 Verbum enim editum eſt mihi ex verbo Jehovæ: ne comedito panem, neque bibito ibi aquam: neque [e] redito via qua iveris.
19 Sed eo dicente illi: etiam ego propheta *ſum* ut tu, & angelus allocutus eſt me ex verbo Jehovæ dicendo: reduc eum tecum domum tuam, ut comedat panem & bibat aquam: (mentiebatur *autem* ei)
20 Reverſus eſt cum eo, & comedit panem domi ejus, & bibit aquam.
21 Fuit verò illis aſſidentibus menſæ: fuit, inquam, verbum Jehovæ ad prophetam illum quem [f] reduxerat.
22 Inclamavit enim virum Dei qui venerat e Jehuda dicendo: ſic ait Jehova: propterea quòd rebellaſti contra [g] præſtitutum Jehovæ, neque obſervaſti præceptum illud, quod præceperat tibi Jehova Deus tuus:
23 Sed reverſus es & comediſti panem, & bibiſti aquam in loco in quo edixerat tibi: ne comedito panem, neque bibito aquam: non eſt ventura cadaver tuum in ſepulchrum majorum tuorum.
24 Fuitque poſtquam comediſſet panem & poſtquam bibiſſet: inſtraviſſetque ei aſinum, *nimirum* ei prophetæ quem reduxerat:
25 Ut eum abeuntem inveniret leo in via, & morte afficeret eum: ſic erat cadaver ejus abjectũ in via: & adſtabat aſinus juxta ipſum: leo quoque adſtabat juxta cadaver ipſum.
26 Cùm ecce quidam tranſeuntes viderunt cadaver illud abjectum in via, & leonem adſtantem juxta cadaver: qui venientes retulerunt in ea civitate in qua propheta ille ſenex habitabat.
27 Quod cùm audiret propheta ille qui reduxerat eum de via dixit: vir ille Dei *eſt*, qui rebellavit contra præſtitutum Jehovæ: ideò tradidit Jehova eum leoni iſti, ut frangens eum morte afficeret eum, ſecundum verbum Jehovæ quo locutus fuerat ei.

c Hebr. verbo Jehovæ: antecedens vim ſuã & relativi obtinens. ut Gen. 9. 6.

d Eclipſis correlativi, ut Levitici 21. 4.

e Heb. revertere eundo.

f Heb. os: ſic Num. 20. 24. & infrà ℣. 27.

28 Deinde edixit filiis ſuis dicendo, inſternite mihi aſinum: qui inſtra-
verunt.
29 Tum abiens invenit cadaver illius abjectum in via & aſinum ac
leonem aſtantes juxta cadaver: non comederat leo cadaver, neq; frege-
rat aſinum.
30 Suſtulit itaque hic propheta cadaver viri Dei, & impoſitum aſino
reduxit illud: & ingreſſus eſt civitatem propheta ille ſenex ad plangen-
dum & ſepeliendum illud.
31 Et eo collocante cadaver illius in ſepulcro ſuo: plangebant ſupere-
um, eheu frater mi.
32 Fuitque poſtquam ſepeliviſſet eum, ut ediceret filiis ſuis dicendo,
cùm mortuus fuero, ſimiliter ſepelite me in hoc ſepulchro, in quo vir ille
Dei ſepultus eſt, juxta oſſa ejus collocate oſſa mea.
33 Nam[g] omnino futura eſt res quam prædicavit ex verbo Jehovæ:
cõtra altare quod *eſt* Beth-Ele, & contra omnes domos excelſorum quæ
ſunt in civitatibus[h] Schomronis.
34 [i]Hoc facto non eſt reverſus Jarobhham à via ſua mala, ſed[k] rurſus
fecit e populo ſacerdotes excelſorum, ejus qui volebat[l] conſecrabat mi-
niſterium, ut eſſent ſacerdotes excelſorum.
35 "Fuitq; hac re domus Jarobhhami in *cauſa* peccati: & ut excinderet
ac perderet *eam Deus* a ſuperficie terræ.

g Heb. eſſendo erit.
h vulgo Samariæ.
i Hebr. poſtrem hanc.
k Heb. reverſus eſt & fecit e partib. populi ut ſup. 12.31.
l Heb. implebat manũ ut Exodi 28.41.

ANNOTATIO.

1 *Cùm autem offerret*] verſum hunc ad ſequentia pertinere res ipſa docet. 3 *Naſciturum*] poſt annos circiter 330. *Qui mactabit*] vide 2. Reg. 23.15. & ſequentibus. 4 *Edidit prodigium*] per quod fides de vaticinio confirmaretur, ſecundum inſtitutionem domini Deut. 13. 6 *Ediderat*] id eſt, verbo pronunciaverat, ut Deut. 13.2. 12 *Propheta autem*] hoc facto mendax, ut docetur ℣.19: etſi alioquin certa ſunt pietatis illius in hoc ce-pite documenta, ut quod a ſacris Jarobhhami abſtinuerit: quod humaniter prophetam vivum & mortuum ſe-quutus: quod ſepulturam cum eo communem habere voluerit: quod denique filios ſuos in expectatione vati-cinii confirmaverit. 21 *Quem reduxerat*] ſic interpretandum eſſe docet epexegeſis quæ ſtatim ſubſequitur: etiam 24. ℣. eadem locutio eodem modo exprimitur, & confirmãt verba ipſa Bethelitæ in fine ℣.27. 33 *Ab hac re*] vide ſuprà 12.30.

CAPUT XIIII.

Jarobhham de filio ægrotante prophetam per uxorem conſulens, non tantùm de eorum ſalute accipit: ſed etiam de propinquo excidio familiæ ſuæ: de regni Iſraëlitici continua agitatione & excidio præmonetur, & morienti Nadab ſuccedit. Rechabhhã quoque & Jehuda peccatis Deum provocantes a rege Ægypti affliguntur & ſpoliantur: & Rechabhhamo mortuo ſuccedit Abijah.

1 "IN TEMPORE illo ægrotabat Abija filius Jarobhhami:
2 Quapropter dixit Jarobhham uxori ſuæ: ſurge, jam
& [a] diſſimula te, ut non agnoſcant te eſſe uxorem Jarob-
hhami: ac ito Schiluntem: ecce ibi *eſt* Achija propheta: qui [b] promiſerat mihi me fore regem ſuper popu-
lum hunc.
3 Accipiẽs autem in manu tua decem panes, & buccellata, & lagenam
mellis adito eum: is indicabit tibi quid futurum ſit iſto puero.
4 Et faciens ita uxor Jarobhhami ſurrexit, & abiens Schiluntẽ ingreſ-
ſa eſt

a Heb. muta te ipſam.
b Heb. locutꝰ fuerat de me in regẽ.

sa est domum Achijæ: Achija autem non poterat videre: nam oculi ejus caligaverant præ [c] senio ejus.

5 Sed Jehova indixerat Achijæ: ecce uxor Jarobhhami ventura est, ut requirat aliquid abs te de filio suo, quia ægrotus est: [d] his & talibus allo-quitor eam: futurum autem est cùm ingredietur, ut ipsa agat extraneam.

6 Fuit itaque cùm audiret Achija strepitum pedum ejus ingredientis januam, ut diceret: ingredere uxor Jarobhhami: ecquid tu agis extraneam: ego verò missus sum ad te *ad indicandum* durum?

7 I, dic Jarobhhamo: sic ait Jehova Deus Jisraëlis: propterea quòd te extuli e medio hujus populi, & imposui te antecessorem populo meo Jisraëli,

8 Et laceratum regnum a domo Davidis tradidi tibi: neque fuisti sicut servus meus David, qui observavit præcepta mea, & qui [e] secutus est me ex toto animo suo, faciendo tantummodò quod rectum *videtur* in oculis meis:

9 Sed [f] pejus egisti omnibus qui fuerunt ante te: & abiens fecisti tibi deos alienos, etiam fusiles ad provocandum me: denique abjecisti me post tergum tuum:

10 Idcirco ecce ego inducturus sum malum in domum Jarobhhami, & excisurus sum Jarobhhamo ″ mingentem ad parietem, ″ conclusumq; & derelictum in Jisraële: & tollam [g] assectas domus Jarobhhami, quemadmodum tollit quis stercus, donec defecerit.

11 ″ Morientem Jarobhhamo in civitate, comedent canes: morientem verò in agro, comedent volatilia Cœli: nam Jehova locutus est.

12 Tu autem surge, abi domum tuam: cùm intrabunt pedes tui civitatem illico morietur infans.

13 Quem plangent omnes Jisraëlitæ sepelientes *eum*, is enim solus ″ perveniet Jarobhhamo in sepulchrũ: eo quòd [h] ″ est de eo *solo* e domo Jarobhhami sententia bona apud Jehovam Deum Jisraëlis.

14 Itaque suscitabit sibi Jehova ″ regem super Jisraëlem, qui excidet domum Jarobhhami ″ eadem die: ″ quid autem? etiam nunc *suscitavit*.

15 Præterea ″ percutiet Jehova Jisraëlem *agitans* ″ quemadmodum agitatur arundo in aqua: & ″ convellens Jisraëlem a terra hac optima quam dederat maioribus eorum, disperget eos procul ultra ipsum ″ flumen: eô quòd fecerunt lucos suos provocantes Jehovam.

16 Denique exponet Jisraëlem: propter peccata Jarobhhami quibus peccavit, & quibus ad peccandum induxit Jisraëlem.

17 Tum surgens uxor Jarobhhami abiit, & pervenit ″ Tirtzam: qua veniente ad limen domus suæ, puer mortuus est.

18 Et sepelientes eum planxerunt eum omnes Jisraëlitæ: ″ secundum verbũ Jehovæ quod locutus fuerat [i] per servum suum Achijã prophetam.

19 [k] Reliquæ autẽ res Jarobhhami, ut bellavit & ut regnavit: ecce scriptæ sunt in [l] libro ″ Chronicorum regum Jisraëlis.

c Heb. canitie: synecdoche.

d Heb. secũdum hoc & secundum hoc.

e Hebr. ambulavit post me ex toto corde.

f Heb. male egisti faciẽdo.

g Hebr. post domum Jarobhhami *euntes*: sic infrà 16.5.

h Heb. invẽta est de eo: vide Num. 11.22.

i Heb. p manum servi.

k Heb. reliquum rerũ.

l Hebr. rerũ dierum .i. in actis publicis: sic deinceps.

20 Dies autem quibus regnavit Jarobhham fuerunt ″ viginti duorum annorum: qui poſtquam occubuit cum patribus ſuis, regnavit Nadab filius ejus pro eo.

21 Rechabhham verò filius Schelomonis regnavit in Jehuda: natus unum & quadraginta annos Rechabhham cùm iniret regnum, ſeptemdecim annos regnavit Jeruſchalaimis, in civitate quam elegerat Jehova ad ponendum nomen ſuum ibi ex omnibus *civitatibus* tribuum Jiſraëlis, & ″ nomen matris ejus Nahhama Hhammonitis.

22 ″ Fecit etiam Jehuda quod malum *videtur* in oculis Jehovæ: & ad zelotypiam moverunt eum peccatis ſuis, quibus peccarunt ſupra quàm omnia quæ fecerant majores eorum.

23 Nam extruxerunt etiam ſibi excelſa, & ſtatuas ac lucos: ſuper omnem collem altum, & ſub omni arbore virente.

24 Inſuper etiam meritorii erant in terra ipſa: faciebant ſecundũ abominationes gentium, quas ejecerat Jehova a facie Jiſraëlitarum.

2.Chrõ.12. 25 Quapropter fuit anno quinto regis Rechabhhami: ut aſcendens ″ Schiſchak rex Ægypti contra Jeruſchalaima,

26 Acciperet theſauros domus Jehovæ, & theſauros domus regis: illa, inquam, omnia acciperet: acciperet etiam omnia ″ ſcuta aurea quæ fecerat Schelomo.

27 Pro quibus fecit Rex Rechabhham ſcuta ærea: quæ depoſuit in manum præfectorum ″ curſoribus, qui obſervabant portã domus regis.

28 Eratque ex quo veniebat rex in domum Jehovę, ut afferrent ea curſores: poſteà referrent ea ad procœtonem curſorum.

29 Reliquæ autem res Rechabhhami, & omnia quæ fecit: nónne ſunt ſcripta in libro Chronicorum regum Jehudæ?

30 Etiam bellum *quod* fuit inter Rechabhhamum & inter Jarobhhamum omnibus diebus eorum.

31 Cumque occubuiſſet Rechabhham cum patribus ſuis, & ſepultus eſſet cum patribus ſuis in civitate Davidis: cujus matri nomen Nahhama Hhammonitis: regnavit [m] Abijam filius ejus pro eo.

m qui Abija, 2.Chrõ. 12.16.

ANNOTATIO.

9 *Deos alienos*] vide 2.Chrõ.11.15. 10 *Mingentem*] vide 1.Schẽ.25.22. *Concluſumq́*] vide Deut.22.16. 11 *Morientem Jarobhhamo*] vide executionem infrà 15.29.& ſequentibus. 13 *Pervenier Jarobhhamo*] id eſt, ex poſteris ejus. *Eſt de eo &c.*] id eſt, placuit Deo hunc ſolum e poſteris Jarobhhami ſepulturæ honore afficere. 14 *Regem*] Bahhaſcham, vide infrà 15.27 *Eadem die*] id eſt, eodem tempore quo regnum invadet. *Quod autem*] correctio quaſi dicat: quid dico ſuſcitabit? imò jam conſtitutus eſt, & in regno verſatur. 15 *Percutiet*] Infelicem & calamitoſum ſtatum regni Jiſraëlitici a Jarobhhamo uſque ad finem prophetat. *Quemadmodum agitatur*] id eſt, perpetuis motibus civilibus & externis divexans, ut tota illius regni hiſtoria docet. *Quem vellens*] ſub Hoſchehha filio Elæ per Salmanaſſarem, 2.Reg.17. *Flumen*] Euphratem in Aſſyriam, Meſopotamiam, & Mediam, 2.Reg.17.16. 17 *Tirtzam*] urbem regiam ante extructam Samariam, ad Euphratem non procul Tiphſacho: vide 2.Reg.15.16. 18 *Secundum Verbum*] ſuprà verſic.13. vide ſup.11.41.ſic infrà 29. 20 *Viginti duorum annorum*] quorum ultimus in regno filii primus numerandus eſt. 21 *Et nomen matris*] hîc & in fine capitis meminit matris, quòd idololatriæ ipſius autor poſt regni triennium fuerit: vide 2.Chronic.11.17. 22 *Fecit etiam*] anno quarto regni ipſius, ut apparet ex 2.Chron.11.17.& infrà verſic.25. 25 *Schiſchak*] ad quem Jarobhhamum fugiſſe legitur 1.Reg.11.40. Idem Saſokis Diodoro Siculo, & Suſakis Juſtino dicitur. 26 *Scuta aurea*] de quibus ſuprà 10.16.& 17. 27 *Curſoribus*] id eſt, regis ſtipatoribus ad officia expeditis.

CAPUT

CAPUT XV.

Abijam improbus triennio regnat. Asa verò filius bonus & instaurandi cultus Dei studiosus uno & quadraginta: Sed Bahhaschæ conatu mala ratione impedito iram Dei in se provocat. In regno verò Jisraëlitico Nadab Jarobhhamo succedit sceleratus patris exemplo: quem Bahhaschа altero ipsius regni anno per conjurationem occidit, & tota Jarobhhami stirpe deleta regno potitur.

1 ANNO autem decimo octavo regis Jarobhhami filii Nebati:
2 regnavit[a] Abijam super Jehudam.
Tribus annis regnavit Jeruschalaimis: cujus matri nomen [b] Macchaca filia" Abischalomi.
3 Et ambulavit in omnibus peccatis patris sui, quę fecerat coram ipso: nec fuit [c] animus ejus integer erga Jehovam Deum suum, ut animus Davidis patris sui.
4 Sed propter Davidem dedit Jehova Deus illius, illi" lucernam Jeruschalaimis, suscitando filium ejus post eum & stabiliendo Jeruschalaima:
5 Eo quòd fecisset David quod rectum *videtur* in oculis Jehovæ: neq; recessisset ab omnibus quæ præceperat ei, omnibus diebus vitę suę: præterquàm in re Urijæ Chittæi.
6 Bellum autem fuerat inter Rechabhhamum & Jarobhhamum omnibus diebus vitæ ejus.
7 Sed cùm reliquæ res Abijami, & omnia quæ fecit nónne sunt scripta in libro" Chronicorum regum Jehudæ, tum bellum [d] confectum inter Abijamum & Jarobhhamum?
8 Posteà occubuit Abijam cum patribus suis, quem sepeliverunt in civitate Davidis: & regnavit Asa filius ejus pro eo.
9 Anno itaque vigesimo" *completo* Jarobhhami regis Jisraëlis: regnavit Asa super Jehudam.
10 Uno & quadraginta annis regnavit Jeruschalaimis: cujus [e] Avię nomen Mahhaca filia Abischalomi.
11 Et fecit Asa quod rectum *videtur* in oculis Jehovæ: sicut David pater ipsius.
12 Nam abstulit" meritorios e terra: & amovit omnes deos stercoreos quos fecerant majores sui.
13 Quin etiam ipsam Mahhacam aviam suam" amovit ne esset [f] augusta: eo quòd fecerat horrēdam statuam cum luco: & succisam Asa horrendam statuam ejus, combussit ad torrentem Kidronem.
14 Excelsa quidem non amota sunt: sed animus Asę fuit integer" erga Jehovam omnibus diebus ejus.
15 Et retulit res consecratas patris sui, & res consecratas *a se* in domum Jehovæ: argentum & aurum & instrumenta.
16 "Quam ob rem bellum fuit inter Asam & inter Bahhascham regem Jisraëlis omnibus diebus eorum.

2. Chrō. 13.

a in Chron. Abija.

b Micaja filia Urielis. 2. Chrō. 13. 2. binomii enim fuerunt ipsa & pater.

c Hebr. cor sic deinceps.

d Heb. fuit: Sed ita hoc loco interpretandum esse verbū docet 2. Chrō. 13. 3. & sequentibus.

2. Chrō. 14.

e Hebr. matri: vide suprà 2. ℣. & infrà 13. ℣.

f Hebr. domina: ut sup. 11. 19.

2. Chro. 16. 17 Nam aſcendens Bahhaſcha rex Iſraëlis contra Jehudam, ædificabat Ramam: ne ſineret ad Aſam regem Jehudæ egredi aut regredi *quemquam*.

18 Sed accipiens Aſa totum argentum & aurum quæ reliqua erant in theſauris Jehovæ: etiam theſauros domus regiæ, tradidit in manum ſervorum ſuorum: quos miſit rex Aſa ad Ben-Hadadum filium Tabrimonis filii Chezjonis regem Syriæ, qui habitabat Damaſci ut dicerent:

19 Fœdus *eſt* inter me & inter te, inter patrem tuum & inter patrem meum: ecce mitto ad te munus argentum & aurum: age fac irritum fœdus tuum cum Bahhaſcha rege Iſraëlis, ut abſcedat a me.

g Hebr. quæ *erant* ei. 20 Et auſcultans Ben-Hadad regi Aſę, miſit principes copiarum ſuarum contra civitates Iſraëlis, & percuſſit Hhijonem, & Danem & *h* Abelum Beth-Mahhacæ, & *i* totum tractum Cinnereth & totam terram Naphthali.

h 2. Chronic. 4. dicitur Abel-Majim: vide 2. Schē. 21. 14.

21 Unde fuit audiente Bahhaſcha, ut deſiſteret ab ędificanda Rama, & reſideret Tirtzæ.

i Heb. totas Cinnerothas: ●ide Jehoſch 11. 2.

27 Tunc rege Aſa promulgante in tota Jehuda, (nemo erat immunis), deportarunt lapides Ramæ, & ligna ejus quibus ædificabat Bahhaſcha, & ædificavit ex illis rex Aſa Gebahhum Binjaminitarum & Mitzpam.

23 Reliquæ autem omnes res Aſæ, & omnis fortitudo ejus, & quæcunque fecit, & civitates quas ædificavit, nónne ſunt ſcripta in libro Chronicorum regum Jehudę? veruntamē tempore ſenectutis ſuę egrotavit ex pedibus ſuis.

24 Poſteà cùm occubuiſſet Aſa cum patribus ſuis, ſepultus eſt cum patribus ſuis in civitate Davidis patris ſui: & regnavit Jehoſchaphat filius ejus pro eo.

25 Nadab verò filius Jarobhhami regnare cœpit ſuper Iſraëlem anno ſecundo Aſæ regis Jehudæ: ac regnavit ſuper Iſraëlem biennio.

26 Fecitque quod malum *videtur* in oculis Jehovę: ambulans in viapatris ſui, & in peccato ejus, quo ad peccandum induxit Iſraëlem.

27 Quapropter conſpirationem fecit contra eum Bahhaſcha filius Achiję e domo Iſſaſcaris, & percuſſit eum Bahhaſcha ad Gibbetonem, qui Peliſchtęorum erat: cùm Nadab & omnes Iſraëlitę obſiderent Gibbetonem.

28 Itaque morte afficiens eum Bahhaſcha anno tertio Aſę regis Jehudę: regnavit pro eo.

29 Fuitq; cùm cœpit regnare, ut percuteret totam domum Jarobhhami, donec perdidiſſet eam: non reliquam faceret ullam animam Jarobhhamo: ſecundum verbum Jehovæ quod locutus fuerat per ſervum ſuum Achijam Schilonitem.

Sup. 14. 10. & ſequēt.

30 Propter

30 Propter peccata Jarobhhami quibus peccavit, & quibus ad peccandum induxit Jisraëlem: propter indignationem ejus, qua provocavit Jehovam Deum Jisraëlis.

31 Reliquæ autem res Nadabi & omnia quæ fecit nónne sunt scripta in libro Chronicorum regum Jisraëlis?

32 Itaque bellum erat inter Asam & inter Bahhascham regem Jisraëlis omnibus diebus illorum.

ANNOTATIO.

2 *Abischalomi*] non filii Davidis. (nam ejus liberi non supervixerunt, 2. Schem. 18.18): sed alterius Gibhhami e Bisjamine, 2. Chron. 13. 2. 4 *Lucernam*] vide suprà 11.36. Sequentia autem per epexegesin ostendunt in quo consistat ista lucerna, nimirum in regno & in religione. 5 *Neque recessisset*] id est, neque omnia pietatis & justitiæ officia lege imperata deposuisset: præterquam &c. Nam Uriæ facto in totam legem peccavit, sed ex infirmitate: non autem elata manu & projecta audacia totus effusus est ad peccandum in Spiritum Sanctum. *Chronicorum*] ut suprà 11.41. 9 *Complero*] Nam Nadab Jarobhhamo successisse scribitur anno Secundo Asæ, infrà, ℣. 25. 12 *Meritorios*] de quibus suprà 14.24. vide infrà 22.47. 13 *Amovit*] id est, dignitate & potestate eam privavit: hæc autem omnia summatim sine temporum distinctione de administratione Asæ referuntur, quæ plaviavit: hæc autem omnia summatim sine temporum distinctione de administratione Asæ referuntur, quæ plaenius in sua tempora distribuuntur 2. Chronic. 14.15. & 16. capitibus. *Succisam*] & comminutam: synecdoche: 2. Chronic. 15.16. 14 *Erga Jehovam*] id est, erga cultum ejus, quanvis vitam reliquam huic studio non confirmaverit. 16 *Quam ob rem*] cùm Bahhascha videret Asam religionem instauasse, & multos in suo regno ad Asam defecisse, ut in fœdus Dei convenirent: vide 2. Chronic. 15.8. & sequentibus. 7 *Ne sineret &c.*] ut suorum defectionem impediret, & iter ad sollicitandos suos præcluderet. 18 *Quæ reliqua erant*] a temporibus Rechabhami: vide sup. 14.26. *Chez jonis*] fortè is est, qui suprà 11.23. Rezon dicitur. 19 *Inter patrem tuum*] nam adversarius fuisse legitur temporibus Schelomonis, ac non diutius: suprà 11.25: posteà autem diviso regno utrinque fœderatus fuit. 20 *Hhijonem & Danem &c.*] id est, percurrens superiorem tractum Ascheris, Danis & Naphtali usque ad fines Menaschis stragem edidit: Nam Hhijon Ascheris, Dan Danitarum, Abel Mahhaca Menaschitarum, Cinnereth Naphtalitarum erat. 23 *Tempore senectutis*] tribus ultimis annis suis: quare nihil fortiter gessit. 25 *Biennio*] imperfecto, ut ostendit ℣. 28. & 33. 27 *Gibbetonem*] oppidum attributum Daani, quod Pelischtæi tenebant: Jehosch. 19.44. 32 *Bellum erat*] ut sup. ℣. 16.

CAPUT XVI.

Regni Jisraëlitarum status temporibus Asæ describitur: ut Bahhaschæ Jarobhhamo in peccatis similis, similis pœna denunciatur: ut eam Ela filius cum toto genere luit: Ut Zimri post semetipsum se ipsum comburit: Ut regnum Jisraëlitarum inter Hhomrin & Tibnin dividitur: Ut Hhomri solus regno potitus Samariam ædificat: & malitiâ antecessores superat: Ut Achab ei succedens omnes impietate superat: Denique ut contra execrationem Jehoschuhhæ Jerichunte instaurata, autor instaurationis pœnas luit.

1 ANNO tertio Asæ regis Jehudæ: regnavit Bahhascha filius Achijæ super totum Jisraëlem Tirtzæ, vigintiquatuor annis.

2 Cùm autem faceret quod malũ *videtur* in oculis Jehovæ: ambulans in via Jarobhhami, & in peccato ejus, quo ad peccandum induxerat Jisraëlem.

3 Fuit verbum Jehovæ ad Jehu filium Chanani contra Bahhascham, ut diceret:

4 Quia cùm exaltavi te ex ipso pulvere, & posui te antecessorem in populo meo Jisraële: ambulasti in via Jarobhhami, & ad peccandum induxisti populum meum Jisraëlem, ut provocarent me peccatis suis:

5 Ecce ego mox sublaturus sum [a] asseclas Bahhaschæ & asseclas domus ejus: & redditurus domum tuam sicut domum Jarobhhami filii Nebati.

6 Morientem Bahhaschæ in civitate comedent canes: & morientem

[a] *Heb.* post Bahhaschã & post domum ejus *euntes*, ut sup. 14.10.

ei in agro comedent volatilia Cœli.

7 Reliquæ autem res Bahhaſchæ, & quę fecit, fortitudoq; ejus, nónne ſunt ſcriptæ in libro ″ Chronicorum regum Jiſraëlis?

8 (Poſteà occumbens Bahhaſcha cũ patribus ſuis, ſepultus eſt Tirtzæ: & regnavit Ela filius ejus pro eo)

9 ″ Ut etiã per Jehu filium Chanani prophetam verbum Jehovæ fuerat contra Bahhaſcham & contra domũ ejus: idq; propter totũ malum illud, quod fecerat in oculis Jehovę, quòd provocaſſet eum operibus manuum ſuarũ, quòd eſſet ſimilis domui Jarobhhami: & eo quòd percuſſiſſet eũ.

10 ″ Anno vigeſimo ſexto Aſæ regis Jehudæ *completo*: regnabat Elaſilius Bahhaſchæ ſuper Jiſraëlem Tirtzæ ″ ſecundo anno,

11 Cùm facta cõſpiratione in eum ſervus ejus Zimri princeps dimidiatæ partis curruum, dum is Tirtzæ biberet [b] ad ebrietatẽ, in domo Artzę, qui præerat domui ipſius Tirtzæ:

12 Veniens Zimri & percutiens eum, morte affecit eum anno vigeſimo ſeptimo Aſæ regis Jehudæ: ac regnavit pro eo.

13 Fuit autem cùm primũ iſte regnaret, ″ dum inſedit ſolio ſuo, ut percuteret totam familiã Bahhaſchæ, non reliquum faceret ei ″ mingentem ad parietem: ″ etiam vindices ejus & amicos ejus.

14 Itaque perdidit Zimri totam familiã Bahhaſchæ: ſecundũ verbum Jehovæ quod locutus eſt contra Bahhaſcham, per [c] Jehu prophetam:

15 Propter omnia peccata Bahhaſchæ & peccata Elæ filii ejus: quibus peccaverunt, & quibus ad peccandum induxerunt Jiſraëlem, provocando Jehovam Deum Jiſraëlis vanitatibus ſuis.

16 Reliquæ autem res Elæ & quæcunque fecit: nónne ſunt ſcriptæ in libro Chronicorum regum Jiſraëlis?

17 Anno vigeſimoſeptimo Aſæ regis Jehudæ regnavit Zimri ſeptem diebus Tirtzæ: cùm populus caſtra haberent contra ″ Gibbetonem quæ *erat* Peliſchtæorum.

18 Sed qui caſtra habebant, populus ille audiens dicentes: conſpiravit Zimri, & etiam percuſſit regem: conſtituerunt omnes Jiſraëlitæ regem Hhomrin principem militiæ ſuper Jiſraëlem eodem die, in ipſis caſtris.

19 Poſteà aſcendens Hhomri, & omnes Jiſraëlitæ cum eo Gibberonem obſederunt Tirtzam.

20 Fuit autem cùm videret Zimri captam eſſe civitatem, ut ingrederetur palatiũ domus regiæ: & cõbuſta ſecũ domo regis igne, moreretur:

21 Propter peccata ſua quibus peccaverat faciendo quod malum *videtur* in oculis Jehovæ: ambulando in via Jarobhhami, & in peccato ejus quod fecerat inducendo Jiſraëlem ad peccandum.

22 Reliquæ autem res Zimri, & cõſpiratio ejus qua conſpiravit, nónne ſunt ſcriptæ in libro Chronicorum regum Jiſraëlis?

23 Tũc diviſus eſt populꝰ ille, Jiſraël in partes: pars una populi ſequebatur Tibnin filiũ Ginathi ut cõſtitueret eum regẽ: pars verò altera ſequebatur Hhomrin.

24 Cumq;

b *Heb.* ebriꝰ.

c *Heb.* p manum Jehu.

24 Cumq; firmior esset populus qui sequebatur Hhomrin populo qui
sequebatur Tibni filium Ginathi: ″ mortuo Tibni regnavit Hhomri.
25 Anno trigesimo primo *completo* Asæ regis Jehudę, (regnavit Hhom
ri super Jisraëlem ″ duodecim annis): Tirtzæ regnabat sexto anno,
26 Cùm emit montem [c] Schomronis a Schemero ″ duobus talentis ar- [c] vulgo Samariæ: sic deinceps.
genti: & ornato ædificiis monte, vocavit nomen civitatis illius quam æ-
dificavit de nomine Schemeri domini illius montis, Schomronem.
27 Et fecit Hhomri quod malum *videtur* in oculis Jehovæ: ac pejus fe
cit quàm ullus qui fuerit ante eum:
28 ″ Nam ambulavit in tota via Jarobhhami filii Nebati, & in singulis
peccatis ejus, quibus ad peccandum induxerat Jisraëlem: ut provocaret
Jehovam Deum Jisraëlis vanitatibus illorum.
29 Reliquæ autem res Hhomri, & ″ omnia quæ fecit, & fortitudo ejus
qua fecit: nónne sunt scripta in libro Chronicorum regum Jisraëlis?
30 Posteà occubuit Hhomri cum patribus suis & sepultus est Schom-
rone: regnavitq; Achab filius ejus pro eo.
31 Achab autem filius Hhomri regnare cœpit super Jisraëlem anno tri-
gesimo octavo, Asæ regis Jehudæ: regnavitq; Achab filius Hhomri super
Jisraëlem Schomrone ″ viginti duobus annis.
32 Fecitq; Achab filius Hhomri quod malum *videtur* in oculis Jeho- Infrà 21.25.
væ: plus quàm omnes qui fuerant ante ipsum.
33 Fuit enim (″ nónne leve habebatur ei ambulare in peccatis Jarobhha
mi filii Nebati?) ut acciperet uxorem Izebelem filiã Eth-Bahhalis regis
Tzidoniorum: & abiens coleret [d] Bahhalem illorum ac incurvaret se ei: [d] .i. tutelarẽ deũ: vide Judic. 2. 10.
34 Et statueret altare Bahhali isti in æde illa Bahhalis, quam extruxe-
rat Schomrone.
35 Pręterea [e] cõsereret Achab lucũ: deniq; [f] ampli⁹ Achab faceret ad ꝓvo- [e] *Heb.* faceret. [f] *Heb.* adderet facere.
candũ Jehovã Deũ Jisraëlis, quã oẽs reges Jisraëlis qui *fuerant* ante ipsum.
36 Dieb. ejus ædificavit Chiel Beth-Elita Jerichuntẽ: [g] pretio Abirami [g] *Hebr.* pro Abiramo, & pro Schegubo: Iehoſ. 6. 29.
primogeniti sui fundavit eam, & pretio Schegubi natu minimi sui statuit
fores ejus: secundũ verbum Jehovę quod locutus erat per Jehoschuhham
filium Nunis.

ANNOTATIO.

Anno tertio] hos duos versus ad sequẽtia pertinere res ipsa ostendit. *Viginti quatuor annis*] quorũ primus & ultimus imperfecti sunt: nam primus etiã Nadabo antecessori, & ultim⁹ Elæ filio cõmunis est. 7 *Chronicorum*] vide sup. 11. 41. & sic de seq. 9 *Ur etiam*] accõmodatio exitus istius regis ac totius familiæ Bahhaschæ ad superiorẽ prophetiã Jehu. ℣. 4. 10 *Anno vigesimosexto*] quo mortu⁹ erat Bahhascha, & regnare cœperat Ela. *Secundo anno*] Elę, qui fuit 27. Asę, utinf. 12. ℣. quasi dicat: vix dũ elapsus erat ei annus prim⁹ cùm ad conspirationẽ ventũ est. 13 *Dum insedit*] .i. septiduo illo quo regnavit. 13 *Mingentem*] vide 1. Schẽ. 25. 22. *Etiam vindices*] .i. omnes qui erant ejusdẽ cognationis, 17 *Contra Gibberonem* Chr. 22. 2. *Regnavit*] vide sup. 15. 27. in annot. 24 *Mortuo Tibni*] quarto demũ anno post sublatũ Zimrin: vide in 2. Iũ habuit Tibnin. 25 *Duodecim annis*] cõprehensis annis 4. quib. æmu lator superavit antecessores: unũ, ꝙ regũ & populi peccata minutatim perscrutatus est ut illis hæreret: alterũ, ꝙ cõsultò & de-indu stria Deũ ꝓvocavit, cùm superiores non ita destinato cõsilio & desperata malitia id fecissent: nã decretis obstrinxit populũ, & ad idololatriã tyrãnicè coegit: qđ testatur Mica propheta 6. 14. 29 *Et omnia*] sic habẽt nostra vetusta manu scripta exemplaria. 31 *Viginti duob. annis*] imperfectis: nã prim⁹ cũ patre, ultim⁹ cũ filio cõmunis fuit. 33 *Nónne leve*] epiphone una: quasi dicat, ꝙ parvi fecit iste peccata priorũ, q novis illa cumulavit! *Eth-Bahhalis*] quẽ Diodor⁹ Siculus vocat Itobalũ.

CAPUT XVII.

Elija Achabo a Deo multorum annorum siccitatem denuntiat: jussus q; certo loco delitescere,

Per annum corvorum ministerio divinitus cibatus: inde propter aquæ penuriam Dei jussu Zarphatham profectus, a tenui vidua, quam promissione Dei confirmat, ultra biennium sustentatur: cui mortuum filium precibus suscitat.

1 DIXIT autem Elija ″ Tischbites ex ″ inquilinis Gilhhadis ad Achabum: ut vivit Jehova Deus Jisraëlis ante quem ″ adsto, non est futurus ″ annis istis ros aut pluvia: nisi ex verbo meo.

2 Posteà fuit ad eum verbum Jehovæ, dicendo:

3 Abi hinc, & convertens te orientem versus, absconde te ad torrentem Cerithi, qui *est* e regione Jardenis.

4 Eritque ut ex illo torrente bibas: ″ corvis autem præcepi, ut te sustentent ibi.

5 Qui abiens fecit secundum verbum Jehovæ: veniens enim consedit ad torrentem Cerithi, qui *est* e regione Jardenis:

6 Quò corvi afferebant ei panem & carnem quolibet mane, similiter panem & carnem quolibet vespere: & e torrente bibebat.

7 Sed fuit exacto anno, cùm exsiccatus esset torrens ille: quia non fuerat pluvia in illa terra:

8 Ut esset verbum Jehovæ ad eum, dicendo:

9 Surge, abi ″ Tzarphatham quæ *est* Tzidonis, & consideto ibi: ecce præcepi ibi mulieri viduæ ut sustentet te.

10 Qui surgens abiit Tzarphatham, cumq; pervenisset ad portam civitatis, ubi ecce mulier vidua colligebat ligna: advocavit eã & dixit: [a] accipiens da, quæso, mihi paululum aquæ in hoc vase ut bibam.

11 Euntem verò ut acceptam daret: rursus advocans eam dixit: accipiens da quæso mihi frustum panis *prout est* ″ in manu tua.

12 Quæ dixit, ut vivit Jehova Deus tuus non *est* mihi ″ placenta: sed pugna volæ farinæ in cado, & paululum olei in phiala: & ecce colligo duo ligna, ut veniens parem illam mihi & filio meo, ut comedamus illud: ″ deinde moriemur.

13 Dixit verò ad eam Elija: ne timeto, abi, para secundum verbum tuũ: verumtamen fac mihi de ea placentam parvam prius quam afferas mihi: tibi verò & filio tuo facito posteà.

14 Nam sic ait Jehova Deus Jisraëlis: [b] cadi istius farina non consumetur, & phialæ istius oleum non deficiet: usq; ad ″ diem quo daturus est Jehova pluviam in superficie terræ.

15 Abiens ergo illa fecit secundum verbum Elijæ: ita comedit ipsa & ipse, idq; domi ejus per annum.

16 Cadi farina illa non consumebatur, & phialæ illius oleum non deficiebat: secundum verbum Jehovæ quod locutus fuerat per Elijam.

17 Fuit autem [c] ″ his rebus gestis ut ægrotaret filius mulieris illius, dominæ domus: cumq; esset ægritudo ejus valida admodum, adeò ut ″ non reliqua esset in eo respiratio,

18 Dixit

a Hebr. accipe quæso mihi: vide Exo. 25. 2. sic deinceps.

b Heb. cadus istius farinę, & phiala olei: hypallage.

c Heb. post res has.

18 Dixit illa ad Elijam: quid[d] mihi tecum vir Dei? veneris ad me ad recordandum iniquitatem meam, & afficiendum morte filium meum?
19 Qui dixit ad eam: da mihi filium tuum: & acceptum eum e sinu ejus, detulit eum in cœnaculum, ubi ipse habitabat, deposuitque eum super lectum suum.
20 Tum inclamans Jehovam dixit: ô Jehova Deus mi: etiámne viduã hanc apud quam ego hospitor malo affeceris, mortẽ afferendo filio ejus?
21 Et admensus se super puero ter, inclamavit Jehovam dicens: Jehova Deus mi, revertatur quæso anima pueri hujus in medium ejus.
22 Quapropter auscultavit Jehova voci Elijæ, ita ut reversa animâ pueri in medium ejus, is revixerit.
23 Tum acceptum Elija puerum deduxit e suo cœnaculo domum, & reddidit eum matri ejus: dixitq; Elija: vide, vivit filius tuus.
24 Dixit verò mulier ad Elijam: jam hoc experior virum Dei te esse: & verbum Jehovæ in ore tuo verum.

d *Heb.* mihi & tibi: sic 2. Schem. 16. 10 & 19. 23

ANNOTATIO.

1 *Tisbhites*] id est, incola partis illius Gilhadis, quæ ad orientem spectat, temporib. Schaulis Hagarenis adempta. Hæc autem Tesbeh dicta est: vel eo quòd veteres incolæ ad centum millia captivi abducti sunt: vel quòd ex Israelitis trans Jardenem coloniæ eò transmissæ sunt, ut eam inhabitarent: vide 1. Chr. 5. 22. *Inquilinis*] .i. colonis e Gilhade transmissis. *Adsto*] .i. ministro, ut exponitur Deu. 10. 8. *Annis*] rribus & sex mensibus Luc. 4. 25. & Jacobi. 5. 17. vide inf. 18. 1. sic enim aperiè colligitur ex mandato & promissione Dei inf. 14. 4 *Corvis præcepi*] hæc avis lege immunda erat cibo: non autem contactu, nisi mortua: Levit. 11. 15. 9 *Tzarphatham*] quam scriptores vocant Sareptam inter Tyrum & Tzidonem, sitam ad mare. 11 *In manu tua*] .i. penes te. 12 *Placenta*] .i. ne minimus quidem panis factus. *Deinde moriemur*] quasi dicat, nulla est deinceps vitæ sustentandæ ratio. 14 *Diem quo*] .i. usquedum anni duo cum dimidio effluxerint. 17 *His rebus gestis*] .i. tertio anno, quem apud viduam agebat: sive exacto biennio siccitatis: nam annum educa tus est corvorum ministerio sup. ℣. 7, & alterum apud viduam, de quo ℣. 16. *Non reliqua esset*] .i. exspirasset. 18 *Quid mihi tecum*] subaudi, fuerit. Id est, quorsum spectaverint promissiones tuæ, si moriendum sit illis quibus factæ sunt? *Venisti ad me*] quasi dicat, cùm me primum allocutus es, me & filium de vita in remissione peccatorum confirmasti ℣. 15. quã jam amplius annum experta sum: nunc verò éstne aliquid cujus nomine tam graviter sim castiganda contraquàm initio spem fecerat? 20 *Etiámne*] quasi dicat, ut alios multos qui fame & siccitate pereunt, sed minimè confirmatos de vita: ut hæc vidua per me confirmata est. 21 *Admensus se*] tum ut visu & contactu pueri ad orandũ magis inflammaretur: tum ut incubationis medio caro pueri fóveretur, confer cũ facto Elischahhi 2. Reg. 4. 34. *Ter*] alternis incubans & orãs.

CAPUT XVIII.

Elija ab Achabo diu quæsitus, jussu Dei se illi exhibet: increpantem regem reprehendit, & Jisraelem cum falsis prophetis in montem Carmeli convocari jubet: ubi populo similiter reprehenso, miraculo cum prophetis Bahhalis spondet: convictos jugulat: regi pluviam denuntiat, & abeuntem Jizrehhelem, prosequitur.

1 POSTEA diebus multis post annum tertium hunc, fuit ut verbum Jehovæ esset ad Elijam dicendo: i, ostende te Achabo, & dabo pluviam in superficie terræ.
2 Itaque abiit Elija ut ostenderet se Achabo: erat autẽ fames valida in Schomrone:
3 Quapropter advocaverat Achab Hhobadjam qui præerat domui ipsius: (erat autem Hhobadja timens Jehovæ valde.
4 Nã fuit cùm excinderet Izebel prophetas Jehovæ: ut accipiens Hhobadja centum prophetas abscóderet eos, quinquagenos viros in una spelunca, & sustentaret eos pane & aqua).
5 Et edixerat Achab Hhobadjæ: perambula hanc terram ad fontes aquarum, & ad omnes torrentes: si fortè inveniamus fœnum, ut vivos cõservemus equos & mulos, & non[a] sinamus excindi nobis jumenta.

a *Heb.* & nõ excindamus nos a jumentis: hypallage.

6 Itaq; partiti terram inter se quam obirent: Achab profectus est unâ
b Heb. solus: ut Gē. 43. 32. via ipse[b] seorsim, & Hhobadja profectus est viâ alterâ seorsim.
7 Fuit autē Hhobadja *versante* in itinere, cùm ecce Elija obvius ei fieret: ut agnoscens eum procideret in faciem suam ac diceret: túne ille es dominus meus Elija?
8 Qui dixit ei, sum: i, dic domino tuo, ecce Elijam:
9 Dixit verò *Hhobadja*: quid peccavi: quòd tradis servum tuum in manum Achabi ut morte afficiat me?
10 Ut vivit Jehova Deus tuus, non *est* gentis aut regni *locus* quò nō miserit dominus meus ad quærendum te: qui dixerunt non *adest*: etiam adjuravit regnum & gentem: quia non potest invenire te.
11 Et nunc tu dicis: i dic domino tuo ecce Elijam.
12 Atqui erit me abeūte abs te, ut spiritus Jehovę deferat te nescio quò: cumq; venero indicatum Achabo, si non inveniat te occidet me: tamen servus tuus timet Jehovam ab adolescentia mea.
13 Nónne indicatum est domino meo quid fecerim cùm occideret Jezebel prophetas Jehovæ? ut occultavi e prophetis Jehovæ centū viros, quinquagenos viros in una spelunca, & sustentavi eos pane & aqua?
c Heb. quinquaginta quinquaginta viros.
14 Nunc autem tu dicis: i dic domino tuo, ecce Elijam: atqui occideret me.
15 Dixit verò Elija: ut vivit Jehova exercituum coram quo ″adsto: hodie ostendam me ei.
16 Abiens itaque Hhobadja obviam Achabo indicavit ei: quapropter ivit Achab obviam Elijæ.
17 Fuitq; cùm videret Achab Elijam: ut diceret Achab ad eum: túne ille es ″perturbator Jisraëlis?
18 Qui dixit, non perturbo Jisraëlem: sed tu & domus patris tui: dum derelinquitis præcepta Jehovę & sequeris Bahhalimos.
19 Sed nunc mitte, congrega ad me totum Jisraëlem in montem Carmelum: & prophetas Bahhalis quadringentos quinquaginta, prophetas quoque ″luci illius quadringentos comedentes e mensa Izebelæ.
20 Itaque mittens Achab ad omnes Jisraëlitas congregavit prophetas illos in montem Carmeli.
21 Tum accedens Elija ad totum populum illum, dixit: ″quousq; claudicaturi estis in duabus istis cogitationibus? si Jehova est Deus ipse, sequimini eum: sin autem istorum Bahhal, sequimini eum: sed ″non respondérunt ei populus ille quicquam.
22 Prætereà dixit Elija ad populum illum: ego relictus sum propheta Jehovæ solus: ″prophetæ autem isti Bahhalis ″quadringenti quinquaginta viri.
d Hebr. dent nobis duos.
23 Itaq; [d]dentur nobis duo juvenci, & eligentes sibi juvencū unum, in membra dividant eum ac imponant lignis: sed ignem ne apponāto: ego quoq; parabo juvencū alterū, quem imponā lignis: sed ignē non apponā.
24 Tum

24 Tum ″ invocatote nomen deorum veſtrorum : ego verò invocabo nomen Jehovæ:eritq; Deus ille qui teſtabitur igne,ipſe Deus: cui reſpondens totus populus ille dixerunt:bona *eſt* hæc res.

25 Deinde dicente Elija prophetis Bahhalis:eligite vobis juvencum unum,& parate primùm,nam *eſtis* plures: & invocate nomen deorum veſtrorum:ſed ignem ne apponite:

26 Acceperunt juvencum ″ quem conceſſerat eis: quo parato cùm invocaſſent nomen Bahhalis a mane uſque ad meridiem dicendo,ô Bahhal exaudi nos, & nulla *eſſet* vox & nullus exaudiens: ″ inſultarunt in altare quod fecerat *Elija*.

27 Fuit enim ipſo meridie ut ludificans eos Elija diceret:clamate voce magna quandoquidem Deus eſt.nam colloquium : aut,nam ″ inſectatio eſt ei:aut,nam iter *eſt faciendum* ei:fortaſſis dormit,ut evigilet.

28 Qui clamabant voce magna,& ″ incidebant ſeſe pro ratione ipſorũ gladiis & ſpiculis:uſque adeò ut perfunderent ſe ſanguine.

29 Fuit verò cùm præteriiſſet meridies,″ ut prophetas agerent uſque dum ″ offertur munus : ſed nulla *erat* vox , & nullus exaudiens , nullaque attentio.

30 Elija autem edicente toti populo illi, accedite ad me , acceſſit totus populus ad eum:tum curavit altare Jehovæ ″ quod dirutum erat.

31 Nam accepit Elija ″ duodecim lapides pro numero tribuũ filiorũ Jahhakobi:ad quem fuerat verbum Jehovæ dicẽdo,Jiſraël eſto nomen tuũ. Gen.32.28. &35.10.

32 ″ Cumq; exſtruxiſſet lapidibus iſtis altare in nomine Jehovæ:paravit aquæ ductum *capientem* quaſi [e] duo ſata ſementis circa illud altare.

33 Deinde diſpoſuit ligna: & diviſum in membra juvencum impoſuit lignis.

34 Tum edixit:implete quatuor Cados ″ aquâ, & effundunto ſuper ipſum holocauſtum & ſuper ligna:iterum edicente, ſecundò facite, ſecundò fecerunt:rurſus edicente tertiò facite, tertiò fecerunt.

35 Adeò ut [f] fluerent aquæ circa altare : atque etiam aquæ ductum impleret aqua.

36 Fuit autem ″ cùm offertur munus,ut accedens Elija propheta diceret:ô Jehova Deus Abrahami , Jitzchaki & Jiſraëlis, hodie innoteſcat te Deũ eſſe in Jiſraële,& me ſervũ tuum:qui ex verbo tuo feci oẽs res iſtas.

37 Exaudi me Jehova,exaudi me,ut agnoſcant populus hic te Jehovã Deum illum eſſe:cùm tu averteris animum eorum ″ retrorſum.

38 Tunc ignis Jehovæ decidens , conſumpſit holocauſtum & ligna & lapides & pulverem ipſum:etiam aquam quę *erat* in aquę ductu delinxit.

39 Quod cùm videret totus ille populus,prociderunt in faciem ſuam: & dixerunt,Jehova ipſe Deus eſt,Jehova ipſe Deus eſt.

40 Deinde dicente Elija eis : prehendite prophetas iſtos Bahhalis, ne moſe proripiat ex eis:prehenderunt eos:quos deducens Elija ad torrentem ″ Kiſchonis,jugulavit ibi.

e *Heb.* quaſi locũ duorũ ſatorum ſementis.

f *Heb.* irent.

41 Et dixit Elija Achabo: aſcende, comede & bibe: nam *ecce* ſtrepitus multitudinis pluviæ.

42 Sic aſcendit Achab ad comedendum & bibendum: Elija autem aſcendit in verticem Carmeli, & pronum ſe abjecit in terram: deinde poſuit faciem ſuam inter genua ſua.

43 Edixerat autẽ puero ſuo, aſcende jam, intuere viâ maris: qui aſcendens intuitus eſt ac dixit, non *eſt* quicquam: & ſepties edixit reverrere.

44 Fuitq; ſeptima *vice* ut diceret: ecce nubes parva ſicut vola hominis aſcendit a mari: tum dixit: aſcende, dic Achabo, junge equos & deſcende ne intercludat te pluvia.

g Heb. dũ ſic & dũ ſic *eſt.*

45 Itaq; fuit[g] intereà cùm Cœli obſcurarentur nubibus & vento, unde fuit pluvia magna: ut equitans Achab abiret Jizrehhelem.

46 Manus autem Jehovæ adfuit Elijæ, ut[e] confirmaret lumbos ejus: ita præcurrit Achabo uſquedum venias Jizrehhelem.

ANNOTATIO.

1 *Poſteà diebus multis*] id eſt, elapſis ſex menſibus, Luc. 4.25. & Jacob. 5.17. vide ſup. in 17.1. *Oſtende*] ea dicturus quæ in ſequentibus narrantur, ut ipſe docet ℣.36. 2 *Schomrone*] id eſt, regno Iſraëlis: ſynecdoche. 15 *Jude*] *ſto*] ut ſuprà 17.1. 17 *Perturbator*] qui tantam ſiccitatem & famem in Iſraëlem immittis. 19 *Lucis illius*] de quo ſup. 16.35. 21 *Quouſque claudicaturi eſtis*] id eſt, quouſque in dubio erunt conſcientiæ veſtræ, quem cultum ſequamini? nam neque cultui vitulorũ, quem vos Jehovæ exhibere putatis ex inſtitutione Jarobhhami: neque Bahhalismis, quos recens inſtituit Achab, planè acquieſcitis: denique neſcitis utrum veterem novo, an novum veteri præferre debeatis: ſpectem quæ ſequuntur per conceſſionem dicuntur. *Non reſpondẽrunt*] quia dubitabant uter Dei cultus eſſet, aut haberetur donec miraculo Elijæ confirmati ſunt. 22 *Prophetæ iſti*] non comprehenſis prophetis luci, de quibus ſup. ℣.19. 24 *Invocate*] Apoſtrophe ad Prophetas Bahhalis. 26 *Quem conceſſerat*] id eſt, cujus optionem dederat *Inſultarunt*] poſt meridiem, furorem propheticum ſimulantes ut ipſum everterent ℣.30, provocati ſarcaſmis Elijæ: nam proleptice hic verſus 3. ſequentib. exponitur. 27 *Inſectatio*] vel hoſtium vel ferarum. 28 *Incidebant*] ex more gentium, de quo Deut. 14.1. 29 *Prophetas agerent*] vide 1. Schem. 18.9. *Offertur munus*] id eſt, uſque ad tempus vel horam quo munus offerebatur Exo. 29.41. ſic infr. 36. ſimile vide 2. Reg. 3.20. 30 *Quod dirutum &c.*] ab inſtitutis prophetis ſup. 26. 31 *Duodecim lapides*] ut hac altari ſtructura doceret Iſraëlitas, omnes tribus ſimul in unũ conjunctas, deo ſacrum debere coaleſcere, & avitæ dignitatis memores ab omni idolorum ſervitute abſtinere. 32 *Cum*ſ*q; exemplo*ſ*q*] ſpeciali mandato Dei hoc facto extra ordinem Iſraëlitas revocantis: ac proinde contra legem non venit quæ eſt Levit. & Deut. 12. 34 *Aqua*] nam Carmelus imminet mari, unde aquam petebant. 36 *Offertur munus*] ſup. ℣.29. 37 *Retrorſum*] ab idololatria in quam nunc præceps currit, ad te converteris. 40 *Kiſchonis*] vide Judic. 5.21. *Confirmaret lumbos*] id eſt, vires ſuppeditaret ut expeditè pedes iter faceret.

CAPUT XIX.

Izebel audita cæde prophetarum ſuorum, Elijæ per nuntium mortem in craſtinum minatur. Quare Elija in deſertum fugiens mortem expetit: unde, ab angelo cibo confirmatus, in Chorebh progreditur & in ſpeluncam ſe abdit: ex qua a Deo evocatus, ad novos reges Syriæ & Iſraëlitarum, per Eliſchahhum ſibi in munere prophetico ſucceſſurum, inſtituendos mittitur.

1 INDICAVIT autem Achab Izebelæ quicquid fecerat Elija: & eum occidiſſe prorſus omnes prophetas ejus gladio.

2 Quapropter miſit Izebel nuntium ad Elijam qui diceret: ſic faciant dii & ſic pergant, ut hoc ipſo tempore cras[a] redditura ſum vitam tuam ut eſt vita unius ſcujuſque illorum.

a Hebr. poſitura ſum.

3 Quod cùm[b] intelligeret, ſurgens abiit, ſconſulens vitæ ſuę, pervenitque Beer-Schebahhum quod *eſt* Jehudæ: ubi reliquit puerum ſuum.

b Heb. videret. *c Heb.* pro vita ſua.

4 Ipſe verò perrexit in illud deſertum itinere unius diei, & veniens con-

fedit sub junipero quadam: ubi expetebat [d] apud se mori, ac dicebat: sa-
tis est, nunc Jehova accipe animam meam, non enim sum ″ melior majo-
ribus meis.

5 Ita recumbens obdormivit sub junipero quadam: cùm ecce quidam
angelus tangens eum, dixit ei: surge, comede.

6 Eo intuente, ecce ad locum capitis ejus placenta carbonibus *tosta*, &
phiala aquæ: unde comedit ac bibit, posteà [e] rursus recubuit.

7 Reversus autem angelus Jehovæ secundò, tetigit eum dicens: surge
comede: nam [f] majus esset hoc iter quàm ut conficeres.

8 Surgẽs ergo comedit ac bibit: deinde progressus est vi cibi illius qua-
draginta dies & quadraginta noctes *sustentante eum*, usque ad montem
Dei Chorebum.

9 Ubi cùm ingressus quandam speluncam pernoctaret ibi: ecce ver-
bum Jehovæ ad eum, quo dixit ei: quid tibi *rei* hîc est, Elija?

10 Quo dicente, [g] ″ planè Zelo affectus sum pro Jehova Deo exercitu-
um: eô quòd dereliquerunt fœdus tuum Jisraëlitæ: altaria tua destruxe-
runt: & prophetas tuos occiderunt gladio: cumq; ego relictus sim solus,
etiam quærunt [h] vitam meam ut auferant eam:

11 Edixit Deus: exi & consiste in isto monte coram Jehova: ecce au-
tem Jehova transibat, & ″ ventus magnus ac vehemens perfringens mon
tes ac perrumpens petras ante Jehovam: non *erat* in eo vento Jehova:
post ventum autem illum concussio, non *erat* in concussione illa Je-
hova:

12 Et post concussionem illam, ignis: non erat in eo igne Jehova: deni-
que post ignem illum, vox ″ silentio tenuis.

13 Fuitq; ut audiens Elija ″ obvolveret faciem suam toga sua: & exiens
consisteret in porta ipsius speluncæ: cùm ecce ad eum *fuit* vox, quæ dixe-
rat: quid *rei* tibi hîc est Elija?

14 Cui dixerat, *ille* planè zelo affectus sum pro Jehova Deo exercituũ,
eô quòd dereliquerunt Jisraëlitæ fœdus tuum, altaria tua destruxerũt, &
prophetas tuos occiderunt gladio: cumq; ego relictus sim solus, etiã quę-
runt vitam meam ut auferant eam.

15 Edixit enim ei Jehova: abi, revertere itinere tuo versus desertum Da
masci, & ″ veniens ungito Chazaëlem in regem super Syriam:

16 Jehu autem filium Nimschi ungito in regem super Jisraëlem: deni-
que Elischahhum filium Schaphathi ″ Abel-Mecholanum ungito in
prophetam ″ loco tuo.

17 Erit enim ut qui proripuerit se à gladio ″ Chazaëlis ″ morte afficiat
Jehu: eum verò qui proripuerit se à gladio Jehu morte ″ curabit affici E-
lischahh.

18 ″ Reliquos autem feci ex Jisraële septies mille: quorum omnium ge-
nua non ″ curvaverunt se Bahhali, & quorum omnium os non osculatum
est illum.

[d] *Hebr.* cùm animo suo.

[e] *Heb.* reversus est ut recumberet.

[f] *Heb.* multũ esset pro te hoc iter.

[g] *Heb.* zelando zelavi: sic infrà ℣. 14. Suprà. 18. 13

[h] *Hebr.* animã: sic inf. 14

19 Itaq; abiens inde cùm inveniſſet Eliſchahhum filium Schaphati qui arabat duodecim jugis antecedẽtibus eum, & ipſe *erat* cum duodecimo: tranſiens Elija ad eum, ″ injecit togam ſuam illi.

20 Tum relictis bobus accurrens poſt Elijam dixit: ″ oſculer quæſo patrem meum & matrem meam ut ſequar te: cui dixit: ″ abi, revertere: ″ nam quid feci tibi?

21 Itaque divertit ab eo, & acceptum par boũ mactavit, & inſtrumento boum coxit [h] illorum carnem: ″ quã dedit populo ſuo, & comederunt: poſteà ſurgens ſecutus eſt Elijam, & miniſtrabat ei.

h Hebr. coxit eos, carnem

ANNOTATIO.

4 *Melior majoribus meis*] ut diutius mihi vivendum ſit quàm illi vixerint. 10 *Planè Zelo*] quaſi dicat, abjectio miſeriarum tuarum cæſtructio: prophetarum tuorum cædes, & mei perſecutio faciunt ut mortem expetam ſuprà ℣. 4. *Altaria*] id eſt cultum, metonymia: nam propriè altaria Dei erant Jeruſchalaimis. 11 *Ventus magnus*] hujus apparitionis duo ſunt fines: unus ut de divina præſentia certior reddatur Elija: alter ut ea confirmetur, & ad exequendum mandata Dei comparetur. 12 *Silentio*] id eſt, cùm ventus, concuſſio & ignis conquieviſſent. 13 *Obvolueret faciem*] vide Exod. 3. 6. 15 *Veniens ungito*] id eſt, inſtituito per alium: vide executionem 2. Reg. 8. ſic etiam de Jehu accipiẽda ſunt verba ſequentia 2. Reg. 9. 16 *Loco tuo*] id eſt, qui hæc, ubi mandata exequatur. *Abel Mecholanum*] Judicum 7. 22. 17 *A Chazaële*] in bello contra Joramum, de quo 2. Reg. 8. 18. *Morte afficiat*] 2. Reg. 9. 10. *Morte curabit affici*] Fecit Chazaël em: vide 2. Reg. 8. 12. & executionem ibidẽ cap. 10. 32. & cap. 13. 3. 18 *Reliquos autem feci*] reſponsio ad Jud quod dixerat: Relictus ſum ſolus &c. ſup. ℣. 10. *Non curvaverunt*] id eſt, coluerunt: ſynecdoche. vide Gen. 41. 40. 19 *Injecit togam*] id eſt, hoc ſigno vocationem Dei ei indicavit, & in numerum prophetarum aſſumptum eſſe declaravit: quorum habitus ille erat. 20 *Osculer*] id eſt, valedicam parentibus & amicis meis: ſynecdoche. *Abi revertere*] id eſt, hac conditione abi ut quamprimùm revertaris. *Quid feci tibi*] quaſi dicat: ſis muneris memor ad quod te vocavi, & cujus adminiſtratio non patitur moras, aut curam aliarum rerum: Matth. 8. 22. & Lucæ. 9. 62. 21 *Quam dedit ei*] ad convivio valedicturus eis.

CAPUT XX.

Rex Syriæ regnum Jiſraëlis invadens ab Achabo fidem ſubjectionis cum obſidibus & theſauris petit: cui Achab fidem offert, reliqua deprecatur. Deinde inſtante Syro & tempus deſignante, Achab ex conſilio ſuorum conditiones repudiat: Syrum oppugnantem duob. prælijs fundit: quem poſteriore Syrum dedentẽ ſe honorificè accipit, & fœdere icto a ſe dimittit: Quam ob rem a propheta reprehenditur denunciata a Deo ipſi & populo pœna.

1 BEN-HADAD autem rex Syriæ congregatis omnibus copiis ſuis, & triginta regulis ſecum, cum equis & curribus: aſcendens obſedit Schomronem ut oppugnaret eum.

2 Et miſit nuntios ad Achabum regem Jiſraëlis in civitatem:

3 Per quos dixit ei, ſic ait Ben-hadad: argentum tuum & aurum tuum meum eſto: etiam fœminæ tuæ & filij tui præſtantiſſimi ″ mei ſunto.

4 Reſpondens autem rex Jiſraëlis dixit: ſecundum verbum tuum domine mi Rex: ″ tuus ſum & quæcunq; *ſunt* mihi.

5 Rurſus autem redeuntes nuntii dixerunt: ſic ait Ben-hadad dicens: quia miſeram ad te qui dicerent, argentum tuum & aurum tuum & fœminas tuas & filios tuos mihi ″ dato.

6 ″ Sed hoc ipſo tempore cras mittam ſervos meos ad te, ut ſcrutentur domum tuam & domos ſervorum tuorum: eritq; ut quicquid deſiderabile *erit* oculis tuis, poſitum in manu ſua accipiant.

7 Itaq;

7 Itaque rex Jisraëlis vocatis omnibus senioribus regionis dixit: agnoscite quæso & videte istum quærere malum: miserat enim ad me pro fœminis meis & pro filiis meis, & pro argento meo ac pro auro meo: neq; denegaveram ei.
8 Dixerunt verò ad eum omnes illi seniores & totus populus: ne auscultato neque acquiescito.
9 Dixit ergo nuntiis Benhadadi, dicite domino meo regi: quicqd mandabas servo tuo primùm, facturus sum: rem verò hanc non possum facere: sic abeuntes nuntii retulerunt ei rem.
10 Quapropter mittens ad eum Benhadad dixit: sic faciant mihi dii & sic pergant: non sufficeret pulvis Schomronis pugillis toti populo huic qui [a] sequitur vestigia mea.
11 Sed respondens rex Jisraëlis dixit, eloquimini: ne jactet se qui accingit sicut qui discingit.
12 Fuit autem audito verbo hoc, cùm biberet ipse & reges illi in tuguriis: ut ediceret servis suis, admovete: qui admoverunt contra civitatem.
13 Tum ecce propheta quidam accedens ad Achabum regem Jisraëlis, dixit, sic ait Jehova: vidésne totã multitudinẽ maximam istã? ecce ego traditurus sum eam in manum tuam hodie, ut cognoscas me esse Jehovam.
14 Dicenti verò Achabo, per quos? dixit, sic ait Jehova: per pueros præfectorum provinciis: iterum dicenti, quis componet [b] aciem? dixit, tu.
15 Itaque recensuit pueros præfectorũ provinciis, qui *erant* ducenti triginta duo, & post hos recensuit totum populum, omnes Jisraëlitas septies mille.
16 Et egressi sunt ipso meridie: cùm Ben-hadad [c] biberet ad ebrietatem in tuguriis ipse cum regulis illis triginta duobus auxiliaribus ejus.
17 Egressis autem pueris præfectorum provinciis primùm: misit Benhadad cùm renunciassent ei dicendo, homines egressi sunt Schomrone.
18 Ac dixit, sive ad pacem egressi sint, prehendite eos vivos: sive ad bellum egressi sint, vivos prehendite eos.
19 Isti autem egressi e civitate: pueri præfectorum provinciis, & copiæ quæ sequebantur eos:
20 Percusserunt quisq; virum suum, adeò ut fugientes Syros persequerentur Jisraëlitæ: proripuit autem se Ben-hadad rex Syriæ in equo cum equitibus.
21 Tum egressus rex Jisraëlitarum percussit equos & currus: denique percussit Syros plaga magna.
22 Accedens autem propheta ille ad regem Jisraëlis dixit ei: abi, confirmate, & cognosce ac vide quid sis facturus: nam [d] revertente anno rex Syriæ ascensurus est contra te.
23 Servi verò regis Syriæ dicebant ad eum: dii montium sunt dii eorũ, idcircò firmiores fuerunt nobis: at certè pugnemus contra eos in ipsa planitie: si non firmiores erimus eis.

[a] *Hebr.* qui est in pedib. meis: ut Exodi 11. 8.
[b] *Hebr.* ligabit.
[c] *Heb.* bibẽs ebrius.
[d] *Heb.* in reversione anni: sic inf. ✝. 26.

24 Itaque rem hanc facito: ″amove regulos istos, quemque a loco suo, & substitue ″proceres loco eorum.

[c] *Heb.* ex te-cum. 25 Tu tamen numerato tibi copias [c] ″ex tuis, prout erant copiæ illę quę ceciderũt, & equos prout erant illi equi, & currus prout illi currus erant: sic pugnemus contra illos in ipsa planitie: si non firmiores erimus eis: qui auscultans voci eorum sic fecit.

26 Fuit enim revertente anno, cùm recensuisset Syros Ben-hadad: ut ascenderet ″Aphekum in bellum contra Jisraëlitas.

27 Jisraëlitę quoq; recensiti & commeatu instructi processerunt obviã eis: & castra habentes Jisraëlitæ e regione eorum, similes *erant* ″duob. parvis gregibus caprarum: Syri autem replebant illam terram.

28 Quapropter accedens vir ille Dei allocutus est regem Jisraëlis ac dixit: sic ait Jehova: eô quòd dixerunt Syri Deum montium Jehovam acnõ Deum convallium esse: ideò traditurus sum totam multitudinem maximam istam in manum tuam, ut cognoscatis me esse Jehovam.

29 Itaque castra habebant hi ex adverso illorum septem dies: fuit verò die septimo, ut appropinquante acie, percuterent Jisraëlitæ e Syris centũ millia peditum uno die.

30 Fugientibus deinde reliquis Aphekum in ipsam civitatem, corruit ejus murus super vigintiseptem millia virorum qui reliqui erãt: sed Ben-hadad fugiens ingressus est civitatem in [f] intimum conclave.

[f] *Heb.* cõclave in cõclavi

31 Ubi dixerunt ad eum servi ejus: ecce jam audivimus reges domus Jisraëlis, reges [g] benignos esse: ″imponamus quæso cilicia lumbis nostris, & funes indamus capitibus nostris, & exeamus ad regem Jisraëlis, fortassis [h] vitam tuam servabit.

[g] *Heb.* benignitatis.

[h] *Heb.* vivificabit animã tuam.

32 Itaq; accingentes ciliciis lumbos suos & funes indentes capitib. suis, venerũt ad regẽ Jisraëlis dicentes: servus tuus Ben-hadad dicit, vivat quęso anima mea: qui dixit, ẽstne adhuc vivus? ″frater meus est.

[i] *Heb.* experimẽto discebant & festinabant & prẽcidebant ex eo.

33 (Homines autem isti [i] experimento discere festinabant & pręcisè cognoscere an ex ipso esset), dixerunt itaque, frater tuus *ergo est* Ben-hadad: qui dixit, redite assumpto eo: egressum itaq; ad se Ben-hadadum, justitascendere in currum suum.

34 Ad quem dicente Ben-hadado, civitates illas ″quas acceperat pater meus a ″patre tuo, restituam, & ″limitanea constitues tibi in Damasco, quemadmodum constituerat pater meus ″in Schomrone: ″*dixit*, & ego cum hoc fœdere dimittam te: sic pacto cum eo fœdere dimisit eum.

35 Vir autem quidam e filiis prophetarum dixit ad proximum sui ex verbo Jehovæ: percute me quæso: sed renuit vir ille percutere eum.

36 Ideoq; dixit ei, propterea quòd nõ auscultasti voci Jehovæ, ecce abeuntem te a me percussurus est leo: cumq; abiisset ab eo, inveniens eum leo percussit eum.

[k] *Heb.* percutiendo & vulnerando.

37 Iterum invento viro alteri dixit: percute me quæso: quem percutiebat vir ille [k] continenter ac vulnerabat.

38 Tum

38 Tum abiens propheta ille stetit coram rege in via: dissimulaverat au
tem se cinere inspersо oculis suis.
39 Fuitq; rege transeunte, ut ipse clamans ad regem diceret: seruus tuus
processerat in medium prælii cùm ecce quidam accedēs adduceret ad me
virum & diceret, serva virum hunc: si[i] ullo pacto desyderabitur, utiq; erit
vita tua pro vita ejus, vel talentum argenti pendes.
40 Fuit autem servo tuo agente hîc & illic, ut ille non adesset: tum di-
xit ad eum rex Jisraëlis: rectè judicium tuum tu decîdisti.
41 Tum festinans amovit cinerem ab oculis suis: ut agnosceret ipsum
rex Jisraëlis e prophetis esse:
42 Et dixit ad illum, sic ait Jehova: eô quòd virum [k]ad me anathemate
devotum dimisisti e manu: ideò erit vita tua pro vita ejus, & populus tu-
us pro populo ejus.
43 Quam ob rem abiens rex Jisraëlis domum suam fastidiosus & indi-
gnabundus: ingressus est Schomronem.

i Hebr. desyderando desyderabitur.

k Hebr. anathematis mei.

ANNOTATIO.

3 *Mei sunto*] id est, plane dedito meo arbitratui personas & facultates tuas. 4 *Tuus sum*] beneficiarius, quem vasallū vocant. 5 *Dato*] videlicet jamjam tu ipse, non expectans donec per meos involem. 6 *Sed*] q.d. quandoquidem nō dedisti &c. 7 *Neque denegaveram*] quo-minus fidei & clientelæ ejus subjicerentur. 10 *Non sufficeret*] compara tio est a majore: sed hyperbolica atque Thrasonica: quasi dicat, tota terra vestra auferretur pugillo a meis: quanto magis homines vestri; similis hyperbole 2. Schem. 17. 13. 11 *Nejactet*] .i. qui induit arma pugnaturus ne ita gloriator ac si victoriā partā, illa deponeret, hoc est, ne canat (quod ajunt) triumphum ante victoriam. 12 *Admovere*] machinas. 14 *Per pueros præfectorum*] .i. ministros domesticos. 24 *Amove*] .i. ne adhibeto ut anteà. *Proceres*] e subditis, qui parent fidelius. 25 *Ex tuis*] .i. non auxiliario milite qui lucrum & mercedem tantùm spectat. 26 *Aphekum*] in sorte Aschetis Jehos. 19. 29. quod occupavit rex Syriæ in hoc bello. 27 *Duobus gregibus*] erant enim distributi in duas acies, sed parvas respectu Syrorum. 31 *Imponamus cilicia*] .i. liceat nobis servis tuis lugubri vestium habitu misericordiam implorantium, regem Jisraëlis adire, ut pro salute tua intercedamus. 32 *Frater meus est*] .i. fraterno studio & officiis prosequat eum. 33 *Experimento discere festinabant*] .i. sagaciter & studiosè intenti erant ut animum Achabi explorarent gestu & sermone qui erga Benhadadum esset. 34 *Quas accepit pater meus*] sup. 15. 20. *Patre tuo*] .i. antecessore tuo, utpote Balhasacha. *Limitanea*] .i. clausuras sive aditus in regnum Damascenum. *In Schomrone*] .i. regno Samariæ: sy necdoche. *Dixit & ego*] eclipsis insolens verbi etiam in diverso membro ὡς ἀπὸ κοινῆς repetendi: ut 2. Reg. 9. 27. & 10. 15. 40 *Non adesset*] .i. fuga se eripuisset.

CAPUT XXI.

Achab recusata sibi a Nabotho vinea æger decumbit, donec ab Izebela erigitur spe certa consequendæ vineæ. Quod ut ei præstet Nabothum falsis testibus oppressum lapidari curat, & Achabum in vineæ possessionem mittit. Quam ob rem Elija Achabo obviam missus, ipsi cum tota ejus posteritate & ipsi etiam Izebelæ excidium a Deo denuntiat. Quo nomine Achab exterrefactus ad tempus resipiscit, & sententiæ executionem prorogat.

1 Fuit autem [a] his rebus gestis, cùm vinea Nabotho Jizre-
hhelitæ agenti Jizrehhele, esset juxta palatium Achabi
2 regis Schomronis:
Ut alloqueretur Achab Nabothum dicens: cedo mi-
hi vineam tuam, ut sit mihi in hortum olitorium, nam
propinqua est juxta domum meam, & dabo tibi pro ea
vineam meliorem ea: sin melius *videtur* in oculis tuis, dabo tibi pecuniā
pretium hujus.
3 Dixit verò Naboth ad Achabum: absit mihi a Jehova, ut cedam pos-
sessione majorum meorum tibi.
4 Quam ob rem venit Achab domū suam fastidiosus & indignabun-

a Heb. post res istas.

dus, propter verbum quo allocutus fuerat ipsum Naboth Jizrehhelita dicens, non cedam tibi possessione majorum meorũ: & jacens in lecto suo, avertebat faciem suam ne comederet cibum.

5 Sed veniente ad ipsum Izebela uxore ipsius, & dicente ad ipsum: ecquid spiritus tuus fastidiosus est adeò ut non comedas cibum?

6 Dixit ad eam, quia allocutus Nabothum Jizrehhelitam dixeram ei, cedo mihi vineam tuam pecunia, aut si mavis dabo tibi vineã pro ea: sed dixit, non sum daturus tibi vineam meam.

7 Tum dixit ad eum Izebel uxor ejus, "tú *ne* nunc exerceres regnum super Jisraëlem? surge, comede cibum, & bono animo esto: ego dabo tibi vineam Nabothi Jizrehhelitæ.

8 Itaque scribens illa literas nomine Achabi, obsignavit sigillo ejus: & misit literas ad seniores & ad [a] clarissimos qui *erant* in civitate illius, [b] cives cum Nabotho.

9 Scripserat autem in illis literis edicens: "indicite jejunium & "collocate Nabothum in [c] principiis populi.

10 Et collocate duos homines [d] "nequam ex adverso ejus, qui testificentur contra eum dicendo: [e] maledixisti deo & regi: deinde educentes eum lapidatote eum, ita" ut moriatur.

11 Feceruntq; homines civitatis illius ipsi seniores & clarissimi, qui iidem cives *erant* in civitate illius, quemadmodum mandaverat eis Izebel: quemadmodum scriptum erat in literis quas miserat ad eos.

12 Indicto jejunio collocarunt Nabothum in principiis populi.

13 Tum venientes duo illi homines nequam, consederunt ex adverso ejus: testatiq; sunt contra eum homines isti nequam, contra Nabothum, coram populo dicentes, maledixit Naboth Deo ac regi: sic eduxerunt eũ extra civitatem suam, & lapidibus obruerunt eum ita ut moreretur.

14 Deinde miserunt ad Izebelam qui dicerent: lapidatus est Naboth, & mortuus.

15 Fuit autem cùm audivisset Izebel lapidatum Nabothum ac mortuum esse, ut diceret Izebel ad Achabum: surge, "hæreditario posside vineam Nabothi Jizrehhelitæ, quam renuerat dare tibi pecunia, non etiam vivus est Naboth, "sed mortuus.

16 Sic fuit audiente Achabo mortuũ esse Nabothũ: ut surgeret Achab descẽsurus ad vineã Nabothi Jizrehhelitę ut hæreditariò possideret eam.

17 Fuit autem verbum Jehovæ ad Elijam Tischbitem, dicendo:

18 Surge, descende obviam Achabo regi Jisraëlitarũ habitanti Schomrone: ecce in vinea Nabothi *est*, quo descendit ut hæreditariò possideat eam.

19 Et alloquitor eum dicens, "sic ait Jehova: an occideris, ac etiam hæreditario possideas? alloquitor ergo eum dicendo, sic ait Jehova, [f] pro eo quod linxerunt canes sanguinem Nabothi, lincturi sunt canes tuum sanguinem etiam tibi.

20 Di-

a Hebr. candidos, id est, spectatos & illustres: sic ver. 11.

b Heb. qui habitabãt cum Nabotho.

c Heb. in capite: sic ℣. 12

d Heb. filios Belijahhal.

e Heb. benedixisti, per antiphrasin: vide 1. Schem. 14. 42. sic infrà ver. 13.

f Heb. in loco ejus quod, &c.

20 Dixit verò Achab ad Elijam: "te ne invenire me, inimice mi? qui dixit, [g] invenire oportuit, eô quòd dedidisti te ad faciendum quod malum *videtur* in oculis Jehovæ. [g] *Heb.* invenni.

21 "Ecce inducturus sum in te malũ, & tollã posteros tuos: & excisurus sum Achabo "mingentẽ ad parietẽ, & "conclusum ac derelictũ in Jisraële.

22 Et reddam domum tuam sicut domum Jarobhhami filii Nebathi, & sicut domum Bahhaschæ filii Achijæ: propter indignationẽ qua provocasti *me* quod ad peccandum induxisti Jisraëlem. Sup. 15.17. & 16.13.

23 Atque etiam contra Izebelam locutus est Jehova dicendo: "canes comedent Izebelam ad præmunitionem Jizrehhelis.

24 Morientem Achabo in civitate comedent canes, & morientem in agro comedent volatilia Cœli.

25 Enimverò non fuit similis Achabo, qui dediderit se ad faciendum quod malum *videtur* in oculis Jehovæ. Sup. 16.32.

26 Nam commisit res valde abominandas [h] sequẽdo stercoreos deos: prorsus ut fecerant Emoræi quos expulit Jehova a facie Jisraëlitarum. [h] *Heb.* eũdo post.

27 Fuit verò cùm audisset Achab verba ista, ut "laceratis vestibus suis, & imposito cilicio carni suæ jejunaret: cubaret etiam cum cilicio & ambularet lentè.

28 Quapropter fuit verbum Jehovæ ad Elijam Tischbitem, dicendo:


29 Videsne Achabum se abjecisse ante faciem meam? eô quòd abjecit se ante faciem meam, non inducam malum illud diebus ejus: diebus filii ejus inducam malum illud super domum ejus.

ANNOTATIO.

3 *Absit mihi a Jehova*] lege enim prohibetur possessionẽ terræ illius alienari lege mancipii Levit. 25.23. & Num. 36.7. & sequentibus. 7 *Túne exerceres*] reprehendit in marito animi abjectionem & consilii inopiã, tanquam rege indignam. 9 *Indicite jejunium*].i. cœtũ indicto jejunio convocate, ut, pro more, publico conventu de maleficiis inquisitio habeatur. Nam jejuniorum dies insumebantur in reconciliando Deo, maleficiis tollẽdis & jure dicendo. *Collocate in principiis*] hoc est, jubete ut e media turba procedẽs sistat se coram magistratu. 10 *Nequam*] verba sunt autoris exegeticè describentis testes ab Izebela submissos. *Ut moriatur*] tanquã reus minutę majestatis divinæ & humanæ: vide legem Levitici 24.15. & sequentibus, & Exodi 22.28. 15 *Hæreditariò possidet*] ut cujus bona fisco tuo annotata sint, omnibus hæredibus ejus cum ipso devotis anathemate: ita obtendebat religionis speciem: perinde ac si judicio divino in Dathanem & Abiramum Numerorum 16. & in Hhacanem Jehochu. 7. sese confirmaret. vide 2. Reg. 9.26. *Sed mortuus*] ipse cum hæredibus. 19 *Sic ait Jehova*] vide executionem infrà 22.38. 20 *Tene invenire*] quasi dicat, an non conveniebat te inimicum meum, a meo conspectu abstinere? 21 *Ecce inducturus*] interruptum ab Achabo sermonem repetit. *Mingentem*] vide 1. Schẽ. 25.22. *Conclusum*] Deut. 32.36. 23 *Canes comedent*] vide 2. Reg. 9.33. 27 *Ut laceratis*] resipiscentia tẽporaria, ut ex historia sequente infrà 22.8. constat. 29 *Eo quòd*] quasi dicat hãc temporariam pœnitentiã beneficio tẽperario compensabo.

CAPUT XXII.

Achab cum Jehoschaphato Ramothas Gilhhadis oppugnatũ profectus, & dissimulato habitu pugnans occiditur, ut a propheta ei prædictum fuerat. Jehoscaphati vita & res gestæ summatim describuntur.

1 

2 Cùm autẽ mansissent tres annos: fine bello inter Syriam & inter Jisraëlem. 2. Chrõ. 18.

3 Fuit anno tertio *completo*, " ut descenderet Jehoschaphat rex Jehudæ ad regem Jisraëlis.

Dixerat verò rex Jisraëlis ad servos suos: novistísne "nostras esse Ramotahs Gilhhadis? & nos [a] quiescimus a re- [a] *Hebr.* silemus: translatio.

cipiendis illis e manu regis Syriæ?

4 Dicente itaque ad Jehoſchaphatum, iturúſne es mecum in iſtud bellum Ramothas Gilhhadis? dixit Jehoſchaphat ad regem Jiſraëlis, ſicut ego, ſic tu: ſicut populus meus, ſic populus tuus, ſicut equi mei, ſic equi tui *ſint*.

5 Dixit præterea Jehoſchaphat ad regem Jiſraëlis: conſule quæſo hodie ipſo die verbum Jehovæ.

6 Tunc congregatis rex Jiſraëlis prophetis ſuis quaſi quadringentis viris, dixit ad eos: utrũ iturus ſum contra Ramothas Gilhhadis in bellum, an deſtiturus? qui dicebant, aſcende, traditurus enim eſt dominus in manum regis.

7 Dicente verò Jehoſchaphato: an non eſt hîc propheta Jehovæ amplius, ut conſulamus ex eo?

8 Dixit rex Jiſraëlis ad Jehoſcaphatum, amplius vir quidam *eſt* ex quo conſulas Jehovam: ſed ego odi eum: quia non prophetat de me bonum, ſed malum, Micajehu filius Jimlæ: dixit verò Jehoſchaphat: ne loquatur rex ita.

9 Itaque advocato rex Jiſraëlis aulico uno: edixit, [b] feſtinanter adduc Micajehu filium Jimlæ.

10 (Intereà rex Jiſraëlis & Jehoſchaphat rex Jehudæ ſedebant quiſque in ſolio ſuo, induti veſtibus *regiis* in area ad oſtium portæ Schomronis: & omnes prophetæ illius prophetabant coram eis.

11 Fecerat enim Tzidkija filius Cennahhanę cornua ferrea, & dicebat: ſic ait Jehova: his feries Syros, adeò ut conſumas eos.

12 Omnes quoque prophetæ illi prophetabant ſimiliter, dicendo: aſcende Ramothas Gilhhadis & proſperare, traditurus enim eſt Jehova in manum regis).

13 Nuntius autẽ ille qui iverat vocatum Micajehu alloquebatur eum, dicendo: ecce nunc verba iſtorum prophetarum uno ore bonum *prophetant* regi: ſit quæſo verbum tuum ut verbum unius illorum, & eloquitor bonum.

14 Cui dixit Micajehu: ut vivit Jehova, quod edixerit mihi Jehova id eloquar.

15 Cùm ergo ingreſſus eſſet ad regem, dixit rex ad eum: Micajehu utrum ituri ſumus in bellum contra Ramothas Gilhhadis, an deſtituri? qui dixit ad eum, aſcende & proſperare: ſcilicet tradet Jehova in manum regis.

16 Dicenti verò ad eum regi, [c] quoties tãdem ego adjuraturus ſum te: ut non eloquaris mihi, niſi veritatem in nomine Jehovæ?

17 Dixit, video omnes Jiſraëlitas diſperſum iri per illos montes, *ut* oves quibus non *eſt* paſtor: nam dixit Jehova, nõ *erit* dominus iſtis, revertantur quiſque domum ſuam cum pace.

18 Tum dicente rege Jiſraëlis ad Jehoſchaphatum: nónne dixeram ad te: fore

b Heb. feſtina.

c Hebr. uſq; ad quot vices.

te: fore ut non prophetaret de me bonum: sed malum?
19 Dixit, ″ propterea audi verbum Jehovæ: vidi Jehovam insidentem solio suo, & totum exercitum cœli adstantem ei, a dextera ejus & a sinistra ejus.
20 Ubi dicente Jehova, quis pelliciet Achabum, ut ascēdat & corruat apud Ramothas Gilhhadis? hic dicit [d] hoc modo, & ille dicit illo modo.
21 Tandem prodiit quidam spiritus, qui consistens coram Jehova dixit, ego pelliciam eum: dicente verò Jehova ad eum: [e] quo pacto?
22 Dixit, egressus ero spiritus mendacii in ore omnium prophetarum ejus: tum dixit, pellicies, etiamq; ″ prævalebis, exi & fac ita.
23 Quare nunc ecce indidit Jehova spiritum mendacii ori omnium prophetarum tuorum: interea locutus est Jehova contra te malum.
24 Tūc accedēs Tzidkija filius Cenahhanę percussit Micajehu in maxillam: dicens, quānā transivit spiritus Jehovæ a me, ut alloqueretur te?
25 Cui dixit Micajehu, ecce tu videris illo ipso die: cùm ingredieris [f] intimum conclave ad abscondendum te.
26 Dixit verò rex Jisraëlis, prehende Micajehu, & ″ reduc ad Ammonem præfectum civitati: & ad Joaschum filium regis.
27 Quibus dicito, sic edicit rex: ponite istum in [g] carcere, & alite eum pane [h] angustè, & aqua angustè, donec rediero cum pace.
28 ″ Dixit verò Micajehu, [i] si planè reversus fueris cum pace, non locutus fuerit Jehova per me: dixitq;, audite populi quotquot sunt.
29 Itaque ascendit rex Jisraëlis cum Jehoschaphato rege Jehudę *contra* Ramothas Gilhhadis.
30 Ubi dixit rex Jisraëlis ad Jehoschaphatū, [k] cùm dissimularet se processurus in prælium: at tu induere vestimentis tuis: sic dissimulans se rex Jisraëlis processit in prælium.
31 Rex autem Syriæ præceperat suis curruum præfectis triginta duobus, dicendo: ″ ne pugnatote contra parvum aut contra magnū: sed contra regem Jisraëlis solùm.
32 Fuit itaque cùm videntes præfecti curruum Jehoscaphatum ipsi dicerent, utique rex Jisraëlis est: ″ ut accederent contra eū ad pugnandum: & ″ exclamaret Jehoschaphat.
33 Quam ob rem fuit cùm viderent præfecti curruum regem Jisraëlis non esse: ut reverterentur a [l] persequendo eo.
34 Sed quidam jaculatus arcu [m] simplici animo, percussit regem Jisraëlis ″ inter commissuras, id est, inter loricæ *partes*: quapropter dixit aurigæ suo, deflecte manu tua, & educ me ex castris: quia ægrotus factus sum.
35 Quoniam autem [n] invalescebat prælium eo die, rex ″ distinebatur propter currus suos contra Syros: quare mortuus est vespere, cùm effluxisset sanguis e plaga ejus in [o] capsum currus.
36 Quapropter transivit [p] præco per castra occumbente sole, dicens:

d Heb. hic in sic & ille in sic.
e Hebr. in quo,
f Heb. cōclave in cōclave, sup. 20. 30.
g Heb. in domo coërcitionis.
h Hebr. oppressionis: nomen pro adverbio.
i Heb. revertēdo reversus.
k Eclipsis particulæ Beth pro gerundio: dissimulando se & veniendo in prælium.
l Heb. a post eum.
m Hebr. in simplicitate sua nihil minus cogitans quam Achabū pcutere.
n Heb. ascēdebat.
o Heb. in sinum.
p Hebr. clamoris Sir: quam eclipsin ostēdit genus verbi: sic Gen. 4. 7.

quisque in civitatem suam & quisque in regionem suam *redito*.

37 Rex verò mortuus pervenit Schomronem: & sepeliverunt Jisraëlitæ regem Schomrone.

38 Cumque immergeret *auriga* illius currum in piscina Schomronis, lingebãt canes sanguinem ejus: sic cùm ipsius arma lavarunt: secundum
Sup. 21. 19. verbum Jehovæ quod locutus fuerat.

39 Reliquæ autem res Achabi, & omnia quę fecit, domusque eburnea quam ædificavit, omnes item civitates quas ædificavit: nónne sunt scripta in libro″ Chronicorum regum Jisraëlis?

40 Deinde cùm occubuisset Achab cũ patribus suis, regnavit Achazja filius ejus pro eo.

41 Jehoschaphat porro filius Asæ regnare cœpit super Jehudam: anno quarto Achabi regis Jisraëlis.

42 Jehoschaphat natus triginta quinque annos cùm regnare incipe-ret,″ vigintiquinque annis regnavit Jeruschalaimis: cujus matri nomen erat Hhazuba filia Schilchi.

43 Et ambulavit prorsus in via Asæ patris sui: non recessit ab ea: faciendo quod rectum *videtur* in oculis Jehovæ.

44 Verumtamen excelsa non desistebant: adhuc populus sacrificabãt & adolebant in excelsis.

45 Et″ pacem inierat Jehoschaphat cum rege Jisraëlis.

2. Chrõ. 20 46 Reliquæ autem res Jehoschaphati & fortitudo ejus quâ fecit, & qua pugnavit: nónne sunt scriptæ in libro Chronicorum regum Jehudæ?

Supr. 15. 12. 47 Is reliquos meritorios qui relicti fuerãt temporibus Asæ patris sui: sustulit e sua terra.

48 In Edomęa tunc″ non erat rex: *sed* prorex.

q *Hebr.* naves: sic deinceps. 49 Jehoschaphat paravit q classem Oceani quę proficisceretur Ophirum auri causâ: sed non ivit: quia fracta est classis Hhetzjone-Geberi.

50 Tunc dixerat Achazja filius Achabi ad Jehoschaphatum, erãt servi mei cum servis tuis in ista classe: sed″ non acquieverat Jehoschaphat.

51 Posteà cùm occubuisset Jehoschaphat cum patribus suis, & sepultus esset cum majoribus suis in civitate Davidis patris sui: regnavit Jehoram filius ejus pro eo.

52 Achazja filius Achabi regnare cœpit super Jisraëlem Schomrone anno decimoseptimo Jehoschaphati regis Jehudæ *completo*: & regnavit super Jisraëlem″ biennio.

53 Fecitque quod malum *videtur* in oculis Jehovę: nam ambulavit in via patris sui, & in via matris suę ac in via Jarobhhami filii Nebati, qui ad peccandum induxit Jisraëlem.

54 Et colens Bahhalem incurvabat se ei: sic provocavit Jehovã Deum Jisraëlis, prorsus prout fecerat pater ejus.

ANNO-

Caput XXII.

ANNOTATIO.

1 *Ut descenderet*] instituto pro rege Jehoramo filio: nam pacem inter se inierant, ver. 45. 3 *Nostras*] tum ex prima distributione terræ, tum ex fœdere cum Benhadado sup. 20.34. 4 *Dixit*] id est, incitavit, ut communē in hoc bellum operam conferret, 2. Chronic. 18.2. & sequentib. 8 *Ne loquatur*] hoc est, neque personam oderis, neque verbum Dei ratione personæ spernas. 15 *Ascende*] ironicè pseudoprophetas fingit. 17 *Montes*] Gilhaadis ubi sitæ erant Ramothæ. *Dispersum iri*] si in istam expeditionem proficiscentur. *Cum pace*] id est, omissa belli cogitatione. 19 *Propterea*] id est, quia nunc ludificaris consilium Dei, & incredulitatem palam testificatam facis: jam tibi certam Dei sententiam denuntio: sic 2. Chronic. 25.16. 22 *Prævalebis*] id est, habebis efficacitatem ad decipiendum. 26 *Reduc*] in civitatem. 28 *Dixit*] Micajehu cōtestans quotquot aderant. 31 *Pugnatore*] id est, pugnando contendite. 32 *Accederent*] ab aliis divertentes in eum contenderent 2. Chronic. 18.31. *Exclamaret*] ad Jehovam, ejus opem imploràns, ibidem. 34 *Inter commissuras*] id est, ad latus ubi est commissura anterioris cum posteriore parte. 35 *Distinebatur*] id est, occupatus erat, ut sups fugam molientes sisteret, 2. Chron. 18.34. *Chronicorum*] ut infrà 46. vide suprà 11.41. 42 *Viginti quinque annis*] comprehensis filii Jehorami gubernatione, & quatuor primis annis regni illius: quamobrem hic liber a decimo septimo anno Jehoschaphati desinit, unde cœpit Jehorami gubernatio. vide 2. Reg. 1.17. & 8.16. 45 *Et pacem inierat*] cum Achabo & filio ejus 2. Reg. 3. 7. quod similiter reprehensione dignum fuit: unde 2. Chron. 19.2. a propheta reprehenditur. 48 *Non erat rex*] inde a temporibus Davidis: 2. Schem. 8.14. 50 *Non acquieverat*] primùm: sed tandem persuasus est, & malè cessit. 2. Chron. 20. 52 *Biennio*] supple imperfecto. nam prior fuit cum Achabo, posterior cum Jehoramo communis.

REGUM
LIB. II.

SECVNDVS *liber regum continet res gestas sedecim Regum Jehudæ, & duodecim regum Jisraëlis. Estq; historia 320. annorum.*

Jehudæ			Jisraëlis		
Joram prorex & rex	12. ex	2.*Reg*.8.16.	Achazja	1.	1.*Reg*.22.52.
Achaja		2.*Reg*.8.26.	Jehoram	11.	2.*Reg*.8.25.
Hhathalia	6.	2.*Reg*.11.3.	Jehu	28.	2.*Reg*.10.36.
Joasch	39.	2.*Reg*.12.2.	Jehoachaz	15.	2.*Reg*.13.1.
Amatzja	17.	2.*Reg*.14.2.	Joasch	16.	2.*Reg*.13.10.
Hhuzzija	52.	2.*Reg*.15.2.	Jarobhham	41. capite	2.*Reg*.14.23.
Jotham	15.	2.*Reg*.15.33.	Zecarja		2.*Reg*.15.8.
Achaz	14.	2.*Reg*.16.2.	Schallum		2.*Reg*.15.13.
Chizkija	29.	2.*Reg*.18.2.	Menachem	10.	2.*Reg*.15.17.
Menasche	55.	2.*Reg*.21.1.	Pekachja	2.	2.*Reg*.15.23.
Amon	2.	2.*Reg*.21.19.	Pekach	20.	2.*Reg*.15.27.
Joschija	31.	2.*Reg*.22.1.	Hoscheahh	17	2.*Reg*.15.30.
Joachaz		2.*Reg*.23.31.			
Jehojakim	11.	2.*Reg*.24.1.			
Jehojacin		2.*Reg*.24.10.			
Tzidkija	11.	2.*Reg*.25.1.			
Inde usque ad Jehojacinem evectum, 26. anni.		2.*Reg*.25.30.			

CAPUT I.

Moabitarum defectio: Achazjæ morbus & mors, prout ab Elija denunciata fuerat: & Jehorami fratris successio.

1 DEFECIT autem [a] Moab ab Jisraële post mortem Achabi.

2 Cumque cecidisset Achazja per quendã clathrum in cœnaculo suo quod *erat* Schomrone, [a] ægrotabat: quam ob rem mittens nuntios dixit eis: ite, consulite Bahhal-Zebubum Deũ Hhekronis, an [a] sanitatem recepturus sim ex morbo hoc.

3 Intereà angelus Jehovę allocutus est Elijam Thischbitem: surge, ascende obviam nuntiis regis Schomronis, & eloquere eis: an propterea quòd non *est* Deus in Jisraële, vos itis consultum Bahhal-Zebubum Deum Hhekronis?

4 At propterea sic ait Jehova, ex illo lecto quò ascendisti non descendurus: sed [b] omnino moriturus: [a] deinde abiit Elija.

5 Reversis itaque nuntiis istis ad illum: dixit ad eos: ecquid reverti-

6 Qui

[a] *Heb.* victurus: sic Num.21.8.

[b] *Hebr.* moriendo morieris: sic deinceps.

6 Qui dixerunt ad eum, quidã aſcendit obviã nobis, qui edixit nobis: abite, revertimini ad regem qui miſit vos, & eloquimini ei: ſic ait Jehova: an propterea quòd non eſt Deus in Jiſraële tu mittis conſultum Bahhal-Zebubum Deum Hhekronis? propterea ex illo lecto quò aſcendiſti non es deſcenſurus: ſed omnino moriturus.

7 Rurſus dixit ad eos: quis habitus *eſt* viri illius qui aſcendit obviam vobis, & elocutus eſt vobis verba iſta?

8 Quibus dicẽtibus ad eum, vir eſt [c] piloſus, & cingulo pelliceo accinctus lumbos ſuos: dixit, Elija Tiſchbites eſt.

9 Tum miſit ad eum præfectum quinquaginta [a] cũ quinquaginta ſuis: qui aſcendens ad eum (ecce enim conſidebat in vertice cujuſdam montis) edixit ei: ô vir Dei, rex edixit, deſcende.

10 Reſpondens verò Elija allocutus eſt illum præfectũ quinquaginta: ſi vir Dei ſum, deſcendat ignis e Cœlo & conſumat te & quinquaginta tuos: illicò deſcendens ignis e Cœlo cõſumpſit eũ cũ quinquaginta ejus.

11 [d] Rurſus itaq; *rex* miſit ad eũ præfectũ quinquaginta alterũ cũ quinquaginta ſuis: qui clamãs edicebat ei: ô vir Dei ſic edixit rex, citò deſcẽde.

12 Reſpõdens verò Elija elocutus eſt eis: ſi vir Dei ſum deſcendat ignis e Cœlo & conſumat te cum quinquaginta tuis: illicò deſcendens ignis Dei e Cœlo conſumpſit illum cum ſuis quinquaginta.

13 Itaq; rex rurſus miſit pfectũ quinquaginta tertianis cũ ſuis quinquaginta: aſcẽdẽsq; venit prefect⁹ quinquaginta iſte terti⁹, & pcidẽs in genua ſua corã Elija depcabatur eũ ac dicebat ad eũ: ô vir Dei pretioſa habeatur quæſo [e] vita mea & vita ſervorũ tuorũ quinquaginta horũ in oculis tuis.

14 Ecce deſcendens ignis e Cœlo cõſumpſit duos præfectos quinquagenis priores cum quinquagenis eorum: ſed nunc pretioſa habeatur vita mea in oculis tuis.

15 Edixerat autem angelus Jehovæ Elijæ: deſcende cum iſto, ne timeto a facie ejus: quapropter ſurgens deſcendit cum eo ad regem.

16 Dixitq; ad eum: ſic ait Jehova, eo quòd miſiſti nuntios conſultum Bahhal-Zebubum Deum Hhekronis: (an propterea quòd non *eſt* Deus in Jiſraële ad conſulendum verbum ejus?) Idcircò e lecto illo quò aſcendiſti non es deſcenſurus: ſed omnino moriturus.

17 Mortuus itaque eſt ſecundum verbum Jehovę quod locutus fuerat Elija, ac regnavit [f] Jehorã pro eo, [g] anno ſecundo Jehorami filii Jehoſchaphati regis Jehudæ: quia non *erat* illi filius.

18 Reliquæ autem res Achazjæ quas fecit: nónne ſunt ſcriptæ in libro Chronicorum regum Jiſraëlis?

c Heb. dominus pili.

d Heb. reversus eſt ut mitteret: ſic ℣. 13.

e Hebr. anima: ſic infrà verſu ſequente.

ANNOTATIO.

1 *Moab*] quem domuerat David 2. Schem. 8. 2. 2 *AEgrotabat*] ac proinde nihil contra Moabitas tentare potuit. 4 *Abiit Elija*] poſt executionem mandati accepti, abiit in verticem montis. 9 *Cum quinquaginta*] ut vel invitum ad ſe traherent, tanquam miniſtri injuſtitiæ regis quamobrem non prius ad regem deſcendit quam tertia legatione audita ſit ab angelo confirmatus, infrà ℣. 15. 17 *Jehoram*] frater ejus, filius Achabi, infrà 3. 1. *Anno ſecundo*] ex quo Jehoram gubernare cœpit ut prorex, qui fuit annus decimus octavus Jehoſchaphati. 18 *Chronicorum*] vide 1. Reg. 11. 41.

CAPUT II.

Elija cum Eliſchahho in via colloquens, Jardene per ſiccum trajecto in cœlum aſſumitur: Eliſchahho ſucceſſore relicto donis cœlitus inſtructo: qui fiſſo ſimiliter Jardene reverſus a prophetis colitur: aquam Jerichuntis curat: & Beth-Elis pueris ſibi illudentibus efficaciter maledicit.

1 DEINDE fuit cùm ſublaturus eſſet Jehova Elijam turbine in Cœlum: & proficiſceretur Elija cum Eliſchahho Gilgale:

2 Ut diceret Elija ad Eliſchahhũ, cõſide quęſo hîc, quia Jehova mittit me Beth-Elem uſq; : cui dixit Eliſchahh, ut vivit Jehova & vivit anima tua, non derelinquam te: ita deſcenderunt Beth-Elem.

3 Tunc egreſſi filii prophetarũ qui *agebant* Beth-Ele ad Eliſchahhum, dixerunt ad eum: noſtíne hodie Jehovam aſſumpturum dominũ tuum a[a] te? qui dixit, etiam ego novi: ſilete.

a Heb. de cũ capite tuo: ſynecdochè: ſic deinceps.

4 Rurſus dicente ei Elija: conſide quæſo hîc Eliſchahh, nam Jehova mittit me Jerichuntem: dixit, ut vivit Jehova & vivit anima tua non derelinquam te: ita venerunt Jerichuntem.

5 Accedentes autem filii prophetarum qui *agebant* Jerichunte ad Eliſchahhum, dixerunt ad eum: noſtíne hodie Jehovam aſſumpturum dominum tuum a te? qui dixit, etiam ego novi: ſilete.

6 Amplius dicente ei Elija: conſide quæſo hîc, nam Jehova mittit me ad Jardenem: dixit, ut vivit Jehova & vivit anima tua, non derelinquam te: ita abibant ambo.

7 Quinquaginta quoque viri e filiis prophetarum, euntes conſiterunt e regione procul: iſtis ambobus conſiſtentibus ad Jordanem:

8 Cùm Elija aſſumpta toga ſua & convoluta percuteret aquas illas, & diviſæ *cederent* huc & illuc: ita traſiverunt ipſi ambo per ſiccum.

9 Fuit tandem ipſis trãſeuntibus, ut Elija diceret ad Eliſchahhum: pete, quid faciam tibi, cùm nondum aſſumor abs te? cui dixit Eliſchahh, ſit ergo, quæſo, portio dupla de tuo ſpiritu penes me.

b Heb. difficultatem injeciſti petendo.

10 Cui dixit, [b] rem difficilem petiiſti: ſi videris me aſſumi a te, futurum eſt tibi ſic: ſin verò minus, non eſt futurum.

11 Fuit itaque ipſis pergentibus ambulando colloqui, ut ecce currus igneus & equi ignei ſeparationem facerent inter utroſque: ſic aſcenderet Elija turbine in Cœlum.

12 Quod Eliſchahh videns ipſe clamabat: pater mi, pater mi, currus Jiſraëlis & equites ejus: donec non videret eum amplius: Poſteà accipiés veſtes ſuas laceravit eas in duo fragmenta.

13 Sublataque toga Elijæ quæ ceciderat ab eo: reverſus conſtitit ad ripam Jardenis.

15 Ubi cùm accipiens togam Elijæ quæ ceciderat ab eo, percuſſiſſet aquas illas, dicens, ubi *es* Jehova Deus Elijæ? etiam iſte cùm percuſſiſſet aquas, diviſæ *ceſſerunt* huc & illuc, ſic tranſivit Eliſchahh.

16 Quod

16 Quod ex adverſo″ videntes filii prophetarum qui *agebant* Jerichunte dixerunt: quievit ſpiritus Elijæ ſuper Eliſchahhũ: quare venientes obviam ei, incurvaverunt ſe ei in terram uſque.

17 Et dixerunt ad eum, ecce jam *ſunt* cum ſervis tuis quinquaginta homines ſtrenui: eant quæſo ut quærant dominũ tuum: [c] *videndum* ne forte ſuſtulerit eum ſpiritus Jehovæ, & conjecerit eum in aliquẽ montium, aut in aliquam vallium: qui dixit, non eſtis miſſuri.

c Eclipſis, qualis eſt Gen. 3. 22.

18 Tandem inſtantibus apud eũ, dũ differebat: dixit, ″mittite: miſerũt itaq; quinquaginta viros: qui quęrentes tribus dieb⁹ non invenerunt eũ.

19 Itaque reverſis ad eum, cùm ipſe cõſideret Jerichunte: dixit ad eos: nónne edixeram vobis: ne eatis?

20 Tum dicentibus hominibus illius civitatis ad Eliſchahhum: ecce jam habitatio hujus civitatis bona *eſſet*, quemadmodum dominus meus videt: ſed aquæ malæ ſunt, quapropter″ regio facit abortum.

21 Dixit, ſumite mihi phialam novam, & ponite ibi ſalẽ: qui ſumptam *attulerunt* ei.

22 Tum egreſſus ad ſcaturiginẽ illius aquæ, injecit illuc ſalẽ: ac dixit, ſic ait Jehova, ſano aquã hanc, ut non ſit inde deinceps mors aut abortus.

23 Sic ſanata eſt illa aqua uſque in hodiernum diem: ſecundũ verbum Eliſchahhi quod locutus fuerat.

24 Poſteà aſcẽdebat inde Beth-Elẽ: ipſo aũt aſcẽdẽte via illa, pueri parvi egreſſi è civitate illa″ illudebant ei dicẽtes ei, aſcende calve, aſcende calve.

25 Qui cùm retroſpiciẽs videret eos, maledixit eis in″ nomine Jehovæ: quapropter egreſſæ duæ urſæ e ſylva illius, diſciderunt ex eis quadraginta duos pueros.

26 Unde abiit ad montẽ Carmeli: & inde reverſus eſt Schomronem.

ANNOTATIO.

7 *Conſtiterunt*] ut obſervarẽt quid eo fieret. 9 *Nondum aſſumor*] dum adhuc verſor in extremo actu adminiſtrationis propheticæ, in qua tu mihi ex Dei mãdato ſucceſſurus es, 1. Reg. 19. 16. *Portio dupla*] i. donorũ ſpiritualiũ prærogativa inter prophetas, prout ad functionem novam mihi neceſſaria futura eſt. tranſlata locutio, a jure corporali primogenitorum Deut. 21, 17. ad dona ſpiritus. 10 *Rem difficilem*] i. quæ non humanitus datur: ſed divinitus & raro contingit. *Si videris*] quaſi dicat, ne expectato a me: ſed ab eo qui me aſſumpturus eſt: ac proinde ſignum ejus attentè obſervato, ut de donis ad vocationem tuam confirmeris. 12 *Currus Jiſraëlis*] i. vis & robur Jiſraëlis: metaphora. *Laceravit*] lugens magiſtrum. 15 *Ubi es Jehova*] i. qui adfuiſti Elijæ in ſimili actione, ſup. ℣. 8. 16 *Filii prophetarum*] de quibus ſup. ℣. 7. 18 *Mittite*] per conceſſionem, importunitate ipſorum victus. 20 *Regio facit abortum*] hoc eſt, neque hominum & animantium fœtus, neque terræ fructus ad juſtam maturitatem pervenire ſinit: nam in toto tractu Jerichuntino unus tantùm fons erat. vide Joſephũ de bello Judaico lib. 5. 24 *Illudebant ei*] non tantùm in contemptum perſonæ: ſed etiam functionis propheticæ, ut qui idololatriã, quæ Beth-Elæ exercebatur ab ipſis incunabulis imbibiſſent. 25 *In nomine Jehovæ*] cui ipſi illudebant in propheta.

CAPUT III.

Jehoram Jiſraëlita contra rebelles Moabitas proficiſcens cũ Jehoſchaphato & rege Edomæorum, ſiti in itinere valde premitur: Sed Eliſchahhi miniſterio aqua ſubminiſtratur & victoria promittitur. Severũ anathematis judiciũ in Moabitas decernitur qđ victores exequuntur poſtri die: donec cognita Moabitarũ obſtinatione de expugnãdo oppido deſperãtes domũ revertuntur.

1 ITAQVE Jehoram filius Achabi regnare cœpit ſuper Jiſraëlem Schomrone, anno″ decimooctavo Jehoſchaphati regis Jehudæ: regnavitque″ duodecim annis.

2 Et fecit quod malũ *videtur* in oculis Jehovę: ſed nõ ſicut pater ipſius & ſicut mater ipſius: nã abſtulit ſtatuã Bahhalis quã fecerat pater ipſius,
3 Verumtamen peccatis Jarobhhami filii Nebati, quibus ad peccandum induxit Iſraëlem, adhæſit: non receſſit[a] ab ullo eorum.
a Hebr. ab eo: ſyllepſis
4 Meſchahh autem rex Moabitarum erat pecuarius: penderatque regi Iſraëlis centena millia agnorum, & cẽtena millia arietum lanatorum.
Sup. 1. 1.
5 Sed fuerat cùm moreretur Achab: ut deficeret rex Moabitarum a rege Iſraëlis.
6 Quapropter egreſſus rex Jehoram die illa Schamrone recenſuit totum Iſraëlem.
7 Et abiens miſit ad Jehoſchaphatum regem Jehudæ qui dicerẽt: Rex Moabitarum defecit a me: profecturúſne es mecum contra Moabitas in prælium? qui dixit aſcendã: ſicut ego, ſic tu: ſicut populus meus, ſic populus tuus: ſicut equi mei, ſic equi tui *ſint*.
Sic 1. Reg. 21. 24.
8 Dicenti verò, quánam via aſcenſuri ſumus? dixit, viâ ″ deſerti Edomæorum.
9 Profecto itaque rege Iſraëlis cum rege Jehudæ & rege ″ Edomæorũ, circumiverũt itinere ſeptidui: deinde non erat aqua pro exercitu, & pro jumentis quæ[b] ſequebantur veſtigia eorum.
b Hebr. quæ erant in pedibus eorũ: ut Exodi 21. 8.
10 Quapropter dixit rex Iſraëlis: eheu quòd vocavit Jehova tres hos reges, ut traderet eos in manum Moabitarum.
11 Dixit verò Jehoſchaphat: an non *eſt* hîc propheta Jehovę ut conſulamus Jehovam ex eo? cui reſpondens unus ex ſervis regis Iſraëlis dixit: eſt hîc Eliſchahh filius Schaphati qui ″ infundebat aquam manibus Eliję.
12 Dicente verò Jehoſchaphato: ″ eſt apud eum verbum Jehovæ: deſcenderunt ad eum rex Iſraëlis & Jehoſchaphat ac rex Edomæorum.
13 Sed dixit Eliſchahh ad regem Iſraëlis, quid mihi [c] tecum *eſt*: abi ad prophetas ″ patris tui & ad prophetas matris tuæ: cui dixit rex Iſraëlis: ne *iſta dicite*, quandoquidem vocavit Jehova ″ tres reges hos, ut tradat eos in manum Moabitarum.
c Heb. mihi & tibi: ut 2. Schem. 16. 10.
14 Tum dixit Eliſchahh, ut vivit Jehova exercituum ante quem adſto, niſi [d] perſonam Jehoſchaphati regis Jehudæ ſuſciperem: non intuererte neque aſpicerem te.
d Heb. faciẽ: ſynecdoche.
15 Sed nunc aſſumentes *adducite* mihi ″ fidicinem: ſic fuit cùm pulſaret fidicen, ut adeſſet ei ″ manus Jehovæ.
16 Et diceret, ſic ait Jehova: [e] faciendæ *ſunt* in valle hac multæ foſſæ.
e Heb. facere in hac valle foſſas, foſſas.
17 Nam ſic ait Jehova, non [f] ſenſuri eſtis ventum, neque viſuri eſtis pluviam: tamen vallis iſta implebitur aqua: unde bibatis vos, pecoraque veſtra & jumenta veſtra.
f Heb. viſuri: ſynecdoche.
18 Et leve hoc *viſum eſt* in oculis Jehovæ: nam traditurus eſt Moabitas in manum veſtram.
19 ″ Quorum percutite omnem civitatem munitam, & omnem civitatem lectam, omnemq; arborem bonam dejicite, & omnes fontes aquę obthu-

obthurate: omnem denique possessionem bonam afficitote lapidibus.
20 Fuit autem mane, cùm ″ tempus esset offerẽdi munus, ut ecce aqua veniret a via Edomæ: & impleretur terra illa aquâ.
21 Moabitæ verò omnes audierant ascendere istos reges ad pugnandũ contra se: quapropter convocati fuerant ab omni ″ accingente se *primùm* cingulo & deinceps, stabantque in termino suo.
22 Itaq; surgentes mane, sole jam orto super aquã illam: cùm viderent Moabitæ ex adverso illam aquam rubentem ut sanguinem:
23 Dixerunt, sanguis est: [g] omnino desolaverunt se reges isti, & percusserunt [h] alter alterum: quapropter nunc ad prædam, ô Moabitæ.
24 Cumque pervenissent ad castra Jisraëlis, surgẽtes Jisraëlitæ percusserunt Moabitas, ita ut fugerint a facie ipsorum: & [i] perrexerunt percutere Moabitas etiam in ipsa *regione eorum*.
25 Nam civitates eorum destruxerunt, & quamque possessionem bonam injectis quisque lapidibus suis impleverunt, & quemque aquæ fontem obthurarunt, ac quamque arborem bonam dejecerũt, ″ donec Kircharesetæ reliquos facerent *Moabitæ* lapides ejus: quapropter divertentes funditores quatiebant eam.
26 Videns autem rex Moabitarũ prævalere sibi [k] hos bellatores. (nam acceperat secum septingentos viros stringentes gladium, ut perrumperent per regem Edomæorum: sed non potuerant).
27 Accepit filium suum primogenitũ qui regnaturus erat pro ipso, & obtulit eum in holocaustũ super murũ ipsum: adeò erat fervor magnus contra Jisraëlitas: quare profecti ab eo reversi sunt in regionem suam.

[g] *Heb.* desolando desolarunt se.
[h] *Heb.* vir ad proximum suum.
[i] *Heb.* & percusserũt in ea, etiã percutiendo Moabitas.
[k] *Heb.* hujus belli *milites*.

ANNOTATIO.

1 *Decimooctavo*] qui idem posterior fuit Achazjæ. *Duodecim annis*] imperfectis. 8 *Via deserti*] non recta, vt illos a tergo adoriamur. 9 *Rege Edomæorum*] .i. prorege beneficiario Jehoschaphati infrà 8.20. 11 *Infundebat aquam*] .i. ministrabat: synecdoche. 12 *Est apud eum*] .i. proculdubio habebit quod nomine Dei exponat. 13 *Prophetas patris &c.*] .i. prophetas Bahhalis & luci, 1.Reg.18.19. *Hos tres reges*] quasi dicat, nõ tantùm de me agitur: sed etiam de his duobus, quos magni facis. 15 *Fidicinem*] cujus opera perturbatus ipsius animus ex præsentia impii regis Jisraëlitarum sedaretur, & spirituali carmine compararetur ad cælestia prædicenda, sicut aliorum ad ea percipienda. *Manus Jehovæ*] .i. vis prophetica, sive donum prophetandi: metonymia. 19 *Quorum percutite omnem civitatem*] quasi dicat, omnia anathemati devovete, ut qui nõ tantùm a regno: sed etiam a religione defecerunt: vide Deut.13.12. 20 *Tempus offerendi munus*] vide 1.Reg.18.29. 21 *Accingente se primum*] novitio tyrocinium armorum exercente. 25 *Donec Kircharesetæ*] .i. reliquiæ Moabitarũ eo se recipientes impedirent, ne sicut cæterę destrueretur. *Lapides ejus*] .i. muros: metonymia: ab illis enim vim Jisraëlitarum propulsabant. 27 *Quare profecti*] .i. cùm viderent tantam obstinationem in Moabitis: ac proinde de potiunda urbe desperarent, ab imperato anathemate perficiendo destiterunt diffidentia.

CAPUT IIII.

Elischahhi miracula: aucti olei apud viduam prophetæ: exhibiti & excitati a mortuis filii Schunamitidis hospitæ suæ: & pultis ex amora dulcis factæ, denique panum viginti in multorum alimentum subministratorum, describuntur.

1 MULIER autem quædam ex uxoribus filiorum prophetarum clamabat ad Elischahhum dicẽs, servus tuus vir meus mortuus est: tu verò nosti, servum tuum timuisse Jehovam: creditor autem venit ad rapiendum duos natos meos sibi in servos.

2 Ad quã dixit Eliſchahh: quid factur⁹ſum tibi? indica mihi: quid *eſt* tibi domi? quæ dixit, nõ *eſt* ancillæ tuæ quicquam domi, niſi lecythus olei.

3 Qui dixit, abi, pete tibi vaſa foris ab omnibus vicinis tuis: vaſa vacua, ″ ne pauca petito.

4 Tum ingreſſa occludito fores tibi & filiis tuis: deinde infundito in omnia vaſa illa, & quod plenum fuerit ″ amoveri jubeto.

5 Itaq; abiens ab eo, cùm occluſiſſet fores ſibi & filiis ſuis: ipſis admoventibus ad illam, infundebat illa.

6 Fuitq; cùm plena eſſent vaſa illa: & edicẽte ea filio ſuo admove mihi adhuc vas: dixiſſet ad eam nullũ prætereà *eſt* vas: ut ″ conſiſteret oleum.

7 Tunc illa veniens indicavit viro Dei: qui dixit, abi, vende iſtud oleũ & repende creditori tuo: tu verò cum filiis tuis vivito e reliquo.

8 Prætereà fuit quodã die, cùm pertranſiret Eliſchahh ″ Schunemũ, ut ibi mulier *quædã* magna prehenderet eũ ad ſumendum cibum: unde fuit quoties tranſibat, *ut* diverteret eodem ad ſumendum cibum.

9 Dixit enim illa ad virum ſuum: ecce quæſo novi virum Dei ſanctum hunc eſſe: qui tranſit per nos jugiter.

10 Faciamus, quæſo, cœnaculum parvum muro, ubi ponamus illi lectum & menſam, ſellam quoque & lucernam: eſtoq; cùm venerit ad nos *ut* divertat eô.

11 Fuit deinde quodam die, quo venerat illuc: cùm divertens ad cœnaculum illud cubaſſet ibi:

12 Ut ediceret Gechazi puero ſuo, voca Schunamitidem iſtam: quam ille vocavit, ut ſiſteret ſe ″ coram illo.

a Heb. trepidaſti ad nos tota trepidatione iſta.

13 (″ Edixerat enim illi, dic jam ad eam: ecce[a] ſollicita fuiſti erga nos tota ſollicitudine iſta, quid faciendum eſt tuâ causâ? éſtne loquendũ tuâ causâ ad regem, aut ad præfectum militiæ? quę dixerat, ″ in medio populi mei ego habito.

14 Dicenti verò Eliſchahho, quid ergo faciendum eſt ejus causâ? dixerat Gechazi, utique filius non *eſt* ei, & vir ejus *eſt* ſenex).

15 Dicente ergo advoca eam, cùm vocaſſet eam, ſtitit illa ſe ad portam illius.

16 Et dixit ille, ″ hac ipſa tempeſtate, cùm hoc tempus vigebit, tu amplexatura es filium: quæ dixit, ″ ne, domine mi vir Dei, ne mentiaris ancillæ tuæ.

17 Itaque concepit mulier illa, ac peperit filiũ ea ipſa tempeſtate: cùm vigeret illud tempus quo allocutus fuerat eam Eliſchahh.

18 Deinde crevit infans ille: fuitque quodam die, cùm egreſſus eſſet ad patrem ſuum apud meſſores,

19 Ut diceret ad patrem ſuum, caput meum, caput meum: qui edixit puero, refer illum ad matrem ſuam.

20 Is referens eum, adduxit ad matrem ejus: ſuper cujus genua cùm ſediſſet uſque ad meridiem, mortuus eſt.

21 Tunc

21 Tunc ſurſum deportans illa, collocavit eum ſuper lectum viri Dei: & includens eum, egreſſa eſt.
22 Deinde accerſivit virum ſuũ dicens, mitte mihi quæſo unũ e pueris, & unam aſinarum: ut excurram uſq; ad virum Dei: deinde revertar.
23 Qui dixit, quare itura es ad eum hodie, ᵃ cùm non ſit noviluniũ neq; ſabbathum? quæ dixit, ᵇ quieto animo *eſto*.
24 Deinde inſtrata aſina edixit puero ſuo, duc & abi: equitãdo ᵃ ne inhibeto meâ cauſâ, niſi edixero tibi.
25 Sic abiens illa pervenit ad virum Dei in montem Carmeli: fuit autẽ cùm videret eã vir Dei procul, ut ediceret Gechazi puero ſuo, ecce Schunamitis illa.
26 Nunc currens quæſo obviam ei, dic ei: *éſt*ne pax tibi? *éſt*ne pax, viro tuo? *éſt*ne pax nato? quæ dixit, quieto animo *eſto*.
27 Cumque perveniſſet ad virum Dei in montem, ᵃ prehendit pedes ejus: accedenti autem Gechazi ad depellendum eam, edixit vir Dei, ſine eam, nam animus ejus amaritudine affectus eſt in ea: quod Jehova celavit me, neq; indicavit mihi.
28 Dicente verò illa, ᵃ an petieram filium a domino meo? an non dixeram: ne fallas me?
29 Edixit Eliſchahh Gechazi, ᵃ accinge lumbos tuos, & ſumpto ſcipione meo in manum tuam abi: ſi quẽ inveneris, ne ᶜ ᵃ ſalutato eum: & ſi quis te ſalutaverit, ne reſpõdeto ei: & ᵃ ponito ſcipionẽ meum ſuper faciẽ pueri.
30 Sed dixit mater pueri: ut vivit Jehova & vivit anima tua nõ derelinquam te: quare ſurgens ſecutus eſt eam.
31 ᵃ Gechazi autem anteceſſerat eos, & poſito ſcipione ſuper faciẽ pueri, ᵃ nulla *erat* vox neq; ulla attentio: quapropter revertens obviam illi, indicavit illi dicens: non evigilavit puer.
32 Tum ingreſſus eſt Eliſchahh domum illius: ecce autẽ puer mortuus, collocatus erat ſuper lectum ipſius.
33 Quo ingreſſus occluſit fores poſt utrunq;: & ſupplicavit Jehovam.
34 Deinde conſcendens *lectum* ᵃ incubuit puero, & imponens os ſuum ori ejus, & oculos ſuos oculis ejus, & volas ſuas volis ejus, extẽdit ſe ſuper eum: ut incaleſceret caro pueri.
35 Poſteà rurſus ibat per domum ᵈ modò huc modò illuc, & conſcendens extendebat ſe ſuper illum: tandem ſternutavit puer uſque ſepties, & aperuit puer oculos ſuos.
36 Tum inclamans Gechazin edixit: advoca Schunamitidẽ iſtam: qui cùm advocaſſet eam, venit ad illum: & dixit *Eliſchahh*, defer filium tuum.
37 Itaq; ingreſſa eſt, & ᵃ procidens ad pedes ejus incurvavit ſe verſus terram: deinde deferens filium ſuum exivit.
38 Eliſchahho autem reverſo ᵃ Gilgalem, cùm fames eſſet in ea terra, & filii prophetarum ſederent coram eo: edixit puero ſuo, diſpone ollam iſtã magnam, & coque pultem pro filiis prophetarum.

b Heb. pax: ſic ℣. 26.

c Heb. ne benedicito, & ſi quis tibi benedixerit.

d Heb. ſemel huc & ſemel illuc.

39 Egressus verò quidam in agrum ad colligendum olera, invenit vitem agrestem, collegitq; ex ea colocynthidum agrestium plenam vestem suam: & veniens conscissas posuit in olla pultis: non enim noverant.

40 Posteà infuderunt hominibus ut comederent: sed fuit comedentibus illis ex ea pulte, ut clamãtes ipsi dicerent, mors *est* in olla ista, vir Dei: & non possent comedere.

41 Qui dixit, at sumentes *afferte* farinam, projecitque in ollam: posteà dixit, infunde huic populo & comedant: nec fuit quicquam mali in olla.

42 Intereà quidam veniens e planitie Schalischæ attulit ad virum Dei panes primitiarum, viginti panes hordeaceos, & spicas recentes cum gluma sua: itaque edixit, appone huic populo ut comedant.

43 Dixit verò minister ejus, quid apponerem hoc centum viris? rursus edixit, appone huic populo, ut comedant (sic enim edixit Jehova) abunde & reliquum faciant.

e Heb. comedendo & reliquũ faciendo.

44 Quo apponente eis: comederunt, & reliquum fecerunt secundum verbum Jehovæ.

ANNOTATIO.

3 *Ne panca petito*] id est, sive a te, sive ab aliis: cura ut vasorum copiâ instructa sis. 4 *Amoveri jubet*] id est, per filios seponito. 6 *Consisteret*] id est, augeri desineret. 8 *Schunemum*] vide Jehosch. 19.18. *Mulier magna*] generè & facultatibus, ut sequentia ostendunt. 12 *Coram illo*] id est, Elischahho. 13 *Edixerat illi*] id est, ministro ejus. 16 *Hac ipsa tempestate*] vide Gen. 18.10. & 14. *Ne domine mi*] verba sunt deprecantis: quasi dicat, faxit Deus ut quod dixisti irritum non fiat. 23 *Cùm non sit novilunium*] qui dies ordinarii sunt ad consulendum prophetas discurrebant. 24 *Ne inhibero*] id est, continenter pergito. 27 *Prehendit pedes &c.*] vide 1. Schem. 25.24. 28 *An petieram*] quasi dicat, priore conditione mea contenta non petebam filium: sed ultrò a te promissum, mihi divinitus dari & conservari petieram: nunc autem quia recepisti te præstiturum petitionem meam sup. ℣. 13. & sequentibus: eadem petitione persto. 29 *Accinge lumbos tuos*] Expeditè iter facturus. *Ne salutato*] synecdochicè est, ne colloquitor cum eo, quod sit tibi in mora: sic Luc. 10.4. *Ponito scipionem*] quo signo Gechazi confirmabatur de virtute Dei ipsi affutura ad preces Elischahhi, cujus erat scipio. 31 *Nulla erat vox*] id est, nullum apparuit in puero restitutæ vitæ signum: non quod Elischahh falsus fuerit opinione sua, cùm baculum tradidit ministro: sed quia ad importunum mulieris juramentum consilium mutare est coactus. 34 *Incubuit puero*] vide 1. Reg. 17.21. 37 *Procidens*] cum submissione gratias agens. 38 *Galgalem*] unde cum Elija profectus fuerat, sup. 2.1. 39 *Vitem agrestem*] id est, colocynthidem, quam hhebræi a forma sic vocabant. *Non noverant*] quâ naturâ essent. 42 *Schalischæ*] vide 1. Schem. 9.4.

CAPUT V.

Nahhaman Syrus per Elischahhum mundatus lepra ad Deum convertitur: & Gechazi propter interversam Nahhamani clam Elischahho pecuniã, divinitus ipse cũ posteris lepra afficitur.

1 NAHHAMAN autem præfectus militiæ regis Syriæ erat vir magnus apud dominum suum, & persona accepta: quia per eum ediderat Jehova salutem Syriæ: sed vir iste valens robore erat leprosus.

a Heb. acceptus facie.

2 Cumq; Syri turmales, egressi captivam abduxissent e terra Jisraëlis puellam parvam: quæ fuit administra uxori Nahhamanis:

b Heb. quę erat coram uxore: synecdoche.

3 Dixit illa ad heram suam: utinam dominus meus esset coram prophe ta illo qui *habitat* in Schomrone: tum restitueret eum a lepra ejus.

c Heb. colligeret, id est, reciperet in hominũ consortiũ: sic ℣. 6.7. & 11.

4 Itaque veniens indicavit domino suo, dicendo: hæc & talia locuta est puella ista, quæ *est* e terra Jisraëlis.

d Hebr. sicut hoc & sicut hoc.

5 Cui dicente rege Syriæ: age, abi, & mittam literas ad regem Jisraëlis: abiens

abiens accepit in manu sua[d] decem talenta argenti, & sex millia aureorũ, ac decem mutandas vestes.

6 Et attulit literas ad regem Jisraëlis, quibus dicebat: [d] nunc ergo, cùm pervenerint hæ literę ad te, ecce mitto ad te Nahhamanem servum meũ, ut restituas eum a lepra ejus.

7 Fuit verò, cùm legisset rex Jisraëlis illas literas, ut lacerans vestimenta sua, diceret: an Deus sum ad morte afficiendum, & ad restituendum vitæ, quòd iste mittit ad me ut restituam virum a lepra sua? at profectò cognoscite, quæso, ac videte, istum fabricari sibi occasionem contra me.

8 Sed fuit cùm audivisset Elischahh vir Dei Regem Jisraëlis laceravisse vestimenta sua, ut mitteret indictum regi: quare laceravisti vestimẽta tua? veniat jam ad me, & experietur prophetam esse in Jisraële.

9 Venit itaq; Nahhaman cum equis suis & cum curru suo, ac substitit ad portam domus causâ Elischahhi.

10 Sed misit ad eum Elischahh nuntium, dicentem: abi & lavato te [e] septies in Jardene: sic [f] restituetur caro tua tibi, & mundus eris.

11 Tum efferveſcens Nahhaman abibat: dicebat enim, ecce dicebam, [g] proculdubio exiturus est ad me, & consistens invocaturus nomen Jehovæ Dei sui, & agitaturus manum suam in ipso loco: ut restituat leprosum.

12 An non melior *est* [h] Abana & [i] Pharphar flumina Damasci omnibus aquis Jisraëlis? an non possem lavare me illis ut mundus essem? sic conversus abibat cum æstuante ira.

13 Accedentes verò servi ejus allocuti sunt eum ac dixerunt: [k] domine mi, si rem magnã iste propheta edixisset tibi, an non facturus fuisses? quanto igitur magis cùm edicit tibi, lava te ut mundus sis?

14 Itaq; descendens immersit se in Jardenẽ septies, secundum verbũ viri Dei: & restituta est caro ejus, ut caro pueri parvi, & mundus factus est.

15 Tum reversus ad virum Dei, ipse cum [l] omnibus copiis suis, venit & stitit se coram eo, dicens: ecce jam novi nullum esse Deum in tota terra [d] nisi in Jisraële: quare nunc accipe quæso [m] munus a servo tuo.

16 Dixit verò *Elischahh*, ut vivit Jehova ante quem sto, non sum accepturus: & quamvis instaret apud eum ut acciperet, renuit.

17 Cui dixit Nahhaman, [n] saltem detur quæso servo tuo duorum morum onus e terra: non enim est facturus amplius servus tuus holocaustum aut sacrificium diis alienis: sed Jehovæ.

18 Hac in re condonet Jehova servo tuo: cùm ingreditur dominus meus ædes Rimmonis ut incurvet se ibi, quia is nititur manu mea, similiter incurvo me in æde Rimmonis: Hoc incurvare meũ in æde Rimmonis condonet quæso Jehova servo tuo, in hac re.

19 Sed dixit ei Elischahh, abi cũ pace: ita abierat ab eo [d] exiguũ spatiũ terręs

20 Cùm [d] diceret Gechazi minister Elischahhi viri Dei: ecce cohibuit se dominus meus apud Nahhamanẽ Syrum istũ, ne acciperet e manu ejus id qđ adduxerat: sed ut vivit Jehova currã post eũ ut accipiã ab eo aliquid.

e Hebr. septẽ vicibus: sic ver. 14.
f Hebr. redibit: sic ℣. 14.
g Heb. exeũdo exiturus est. ●
h quod & Amana, historicis Adonis vel Adonius dicitur.
i historicis Orontes.
k Heb. pater mi.
l Heb. cũ totis castris suis.
m Heb. benedictionem.
n Hebr. si nõ. *accepturus es*: sic 2. Schemu. 13, 26.

21 Itaque persecutus est Gechazi Nahhamanem: quem videns Nahhaman accurrentẽ post se, desiliit e curru suo obviã ei, ac dixit: [o] prosperéne?

o *Heb.* an est pax: sic ℣. 22

22 Qui dixit: prosperè, dominus meus mittit me ad dicendũ: ecce jam modò venerunt ad me duo pueri a monte Ephrajimi e filiis prophetarum: da quæso pro eis talentum argenti & duas mutandas vestes.

23 Cui dixit Nahhaman: acquiesce, cape duo talenta: instititq; apud eum, ut ligaret duo talenta argenti in duobus loculis, & duas mutãdas vestes: quæ tradidit duobus pueris suis, ut ferrent ante illum.

24 Sed cùm pervenit ad clivum, accipiens e manu eorum depositit in quadam domo: postquam dimisisset homines illos & abiissent.

25 Deinde ipse ingressus cùm sisteret se domino suo, dixit ad eum Elischahh: undénam Gechazi? qui dixit, non ivit servus tuus huc aut illuc.

p *Heb.* cor meum. Sup. ℣. 21.

26 Dixit verò ad eum *Elischahh*: [q] non abierat [p] animus meus, cùm converteret se vir a curru suo obviam tibi: an tempus erat [r] accipiendi argentum, aut accipiendi vestes, aut oleas, aut vineas, aut greges, aut armenta, aut servos, aut ancillas?

27 Idcircò [s] lepra Nahhamanis adhæreto tibi & semini tuo in seculũ: sic egressus est a conspectu ejus affectus lepra *alba* sicut nix.

ANNOTATIO.

1 *Salutem Syriæ*] id est, regnum ab hostibus conservavit. 5 *Decem talenta*] paulo minus decem millibus daleroru. *Sex millia aureorum*] siclorum, id est, quindecies mille daleros. 6 *Nunc ergo*] paralepsis: nam tantum ea hic narrata recitatur, quæ petitionis summam continet, ut Gen. 3. 1. 15 *Nisi in Israële*] id est, nisi eum qui ab Israëlitis colitur. 17 *Detur quæso*] hic Nahhaman de vero Deo persuasus, duo postulat ex zelo Dei profecta: sed non secundum scientiam: nam zelus Dei est, quo dicit: non est facturus servus tuus &c. à scientia vero alienum: primùm quod petit ut sibi terram deportare liceat, super quam sacrificet: nam neque terræ per se hærebat sanctitas: neque alibi quàm Jeruschalaimi sacrificare fas erat. Deinde quòd petit ut Deus condonet officiosam, ut ipse existimabat, servitutem coram rege. 19 *Abi in pace*] quasi dicat, quieto animo esto: & ne sis sollicitus de istis rebus, quæ nihil ad pacem conscientiæ tuæ facium: sed potius illam turbaturæ essent, & Deum in te provocaturæ. Sic 1. Schem. 1. 17 & sup. 4. 23. & 26. *Exiguum spatium*] vide Gen. 35. 16. 20 *Diceret*] cum animo suo, ut sup. ℣. 11. 26 *Non abierat*] id est, aderat præsens. *Accipiendi argentum*] id est, quicquam: synecdochicôs omnia dona intelligit. 27 *Lepra Nahhamanis*] id est, eodem genere leprę compressi quo ille laboravit. Est autem prophetica denunciatio divini judicii in eum & posteros ejus ad detestationem ecclesiæ missa. Tangebatur enim Spiritu Sancto, ut Ananias & Saphira Actorum 5.

CAPUT VI.

Elischahhi tria miracula: revocatæ securis e flumine: retectarum insidiarum quas struebant Syri: & delusi ac capti ab eo Syrorum exercitus, qui ad capiendum eum venerant, describuntur. Deinde ex obsidione Schomronis fames, cum prædictione subitæ & maximæ abundantiæ.

1 DIXERUNT autem filii prophetarum ad Elischahhum: ecce jam hic locus, ubi nos considemus coram te, [a] angustior est, quàm ut nobis sit satis.

a *Heb* angustus est præ nobis.

2 Abeamus quæso usque ad Jardenem, ut accipientes inde quisque tignum unum, paremus nobis illic locum ubi habitemus: qui dixit, abite.

3 Dicente verò uno illorum: acquiesce quæso & i cum servis tuis: dixit, ego iturus sum.

4 Itaque ivit cum eis: & cùm venissent ad Jardenem, cædebant ligna.

5 Fuit autem illorum uno dejiciente tignum etiam cum ferro, *ut ferrum* caderet in aquam: quapropter exclamabat dicens Eheu domine mi:

mi: est enim [b] commodatum.
6 Cui dixit vir Dei, quô cecidit? cumq; ostendisset ei locum, præcîdens lignum injecit illuc: ita fecit ut enataret ferrum.
7 Deinde dixit, tolle tibi: qui extendens manum suam recepit illud.
8 PRÆTEREA cùm rex Syriæ gereret bellum cõtra Jisraëlitas, & consilium iniret cum servis suis dicendo, apud locum " cujusdam N. erit mansio mea:
9 Mittebat vir Dei ad regem Jisraëlis dicendo: cave tibi ne transeas per locum illum: nam ibi Syri " insidiantur.
10 Quare mittebat rex Jisraëlis ad locum de quo dixerat ipsi vir Dei, & monuerat ipsum ut caveret sibi illic: [c] non semel neq; bis.
11 Perturbato itaque animo regis Syriæ super re hac: inclamans servos suos dixit ad eos: an non indicaretis mihi, quis ex nostris ad regem Jisraëlis *retulit*?
12 Cui dixit unus e servis ejus, " non domine mi rex: sed Elischahh propheta ille, qui *est* in Jisraële, indicat regi Jisraëlis verba ipsa quæ loqueris in conclavi cubilis tui.
13 Tum dixit: ite & videte ubi nam est, ut mittens capiam eum: nuntiatumque est ei, dicendo: ecce est " Dothane.
14 Misit itaque illuc equos & currus, ac copias [d] numerosas: quæ venientes noctu, cinxerunt obsidione civitatem illam.
15 [e] Mane autem minister viri Dei surgens, cùm exiret, & ecce copiæ circumdabant civitatem, & equi & currus: dixit puer ejus ad eum: eheu domine mi, quo modo faciemus?
16 Cui dixit, ne metuito: nam plures *sunt* qui nobiscum quàm qui cum illis *sunt*.
17 Et orans Elischahh dixit: ô Jehova " aperi quæso oculos ejus ut videat: & aperiens Jehova oculos pueri illius, vidit quòd ecce mons ille plenus *erat* equis & curribus igneis circa Elischahhum.
18 Cumque descenderent ad eum, oravit Elischahh Jehovam ac dixit: percute quæso gentem istam " subito scotomate: qui percussit eos subito scotomate secundum verbum Elischahhi.
19 Tum dixit ad eos Elischahh: non *est* hæc via, neque hæc *est* civitas illa: sequimini me & ducam vos ad virum illum quem quæritis: sic duxit eos Schomronem.
20 Fuit autem cùm ingressi essent Schomronem, dicente Elischahho: ô Jehova aperi oculos istorum, ut videant: ut aperiret Jehova oculos eorum, & viderent quòd ecce essent in medio Schomronis.
21 Dicebat verò rex Jisraëlis ad Elischahhum cùm videret eos: percutiámne? percutiam pater mi?
22 Qui dixit: ne percutito: an quos captivos abduceres gladio tuo & arcu tuo, *eos* percuteres? propone panem & aquam illis, ut comedant & bibant: deinde abeant ad dominum suum.

b Heb. petitũ cõmodato.

c Heb. nõ una nec duab. *Vicib⁹*. i. persæpe: liptote.

d Heb. graves.

e Heb. matutinus agebat minister viri Dei surgẽdo

23 Itaque apparavit eis apparatum magnum: qui cùm comedissent & bibissent, ac dimisisset eos, abierunt ad dominũ suum: ″ neq; perrexerunt deinceps turmæ Syrorum invadere terram Jisraëlis.

24 Sed fuit posteà, ut congregans Ben-hadad rex Syriæ totum exercitum suum: ascenderet & obsideret Schomronem.

25 Ideoq; esset fames magna Schomrone, dum ecce obsidebant eam: adeò ut esset caput asini ″ octogenûm *siclorum* argẽti, & ″ quarta pars, ″ ventер ipse *qui est* in cavo columbarum ″ quinûm *siclorum* argenti.

26 Fuitq; rege Jisraëlis transeunte secũdum murum: ut mulier *quædam* clamaret ad eum, dicens: serva, domine mi rex.

27 Qui dixit, ″ ne servet te Jehova: unde servarem te? an ex area? aut ex torculari?

28 Dixit prætereà ei rex: quid tibi *est?* quæ dixit, mulier isthæc dixerat ad me: da filium tuum ut comedamus eum hodie, filium autem meum comedemus cras.

29 Coximus itaq; filium meum, & comedimus eum: sed cùm dicerem ad eam die alio, da filium tuũ ut comedamus eum, abscondit filiũ suum.

30 Fuit verò cùm audisset rex verba mulieris illius, ut laceraret vestimenta sua, dum transiret secundum murum: quod cùm vidisset [f] populus intra civitatem: ecce ″ cilium imposuit carni suæ.

31 ″ Quapropter dixit rex: ita faciat mihi Deus & ita pergat, si manserit caput Elischahhi filii Schaphati in eo hodie.

32 (Elischahh autem sedebat domi suæ, & seniores sedebant cum eo); & misit ″ quendam [g] ex adstantibus sibi: cùm nondum venisset nuntius iste ad ipsum, ipse jam dixerat ad seniores, pervidetísne ut mittit filius ″ occisoris iste qui auferat caput meum? videte cùm ingredietur nuntius iste, occludite fores & ″ comprimite eum in ipsis foribus: an non ″ strepitus pedum domini ejus sequitur eum?

33 Adhuc ipso loquente cum illis, ecce nuntius ille descendit versus eum: & dixit, ecce hoc ″ malũ *sit* a Jehova, quid considerẽ Jehovæ amplius?

34 ″ Dixit verò Elischahh: audite verbum Jehovæ: sic ait Jehova, [h] hoc tempore cras, satum similæ siclo, & bina sata hordei *venient* siclo, in porta Schomronis.

35 Respondit autem viro Dei dux ille, cujus manu rex nitebatur, ac dixit: si Jehova faceret cataractas in cœlis, an posset esse res ista? cui dixit Elischahh: ecce tu id visurus es oculis tuis, sed ex eo non es esurus.

[f] in hebræo ὑστέρησις est verborum, quam sustulimus ad evidentiam.

[g] *Heb.* ex antecessore.

[h] *Heb.* secundum hoctẽpus.

ANNOTATIO.

8 *Cujusdam N.*] vide Ruth 4. 1. 9 *Insidiantur*] de Syris loquens, voce Syra utitur, significante se ad insidiandũ demittere. 12 *Non*] id est, non ita se habet res, ut suspicaris. 13 *Dothane*] locus est non procul a Schecemo & Schomrone, ac ideo in tribu Menaschis, Gen. 37. 17. 17 *Aperi*] id est illustra. 18 *Subito scoromate*] vide Gen. 19. 11. 19 *Non est hæc via*] quasi dicat, neque hac neque illac est vobis eundum ut assequamini eum quem quæritis. 22 *Ne quos*] argumentum est a majori: quasi dicat, ne eos quidem occideres quos mancipii jure tibi in bello comparares: ergo multo minus alieno beneficio comparatos fas erit occidere. 23 *Neque perrexerunt*] id est, non amplius Syri numeriis insidiantibus Jisraëlitas aggredi ausi sunt, sed justis & numerosis castris. 25 *Octogenûm siclorum*] id est, viceni ducatorum. *Quarta pars*] supple columbarum. *Venter*] id est, ingluvies cum interaneis: quod sequentia per appositionem explicant: metonymia continentis pro contento. *Quinûm siclorum*] id est, unius daleri cum quadrante. 27 *Ne ser-*

verte] Impatientis & indignabundi atque infidelis verba, videntis se juvandi facultate destitutum. 30 *Cilicium impo-*
suit] ut se cum rege luctu communicare testaretur. 31 *Quapropter*] fretus turba assentantis populi, iratscitur autē con-
tra Elischahhum: cum quia verbo ejus Syris rēsistebatur, ac proinde se ab illo delusum fuisse cogitabat: tum quia putabat
negligentiâ Elischahhi fieri ut fames in dies ingravesceret. 32 *Quendam*] qui exprimitur ℣. 35. *Occisoris*] Achabi, cu
jus uxu Naboth & viri boni occisi sunt. 1. Reg. 18. & 21. *Comprimite*] id est, sistite eum extra septa, ne ingressus irruat in
me: ut commodè possim denuntiare verbum domini. *Annon strepitus*] .i. vestigiis ipsius insistit Rex, & proximè eum
sequitur. 33 *Dixit*] cùm sisteretur a senioribus ostendentibus tantam famem non fortuitò, sed divinitus immissam es-
se. *Hoc malum*] fames, & parvulorum cædes ex fame consecuta. 34 *Dixit Elischahh*] ad seniores, nuntium, & regē
adventantem, ut ostenditur infrà 7. 16. hos autem duos versus cum superioribus cohærere res ipsa ostendit. 35 *Cata-*
rassat] ad profundendum frumentum.

CAPUT VII.

Deus excitato strepitu Syros in fugam vertit: ex quorum castris in manum Jisraëlitarum, ad leprosorum indicium, traditis, eos fame levat, & curatorē annonæ eo fructu privat: implēs quod per Elischahhum superiore capite prædixerat.

1 ERANT autem quatuor homines leprosi ad januā portæ *Schomronis*: qui dicebant[a] alter ad alterum: quid de-
2 sidemus hîc donec moriamur?

Si dicamus, ingrediamur civitatem: at fames *est* in civitate, ideò moriemur ibi: sive desideamus hîc, itidē moriemur: nunc itaq; agite, deficiamus ad castra Syro-
rum: si nos vivere sinent, vivemus: sin verò morte affecerint nos, etiam
moriemur.

3 Quare surgentes ipso crepusculo ut venirent in castra Syrorum: ve-
nerunt usque ad finem castrorum Syrorum: ubi ecce nemo *erat*.

4 Nam Dominus effecerat ut audirent castra Syrorum strepitum cur-
ruum & strepitum equorum, strepitum copiarum magnarum: adeò ut di
cerent[b] alter ad alterū: ecce mercede conduxit rex Jisraëlis contra nos re-
ges Chittæorum & reges Ægypti, ut invadant nos.

5 Itaque surgentes aufugerant ipso crepusculo, & dereliquerant tento
ria sua, & equos suos & asinos suos, ipsa castra quemadmodum erant: de-
nique[c] fuga consuluerant vitæ suæ.

6 Cùm ergo venientes leprosi isti usque ad finem castrorum, & ingres-
si in tentorium unum comedissent & bibissent, deportarunt inde argen-
tum aurumq; & vestes, quæ abeuntes absconderunt: [d] rursus venientes in
tentorium aliud, similiter deportarunt inde, & abeuntes absconderunt.

7 Tum dixerunt alter ad alterum, non rectè facim⁹: dies iste dies boni
nuntii *est*, & nos taceremus? si expectaverim⁹ usq; ad lucē matutinā, utiq;
obvēnura est nobis culpa: quare nūc agite, & eūtes indicem⁹ domui regis.

8 Veniētes itaq; inclamaverūt janitorē civitatis, & indicaverūt illis di
cendo: ingressi sumus castra Syrorum, ubi ecce nemo *est*, ne vox quidem
hominis: sed equi ligati, & asini ligati, & tentoria, quemadmodum erāt.

9 Quo inclamante reliquos janitores: ii indicarunt domui regis intus.

10 Surgens itaq; rex noctu dicebat ad servos suos: indicabo jam vobis
id quod faciunt nobis Syri: sciunt famelicos nos esse: ideò exiverunt ex ca
stris, ut absconderent sese in agro dicentes: cùm egressi fuerint e civitate,
capiemus eos vivos, & civitatem invademus.

11 Respondens autē unus e servis ejus dixit: sed accipiant quæso quinq;

[a] *Heb.* vir ad proximū suum: sic ℣. 7.

[b] *Heb.* vir ad fratrē suum.

[c] *Heb.* fugerant pro anima sua: sic Gen. 19. 17.

[d] *Heb.* reversi & veniētes

ex equis reliquis, qui relicti sunt, in ea: (ecce sunt sicut tota multitudo Israëlitarum qui reliqui sunt in ea: ecce sunt sicut tota multitudo Israëlitarum, qui deficiunt) & mittentes videamus.

e Heb. vecturas equorũ: hypallage.

12 Itaque acceperunt duos e equos vectarios: quos misit rex post castra Syrorum dicendo, ite & videte.

13 Ita persecuti sunt eos usq; ad Jardenem: ecce autem tota illa via plena erat vestibus, & instrumentis, quę projecerant Syri inter festinandum: quod reversi nuntii indicarunt regi.

14 Quare egressus populus diripuerunt castra Syrorum: fuitq; satum similæ *venale* siclo, & bina sata hordei siclo secundum verbum Jehovæ.

15 Rex autem præfecerat portæ ducem illum, cujus manu nitebatur: quem proculcaverunt populus in porta ita ut moreretur: quemadmodũ locutus fuerat vir Dei, cùm loqueretur descendente rege ad ipsum.

Suprà 7.34.

16 Fuerat enim cùm alloqueretur vir Dei regem dicendo: bina sata hordei siclo, & satũ similę siclo *venale* erit hoc tẽpore cras in porta Schõronis:

17 Ut responderet iste dux viro Dei, dicens: etiamsi faceret Jehova cataractas in cœlis, an esse posset secundum verbum hoc? diceretq; *Elischahh*, tu id visurus es oculis tuis: sed ex eo non esurus.

18 Fuit ergo illi sic: nam proculcarunt eum populus in porta ita ut moreretur.

ANNOTATIO.

1 *Portæ Schomronis*] excluſi a consortio civium ex lege, Levit. 13. 14: vicini autem portæ erant propter prementem hostem. 5 *Quemadmodum erant*] id est, ut cùm in illis versarentur Syri: sic ℣. 8. 8 *Illis*] janitori cum excubitoribus. 11 *Sicut tota multitudo*] id est, propè est ut fame pereant, sicut homines nostri, ac proinde non est quòd multũ timeas solliciti de eorum conservatione.

CAPUT VIII.

Elischahh Schunamitidi famem septennii prædicens, autor est ei ut aliò cum familia migret. Mortem Benhadadi & regnum Chazaëlis prænunciat: Jehoram Jehoschaphato patri succedit, quo regnante Edomæi & Libnæi deficiunt, eiq; mortuo succedit Achazja, qui Joramum Achabi filium ex vulneribus in prælio contra Syros acceptis, laborantem invisit, Jizrehhelem.

Sup. 4.35.

1 ELISCHAHH autem edixerat mulieri illi cujus filium vitæ restituerat, dicendo: surge & abi tu cum familia tua, & peregrinare ubicunque peregrinari poteris: nam proclamavit Jehova famẽ, quæ etiam advenit in hanc terram ad septennium.

2 Surgens itaque mulier illa fecerat secundum verbum viri Dei: abierat enim ipsa cum familia sua, & peregrinata fuerat in terra Pelischtæorum septem annos.

3 Fuit verò exactis septẽ annis, cùm reversa esset mulier e terra Pelischtæorũ: ut prodiret ad implorandũ regem f pro domo sua, & pro agro suo.

4 Interea rex alloquebatur Gechazin puerum viri Dei, dicens: narra, quæso, mihi omnes res magnas quas fecit Elischahh.

5 Itaq; fuit illo narrante regi, quo modo vitæ restituisset mortuum: ut ecce mulier illa, cujus filium restituerat vitæ, imploraret regẽ pro domo sua & pro agro suo: quapropter dixit Gechazi, domine mi rex, hæc illa est mulier, & hic filius ejus, quem vitæ restituit Elischahh.

6 Inter-

6 Interrogante autem rege mulierem illam, cùm enarrasset ipsi: dedit illi rex aulicum unũ dicens, cura restitui quicquid *est* illius, etiam oẽs proventus agri, ex *quo* die dereliquit hanc terram [a] ad hoc usq; tempus.

7 Posteà venit Elischahh Damascum, cùm Ben-hadad rex Syriæ ęgrotaret: indicatumq; est ei dicendo, venit vir Dei huc usque.

8 Itaque edixit rex ille Chazaëli, accipe in manu tua munus, & i obviã viro Dei: ut consulas Jehovam ex eo, dicẽs: an revalescere possum ex morbo hoc.

9 Tum abiturus Chazaël obviam ei, accepit munus in manu sua, & [b] ex quavis re præstante Damasci, onus quadraginta Camelorum: & veniens substitit coram eo, ac dixit: filius tuus Ben-hadad rex Syriæ misit me ad te, dicendo: an revalescere possum ex morbo hoc?

10 Ad quem dixit Elischahh: abi, dic ei: [c] omnino revalescere potes: sed ostendit mihi Jehova eum [d] omnino moriturum.

11 Et quamvis contineret vultum suum ac componeret [e] dudum: tandem flevit vir Dei.

12 Cui dicente Chazaële, quare dominus meus flet? dixit, quia novi illud malum quo affecturus es filios Jisraëlis: munitiones eorum committes igni, & juvenes eorum gladio occides, & infantes illorum allides, ac prægnantes eorum diffindes:

13 Dixit verò Chazaël: at quid *est* servus tuus ″ hic canis, ut faciat rem magnam hanc? Cui dixit Elischahh, ostendit mihi Jehova te *fore* regem super Syriam.

14 Tum abiens ab Elischahho venit ad dominum suum, qui dixit ei, quid dixit Elischahh? dixit mihi, inquit, omnino revalescere potes.

15 Sed fuit postridie cùm acceptam stragulam intingens in aquam extenderet super faciem illius, ut moreretur: sic regnavit Chazaël pro illo.

16 ″ Anno aũt quinto Jorami filii Achabi regis Jisraëlis, cũ Jehoschaphat esset rex Jehudæ, regnare cœpit Jehorã filius Jehoschaphati, rex Jehudæ.

17 Natus triginta duos annos erat cùm regnare inciperet, & ″ octo annis regnavit Jeruschalaimis.

18 Quibus ambulavit in via regum Jisraëlis, quemadmodum faciebãt domus Achabi. nam ″ filia Achabi erat ei uxor: ita fecit quod malum *videtur* in oculis Jehovæ.

19 Tamen noluit Jehova perdere Jehudam, propter Davidem servum suum: quemadmodum dixerat de eo, se daturum illi lucernam, & filiis ejus omnibus diebus. 1.Reg.11.36

20 Diebus hujus defecit Edom [f] ne subjectus esset Jehudæ: & constituerunt super se ″ regem.

21 Quapropter profectus est Joram [g] Tzahhirem, & omnes currus cũ eo: fuitq; ipso surgente nocte, ut percuteret Edomæos circumjacentes sibi, & præfectos curruum, fugeretq; populus iste ad tentoria sua.

22 Attamen perstitit in defectione Edom ne subjectus esset Jehudæ in

[a] *Heb.* & usque nunc.

[b] *Heb.* & omne bonũ Damasci, id est, quodvis.

[c] *Heb.* vivendo vivere potes: sic deinc.

[d] *Heb.* morendo morietur.

[e] *Heb.* usque ad tarditatẽ: ut Judi. 3. 25

[f] *Heb.* de manu Jehudæ: sic ℣. 22. 2. Chr. 21. 7

[g] Ptolemæo Tzaaram.

hunc usque diem: tunc defecit Libna eodem tempore.

23 Reliquæ autem res Jorami & quicquid fecit: nónne sunt scriptæ in libro″ Chronicorum regum Jehudæ?

24 Cumq; occubuisset Joram cum patribus suis, & sepultus esset cum patribus suis in civitate Davidis: regnavit[h] Achazja filius ejus pro eo.

25 Anno duodecimo *ineunte* Jorami filii Achabi regis Jisraëlis, regnare cœpit[i] Achazja filius Jehorami, rex Jehudæ.

26 Natus″ viginti duos annos Achazja cùm regnare inciperet, anno uno regnavit Jeruschalaimis: cujus matri nomen Hhathalja[k] nata Hhomri rege Jisraëlis.

27 Et ambulavit in via domus Achabi, fecitq; quod malum *videtur in* oculis Jehovæ sicut domus Achabi: quia gener domus Achabi erat.

28 Quapropter ivit cum Joramo filio Achabi in bellum contra Chazaëlem regem Syriæ Ramothas Gilhhadis: ubi percusserunt Syri Joramum.

29 Et reversus est Joram rex, ut curaret se Jizrehhele, a percussoribus dum percusso eo Syri″ Ramæ inter præliandum″ *consisterent* cũ Chazaële rege Syriæ: Achazja verò filius Jehorami rex Jehudæ descendit ad invisendum Joramum filium Achabi Jizrehhelem: eo quòd ægrotus esset.

h qui & Hhazarja 2. Chr. 22.6.
i qui & Joachaz 2. Chr. 22.17.
k *Heb.* filia.

ANNOTATIO.

8 *Pro domo &c.*] recuperandis: in quorum possessionem ipsa absente, alii missi fuerant. 9 *Filius tuus*] qui te in præsentia veneratur. 10 *Revalescere potes*] ex morbo qui lethalis non est. 13 *Canis*] id est, vilis & abjectus, 2. Schem. 3.8. 16 *Anno quinto*] qui erat vigesimus secundus regni Jehoschaphati. confer cum cap. 3. 1. regnat enim simul cum patre suo quatuor annis: quam ob rem 1. Chro. 21.3. legitur ipsum Jehoschaphatum regnum tradidisse Jehoramo: quia primo genitus erat. 17 *Octo annis*] solus jam mortuo patre quatuor, & quatuor vivente patre. 18 *Filia Achabi*] Hhathalja, vel. 26. 20 *Regem*] nam prius imperabat prorex datus a Rege Jehudæ 1. Reg. 22.48: Est autem hic complementum ratio-ticinii Jitzchaki Gen. 27.40. 22 *Libna*] sacerdotum urbs in Jehuda Jehosch. 21.13: ita defectione impedimus, ne-persequi non potuit. 26 *Viginti duos annos*] cùm ageretur annus 42 ex quo domus Hhomri regnare cœpit. 2. Chro. 22.2. *Anno uno*] imperfecto: quia eodem Hhathalja regnare cœpit, cujus primus dicitur. 29 *Ramæ*] id est, Ramothis Gilhhadis. *Consisterent*] id est, non persequerentur victoriam.

CAPUT IX.

Jehu ex Dei decreto in regem Jisraëlitarum unctus, de ipsius voluntate instructus, & in itinere confirmatus in Joramum conspirat: & cum exercitu ad exequendum Dei decretum proficiscens, Joramum, Achazjam & Izebelam occidit: e quibus solus Achazja sepeliendus relinquitur.

1 ELISCHAHH autem propheta, vocato uno e filiis prophetarum: edixit ei, ″accinge lumbos tuos, & accipiens phialã olei hanc in manu tua, abi Ramothas Gilhhadis.

2 Et ubi perveneris illuc, dispiciens *quære* illic Jehu filium Jehoschaphati filii Nimschi: ad quem cùm veneris, fac ito ut surgat e medio″ fratrum suorum, & introducito eum in[a] intimum conclave.

3 Tunc accepta phiala olei infundito capiti ejus, ac dicito, ita ait Jehova: ungo te in regẽ super Jisraëlẽ: deinde aperiẽs fores fugito, neq; differito.

4 Itaq; abiit puer ille, ″puer propheta ille Ramothas Gilhhadis.

5 Quo ingresso ecce principes copiarũ considebãt: dixit aũt: verbũm mihi *est* ad te, ô princeps: cui dicẽte Jehu, ad quẽ ex omnib. nobis? dixit, ad te, ô princeps.

6 Cùm

a *Heb.* cõclave in conclavi: sic 1. Reg. 20.30.

6 Cùm ergo surgens ingressus esset intrò, infudit oleum capiti ejus: ac dixit ei, ita ait Jehova Deus Jisraëlis: ungo te in regem super populum Jehovæ, super Jisraëlem.
7 Ut percutias domũ Achabi domini tui: sic ulciscar [b] cædem servorũ meorũ prophetarum, & cædẽ omnium servorũ Jehovæ a manu Izebelę:
8 Pereunte tota familia Achabi, cùm excindam Achabo [″] mingentem ad parietem, concluſumq; & derelictum in Jisraële.
9 Et reddam domum Achabi sicut domum Jarobhhami filii Nebati, & sicut domum Bahhaschæ filii Achijæ.
10 Etiam Izebelam comedent canes, [″] in portione Jizrehhelitana: nec erit qui sepeliat: deinde aperiens fores aufugit.
11 Jehu verò regresso ad servos domini sui, dicebat *quisque* [c] prosperéne? quare venit demens iste ad te? ad quos dixit, [″] vos novistis hominem & sermonem ejus.
12 Tandem dicentib. falsum est, indica quæso nobis: dixit, [d] his & talib. allocutus est me dicendo: ita ait Jehova, ungo re in regem super Jisraëlẽ.
13 Tunc [e] festinanter accipientes quisq; vestem suam, suppoſuerunt ei in [f] fastigio graduum: & clangentes buccina dicebant, regnat Jehu.
14 Deinde conjuravit Jehu filius Jehoschaphati filii Nimschi cõtra Joramum: cùm Joram *qui* servabat Ramothas Gilhhadis ipse cum toto Jisraële, adversus Chazaëlem regem Syriæ,
15 Reversus esset Jehoram rex, ut curaretur Jizrehhele, a percussoribus quando percusserunt eum Syri, cùm pugnaret contra Chazaëlem regem Syriæ: & dixit Jehu: si [f] est vobis in animo, ne exito *quisquam* proripiens se ex hac civitate, ut abeat renunciatum Jizrehhelem.
16 Tum equitans Jehu ivit Jizrehhelem: quia Joram decumbebat ibi: Achazja verò rex Jehudæ descenderat ad invisendum Joramum.
17 Speculator autem stans in turri Jizrehhele, cùm videret agmen Jehu inter veniendum dixit: alicujus agmen video: tum dixit Jehoram, accipe equitem, & mitte illis obviam, qui dicat, prosperéne?
18 Abiens itaque eques obviam ei dixit, ita ait rex: prosperéne? cui dixit Jehu, [g] quid tua de prosperitate? diverte [h] ad asseclas meos: quam ob rem indicavit speculator dicendo: pervenit nuntius ille usque ad eos: sed non revertitur.
19 Et misit equitem alterum: qui veniens ad eos dixit, ita ait rex, prosperéne? cui dixit Jehu, quid tua de prosperitate? diverte ad asseclas meos?
20 Quod indicavit speculator, dicendo: pervenit usque ad eos: sed nõ revertitur: & ductus iste, *est* quasi ductus Jehu filii Nimschi. nam [i] præcipitanter ducere solebat.
21 Tum dicente Jehoramo, junge, junxit *auriga* currum ejus: sic egressus Jehoram rex Jisraëlis & Achazja rex Jehudę quisque in curru suo, processerunt obviã Jehu: quẽ invenerunt in portione Nabothi Jizrehhelitæ.
22 Fuit autem cùm videret Jehoram Jehu, ac diceret, prosperéne Jehu?

b Heb. sanguines: sic deinceps.
1. Reg. 15. 27. & 16. 11
c Heb. cũ pace: sic deinc.
d Heb. secundũ hoc & secundũ illud.
e Hebr. festinarunt & acceperũt.
Sup. 8. 29.
f Heb. si est cum anima vestro: sic Gen. 23. 8.
g Hebr. quid tibi & paci? sic deinceps.
h Heb. ad post me: sic ver. 19.
i Heb. in dementia.

ut is diceret, quid istud prosperè, dum scortationes Izebelæ matris tuę, & præstigiæ ejus quàm plurimæ durant?

23 Itaq; avertens Jehorã manus [n] illius, fugiebat; cùm dixisset ad Achazjam, dolus *est* Achazja.

[k] *Heb.* implevit manum suã arcu: hypallage, pro implevit, id est, plenè tetendit manu sua arcum.

24 Sed Jehu [k] vehementissimè adducto manu sua arcu percussit Jehoramum [l] interscapilio ejus, ita ut exiret sagitta ex corde ejus: sic corruit in curru suo.

[l] *Hebr.* inter brachia ejus

25 Deinde edixit Bidkari duci suo: tolle, projice eum in portione agri Nabothi Jizrehhelitæ: nam recordare, me & te pariter equitantibus binis post Achabum patrem istius, Jehovã protulisse adversus eum [o] onus hoc,

1. Reg. 21. 17. &c.

26 *Nempe, ne vivam* si non cædem Nabothi, & cædem filiorum ejus, quam vidi hesterna vespera, dictum Jehovæ, rependero tibi in hac ipsa portione, dictum Jehovæ: quare nunc tolle, projice eum in hac portione, secundum verbum Jehovæ.

27 Quod Achazja rex Jehudæ videns, aufugit viâ domus hortensis: sed persecutus eum Jehu, edixit, etiam ipsum percutite in suo curru: *percusserunt eum* in ascensu Guris, qui *est* ad [p] Jiblehhamũ: unde fugit Megidduntem, ubi mortuus est.

28 Posteà currui imponentes eum servi ejus, *abduxerũt* Jeruschalaim: sepeliveruntq; eum in sepulcro ejus cum patrib. ejus in civitate Davidis.

29 Anno autem undecimo [q] *completo* Joramo filio Achabi, regnaverat Achazja super Jehudam.

[m] *Hebr.* posuit ad fucũ oculos suos: hypallage, ut supr. 24. ver.

30 Præterea adveniente Jehu Jizrehhelẽ, cùm id audivisset Izebel [r] apposito fuco oculis suis, & aptato capite suo: prospiciebat per fenestram.

31 Cumq; Jehu ingrederetur portam, dixit illa: prosperéne ô Zimri, occisor domini sui?

32 Ille verò sublata facie sua ad fenestram illam, dixit: [s] quis *facit* mecũ quis? & respicientibus ad eum duobus *vel* tribus [t] aulicis:

33 Dixit: deturbate eam: qui deturbarunt eam: & aspersa est pars sanguinis ejus parieti & equis, & conculcavit eam *Jehu*.

34 Deinde ingressus postquã comedit & bibit: edixit: revisite jam maledictam istam & sepelite eam. nam filia regis est.

35 Abierunt ergo ad sepeliendum eam: sed non invenerũt ex ea nisi calvariam, & pedes ac volas manuum.

36 Quod cùm reversi indicavissent ei, dixit: verbum Jehovæ est, quod

1. Reg. 21. 23

locutus fuerat per servum suum Elijam Tischbitem dicendo: in portione Jizrehhelitica comedent canes ipsi carnem Izebelæ.

37 [u] Itaq; sit cadaver Izebelæ tanquam stercus in superficie agri, in portione Jizrehhelis: ut non dicant, hæc *est* Izebel.

ANNOTATIO.

1. *Accinge lumbos*] ut sup. 4. 29. 2 *Fratrum suorum*] id est collegarum: vide ℣. 5. *Puer prophetæ*] id est, prophetæ administer, Exodi 33. 11. 8 *Mingentem &c.*] vide 1. Schem. 25. 22. & Deu. 32. 36. 10 *In portione &c.*] i. ponere regis quã iniquè Nabotho ademerat: vide 1. Reg. 21. 11 *Novistis hominẽ*] q. d. scitis quid prophetæ loqui soleant: ipsi sese persona conjicite quæ sint ipsius verba. 13 *In fastigio graduum*] id est, in suggestu regio. 23 *Illum*] aurigã, ut dixi.

defleeteret. 25 *Onus*] id est, comminationem hanc propheticam: ut ferè in prophetis accipitur. 27 *Sic pertulerunt*] Eclipsis: de hoc genere eclipseos vide 1. Reg. 20. 34. *Jibleehhamum*] oppidum Menaschis Jehosch. 17. 11. *Megeddantem*] ibidem. 29 *Completo*] nam ineunte duodecimo regnasse scribitur, sup. 8. 15. 31 *ó Zimri*] quasi dicat, an nemo istinc a meis partibus futurus est? *Aulicis*] ex comitatu Izebelæ. 37 *Itaque*] quasi dicat, resciendo priorem sententiam meam de ea sepelienda.

CAPUT X.

Jehu pergens divinam sententiam in Achabum exequi, omnes ejus filios jugulari curat: factum suum populo ex Elijæ prophetia probat: Achazjæ agnationem tollit. Bahhalis cultum & sacerdotes abolet: Sed peccatis Jarobhhami insistit. quo nomine a Deo primùm verbis: deinde operâ Chazaëlis severè castigatur, & mortuo succedit filius Jehoachaz.

1 CUMQUE Achabo essent septuaginta filii Schomrone: scripsit Jehu literas; quas misit Schomronem ad ″ principes Jizrehhelis, ″ seniores & ″ nutritios Achabi, edicendo.

2 ″ Nùc ergo, cùm pervenerint literæ istæ ad vos: quandoquidem apud vos sunt filii domini vestri: & penes vos currus & equi, civitas quoque munita & arma:

3 Dispicite optimum & rectissimum e filiis domini vestri quem collocetis in solio patris sui: & pugnatote pro ″ domo domini vestri.

4 Qui timentes [a] vehementissimè dicebant: ecce duo isti reges nõ subsliterunt coram eo: & quo modo subsisteremus nos? *a Heb.* valde valde.

5 Quapropter misit [b] præfectus domui & præfectus civitatis, seniores etiam & nutritii ad Jehu dicendo: servi tui sumus, ideoque quicquid ediceris nobis faciemus: non præficiemus ullum regem: quod bonum *videtur* in oculis tuis facito. *b Heb.* qui erat super domum &c.

6 Qui scripsit ad eos literas secundò, dicens: si mei estis, & voci meæ auscultatis, assumptis capitibus [c] singulorum filiorum domini vestri: venite ad me hoc ipso tempore cras Jizrehhelem: filii autem regis, septuaginta viri erant apud magnates illius civitatis, qui educabant eos. *c Heb.* hominum.

7 Fuit itaque, cùm pervenissent istæ literæ ad eos, ut accipientes filios regis jugularent septuaginta viros: & imponentes capita eorum sportis, mitterent ad eum Jizrehhelem.

8 Tùm veniens nuntius indicavit ei dicendo, attulerunt capita filiorum regis: qui dixit: componite illa duobus acervis ad ″ januam portæ usque mane.

9 Fuit deinde mane cùm egressus substitisset, ut diceret ad totum populum ″ justi estis: ecce ego conspiravi contra dominum meum & occidi eum: ″ & quis percussisset omnes istos?

10 ″ Agnoscite jam non oportere ut excidat *quicquam* in terram de verbo Jehovæ, quod locutus est Jehova contra domũ Achabi: sed Jehovam efficere quod locutus erat per servum suum Elijam.

11 Deinde percussit Jehu omnes qui reliqui erant de domo Achabi Jizrehhele: & omnes magnates ejus, & necessarios ejus, & sacerdotes ejus: donec non relinqueret ei superstitem.

12 Nam cùm surgens abiret profecturus Schomronem: & *jam* esset

"Beth-Hhekedi pastorum in itinere:

13 Jehu inventis [d] agnatis Achazjæ regis Jehu dixit: qui estis? qui dixerunt agnati Achazjæ sumus: & descendimus ad [e] salutandum filios regis & filios Augustæ.

14 Quam ob rem edixit Jehu, prehendite illos vivos: qui prehenderũt eos vivos: & jugularunt eos apud cisternam Beth-Hhekedi, quadraginta duos viros: ita ut non reliquum faceret quenquam ex eis.

15 Posteà abiens inde cùm inveniſſet Jehonadabum filium "Rechabi, occurrentem sibi & [f] benè precantem sibi, dixit ad illũ: "an inest [g] animo tuo rectum erga me, quemadmodum animo meo, erga animũ tuum? cui dicente Jehonadabo, est: si est," inquit, cedo manum tuam: quem, cùm dedisset manum suam, jussit conscendere ad se in currum.

16 Dicẽs veni mecum, & vide Zelum meum pro Jehova: sic imposuerunt eum currui illius.

17 Cumque venisset Schomronem, percussit omnes qui relicti fuerant Achabo Schomrone, donec perderet" eum: secundum verbum Jehovæ quo allocutus fuerat Elijam.

18 Posteà Jehu congregato toto populo dixit ad eos: Achab coluit Bahhalem parùm: Jehu colet eum multùm.

19 Quare nunc omnes prophetas Bahhalis, omnes servos ejus, & omnes sacerdotes ejus vocate ad me: ullus ne desyderator, nam sacrificium magnum mihi *sacrificandum est* Bahhali: quisquis desyderabitur ne vivet: Jehu autem faciebat fraude, ut perderet servos Bahhalis.

20 Et dixit Jehu: sanctificate" diem interdicti Bahhali, quem proclamaverunt.

21 Misit enim Jehu per totum Jisraëlem, ut venirent omnes servi Bahhalis: neque relinqueretur quisquam qui non veniret: quibus ingressis in ædem Bahhalis, plena erat ædes Bahhalis [h] confertim.

22 Tum edixit ei qui præerat vestiario, prome vestimentum in quoslibet servos Bahhalis: qui prompsit eis vestimentum.

23 Et ingressus Jehu cum Jehonadabo filio Rechabi in ædem Bahhalis, edixit servis Bahhalis, perveſtigate & videte ne sit hîc vobiscum e servis Jehovæ *quisquam*: sed servi Bahhalis soli.

24 Cùm itaque venissent ad faciendum sacrificia & holocausta: Jehu dispositis sibi foris octoginta viris dixit: ejus viri anima *a* quo proripuerit se *quis* ex hominibus istis, quos ego [i] committo manibus vestris, erit pro anima illius.

25 Deinde fuit cùm absolveret *sacerdos* facere holocaustum, ut ediceret Jehu cursorib. & ducibus: ingredimini, percutite eos: ne exito quisquam: qui percusserunt eos acie gladii: quos abjecerunt cursores & duces: deinde perrexerunt in ædem Bahhalis *per* quamque civitatem.

26 Et educentes statuas ædis Bahhalis, comburebant eam.

27 Destruebantque statuã Bahhalis: & destructa æde Bahhalis dispo-

nebant

[d] *Heb.* fratribus. i. filiis fratrum, 2. Chron. 22. 8. sic Gen. 13. 8.

[e] *Heb.* ad pacem filiorũ regis.

[f] *Heb.* benedicentem.

[g] *Heb.* cordi tuo: sic deinceps.

[h] *Hebr.* ore ad os, id est adeò densi, ut ora hominũ ferè sese cõtingerẽt ut infrà 21. 16.

[i] *Heb.* venire facio ad manus vestras.

nebant eam in latrinas usque in hodiernum diem.
28 Sic perdidit Jehu Bahhalem ex Jisraële.
29 Verumtamen a[k] sequendis peccatis Jarobhhami filii Nebati, qui- *k Heb.* a post ipsa peccata.
bus ad peccandum induxit Jisraëlem non recessit Jehu: *a* vitulis aureis,
qui Beth-Ele, & qui Dane *erant*.
30 Quam ob rem dixit Jehova ad Jehu: eò quòd benè feceris quod re-
ctum *videtur* in oculis meis: omnino quod *erat* in animo meo feceris do-
mui Achabi: [l] abnepotes tui sedebunt in solio Jisraëlis. *l Hebr.* filii quartanorum *ordinũ* .i. quartanì
31 Sed Jehu non observavit ut ambularet in lege Jehovę Dei Jisraëlis ex
toto animo suo: non recessit a peccatis Jarobhhami quibus ad peccandũ
induxit Jisraëlem.
32 Temporibus illis cœpit Jehova truncare Jisraëlem: [m] percutiẽte eos
Chazaële in toto termino Jisraëlis.
33 A Jardene ad ortum solis, tota terra Gilhhadis, Gaditarum, & Rëu-
benitarum & Menaschitarum a Hharohhere quæ *est* ad torrentem Ar-
nonis: tum Gilhhadèm, tum Baschanem.
34 Reliquæ autem res Jehu & quicquid fecit, & tota fortitudo ejus: an
non sunt scripta in libro [n] Chronicorum regum Jisraëlis?
35 Denique cùm occubuisset Jehu cum patribus suis & sepelevissent eum
Schomrone: regnavit Jehoachaz filius ejus pro eo.
36 Dies autem quibus regnavit Jehu super Jisraëlem Schomrone, fue-
runt vigintiocto anni.

ANNOTATIO.

1 *Principes Jizrehhelis*] .i. præcipuos aulicos missos a Joramo cum filiis Samariam, cùm expeditionem susciperet in Syriam. *Seniores*] ac ideò minus aptos ad expeditionem bellicam: aptissimos autem ad Rempub. consilio, juventutem autoritate regendam. *Nutritios Achabi*]. i. quibus filii Achabi commissi erant, quique magnates Samariæ erant. 2 *Nunc ergo*] paralepsis, qualis suprà 5.6. 3 *Pro domo domini*] cui bellum indixi. concessio autem est ironica. 8 *Ad januam portæ*] id est, ad curiam, & forum judiciale. 9 *Justi estis*] quasi dicat: ego vos innocentes pronuntio, non est quod putetis me quicquam moliri in salutem vestram. *Et quis percussisset*] quasi dicat, quis tantum facinus ausus fuisset committere nisi me duce ac potius autore Deo. 10 *Agnoscite jam*] sequentibus. 12 *Beth-Hhekeds*] pagi nomen: significans locum ligaminis: vel quòd ibi tondendas oves ligarent: vel quòd hi e regio sanguine, qui pastores populi dicuntur, ibi ligati & jugulati sunt. 15 *Rechabi*] viri celebres. vide 1. Chron. 2.52. & Jirmeæ 35. *An inest &c.*] quasi dicat, an æquè mihi ex animo benè cupis, ut ego tibi benè volo? *Inquit*] eclipsis: ut 1. Reg. 20.34. 17 *Perderet eum*]. i. totum genus Jeoris Kinæi e genere Jitronis. vide 1. Chron. 2.52. & Jirmeæ 35. *An inest &c.*] quasi dicat, an æquè mihi ex animo benè cupis, ut ego tibi benè volo? *Inquit*] eclipsis: ut 1. Reg. 20.34. 17 *Perderet eum*]. i. totum genus Achabi: syllepsis. 20 *Diem interdicti*] vide Levitici 23.36. 30 *Abnepotes tui*] vide complementũ infrà 15. & sequentibus. 32 *Percutiente eos*] ex prophetia Elischahhi, sup. 8.12. 34 *Chronicorum*] vide 1. Reg. 11.41.

CAPUT XI.

Hhathalja, filio mortuo, regnum invadit: & e cæde stirpis regiæ in quã illa grassatur, Joasch anniculus eripitur: A sacerdote occultatur & instituitur usque ad annum septimum: quo cõspiratione facta à populo ipsum producit: regem instituit: Hhathaljam occidit, & collapsum cultum instaurat.

1 HHATHALJA autem [o] mater Achazjæ, cùm videret mortuum esse filium suum: surgens perdidit totum se- 2. Chrõ. 22. 10.
2 men [a] regium.
Sed accipiens [b] Jehoschebahha filia regis Jorami soror Achazjæ, Joaschum filium Achazjæ, furtim surreptum e medio filiorum regis qui afficiebantur morte, ipsum & *a Heb.* regũ illius. *b* quæ & Jehoschabhhat. 2. Chron. 22. 11.

nutricem ejus *abdidit* in conclave lectorum: deinde abſconderunt eum metu Hhathaljæ, ita ut non afficeretur morte.

3 Ita fuit cum illa in domo Jehovę latitans ſex annos: quibus Hhathalja regnavit ſuper eam terram.

[c] Qui & Jochanan, 1. Chrō. 6. 9.

4 Anno autem ſeptimo mittens [c] Jehojadahh aſſumpſit centuriones, primores, & curſores, ac ingredi juſſit eos ad ſe in domum Jehovæ: quibuſcum ″ pepigit fœdus, ac jurejurando obſtringens eos in domo Jehovæ, oſtendit eis filium regis.

2. Chrō. 23.

5 Præcepitq; eis dicendo: hæc *eſt* res quam facturi eſtis: tertia pars veſtrum ″ ingredientium ſabbatho & obſervantium obſervationem, adeſto domui regis.

6 Et tertia altera in ″ porta Suris: reliqua verò tertia in ″ porta poſt curſores: ut obſervetis obſervationem domus hujus ″ *ab* irruptione.

[d] *Hebr.* manus, ſive latera. i. laterones, metonymia: ſic ℣. 16.

7 Ex vobis verò omnibus ″ exituris ſabbatho binæ [d] laterales cuſtodiæ: cùm obſervaverint obſervationem domus Jehovę, ″ adſunto regi.

8 Et cingite regem circumquaq;, quiſque cum armis ſuis in manu ſua, ut qui invaſerit hos ordines morte afficiatur: & eſtote cum rege cum exibit & cum ingredietur.

9 Itaque fecerunt centuriones omnino prout præceperat Jehojadahh ſacerdos, aſſumpſerunt etiã quiſq; homines ſuos ingrediẽtes ſabbatho ″ cũ egredientibus ſabbatho: venientes ad Jehojadahhum ſacerdotem.

2. Schem. 8. 7. & 11.

10 Deditque ſacerdos cẽturionibus haſtas & umbones qui fuerant regis Davidis, & erant in domo Jehovæ.

11 Cumque adſtarent curſores quiſque cum armis ſuis in manu ſua, a latere domus ″ dextero uſque ad ″ latus domus ſiniſtrum ″ verſus altare, & ″ verſus domum: apud regem circumquaque.

12 Produxit *Jehojadahh* filium regis, & impoſito ei coronamento, idq; ″ cum teſtimonio, conſtituerunt eum regem ungentes eum: & complodentes volis dicebant: vivat rex.

13 Cùm autem audiret Hhathalja ſtrepitum concurſantium, populi: ingreſſa eſt ad populum in domum Jehovæ.

14 Ubi videns quod ecce rex ſtabat ″ in columna ſua pro more, & principes & tubæ aderant regi, totusque populus terræ lætus clangebat tubis: laceravit Hhathalja veſtimenta ſua, clamans, conjuratio, conjuratio.

15 Præcepit autem Jehojadahh ſacerdos centurionibus illis præfectis copiarum, & edixit eis: ſinite iſtam exire ″ intra ordines: etiam eum qui ſequetur iſtam morte afficientes gladio: dicebat enim ſacerdos: ne moriatur in domo Jehovæ.

[e] vide ſupr. ℣. 7.

16 Cùm itaque diſponerent ei [e] cuſtodias laterales, abiit viâ aditus equorum verſus domum regis: ubi morte affecta eſt.

17 Tunc pepigit Jehojadahh ″ fœdus inter Jehovam & inter regem ac inter populum, ipſos fore populum Jehovæ: & inter regem & inter populum.

18 Poſteà

18 Posteà ingressus est totus populus regionis ędem Bahhalis & demoliti sunt eam, altaria ejus & imagines ejus fregerunt benè: Mattanem verò sacerdotem Bahhalis occiderunt ante ipsa altaria: & ″ reposuit sacerdos præfecturas in domo Jehovæ.

19 Cumque assumpsisset centuriones, & primores, cursoresque & totum populum terræ, deduxerunt regem e domo Jehovæ, ingressique sunt viâ portæ cursorum in domum regis: ubi sedit *Joasch* super solium regum.

20 Et lætatus est totus populus terræ, ac civitas conquievit: postquam Hhathaljam morti tradidissent gladio, in domo regis:

ANNOTATIO.

1 *Mater Achazjæ*] sup. 8. 26. 4 *Pepigit fœdus*] de tollenda Hhathalja: instituendo Joascho: tollenda idololatria, & restituendo cultu Dei quo tempore Israëlitæ mares conveniebant ex lege ad colendum Deum, Exodi 23. Schem. 25. 24. 5 *Ingredientium sabbatho*] id est, vice sua ministerium in templo obeuntium a sabbatho ad sabbathum. vide 2. Jesod, id est, fundamenti dicitur, 2. Chron. 23. 5. erat autē maxima atrii porta ab oriente, quā ob rem etiam porta *Domni*] id est, in aquilonari parte atrii, ubi rex a sexennio latuerat. 6 *In porta Suris*] quæ & suprema a structura dicitur, infrà 15. 35. *In porta post cursores*] quæ 2. Chronic. 23. 4. porta Sippim, id est, postiū dicitur: meridiana porta atrii sacerdotum. *Ab irruptione*] id est, ne quis irrumpens periculum crearet regi, aut vitium loco sancto inferret. 7 *Exituris sabbatho*] id est, qui jam functi ministerio hebdomadario, ad proprias habitationes essetis concessuri. *Adsento regi*] id est, regem utrinque stipantes in atrium magnum deducentes, populo exhibendum. 9 *Cum egredientibus*] nam hos non dimisit, sup. versic. 7. 11 *Dextero*] versus portam meridianam, ubi stabant cursores sup. versic. 6. *Latus sinistrum*] aquilonare, qua parte rex latebat. *Versus altare*] id est, ad portam orientalem in fronte atrii. *Versus domum*] id est, ad occidentem templi. 12 *Cum testimonio*] id est, tradito ei libro legis, ut mandatur Deut. 17. 18. & sequentibus. 14 *In columna sua*] id est, in columna regia, impositā labro sive basi quam Schelomo parasse legitur, 2. Chronic. 6. 13. Idem de Joschija legitur infrà 23. 3. 15 *Intra ordines*] id est, copias armatorum extra atrium dispositas. 16 *Aditus equorum*] id est, portæ civitatis Davidis ita vocatæ, ad aquilonem: qua ad portam Ephrajimi ibatur, infrà 14. 13. 17 *Fœdus*] duplex: prius ecclesiasticum regis & populi cum Deo: deinde civile populi cum rege. 18 *Reposuit*] id est, instauravit cultum & ordinem, temporum injuriâ corruptissimum.

CAPUT XII.

Jehoasch vivo Jehojadahho rectè se gerens templum Dei instaurari jubet: postea illo mortuo degenerans, a Chazaële Syriæ rege infestatur: & tandem a servis conjuratis occiditur: cui filius Amatzjas succedit.

1 ANNUS annos septem Joasch cùm regnare inciperet:

2 Anno septimo Jehu regnare cœpit Jehoasch, & quadraginta annis regnavit Jeruschalaimis: cujus matri nomen Tzibia e Beer-Schebahho.

3 Fecitque Jehoasch quod rectum *videtur* in oculis Jehovæ omnibus diebus illius, Jehojadahhi sacerdotis:

4 qui docebat eum. ″ Verumtamen excelsa non amota sunt: adhuc populus sacrificabāt & adolebant in excelsis.

5 Edixit autem Jehoasch sacerdotibus: omnem pecuniam sacrorum quæ inferetur in domum Jehovæ, ″ pecuniam transeuntis, [a] pecuniam æstimationis animarum cujusque: omnem pecuniam quam [b] venerit in animum cujusque offerendi Jehovæ:

6 Sumunto apud se sacerdotes quisque a noto sibi: & ipsi [c] curanto labem ipsius domus, ubicunque inventa fuerit labes.

7 Deinde fuit anno vigesimo tertio regis Jehoaschi: nondum curan

a Hebr. viri, pecuniā animarum æstimationis ejus.
b Heb. ascēdit in cor viri.
c Heb. confirmanto rupturam. sic deinceps

tibus ſacerdotibus labem domus,
8 Ut rex Jehoaſch vocato Jehojadahho ſacerdote, & reliquis ſacerdotibus diceret ad eos: quare nõ curatis labẽ domus? nunc ergo ne accipitote pecuniam a nobis vobis: ſed ad labem domus *curandam* redditote illam.
9 Cui acquieverunt ſacerdotes: ne acciperent pecuniam a populo, neque curarent labem domus.
10 Quare accipiens Jehojadahh ſacerdos arcã alicujus, excavato foramine in [d] operculo ejus: poſuit eam juxta altare dextrorſum, qua ingreditur quiſq; domum Jehovæ: & collocarunt ibi ſacerdotes, obſervantes limen & totam pecuniam quæ inferebatur in domum Jehovæ.
11 Eratque videntibus illis multum eſſe pecuniæ in arca: ut aſcenderet ſcriba regis & ſacerdotis maximi, & ligarent quam numeraverant pecuniam inventam in domo Jehovæ.
12 Poſteà tradebant pecuniam iſtam certâ ſummâ compoſitam in manus curatorum illius operis, præfectorum *operi* domus Jehovæ: qui expendebant illam in fabros lignarios, & in ſtructores, reficientes domum Jehovæ:
13 Nempe in cœmentarios, & in lapicidas, & ad comparanda ligna, & lapides cæduos, ut curarent labem domus Jehovæ: & ad omnia quæ inſumenda erant in domum ad curandam eam.
14 Verumtamen nõ fiebant domui Jehovæ pelves argentei, inſtrumenta muſica, crateres, tubæ, ullum inſtrumentũ aureum aut inſtrumentum argenteum: ex iſta pecunia, quæ inferebatur in domum Jehovæ,
15 Cùm curatoribus operis tradebant illam: ut curarent eâ domum Jehovæ.
16 Neq; rationes exigebant ab hominibus illis in quorũ manus tradebant pecuniam, tradendam curatoribus operis: nam fidè illi agebant.
17 Pecunia pro delicto & pecunia pro peccatis nõ inferebatur in domum Jehovæ: ſacerdotibus cedebant.
18 Tunc aſcendens Chazaël rex Syriæ oppugnavit Gathum & cœpit illud: & [e] convertebat Chazaël faciem ſuam, ut aſcenderet contra Jeruſchalaima.
19 Sed Jehoaſch rex Jehudæ accipiens omnia illa ſacra quæ conſecraverant Jehoſchaphat, & Jehoram & Achazja majores ipſius, reges Jehudæ, & ſacra ſua totumque aurum quod inveniebatur in theſauris domus Jehovæ & domus regis: miſit ad Chazaëlem regem Syriæ: ita divertit a Jeruſchalaimis.
20 Reliquæ autem res Joaſchi, & omnia quæ fecit: nónne ſunt ſcripta in libro Chronicorum regum Jehudæ?
21 Tandem inſurgentes ſervi ejus cùm [f] feciſſent conſpirationem: percuſſerunt Joaſchum in loco munitionis qui [g] vergit Sillam verſus.
22 [h] Jozachar, inquã, filius Schimhhatæ, & Jehozabad filius [i] Schomræ ſervi ejus, percuſſerunt eum ita ut moreretur: & ſepeliverunt eum cum

[d] *Heb.* janua ejus.
[e] *Heb.* componebat.
[f] *Heb.* conſpiraſſent cõſpiratione.
[g] *Heb.* deſcẽdit.
[h] qui & Zabad, 2. Chron. 24. 26.
[i] Schimrithæ, ibidẽ.

cum majoribus ſuis in civitate Davidis: regnavitque Amatzja filius ejus pro eo.

ANNOTATIO.

3 *Qui docebat &c.*] nam poſt Jehojadahhi mortē Joaſch deſcivit a cultu Dei: vide 2. Chron. 24. 18. 4 *Verumtamen excelſa*] ſenſus eſt, Deum quidem colebant tantùm: ſed alibi quàm in loco quem elegerat. 5 *Pecuniam transeuntis &c.*] id eſt, collectam vel capitationem, quæ viritim a ſingulis ex ordine tranſeuntibus domeſticatim colligebatur, prout quiſque ſua æſtimabat, & ultro offerebat. 8 *Redditote illam*] quam videlicet hactenus accepiſtis. 10 *Accipiens*] juſſu regis: vide 2. Chronic. 24. 8. *Alicujus*] ſacerdotis vel Levitæ: nam quicquid penes ſe habebant ex capitatione, retulerant ex mandato regis, verſ. 8. *Juxta altare*] id eſt, ad dexterum poſtem portæ atrii ſacerdotum, ubi altare erat extrinſecus in fine atrii magni, quouſque pervenire licebat toti Iſraëli: vide 2. Chronic. 24. 8. *Limen*] portæ atrii ſacerdotum ex præſcripto Dei, Num. 18. 4. 11 *Ligarent*] loculis impoſitam. 15 *Cum curatoribus*] ſed reparata domo reſiduum pecuniæ in illa impenſum eſt, 2. Chron. 24. 14. 16 *Namſide*] id eſt, pecunia fidei illorum committebatur, & ipſi bona fide adminiſtrabant. 17 *Pecunia pro delicto*] de qua Levitici 5. 15. & ſequentibus: nam quod ibi de duobus reatus generibus præcipitur, ſynecdochicè ad ſimilia peccata pertinet, ex analogia quæ habetur Levitici 6. 30. 18 *Tunc aſcendens &c.*] ex prophetia Eliſchahhi, ſup. 8. 12. *Tunc*] mortuo Jehojadahho, & Joaſcho corrupto, 2. Chron. 24. 17. & ſequentibus. *Contra Jeruſchalaim*] cùm jam popularetur regnum ibidem. ℣. 23. 20 *Chronicorum*] vide 1. Reg. 11. 41. 21 *Sillam*] id eſt, aggeſtum iter. videtur partem illam intelligere, in qua Schelemo aggeſta terra, aſcenſum fecit a domo ſua ad domum Dei 1. Chron. 26. 14. & 2. Chro. 9. 11. Nam magis probamus hhebræam vocē Silla appellativè accipi pro aggere, ex iſtorum locorum comparatione. 22 *Cum majoribus*] i. ſicut majores: ſed non in ſepulchro regum, 2. Chron. 24. 25.

CAPUT XIII.

Jehoachazo in Jiſraële regnante, regnum a Syris valdè atteritur: donec Joaſch a patre in regnum cooptatus, & a Deo per Eliſchahhū confirmatus, ter Syros vincēs res amiſſas recuperaret.

1 IN anno vigeſimotertio Joaſchi filii Achazjæ regis Jehudę: regnavit Jehoachaz filius Jehu ſuper Jiſraëlē, Schomrone ″ ſeptemdecim annis.

2 Et fecit quod malum *videtur* in oculis Jehovæ: [a] ſecutus enim eſt peccata Jarobhhami filii Nebati, quibus ad peccandum induxit Jiſraëlē: non receſſit [b] ab ullo eorū.

3 Quapropter accenſus ira Jehova in Jiſraëlem ″ tradebat eos in manum Chazaëlis regis Syriæ, & in manum Benhadadi filii Chazaëlis omnibus illis diebus.

4 Sed deprecante Jehoachazo iratā faciē Jehovę: auſcultavit ei Jehova, cùm videret oppreſſionē ″ Jiſraëlitarum, quòd opprimeret eos rex Syriæ.

5 Itaq; dedit Jehova Jiſraëlitis ″ ſervatorem, ut [c] exirent e manu Syrorū, & conſiderent filii Jiſraëlis in tentoriis ſuis [d] ſicut antea.

6 Verumtamen non receſſerūt a peccatis domus Jarobhhami, quibus ad peccādum induxit Jiſraëlem, in uno quoque eorum ambulavit: quin etiam ″ lucus ipſe manebat Schomrone.

7 Quamvis non reliquū feciſſet Jehoachazo populum: niſi quinquaginta equites, & decem currus, ac decies mille pedites: perdiderat enim illos rex Syriæ, & redegerat eos tanquam pulverem, ″ triturando.

8 Reliquę autem res Jehoachazi, & omnia quę fecit, ac fortitudo ejus: nónne ſunt ſcripta in libro Chronicorum regum Jiſraëlis?

9 Poſteà cùm occubuiſſet Jehoachaz cum majoribus ſuis & ſepeliviſſent eum Schomrone: regnavit Joaſch filius ejus pro eo.

10 ″ Anno trigeſimoſeptimo Joaſchi regis Jehudæ *completo*: regnavit Joaſch filius Jehoachazi ſuper Jiſraëlem, Schomrone ſex decim annis.

[a] *Hebr.* ivit poſt.

[b] *Hebr.* ab eo: ſic ℣. 6. & 11.

[c] *Hebr.* de ſub manu Syrorum.

[d] *Heb.* ut heri nudiuſtertius: ſic Gen. 31. 2.

11 Et fecit quod malum *videtur* in oculis Jehovæ: non receſſit ab omnibus peccatis Jarobhhami filii Nebati, quibus ad peccandum induxit Jiſraëlem: in unoquoque eorum ambulavit.

12 Reliquæ autē res Joaſchi, & quicquid fecit, ac fortitudo ejus, quòd pugnavit ″contra Amatzjam regem Jehudæ: nónne ſunt ſcripta in libro Chronicorum regum Jiſraëlis?

13 Poſteà occubit Joaſch cum majoribus ſuis, & Jarobhham ſedit in ſolio ejus: ſepultusque eſt Joaſch Schomrone cum regibus Jiſraëlis.

14 ″Cùm enim Eliſchahh ægrotaret morbo ſuo, quo mortuus eſt: ″deſcendit ad eum Joaſch rex Jiſraëlis: & flens ante faciem ejus dicebat: ″pater mi, pater mi: currus Jiſraëlis & equites ejus.

15 Cui dicente Eliſchahho: ſume arcum & ſagittas: ſumens *attulit* ad eum arcum & ſagittas.

16 Tum dixit regi Jiſraëlis: appone manum tuam ad arcum: qui apposuit manum ſuam: impoſuit verò Eliſchahh manus ſuas manibus regis.

17 Ac dixit, aperi feneſtram iſtam antrorſum, quam aperuit: cumque dicente Eliſchahho, jaculare: jaculatus eſſet: dixit Eliſchahh: ″ſagitta ſalutis″ *erit* Jehovæ, ſagitta, inquam, ſalutis contra Syros. quare percutito Syros [e] fortiter uſque ad conſumptionem.

[e] *Heb.* in vehemente.

18 Deinde edicente, ″accipe reliquas ſagittas, accepit *Joaſch*: iterum edicente regi Jiſraëlis, percutiendo impete *illis* terrā: cùm percuſſiſſet [f] ter, ″deſtitit.

[f] *Heb.* tribus vicibus: ſic ℣. 19.

19 Quam ob rem effervescens cōtra eum vir Dei, dixit: percutiendum fuiſſet ″quinquies aut ſexies, ″tunc percuſſiſſes Syros uſque ad conſumptionem: nunc verò *tantùm* ter percuſſurus es Syros.

20 Poſteà cùm mortuum Eliſchahhum ſepeliviſſent: turmæ Moabitarum invaſerunt illam terram ineunte anno.

21 Fuit verò ipſis ſepelientibus quendam, cùm ecce videntes turmā illorum, projeciſſent virum illum in ſepulchrū Eliſchahhi: ut iniens attingeret vir ille oſſa Eliſchahhi, & reviviſcens ″ſtaret erectus in pedes ſuos.

22 Chazaël ergo rex Syriæ opprimebat Jiſraëlitas omnibus ″diebus Jehoachazi.

23 Sed gratiam faciens eis Jehova, & miſertus eorum, reſpexit ad eos: propter fœdus ſuum cum Abrahamo, Jitzchako, & Jahhakobo: neq; voluit perdere eos, neque abjecit eos a facie ſua hactenus.

24 Itaque mortuo Chazaële rege Syriæ: & regnante Benhadado filio ejus pro eo:

25 [g] Recepit Jehoaſch filius Jehoachazi civitates illas e manu Benhadi filii Chazaëlis, quas ceperat *ille* e manu Jehoachazi patris ipſius, bello: ter percuſſit eum Joaſch, cùm reſtitueret civitates Jiſraëlis.

[g] *Heb.* reversus eſt ut caperet.

ANNOTATIO.

1 *Septemdecim annis*] quorum duo poſtremi fuerunt cum filio communes, ut infrà ℣. 10. & 22. 3 *Tradebat*] id eſt, faciebat ut a Syris cæderentur, & aliquid ex regno amitteretur. Prolepſis qua generatim attinguntur hiſtoriæ, quæ infrà ordinè exprimuntur. 4 *Jiſraëlitarum*] quorum cum majoribus pepigerat fœdus, infrà vers. 23. 5 *Servato-*

Caput XIIII.

5 *Servatorem*] Joaschum, infrà ℣.25. 6 *Lucus*] quem plantaverat Achab, de quo 1.Reg.16.35. 7 *Trituranido*] id est, bellis & depopulationibus affligendo valde comminuerat. 10 *Anno trigesimoseptimo*] nondum mortuo patre, in regni administrationem cooptatus: septemdecim enim anni regni Jehoachazi usque ad trigesimum nonum regis Jehudæ extenduntur. 12 *Contra Amatzjam*] capite proximè sequente. 14 *Cùm enim*] ætiologia est illius quod dixerat suprà 5. ℣. Deum dedisse servatorem: & fortitudinis ejus, cujus meminit ℣.12. *Descendit rex Joasch*] ut suprà ℣.4. *Patre mi*] patre adhuc vivente: quod factum videtur cum Jehoachaz deprecaretur faciem Jehovæ subet me Jehova promittere vobis victoriam hoc signo. 18 *Accipe sagittas*] ut cognosceret ex hoc, quæ & quanta futura esset victoria. *Destitit*] non omnibus sagittis emissis. 19 *Quinquies &c.*] prout sunt in pharetra. *Tunc percussisses*] id est, cognovisses te percussurum. 21 *Staret*] id est, resurgeret. 22 *Diebus Jehoachazi*] quandiu, videlicet solus non assumpto filio regnavit.

Caput XIIII.

Amatzja principio Dei cultum amplexus, insignem contra Edomæos cõsequitur victoriã: qua elatus, ab Jisraëlitis, quos provocabat, funditur, capitur & gravi multa afficitur. Posteà a subditis conjuratis pellitur: Hhazarja filius substituitur: Jarobhham autem secundus regnum Jisraëlis amplificat, & morienti succedit Zecarja.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

ANno secundo Joaschi filii Joachazi regis Jisraëlis: regnavit Amatzja filius Joaschi, rex Jehudæ.

Natus vigintiquinq; annos cùm regnare inciperet, ″vigintinovem annis regnavit Jeruschalaimis: cujus matri nomen Jehohhaddan e Jeruschalaimis.

Qui fecit quod rectum *videtur* in oculis Jehovæ: sed non sicut David pater ejus: prorsus ut fecerat Joasch pater ejus, fecit.

Verumtamen excelsa non sunt remota: adhuc populus sacrificabãt & adolebant in excelsis.

Fuit autem cùm confirmatum esset regnum in manu ejus: ut percuteret servos suos, qui percusserant regem patrem suum. Sup. 12.21.

Filios verò percussorum non affecit morte: sicut scriptum est in libro legis Moschis, præcepisse Jehovam dicẽdo: ne afficiuntor morte pa- Deut.24.16.
tres pro filiis, & filii ne afficiuntor morte pro patribus: sed quisque propter peccatum suum morte afficitor.

Is percussit Edomæorũ in ″valle salis decem millia, & occupavit ″Petram in eo bello: cujus nomẽ vocat quisq; ″Jokteelem usq; in diem hunc.

Tunc″ misit Amatzja nuntios ad Jehoaschum filium Jehoachazi filii Jehu regem Jisraëlis qui dicerent: age″ videamus[a] alter faciem alterius. *a Heb.* videamus nos invicẽ facie: fic. ℣.11.

Misit verò Jehoasch rex Jisraëlis ad Amatzjam regem Jehudę qui dicerent: ″quædam spina quæ in Libano *erat*, misit ad cedrum quę *erat* in Libano ad dicendum: da filiam tuam filio meo in uxorem: intereà prætereins bestia agrestis, quæ in Libano *erat*, conculcavit spinam illam.

[b]Egregiè percussisti Edomæos: ideò extulit te animus tuus: fruere gloria & conside domi tuæ. nam quare misceres bellum malo *tuo*? ut cadas tu & Jehuda tecum? *b Heb.* percutiendo percussisti.

Sed non auscultante Amatzja, ″ascendit Jehoasch rex Jisraëlis, & vicerunt alter alterius faciẽ, ipse & Amatzja rex Jehudæ: apud″ Beth-Schemeschum quod *est*″ Jehudæ.

Plaga autem affectus est Jehuda coram Jisraële: ita ut fugerent quisque ad tentoria sua.

13 Amatzjam verò regem Jehudæ filium Jehoaſchi ″ filii Achazję, prehendit Jehoaſch rex Jiſraëlis apud Beth-Schemeſchum: deinde veniens Jeruſchalaima perrupit in muro Jeruſchalaimorum, ″ a porta Ephrajimi uſque ad ″ portam anguli, quadringentos cubitos.

14 Denique aſſumpto toto auro & argento, omnibusque vaſis quę inventa ſunt in domo Jehovæ, & in theſauris domus regis, etiam [d] obſidibus: reverſus eſt Schomronem.

[d] *Heb.* filiis ſpõſionum vel fidejuſſionum.

15 Reliquæ autem res Jehoaſchi quas fecit, fortitudoque ejus, utq; pugnavit cõtra Amatzjam regẽ Jehudæ: nónne ſcripta ſunt in libro Chronicorum regum Jiſraëlis?

16 Cumque occubuiſſet Jehoaſch cum patribus ſuis, & ſepultus eſſet Schomrone cum regibus Jiſraëlis: regnavit Jarobhhã filius ejus pro eo.

17 Vixit verò Amatzja filius Joaſchi rex Jehudæ poſt mortẽ Jehoaſchi filii Jehoachaſi regis Jiſraëlis: quindecim annis.

18 Reliquæ autem res Amatzjæ: nónne ſunt ſcriptæ in libro Chronicorum regum Jehudæ?

[e] *Heb.* conſpiraſſent cõſpiratione.

19 ″ Tandem cùm [e] feciſſent contra eum conſpirationem Jeruſchalaimis, ″ fugit ″ Laciſchum: quam ob rem miſerunt poſt eum Laciſchũ ubi morte affecerunt eum.

20 Unde deportaverunt eũ equis: ſepultusque eſt Jeruſchalaimis cum patribus ſuis in civitate Davidis.

[f] qui & Hhuzzija, infrà 15.30

21 ″ Tum aſſumentes totus populus Jehudæ [f] Hhazarjam, qui erat natus ſexdecim annos: conſtituerunt eum regem pro patre ejus Amatzja.

22 Ipſe ædificavit ″ Elatham, quam recuperaverat Jehudæ: poſtquam occubuiſſet rex cum patribus ſuis.

23 Ab anno quintodecimo Amatzjæ filii Joaſchi regis Jehudę: regnavit Jarobhham filius Joaſchi rex Jiſraëlis Schomrone, uno & quadraginta annis.

24 Fecitq; quod malũ *videtur* in oculis Jehovę: nõ receſſit ab omnibus peccatis Jarobhhami filii Nebati: quibus ad peccandũ induxit Jiſraëlem.

25 Hic recuperavit terminũ Jiſraëlis, ab aditu ″ Chamathę uſq; ad ″ mare campeſtriũ: ſecundũ verbum Jehovę Dei Jiſraëlis, quo locutus fuerat per ſervum ſuum ″ Jonã filiũ Amittai, prophetã, qui erat e ″ Gatho-Chepheris.

26 Nã viderat Jehova afflictionẽ Jiſraëlis jactati valde: & nihil eſſe ″ cõcluſum, nihilque eſſe derelictum: deniq; neminem eſſe adjutorẽ Jiſraëli.

[g] *Hebr.* de ſub cœlo.

27 Et nõdum dixerat Iehova ſe deleturum nomen Iiſraëlitarum [g] ſub cœlo: ſervavit itaque eos per Iarobhhamum filium Ioaſchi.

28 Reliquæ autem res Iarobhhami & quicquid fecit, fortitudoq; ejus qua pugnavit, utq; recuperavit ″ Damaſcum & Chamatham Iehudę pro Iiſraële: nónne ſunt ſcripta in libro Chronicorum regum Iiſraëlis?

29 Poſteà occumbente Iarobhhamo cum patribus ſuis cum regibus Iiſraëlis: regnavit Zecarja filius ejus pro eo.

ANNOTATIO.

1 *Ab anno ſecundo*] ex quo cœpit vivente Jehoachazo patre regnare Joaſch Jiſraëlita, qui idem quadrageſimus eſt Joaſchi

Joaschi regis Jehudæ,& Amatzjæ primus. 2 *Vigintinovem*] ex quibus septemdecim annos regnavit: reliquis verò duodecim propter conspirationem vitam transegit exul: synecdoche. 3 *Sed non sicut*].i.non integro animo.2.Chron.25.2. 7 *Valle salis*] 2.Schem.8.13. *Petram*] metropolim Arabiæ petreæ,a qua denominatur. *Jekeelem*] vide Jehosch.15.38. 8 *Misit Amatzja*] partim recordatione cædis majorum a Jehu factæ suprà 9:partim verò motus recenti injuria, de qua 2.Chron.25.10.& 13. *Videamus &c.*].i.coram dimicemus alter contra alterum. 9 *Quædam spina*] Apologus,ut Judic.9.8:in quo rex Jisraëlis regē Jehudæ spinæ,se cedro Libani: spoliatores, bestiæ agri: damnum illatum, conculcationi comparat: quasi dicat. Tu ipse te infirmiorem esse sentiens,quàm ut Edomæos solus expugnares,ultrò ambivisti conjunctionem mecum,ut cum multo potētiore: petens a me auxiliares copias: quòd si insperata dimissione efferati quidam ex meis, me inscio, in agrū tuum irruerunt: non sum in culpa.Jam tu ista victoria insolescens æquas spinam cedro,lacessens me bello,& tibi populoque tuo malum arcescis. Confer ista cum historia 2.Chron.25.6.& sequentibus, unde hæc interpretatio sumpta est. 11 *Ascendit*] non expectans donec rex Jehudæ fines suos invaderet. *Beth-Schemeschum*]Jehosch.15.10. *Jehuda*] ad differentiam ejus quod in tribu Naphthali est Jehosch.19.38. 13 *Filii Achazjæ*] quem avus ipsius interfecerat: sic ad contemptum proponit genus,sup.9. *A porta Ephrajimi*] ab aquilone versus orientem ascendendo, vide sup.11.16. *Portam anguli*] sive angulorum Zecarjæ 14.10.& porta angularis sive prospiciēs,2.Chron.25.23. 19 *Tandem*] nimirum anno quarto a morte Joaschi,cùm Jarobhham ageret annum quartū. *Fugit Laeschum*] ubi privatam vitam egit undecim reliquis annis ex illis quindecim quorum meminit sup.v.17. *Laeschum*] in tribu Jehudæ ad fines Philschtæorum. 21 *Tunc*] cùm conspirarent in eum, & fugeret Amatzja. Ex quo fit,ut undecim anni sequentes,non tantùm Amatzjæ: sed etiam Hhazarjæ qui idem Hhuzija dictus est,communi jure tribuantur. 22 *Elatham*] vide Deut.2.7. 25 *Chamathæ*] termini Jisraëlitarū, de quo Num.13.20.& 34.8. *Mare campestrium*] vide Deut.3.17. *Jonam*] qui inter duodecim prophetas minores quintus est ordine. *Garbo Chepheris*] oppido Zebulunis.Jehosch.19.13. 26 *Nihil esse*] id est, nullius facultatis nullarumque virium ad salutem comparandam. *Conclusum &c.*] Deut.32.36. 28 *Damascum & Chamatham Jehudæ*] quæ jure ad tribum Jehudæ pertinuerant 2.Schem.8.6.& 2.Chron.8.3.

CAPUT XV.

Hhazarja sacrum sacerdotium invadens, percutitur lepra: ideò hominum consortio excluditur. filio interea regnū administrante. Quo tempore genus Jehu in Zecarja excinditur. Schallum, Menachem, Pekachja, Pekach & Hoscheahh regnum Jisraëlis obtinent. Tandem Jotham mortuo patre in Jehuda regnat: & morienti succedit Achaz filius.

1 ANNO vigesimoseptimo Jarobhhami regis Jisraëlis: regnabat Hhazarja filius Amatzjæ,rex Jehudæ.

2 (Natus fuerat annos sexdecim cùm regnare incipe-
3 ret, & quinquaginta duobus annis regnavit Jeruschalaimis: cujus matri nomen Jecolja e Jeruschalaimis.

Feceratque quod rectum *videtur* in oculis Jehovæ:
4 omnino pro ut fecerat Amatzja pater ejus.

Sed excelsa non amota fuerant:adhuc populus sacrificabant & adolebant in excelsis).

5 Cùm plaga affecit Jehova regem, qua fuit leprosus usque ad diem mortis suæ: ideoque habitabat in domo [a] semota: Jotham verò filius regis præerat domui,jus dicens populo regionis.

6 Reliquæ autē res Hhazarjæ, & omnia quæ fecit: nónne sunt scripta in libro Chronicorum regum Jehudæ?

7 Posteà cùm occubuisset Hhazarja cum patribus suis, sepelivissentque eum cum patribus ejus in civitate Davidis: regnavit Jotham filius ejus pro eo.

8 Anno trigesimooctavo Hhazarjæ regis Jehudæ: regnavit Zecarja filius Jarobhhami super Jisraëlem Schomrone,sex mensibus.

9 Et fecit quod malum *videtur* in oculis Jehovæ, quemadmodum fecerant majores ejus:non recessit a peccatis Jarobhhami filii Nebati,quibus ad peccandum induxit Jisraëlem.

10 Contra hunc conspiran Schallums filius Jabeschi,& percutiēs eum

[a] *Heb.* libera,id est,reliquis non conjuncta, ex lege de leprosis Levitici 13.46

coram populo, morte affecit eum: & regnavit pro eo.

11 Reliquæ autem res Zacarjæ: ecce ſunt ſcriptæ in libro Chronicorum regum Jiſraëlis.

b Hebr. filii quartani: ſup. 10. 30.

12 Illud eſt verbum Jehovæ quo allocutus fuerat Jehu dicendo, [b] abnepotes tui ſeſſuri ſunt ſuper ſolium Jiſraëlis: & ita accidit.

13 Schallum filius Jabeſchi regnavit anno trigeſimonono Hhuzijęregis Jehudæ: regnavit autem menſem [c] integrum, Schomrone.

c Hebr. dierũ: ſic Gen. 29. 14.

14 Aſcendẽs enim Menachẽ filius Gadi e Tirtza: & ingreſſus Schomronem, percuſſit Schallumum filium Jabeſchi, Schomrone: & eo morte affecto regnavit pro eo.

15 Reliquæ autem res Schallumi, & conſpiratio ejus qua conſpiravit: eccę ſunt ſcriptæ in libro Chronicorum regum Jiſraëlis.

16 Tunc percuſſit Menachem Tiphſachũ, id eſt, quicquid in ea erat, & omnes terminos ejus a Tirtza. quia nõ aperuerat, ideo percuſſit: ipſas omnes prægnantes ejus diffidit.

17 Ab anno trigeſimonono Hhazarjæ regis Jehudæ: regnavit Menachem filius Gadi ſuper Jiſraëlem decem annis, Schomrone.

18 Et fecit quod malum *videtur* in oculis Jehovæ: non receſſit a peccatis Jarobhhami filii Nebati, quibus ad peccandum induxit Jiſraëlem, omnibus diebus ſuis.

19 Invadente autem Pule rege Aſſyriæ regionem illam, dedit Menachem Puli mille talẽta argenti: ut [d] eſſet adjumento ſibi ad confirmandum regnum in manu ipſius.

d Heb. ut eſſent manus ejus ſecum: metonymia. 1. Chronic. 5. 25.

20 Exegit verò Menachem iſtam pecuniam a Jiſraële ab omnibus qui valebant facultatibus: ut daret regi Aſſyriorum quinquagenos ſiclos argenti in virum unumquenque: deinde reverſus eſt rex Aſſyriorũ: nec ſubſtitit ibi in ea regione.

21 Reliquæ autem res Menachemi, & quæcunque fecit: nónne ſunt ſcripta in libro Chronicorum regum Jiſraëlis?

22 Poſteà occubuit Menachem cum majoribus ſuis: & regnavit Pekachja filius ejus pro eo.

23 Ab anno quinquageſimo Hhazarję regis Jehudę: regnavit Pekachja filius Menachemi ſuper Jiſraëlem Schomrone, biennio.

24 Et fecit quod malum *videtur* in oculis Jehovæ: non receſſit a peccatis Jarobhhami filii Nebati, quibus ad peccandum induxit Jiſraëlem.

25 Conſpirans autem cõtra eum Pekach filius Remaljæ dux ejus cum Argobo, & cum eo qui *dicebatur* Leo, percuſſit eum Schomrone in palatio domus regiæ, habens ſecũ quinquaginta viros [e] e Gilhhaditis: cumq; morte affeciſſet eum, regnavit pro eo.

e Heb. filiis Gilhhaditarum.

26 Reliquæ autem res Pekachjæ & quęcunque fecit: ecce ſunt ſcripta in libro Chronicorum regum Jiſraëlis.

27 Ab anno quinquageſimo ſecundo Hhazarjæ regis Jehudæ: regnavit Pekach filius Remaljæ ſuper Jiſraëlem Schomrone, viginti annis.

28 Et

28 Et fecit quod malum *videtur* in oculis Jehovæ: non receſſit à peccatis Jarobhhami filii Nebati, quibus ad peccandum induxit Iſraëlem.
29 Diebus Pekachi regis Iſraëlis invadens [f] Tiglath-Pileſer rex Aſſyriorum cepit [″] Hhijonem, & Abelum, domus Mahhacæ, & [″] Janoachũ, & [″] Kedeſchum & Chatzorem & [″] Gilhhadem, denique Galilæã ipſam, totam terram Naphthali: ac harum *incolas* deportavit in Aſſyriam.
30 [g] Facta autem conſpiratione contra Pekachum filium Remalję, Hoſchealhh filius Elæ ita percuſſit eum ut morte afficeret eum, anno vigeſimo [″] *a regno cœpto* Jothami filii Hhuzzijæ: deinde regnavit pro eo.
31 Reliquæ autem res Pekachi, & quæcunq; fecit: ecce ſunt ſcripta in libro Chronicorum regum Iſraëlis.
32 Ab anno ſecundo Pekachi filii Remaljæ regis Iſraëlis: regnare cœpit Jotham filius Hhuzzijæ, rex Jehudæ. 2. Chro. 27.
33 Natus viginti quinq; annos erat [″] cũ regnare inciperet, & [″] ſexdecim annis regnavit Jeruſchalaimis: cujus matri nomẽ Jeruſcha filia Tzadoki.
34 Et fecit quod rectum *videtur* in oculis Jehovæ: omnino pro ut fecerat Hhuzzija pater ejus, fecit.
35 Verumtamen excelſa non ſunt amota, adhuc populus ſacrificabant & adolebant in excelſis: hic ædificavit [″] portam domus Jehovæ ſupremã.
36 Reliquæ autem res Jothami, & quæcunq; fecit: nónne ſcripta ſunt in libro Chronicorum regum Jehudæ?
37 [″] Diebus iſtis cœpit Jehova immittere in Jehudam Retzinem regẽ Syriæ, & Pekachum filium Remaljæ.
38 Cumq; occubuiſſet Jotham cum patrib. ſuis, & ſepultus eſſet cũ patribus ſuis, in civitate Davidis patris ſui: regnavit Achaz filius ejus pro eo.

f qui & Tiglath Pilneſer, 1. Chro. 5. 25.
g *Hebr.* conſpirata conſpiratione.

ANNOTATIO.

1 *Vigeſimoſeptimo*] qui vigeſimus quartus erat Hhuzzijæ. 5 *Plaga affecit*] vide cauſam 2. Chro. 26. 16. & ſequentib. 7 *Cum patribus*] non quidem in eodem ſepulchro: ſed in agro religioſo ſepulturæ regum, 2. Chro. 26. 23. 8 *Trigeſimoſecundo*] qui idem ultimus eſt Jarobhhami. 14 *Tirtza*] vide 1. Reg. 14. 17. 16 *Tiphſachum*] vide 1. Reg. 4. 23. *Non aperuerat*] ei proficiſcenti Tirtza contra Schallumum. 19 *Mille talenta &c.*] quaſi decies centies mille daleros. *Eſſet adjumento*] id eſt, pacem redemit ab eo, & ejus opem obtinuit ut confirmaretur in regno. 20 *Quinquagenos ſiclos*] id eſt, duodecim daleros cum dimidio cuique Aſſyrio. 29 *Hhijonem*] vide 1. Reg. 15. 20. & ſequentes. *Janoachum*] Jehoſch. 16. 6, Ephrajimitarum. *Kedeſchum, Chatzorem*] Naphtalitarum Jehoſch. 19. 36. & 37. *Gilhhadem*] id eſt, totam regionem trans Jardenem, quam Reübenitæ, Gaditæ & pars Menaſchitarum obtinebant. 30 *A regno cœpto*] id eſt, anno quarto Achazi: ſed quia ejus adhuc nullam mentionem fecit, tempus deſcribit a ſuperiore rege. *Regnavit pro*] nero quidem imperio, octo annis, tributario verò novem: infrà 17. 1 & 6. 33 *Cum regnare inciperet*] id eſt, cùm regni adminiſtrationem iniit, propter lepram patris, ſupr ℣. 5. *Sedecim*] a morte patris. 35 *Portam ſupremam*] vide ſupr. 11. 6. 37 *Diebus iſtis*] id eſt, ſub finem regni Jothami cœperunt calamitates illæ, quæ conſecutæ ſunt regnante Achazo.

CAPUT XVI.

Achaz impius a regibus Syriæ & Jiſraëlis preſſus ad Aſſyrium recurrit: a quo occupata Syria & rege occiſo, Achaz afflictus, in graviorem idololatriam quàm anteà delabitur: cui mortuo ſuccedit filius Chizkija.

1 ANNO [″] decimoſeptimo Pekachi filii Remaljæ: regnare cœpit Achaz filius Jothami, rex Jehudæ.
2 Natus viginti annos erat Achaz cùm [″] ille regnare incipe ret, & ſexdecim annis regnavit Jeruſchalaimis: ſed non fecit quod rectum *videtur* in oculis Jehovæ Dei ſui, ſicut David pater ejus.

Levit.20.23 3 Ambulavit enim in via regum Jisraëlis: atq; etiam filium suum transmisit per ignem secundum abominationes gentium, quas expulerat Jehova a facie Jisraëlitarum.

4 Et sacrificabat studiosè, adolebatq; ″ in excelsis, & in collibus: & sub omni arbore virente.

Jeschahhjæ 7.1. 5 Tunc ascēdit Retzin rex Syriæ, & Pekach filius Remaljæ rex Jisraëlis Jerusalaima in bellū: qui obsiderūt Achazū: sed nó potuerūt debellare.

6 (Tempore illo averterat Retzin rex Syriæ, ″ Elatham ad Syros, & excusserat Jehudæos ex ″ Elothis: Syri verò venientes Elatham habitaverunt ibi usque in diem hunc).

7 Misit enim Achaz nuntios ad Tiglath-Peleserum regem Assyrię dicendo: servus tuus & filius tuus sim: ascende & serva me e manu regis Syriæ, & e manu regis Jisraëlis, qui insurrexerunt contra me.

8 Et accipiens Achaz aurum & argentum quod inveniebatur in domo Jehovæ, & in thesauris domus regiæ: misit ad regem Assyriæ munus.

9 Cui auscultavit rex Assyriæ, & ascendens rex Assyriæ Damascū cepit eam, & deportavit *incolas* ejus in ″ Kirum: Retzinem verò morte affecit.

10 ″ Profectus autem rex Achaz obviam Tiglath-Pelesero regi Assyriæ Damascum: ″ cùm vidisset altare quod *erat* Damasci: misit rex ad Urijam sacerdotem similitudinem illius altaris, & structuram ejus secundum totum artificium ejus.

11 Et extruxit Urija sacerdos altare: omnino pro ut miserat rex Achaz Damasco: ita fecit Urija sacerdos, dum rediret rex Achaz Damasco.

12 Deinde cùm rediisset rex Damasco, & vidisset rex illud altare: accedens rex ad ipsum altare, obtulit in eo.

13 Et adolevit holocaustum suum, munusq; suum, & libavit libamen suum: insperśitq; sanguinem eucharisticorum suorum altari.

14 Altare verò æneum quod fuerat coram Jehova, longius amovit ab anteriore parte ipsius domus, ne esset inter suum altare, & inter domū Jehovæ: posuitq; illud ad latus sui altaris aquilonem versus.

15 Præcepitq; rex Achaz Urijæ sacerdoti dicendo: in hoc altari magno adole holocaustum matutinum, & munus vespertinum, holocaustumq; regis & munus ejus, etiam holocaustū totius populi terrę, munusq; eorū, & libamina eorum, ac sanguinem holocausti, omnemq; sanguinem sacrificii ei inspergito: altare verò æneum erit penes me ″ inquirere.

16 Quod fecit Urija sacerdos: omnino prout præceperat rex Achaz.

17 Præterea truncavit rex Achaz ″ Zophoros & bases, & amovit ab illis labrum quodq;, lacum quoq; deposuit a bobus [a] æreis, qui sub erant ei: ac imposuit illum pavimento lapideo.

[a] *Heb.* de sup bobus ære.

18 ″ Tegmen quoq; sabbathi, quod ædificaverant in ipsa domo, & ″ accessum regis extimum, amovit a domo Jehovæ: ″ metu regis Assyriæ.

19 Reliquæ autem res Achazi, quas fecit: nónne sunt scriptæ in libro Chronicorum regum Jehudæ?

20 De-

20 Deniq; cùm occubuisset Achaz cum patribus suis, sepultusq; esset cum patribus suis ″ in civitate Davidis: regnavit Chizkija filius ejus ℘ eo.

ANNOTATIO.

1 *Decimoseptimo*] qui idem fuit Jotham decimussextus. 2 *Ille*] Jotham nimirum, de quo ℣. 1. ita accipiendum esse ostendit ætas Chizkijæ, qua ad regnum pervenit cum hujus ætate comparata, infrà 18. 2 simile vide 2. Chro. 36. 9. 4 *In excelsis*] contra legem Deut. 12. 2. 6 *Elatham*] de qua supr. 14. 22. *Elothis*] id est, a tota ditione Elathæ. 9 *In Kirum*] id est, eam Mediæ partem, quæ ab hac deportatione Syromedia est dicta: appellatur autem Kir id est murus, quòd ratione Zagro veluti muro circumquaque cingatur. De Cyrene accipere alienum est, cùm nunquam ad regnum Assyriorum pertinuerit, & ab agro eorum sit remotissima. Media autem regibus Assyriæ parebat, ut apparet infrà cap. 17. 6. 10 *Prefectus obviam*] ad gratulandum ei de victoria: tum etiam ut impetraret ab eo auxilium, quo recuperaret quæ ademerant ei Philistæi, 2. Chro. 28. 18. *Cum vidisset*] confer cum 2. Chron. 28. 23. 15 *Inquirere*] id est, Deum in eo consulere, si quando placebit. 17 *Zophoros*] 1. Reg 7. 28 & sequentibus. 18 *Tegmen sabbathi*] id est, paratum pro custodibus templi, qui singulis sabbathis functiones suas obibant per vices: de quibus supr. 11. 5. Est autem synecdoche, pro eo quod est, occlusit fores templi Jehovæ. 2. Chro. 28. 24. *Accessum regis*] de quo 1. Reg. 10. 5. & 12. *Metu regis*] id est, à vi regis Assyriorum sibi metuens, ne fortè per illum accessum in regiam irrumperet, 20 *In civitate Davidis*] at non in sepulchris regum: vide 2. Chro. 28. 27.

CAPUT XVII.

Hoscheahh regis Assyriorum tributarius effectus, cum rege Aegypti conspirat, & tributum recusat. Assyrio. quam ob rem Assyrius regnum invadit, occupat, regem capit, populum deportat, & novos colonos intromittit: qui leviore plaga plus afficiuntur ad cultum Dei aliqua ex parte effingendum, quàm Jisraëlitæ ad retinendum & restituendum ullis calamitatibus.

1 ANNO duodecimo Achazi regis Jehudæ: cùm regnaret Hoscheahh filius Elæ Schomrone, super Jisraëlem nono anno.

2 Et faceret quod malum *videtur* in oculis Jehovę: sed non sicut reges Jisraëlis qui fuerant ante eum.

3 Contra eum ascendit Schalmaneser rex Assyriæ: factusq; est illi Hoscheahh servus, & pendebat ei munus.

4 Posteà ″ invenit rex Assyriæ in Hoschehha conspirationem: eum misisse nuntios ad Soum regem Ægypti, & nõ obtulisse munus regi Assyriæ ut quotannis: quare coercuit eum rex Assyriæ, & ″ vincivit eũ in carcere. *a Heb.* de anno in annũ.

5 Nam pervasit rex Assyriæ totam ejus regionem: & ascendens Schomronem obsedit eam ″ tribus annis.

6 Anno nono ″ Hoschehhæ cepit rex Assyriæ Schomronem, & deportavit Jisraëlem in Assyriam: collocavitq; eos in ″ Chalacho, & in ″ Chabore, ″ fluvio Gozanis, & in civitatibus Mediæ.

7 ″ Sic fuit, eo quòd peccaverãt filii Jisraëlis contrà Jehovam Deum suũ, qui eduxerat eos e terra Ægypti: [b] ne subessent manui Parhhonis regis Ægypti: & reveriti fuerant deos alienos. *b Heb.* de sub manu.

8 Ambulauerantq; in statutis gentium, quas expulerat Jehova a facie filiorum Jisraëlis: & quæ fecerant reges Jisraëlis.

9 Et mussantes filii Jisraëlis res quæ rectæ non sunt, contra Jehovã Deũ suum: ædificaverant sibi excelsa in omnibus civitatibus suis: a ″ turri custodum usque ad civitatem munitam:

10 Statuerantq; sibi statuas ac lucos: in omni colle excelso, & sub omni arbore virente.

11 Et adoleverant ibi in omnibus excelsis, sicut gentes quas deportaue rat Jehova a facie eorum: fecerantq; res malas provocando Jehovam.

12 Et coluerant ſtercoreos deos: de quibus edixerat Jehova eis: ne facitote rem iſtam.

c Heb. p manũ omniũ: ſic deinc.

13 Cumq; conteſtaretur Jehova in Jiſraëlem & in Jehudam per [c] omnes prophetas [d] cujuſcunq; viſionis, dicẽdo: revertimini a viis veſtris peſſimis: & obſervate præcepta mea & ſtatuta mea, omnino ſecundũ legem illam quã præcepi majorib. veſtris: quæq; cõmiſi vobis p ſervos meos pphetas:

d Heb. ut cervices majorum ſuorũ: hypallage.

14 Non auſcultaverant: ſed obduraverant cervices ſuas, ut [d] majores cervices ſuas: qui non crediderant Jehovæ Deo ſuo.

15 Et ſpernentes ſtatuta ejus, ac fœdus ejus, quod pepigerat cum majoribus ipſorum, & teſtimonia ejus, quibus conteſtatus eſt eos: ſectati fuerant ipſam vanitatem, adeò ut vani effecti fuerint, & *ſectati* fuerint gentes circumſtantes ipſis: de quibus præceperat Jehova eis: ne facerent ſicut illæ.

16 Et derelictis omnibus præceptis Jehovæ Dei ſui, fecerant ſibi fuſile, duos vitulos: fecerant etiam lucum, & incurvaverãt ſe toti exercitui Cœlorum: coluerant quoque Bahhalem.

e Heb. divinaverãt divinationib⁹, & cõjectaverant.

17 Prætereà tranſmiſerant filios ſuos & filias ſuas per ignem, & [e] uſi erãt divinationibus, & conjectores fuerant: deniq; ſe ipſos dediderant ad faciendum quod malum *videtur* in oculis Jehovæ provocando eum:

18 *Fuit, inquam,* ut ira percitus Jehova valde in Jiſraëlem, amoveret eos a facie ſua: non reliqua fuit niſi tribus Jehudæ [f] ſola.

19 [f] Etiam Jehuda non obſervabat præcepta Jehovæ Dei ſui: ſed ambulabant in ſtatutis Jiſraëlitarum, quæ fecerant.

20 Ideò ſpernens Jehova totum [f] ſemen Jiſraëlis, & affligens eos, tradiderat eos in manum diripientium: donec abiiceret eos a facie ſua.

21 (Poſtquam [f] laceravit Jiſraëlitas a domo Davidis: cùm regem conſtituiſſent Jarobhhamum filium Nebati: depulit enim Jarobhham Jiſraëlitas a [f] ſequendo Jehovam, & induxit eos ad peccandum peccato magno.

f Heb. a poſt. 1. Reg. 12. 28

22 Et ambularunt filii Jiſraëlis in omnibus peccatis Jarobhhami quæ

g Heb. ab eo.

fecerat: non receſſerunt ab [g] ullo eorum).

23 Donec amoveret Jehova Jiſraëlem a facie ſua: quemadmodum locutus fuerat per omnes ſervos ſuos prophetas: ita demigravit Jiſraël a terra ſua in Aſſyriam uſque in hunc diem.

24 Deinde adduxit rex Aſſyriæ e Babele & e [f] Chutha, & e [f] Hhava, & e [f] Chamatha, & [f] Sepharvajimis *colonos* quos collocaverat in civitatibus Schomronis loco Jiſraëlitarum: & hęreditariò poſſidentes Schomronem habitabant in civitatibus ejus.

25 Fuit autem cùm principio habitantes ibi [f] nõ revererentur Jehovã: ut immitteret Jehova in illos leones, qui interficiebant eos.

26 Itaque allocuti ſunt regem Aſſyrię dicendo: gentes iſtæ quas deportans collocaſti in civitatibus Schomronis, ignorant ritum Dei regionis iſtius: ideò immiſit in eos leones, qui ecce morte afficiunt eos, quãdoquidem ignorant ritum Dei illius regionis.

27 Præ-

27 Præcepit verò rex Assyriæ dicendo: ducite illuc unum ex istis sacerdotibus, quos deportastis inde: & abeuntes ″ resident o ibi: ut doceat eos ritum Dei illius regionis.

28 Veniens itaque unus ex illis sacerdotibus quos deportaverant e Schomrone, consedit Beth-Ele: & docebat eos quo modo ″ reverituri essent Jehovam.

29 Attamen faciebant [h] quæque gens deos suos: quos collocabant in ædè excelsorum, quæ fecerant ″ Schomronitæ: quæque gens in civitatibus suis ubi habitabant.

30 Nam homines Babelis fecerunt Succoth-Benoth, & homines Cuthi fecerunt Nergalem: homines verò Chamathæ fecerunt Aschimam.

31 Hhavæi autem fecerunt Nibchanem & Tartakum: & Sepharvæi comburebant filios suos igne Adrammeleco & Hhanammeleco diis Sepharvajimorum.

32 Sic reverebantur Jehovam: & faciebant sibi e [i] numero suo sacerdotes excelsorum: qui *sacra* faciebant eis in ædè excelsorum.

33 Jehovam reverebantur: & deos suos colebant, ex ″ ritu gentium quas deportaverant inde.

34 Usque in hunc ipsum diem ″ isti faciunt ex ritibus priscis: non reverentur Jehovam, neq; faciunt secundum statuta ipsorum, & secundum ritum ipsorum. id est, secundum legem & secundum præceptum quod præceperat Jehova filiis Jahhakobi: ″ cui imposuit nomen Jisraëlis.

35 Et quibuscum pepigerat Jehova fœdus, præceperatque eis dicendo: ne reveremini deos alienos: neque incurvate vos eis, neque colite eos, neque sacrificate eis:

36 Sed Jehovam, qui eduxit vos e terra Ægypti virtute magna & brachio extento, ipsum reveremini, eiq; incurvate vos, ac sacrificate ei.

37 Et statuta ac judicia, legemq; & præceptum, quæ scripsit vobis, [k] observanter facite omnibus diebus: ac ne reveremini deos alienos:

38 Et fœderis quod pepigi vobiscum ne obliviscamini: ut non revereamini deos alienos.

39 Sed Jehovam Deum vestrum revereamini: & ipse eripiet vos e manu omnium inimicorum vestrorum.

40 Non tamen auscultarũt: sed secundum priscum ritum suum faciũt:

41 Quamvis gentes istæ reveritæ sint Jehovam, & cum idolis suis coluerint: etiam filii eorum & nepotes eorum: sicut fecerant majores eorũ, faciant usque in diem hunc.

h Heb. gens gẽs: sic infrà.

i Heb. e partibus suis: ut 1. Reg. 12. 31.

k Heb. observate faciẽdo

ANNOTATIO.

4 *Invenit*] nimirum quinto aut sexto anno, postquam tributarius factus esset: vide infrà 18. 9. *Vincivit*] nono anno ejus tributarius factus fuerat, ut sequentia explicant. 5 *Tribus*] nimirum septimo, octavo & nono anno. 6 *Hohebhæ*] tributarii qui fuit 17. annus & ultimus regni ipsius. *Chalacho*] id est, in Chalcitide Mesopotamiæ. *Chabore*] Chaboras fluvius & oppidum dicitur Ptolemæo Geographicorum lib. 5. cap. 18. in Acrabene Mesopotamiæ. *Fluvium Gozanitæ*] id est, in Ganzanitide, quam fluvius Chaboras ab Acrabene disterminat. 7 *Sic fuit*] Ætiologia judiciorum Dei, qua explicatur quibus sceleribus provocatus Deus Jisraëlis regnum pessumdederit: usque ad finem capitis.

9 *A turri &c.*] id est ubique: æquè in solitariis atque in frequentibus locis: proverbiale dictum.

13 *Cujuscunque visionis*] id est, quacunque ratione vel forma illis cernendam proponebat voluntatem suam: vide

Num.12.6. 18 *Sola*] cum adhærentibus Levitis,& Binjaminitarum reliquiis: synecdoche. 19 *Etiam Jehuda*] altera causa judicii in Jisraëlitas, contagium regni Jehudæ, in eandem labem prolabentis vicini regni exemplo, Oseæ 4.15. 20 *Semen Jsraëlis*] id est, regni decem tribuum: synecdoche. 21 *Laceravit*] subaudi Jarobhham. 24 *Rex Assyriæ*] Esar-Chaddon filius Sancheribi: Hhezræ 4.3. *Chuta*] e Cossæa, regione Susianes. *Hhava*] regione Arabiæ deserta, in quam Hhavæi pulsi a Pelischtæis se receperant. Deut.2.22. quæ & Hhivva dicitur infr.18.34. *Chamatha*] Syriæ, in finibus Cenahhanææ. *Sepharvajimis*] id est, ex agro Sephare urbis ad Euphratem in Mesopotamia. 25 *Non reverentur*] id est, non colerent eum externo cultu. 27 *Residento*] Legati qui expostulatum venerant cum sacerdote. 28 *Reversuri essent*] id est colerent vitulum, cujus specie putabant Deum repræsentari. 29 *Schomronitæ*] id est, decem tribus, incolæ regni Schomronis. 33 *Ritu gentium*] id est, decem tribuum. 34 *Isti*] id est, decem tribus quas proximè commemoravit: nam ex comparatione istarum coloniarum, quas rex Assyriæ transtulerat, contumacia Jisraëlitarum ostenditur: qui toties castigati graviter,& nunc demum tam dura servitute pressi, ne minimum quidem religionis signum dederunt. *Cui imposuit*] exaggeratio, ut 1.Reg.18.31.

Caput XVIII.

Instaurato per Chizkÿam Dei cultu in regno Jehudæ: & occupato Schomronis regno ab Assyriis: regnum Jehudæ invaditur propter defectionem Chizkÿæ: quam ob rem Chizkÿa pacisciturpretio cum rege Assyriæ: qui nihilo minus per legatos Chizkÿam multis contumeliis affi& populum ad defectionem, Deum protervè blasphemando sollicitat.

1 Fuit autem anno tertio Hoschehhæ filii Elæ regis Israëlis: ut regnaret Chitzkija filius Achazi, rex Iehudæ.

2 Natus vigintiquinq; annos erat cùm regnare inciperet, & vigintinovem annis regnavit Ieruschalaimis: cujus matri nomen [a] Abi filia Zecarjæ.

a quę & Abija 2.Chr.29 20.

3 Et fecit quod rectum *videtur* in oculis Iehovę: omnino prout fecerat David pater ejus.

2.Chro.29. 30,& 31 capitibus.

4 Ipse amovit excelsa, fregitq; statuas, & excîdit lucum: cõtudit etiam serpentem æneum quem fecerat Mosche: eo quòd usq; ad dies illos Isiraëlitæ adolerent ei, quem vocavit [b] Nechuschtanem.

b id est, ęreũ: a materia.

5 In Iehova Deo Iisraëlis fiduciam habuit: & non fuit ei similis inter omnes reges Iehudæ qui post eum, aut qui ante eum *fuerunt*.

c Heb. a post eum.

6 Adhæsit enim Iehovæ: non recessit [c] ab eo sequendo: sed observavit præcepta ejus, quæ præceperat Iehova Moschi.

7 Et aderat Iehova ei: quocunq; prodibat, secundabatur: rebellavitq; in regem Assyriæ ut non serviret ei.

8 Ipse percussit Pelischtæos usque Hhazzam, & terminos ejus: a turri custodum usque ad civitatem munitam.

9 Fuit autem anno quarto regis Chitzkijæ, is *est* annus septimus Hhoschehhæ filii Elæ regis Iisraëlis: ut ascendens Schalmaneser rex Assyriæ contra Schomronem, obsideret eam.

10 Deinde cepit eam sub finem tertii anni, anno sexto Chitzkijæ: is annus *erat* nonus Hoschehhæ regis Iisraëlis, *quo* capta fuit Schomron.

Sup.17.6. 11 Et deportavit rex Assyriæ Iisraëlitas in Assyriam: quos collocavit in Chalacho, & ad Chaborem fluvium Gozanis & in civitatibus Mediæ.

12 Propterea quòd non auscultaverant voci Iehovæ Dei sui, & transgressi fuerant fœdus ejus, quicquid præceperat Mosche servus Iehovæ: neque auscultaverant, neq; fecerant.

13 Deinde decimoquarto anno regis Chizkiję ascendit Sancherib rex Assyrię contra omnes civitates Iehudę munitas, & occupavit eas.

14 Quam ob rem misit Chizkija rex Iehudę ad regem Assyrię Lachischum

schum qui dicerent, peccavi: diverte a me, id quod imposueris mihi ferã: imposuit autem rex Assyriæ Ckitzkijæ regi Jehudæ ″ trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri.

15 Quam omnem pecuniam dedit rex Chitzkija, quæ est inventa in domo Jehovæ: & in thesauris domus regiæ.

16 Tempore illo trũcavit Chizkija fores templi Jehovæ, & ″ antas quas obduxerat Chitzkija rex Jehudæ: tradiditq; eas regi Assyriæ.

17 ″ Sed misit rex Assyriæ Tartanem & Rabsarisum & Rabschakem La cischo ad regem Chizkijam, cum copiis [d] numerosis [e] Jeruschalaima: qui ascẽdentes cũ proficiscerẽtur Jeruschalaima, ascendẽtes venerũt & substiterunt ad aquę ductum piscinæ superioris, qui *est* in aggere agri fullonis. Jeschah. 36.

[d] *Heb.* gravibus.

18 Cumq; inclamassent regẽ, egressus est ad eos Eljakim filius Chilkiję, qui prę erat domui: & Schebna scriba, & Joach filius Asaphi [e] a memoria.

[e] *Hebr.* memorator: sic infrà ℣. 37.

19 ″ Ad quos dixit Rabschake, dicite jam ad Chizkijam: ″ sic ait rex maximus rex Assyriæ, quæ *est* fiducia ista, qua confidis?

20 ″ Dixeris, (verumtamen verba [f] futilia), *adesse* consilium & fortitudinem ad bellum: nunc cui confidis quod rebellas contra me?

[f] *Heb.* labiorum.

21 Nunc, ecce fiduciã tuam habueris in scipione arundinis istius quassatæ, in Ægyptio: quo si quis innixus fuerit, intrans volam ejus perforabit eam: ita *est* Parhho rex Ægypti omnibus fiduciam habentibus in ipso.

22 Quòd si dixeritis ad me: in Jehova Deo nostro fiduciam habemus: an non is *est* cujus abstulit Chizkija excelsa & altaria, edicẽs Jehudæ & Jeruschalaimis: coram altari hoc incurvate vos Jeruschalaimis?

23 ″ Sed nunc [g] misceto bellum cum domino meo rege Assyriæ: & dabo tibi bis mille equos, si poteris suppeditare qui equitent eos pro te.

[g] *Heb.* misce te *bello.*

24 Quo modo ergo ″ averteres faciem ducis unius e servis domini mei minimis: sed fiduciã tuã habes in Ægyptio ꝓpter curr⁹ & propter equites.

25 At nunc, an ″ absq; Jehova ascendi ″ contra locum hunc, ad perdendũ eum: Jehova edixit mihi: ascende contra regionem istam & perde eam.

26 Dixit verò Eljakim filius Chilkijæ, & Schebna ac Joach ad Rabschakem: alloquere quæso servos tuos Syrè: intelligimus enim: neq; alloquitor nos Judaicè, [h] audiente populo hoc qui *est* super murum.

[h] *Heb.* in auribus.

27 Ad quos dixit Rabschake, an ad dominũ tuum, aut ad te misit me dominus meus ut loquerer verba hæc? nónne ad homines istos qui sedẽt super murũ, ″ ut comedãt excrementa sua, ut bibant lotiũ suum vobiscũ?

28 Itaq; substistens Rabschake exclamavit voce magna Judaicè: & locutus est dicens: audite verbum regis maximi, regis Assyriæ.

29 Ita ait rex, ne vos decipiat Chizkija: non enim poterit vos eripere e manu ejus.

30 Neque adducat vos Chizkija ut fiduciam habeatis in Jehova dicendo, [i] certó eripiet nos Jehova, neque tradetur civitas hæc in manum regis Assyriæ.

[i] *Heb.* eripiendo eripiet

31 Ne auscultetis Chizkijæ: nam sic ait rex Assyriæ: transigite mecum

munere & prodite ad me: sic comedite quisq; *fructum* vitis suæ, & quisque *fructum* ficus suæ, ac bibite quisq; aquas cisternæ suæ.

32 Usquedum veniens assumam vos, *deducendos* in terram similem terræ vestræ, terram frumenti & musti *feracem*: terram pane & vineis *abundantem*, terram olivæ oleosæ & mellis: & vivite ac non morimini: neque auscultate Chizkijæ, quia seducit vos dicendo: Jehova eripiet nos.

33 An [k] ullo modo eripuerunt dii gentium quisq; terram suam e manu regis Assyriæ?

[k] *Heb.* eripiendo eripuerunt.

34 Ubi sunt dii Chamathæ & [m] Arpadi? ubi sunt dii [m] Sepharvajimorum, Henahhi & [m] Hivvæ? quin [m] eripuerunt *ne* Schomronem e manu mea?

35 Qui *sunt* inter omnes deos istarum regionum, qui eripuerint regionem suam e manu mea: ut eripiat Jehova Jeruschalaima e manu mea?

36 Obticuerunt autem populus, neque responderunt ei quicquã: præceptum enim regis fuerat edicentis: ne respondete ei.

37 Venit itaque Eljakim filius Chilkijæ qui præerat domui, & Schebna scriba, ac Joach filius Asaphi a memoria ad Chizkijam [l] laceris vestibus: & indicaverunt ei verba Rabschakis.

[l] *Heb.* lacerati vestes.

ANNOTATIO.

1 *Anno tertio*] ex quo tributarius regis Assyrii erat: qui fuit regni ejus undecimus. 7 *Rebellavit*] elatus rebus secundis, excutiens jugum quod receperat pater Achaz, supra 16.7. 8 *Pelischtæos*] qui patri Achazo multa ademerant, 2. Chronic. 28.18. *A turri*] ut supra 17.9. 9 *Hoschehha*] ex quo tributarius &c. 10 *Tertii anni*] obsidionis. 11 *In Assyriam*] id est, in ditionem suam. 13 *Occupavit*] aliquas nimirum: synecdoche. 14 *Lacischum*] civitatem tribus Jehudæ, quam Assyrius tunc oppugnabat, Jehoschu. 15.29. *Trecenta argenti, & triginta auri talenta*] id est, quasi sexcenta millia dalerorum. 16 *Antas*] id est, postes & limina. *Obduxerat*] laminis aureis, cùm ratificaret domum Jehovæ primo mense anni primi. 2. Chronic. 29.3. 17 *Sed misit*] non stans promissis accepta pecunia. *Jeruschalaima*] ut ea suis præsidiis firmarent, & tyrannidis regiæ essent administri, contra quàm transfactum erat. 19 *Ad quos*] recusantes præsidia ista introducere. *Sic ait rex*] increpatio est dilemmatica: quasi dicat: Stulta viribus fidis, vanitatis est: sin alienis, cujus obsecro? an Ægyptii? at societas illius exitialis est: an verò Dei? at illius contemnitur: nam blasphemè vitio vertit quod imperaverat Deus, Deuteron. 12.5. 20 *Dixeris*] id est, recum cogitaris, & populo persuaseris nihil tibi deesse quod ad propulsandum regem opus sit. 23 *Sed nunc*] fatealmus, quo pudore tur audaciam Chizkijæ propter tenuitatem ejus. 24 *Averteres faciem*] id est, propulsares. 26 *Divæ Ebrææ* est, testatur mihi in animo, fore me vindicem injuriarum, quibus affecisti eum: versicul. 22. *kim &c.*] id est, unus eorum de sententia omnium. 27 *Ut comedant*] id est, quibus nisi maturè ab hac pertinacia discedant, eventuræ sunt calamitates istæ, & rerum summa difficultas. 34 *Arpadi*] in regione Arrapachitide, aut medius Arpaditide summa Assyriæ parte. *Sepharvajimorum*] vide supra 17.22. *Henahhi*] Ingines, regionis in Mesopotamia: nam literam Hhain ferè per literam g exprimunt historici. *Hhivvæ*] vide supra 17.24. *Eripuerunt*] &c. Schomronis videlicet ἀπὸ κοινοῦ.

CAPUT XIX.

Deus per Jeschahhjam nuntiis Chizkijæ ipsum consulentibus, promittit irritum fore Assyrii consilium de expugnandis Judæis. Iterum autem comminante & blasphemante Assyrio eandem promissionem repetit & signo confirmat, quam statim effectu implet, strage Assyriorum per angelum & Sancheribi cæde.

1 Fuit autem cùm audiret rex Chizkija, ut laceraret vestimenta sua: & tegens se Cilicio ingrederetur domum Jehovæ:

2 Et mitteret Eljakim qui præerat domui, & Schebnam scribam, ac seniores sacerdotum tectos ciliciis: ad Jeschahhjam prophetam filium Amotzi.

3 Qui

3 Qui dixerunt ad eum: sic ait Chizkija, "dies angustię & increpationis & irritationis dies hic:" cùm venerint filii usque ad os matricis, & vis non adsit ad partum.
4 Utinam audiat Jehova Deus tuus omnia verba Rabschakis, quem misit rex Assyrię dominus eius, ad afficiendum probro Deum viventem: & arguat verba ista quæ audierit Jehova Deus tuus: itaque effer precationem tuam pro "hoc residuo quod præsens est.
5 Cum itaq; venissent servi regis Chizkijæ ad Jeschahhjam:
6 Dixit eis Jeschahhja, sic dicite domino vestro: sic ait Jehova: ne timeto propter verba ista quæ audivisti, quibus blasphemarunt "pueri regis Assyriæ me.
7 Ecce ego "indam ei spiritum, ut audito "rumore revertatur "in terrã suam: "tandem dejiciam eum gladio in terra ejus.
8 Itaque reversus Rabschake invenit regem Assyriæ oppugnantẽ Libnam: audierat enim eum profectum esse Lacischo.
9 Audiens autem de Tirhaka rege" Cuschi dicentes: ecce procedit ut pugnet contra te:[a] rursus misit nuntios ad Chizkijam, edicendo.
10 Sic alloquimini Chizkijam regem Jehudæ, dicendo: ne decipiat te Deus tuus in quo tu fiduciam habes dicendo: non tradentur Jeruschalaim manum regis Assyriæ.
11 Ecce tu audivisti id quod fecerũt reges Assyriæ omnibus aliis regionibus internecioni devovendo *incolas* earum: & tu eripereris?
12 An dii gentium quas perdiderunt majores mei eripuerunt eas?" Gozanem & "Charanem, & Retzephum & "Hhedenitas qui sunt "Telasari?
13 Ubi *est* rex "Chamathæ, & rex Arpadi, & rex civitatis illius Sepharvajimorum, Henahhi & Hhivæ?
14 Cumq; accepisset Chizkija literas e manu nuntiorũ, & legisset eas: ascendens in domum Jehovæ, explicavit eas Chizkija coram Jehova.
15 Et precatus est Chizkija coram Jehova, dicens: Jehova Deus Jisraëlis", insidens Cerubinis, tu es Deus "solus omnibus regnis terræ: tu fecisti Cœlum & terram.
16 Inclina Jehova aurem tuam, & audi: aperi Jehova oculos tuos & vide: audi, inquam, verba Sancheribi, illius quem misit ad probro afficiendum Deum viventem,
17 Verum est Jehova: vastaverunt reges Assyriæ gentes illas & regionem earum.
18 Et tradiderunt deos earum igni: quia dii non erant: sed opus manuũ hominis, lignum aut lapis: ideò perdiderunt eos.
19 Itaque nunc Jehova Deus noster serva nos, quæso, e manu illius: ut cognoscant omnia regna terræ, te Jehovam Deum esse solum.
20 Tum misit Jeschahhja filius Amotzi ad Chizkijam qui diceret: sic ait Jehova Deus Jisraëlis: quæ precatus es me contra Sancheribum regem Assyriæ exaudivi.

[a] *Heb.* revertsus est & misit.

21 Hoc est verbum quo [b] edicit Jehova *responderi* ei: "contemnit te, subsannat te Virgo, filia Tzijonis: post te "caput movet filia Jeruschalaimorũ.

22 Quem probro affecisti ac blasphemasti, & cõtra quem extulisti vocem? utique attollis in sublime oculos tuos contra sanctum Jisraëlis.

23 Per nuntios tuos probro affecisti dominum, cùm diceres: multitudine curruum meorum ego ascendi summitatem montium, latera Libani: & succîdam [c] proceras cedros ejus: lectissimas abietes ejus: "ingrediar etiam [d] extremum diversorium ejus: sylvas, arva ejus.

24 Ego effodio ut bibam aquas "exteras: "nam exsicco planta pedum meorum omnes rivos locorum [e] obsessorum.

25 An non audivisti inde a longo *tempore* "me id facere, & a diebus priscis formare illud? "nunc adduco illud, ut sis ad deturbandum in acervos vastos civitates munitas.

26 "Ideò habitatores earum contracti manu, territi sunt & erubuerũt: fuerunt *ut* herba agri, ut [f] oleracea herba tenera, *ut* fœnum tectorum, & *ut* ager tactus uredine, [g] antequàm in culmum assurgat.

27 Utique sessionem tuam, & profectionem tuam, & incessum tuum novi: etiam furorem tuum contra me.

28 Quoniam tu furis contra me, & tumultuatio tua ascendit ad aures meas: ideò ponam "hamum meum in naso tuo, & frænum meum inter labia tua, ac perducam te viâ illâ per quam venisti.

29 "Illud autem esto tibi, hujus *rei* signũ: comedere vos anno uno sponte natum: & anno altero sponte renatũ: anno demum tertio "serite & metite ac plantate vineas, & comedite fructum earum.

30 [h] Nam residuum domus Jehudæ quod relictum fuerit, rursus "radicabitur infernè, & fructum proferet supernè:

31 Cùm Jeruschalaimis "prodibit reliquum & residuum e monte Tzijonis: zelus Jehovæ exercituum facturus est istud.

32 "Propterea sic ait Jehova de rege Assyriæ: non est "ingressurus in civitatem hanc, neque jaculaturus huc sagittam: neq; oppositurus ei scutũ, neque diffundet contra eam [i] missilia catapultaria.

33 Viâ qua venerit, eâdem revertetur: in civitatem verò hanc nõ ingredietur, dictum Jehovæ.

34 Nam protegam civitatem hanc ad servandum eam: propter me & "propter Davidem servum meum.

35 Itaque fuit nocte eadem, ut prodiens angelus Jehovæ percuteret in castris Assyriorum centum octoginta quinq; millia: qui cùm surrexissent mane, ecce omnia illa erant cadavera mortuorum.

36 Quare profectus abivit & reversus est Sancherib rex Assyriæ: consedítque Nineves.

37 Ubi fuit ipso se incurvante in æde Nisrochi Dei sui, ut Adrammelec, & Scharetzer filii ejus percuterent eum gladio: ipsi verò proripuerunt se in terram "Ararati: & regnavit Esar-Chaddon filius ejus pro eo.

b Heb. edicit Jehova ad eum.

c Heb. proceritatẽ cedrorum, & delectum abietũ ejus &c.

d Heb. diversorium extremitatis.

e Heb. rivos obsidionis.

f Heb. viriditas herbę teneræ.

g Hebr. ante culmum.

h Heb. addet residuũ, &c. radicem infernè.

i Hebr. catapultam: metonymia.

ANNO-

Caput XX.

ANNOTATIO.

3 *Dies angustiæ*] id est, dies calamitosus, quo increpamur de facto nostro, & Dei nomen contumeliosè proscinditur. *Cum Genuerint*] allegoria, qua se parturienti, & populum suum fœtui: præsentis verò periculi magnitudinem, gravissimæ patiendi difficultati comparat, q.d. tantæ sunt angustiæ, ut neque fœtus se ipsum juvare: neque ego ipsum ex angustia liberare possim. 4 *Hoc residuo*] reliquæ enim decem tribus jam in captivitatem abierant, sup. 17, & regni Judaici pars jam ab Assyrio obtinebatur, sup. 18.13. 6 *Pueri*] id est, ministri: sic Exod. 33.11. 7 *Indam spiritum*] id est, afficiam animum ejus hac voluntate. *Rumore*] de adventu Tirhakæ, ℣.9. *Interram suam*] ut hostem invadentem depellat: sic experiemini periculum non ita præsens esse ut putatis. *Tandem*] iis gestis quæ prædicuntur ℣.28. & completa narrantur ℣.37. 8 *Libnam*] vide Jehos. 15.14 & 21.13. 9 *Cuschi*] vide Gen. 10.6. 12 *Gozanem*] vide sup. 17.6. *Chavanem*] id est, Chatras Mesopotamiæ, Gen. 11.31. *Retzephum*] Rezipha Ptolemæo, Mesopotamiæ. *Hhedenitas*] vide Gen. 2.9. *Telassari*] quæ posteà Seleucia dicta est, Hhedenis metropolis. 13 *Chamathæ*] vide supr. 18.34. 15 *Insidens Cerubinis*] ut 1. Schem. 4.4. *Solus*] contra-quàm dixerat Assyrius sup. 18.35. & hic versu 12. 21 *Contemnit te*] id est, non curat: sed ludificatur te, ut imbecilla & infirma est. *Caput movet*] id est, amarulenter ridet: synecdoche, ut Plastica hyperbole. 25 *Me id facere*] quod tu tibi arrogas, sup. ℣.22. & 23. *Nunc*] id est, in tuis victoriis quas jactas, q.d. ego ipse sum autor, & tuo ministerio utor ad deturbādum, &c. 26 *Ideò*] id est, ut tibi animum adjeci, ita illis abstuli, ut illo negotio vincerentur. 28 *Hamum meum*] metaphora sumpta a piscatoribus & agasonibus. 29 *Illud autem*] Apostrophe ad Chizkijam, altera prophetiæ pars. *Illud autem tibi esto*] id est, hæc rerum copia sine cultura, qua ex Dei liberalitate jam biennio quamvis grassantibus hostibus fruimini, confirmet in vobis certitudinem liberationis promissæ, & venturæ tranquillitatis. *Serite & metite*] id est, metu ab hostibus abjecto agros audenter colite. 30 *Radicabitur*] *inferne*] id est, ex omni parte prosperabitur: metaphora a plantis. 31 *Prodibit reliquum*] id est, reliquiæ populi, quæ intra muros Jerusalem morum propter hostes se continebant, prodibunt liberi ab obsidione. 32 *Propterea*] ut propter millionis suæ veritatem ostendat. *Ingressurus &c.*] id est, non instituet obsidionem in secundo suo adventu. 34 *Propter Davidem*] id est, promissionem illi factam, 1. Reg. 11.12. 37 *Ararati*] vide Gen. 8.4.

CAPUT XX.

Chizkija ex lethali ulcere decumbens Deum precatur, & sanitatem ac prorogationem regni in quindecim annos obtinet: & signo de promissione Dei confirmatur. Deinde a legatis Babylonii salutatus, superbè illis suos thesauros ostentat: quam ob rem per Jeschahhjam graviter objurgatur: & de direptione opum, suorumq; captivitate præmonetur: cui succedit Menasche.

1 IEBUS illis ægrotavit Chizkija[a] lethaliter: & veniens ad eum Jeschahhja filius Amotzi propheta, dixit ad eū, sic ait Jehova: da præcepta familię tuæ. nā tu[b] brevi morieris: ac" non vives.

a Hebr. ad moriendum

b Hebr. tu es mortuus: ut Gen. 20.3.

2 Quapropter advertens faciem suam ad parietem: oravit Jehovam, dicendo:

3 Obsecro Jehova, recordare jam me" continenter ambulasse coram te fideliter &[c] animo integro, & quod bonum *videtur* in oculis tuis feciisse: flevitq; Chizkija fletu magno.

c Heb. corde

4 Tum fuit Jeschahhja nondum egresso ex" atrio mediano: ut verbum Jehovæ esset ad eum, edicendo.

5 Revertere & dicito ad Chitzkijam antecessorem populi mei, sic ait Jehova Deus Davidis patris tui: audivi precationem tuam: vidi lacrymas tuas: ecce sano te, die tertio ascensurus es in domum Jehovæ.

6 Et addam diebus tuis quindecim annos, & e manu regis Assyriæ eripiam te, & civitatem hanc: protegamque civitatem hanc propter me, & propter Davidem servum meum.

7 Tum edixit Jeschahhja: sumite palatham ficuum: quam sumētes imposuerunt ulceri illius. "ita revaluit.

8 Dicente verò Chitzkija ad Jeschahhjam: "quod *est* signum Jehovam sanaturum esse me, & me ascensurum die tertio in domum Jehovæ?

9 Dixit Jeschahhja: hoc ipsum tibi *esto* signum "a Jehova, facturum esse Jehovam rem quam locutus est: abeátne" ista umbra decem gradibus: an retrocedat decem gradibus?

10 Cui dixit Chizkija: levius *esset* umbram ″ declinare decem gradibus? non: sed retrocedat umbra ista decem gradibus.

11 Quapropter cùm inclamasset Jeschahhja propheta Jehovam: ″ reduxit umbram illam iisdem gradibus, quibus descenderat in solario Achazi decem gradibus.

d qui & Merodach Jescha. 39. 1.

12 Tempore illo ″ misit [d] Berodach Baladan filius Baladanis, ″ rex Babyloniæ literas cum munere ad Chizkijam: audierat enim ægrotasse Chizkijam.

13 Ad quos intentus Chizkija, ostendit eis totum gazophylacium suum: argentum, & aurum, & aromata ac oleum præstantissimum, & domum vasorum suorum: deniq; quicquid inveniebatur in thesauris suis: non fuit quicquam quod non ostenderet eis Chizkija in domo sua & in tota ditione sua.

14 Quapropter ingressus Jeschahhja propheta ad regem Chizkijam: dixit ad eum: quid dixerunt homines illi, & unde venerunt ad te? cui dixit Chizkija, e terra longinqua venerunt, Babylone.

15 Iterum dicenti, quid viderunt domi tuæ? dixit Chizkija quicquid *est* domi meæ viderunt: non fuit quicquam quod non ostenderim eis in thesauris meis.

16 Tum dixit Jeschahhja ad Chizkijam: audi verbum Jehovæ.

17 Ecce dies venturi sunt, quibus deportabitur quicquid *est* domi tuę, & quod recondiderunt majores tui usq; in diem hunc, in Babyloniam: non relinquetur quicquam, ait Jehova.

18 De filiis etiam tuis, qui prodibunt ex te, quos geniturus es, assumẽt: ut ″ sint aulici in palatio regis Babyloniæ.

19 Dixit verò Chizkija ad Jeschahhjam: bonum *est* verbum Jehovæ quod locutus es: præterea dixit: ″ nonne? quandoquidem pax & stabilitas futura est diebus meis.

20 Reliquæ autem res Chizkijæ & tota fortitudo ejus: utq; fecit piscinam, & aquæ-ductum, quo induxit aquam in ″ civitatem: nónne sunt scripta in libro Chronicorum regum Jehudæ?

21 Tandem cùm occubuisset Chizkija cum patribus suis: regnavit Menasche filius ejus pro eo.

ANNOTATIO.

1 *Diebus illis*] id est, quarto decimo anno regni ejus, cùm adventu Tirhakæ Assyrius avocaretur a Judea, quod evenit ex Josiculus 6. *Non vives*] id est, non potes vivere ex tanto morbo ullo naturæ remedio: sed hæc omnia & sublata & promutantur sub conditione voluntatis & potentiæ divinæ. 3 *Continenter ambulasse*] q.d. me pro virili mea conditioni adhæsisse quam proposueras 1. Reg. 8. 25: peto igitur ut memor promissi tui ibidem, non patiaris vitâ excedere me sine successore filio: nam triennio post Menasche ei natus est infrà 21. 1. 4 *Atrio mediano*] interius ipsa porticu, quod 1. Reg. 7. 8. atrium alterum vocatur. 6 *Propter Davidem*] sup. 19. 34. 7 *Ita revaluit*] non ex facultate ficuum, cum hæc ibi natura esset indomita a mediis naturalibus: sed ex Dei verbo. 8 *Quod est signum*] q.d. modo dixisti actum esse de vita mea: jam verò sanitatem promittis: vellem signo confirmari hoc promissum. 9 *A Jehova*] q.d. non ex me pendet actum: sed a Jehova. *Ista umbra*] pariter retrocedente sole: synecdoche, ut apparet ex Jeschahhja 38. 8. 10 *Declinare*] id est, uno momento in decimum gradum abripi. 11 *Reduxit*] ita dies qui duodenas horas cõtinebat vicinitatum effectus est. 12 *Rex Babyloniæ*] prius fiduciarius Assyrii: tandem verò Assyriorum & Babyloniorum monarcha effectus. *Misit*] ad inquirendum prodigium, prout observatum fuerat a Chaldæis. 2. Chr. 32. 31. 18 *Stirpabitur*] quod completum esse legimus infrà cap. 24. & 25. 19 *Nonne*] id est, omnino bonum & justum. affirmandi ratio apud Hebræos usitata: sic 1. Schem. 10. 1. 20 *In civitatem*] ut illam hostibus interciperet, 2. Chronic. 32. 3. 4. & 30. vertical de hac piscina vide Nechemiæ 3. 16.

CAPUT

CAPUT XXI.

Menasche omnium peßimè se in regno gerente, Deus per prophetas suos, illius domui & regno excidiũ denuntiat: cui mortuo succedit Amon filius, patri in malo similis, quo per cõspirationem sublato ad regnum assumitur filius Joschija.

1 NATUS duodecim annos Menasche cùm regnare inciperet, quinquaginta quinque annis regnavit Jeruschalaimis: cujus matri nomen Chephtzi-Ba.

2 Qui fecit quod malum *videtur* in oculis Jehovæ: secundum abominationes illarum gentium quas expulerat Jehova a[a] conspectu Jisraëlitarum.

3 Nam[b] rursus ędificavit excelsa quæ perdiderat Chizkija pater ipsi⁹: erexitq; altaria Bahhali, ac fecit lucum quemadmodum fecerat Achab rex Jisraëlis, & incurvans se toti exercitui cœlorum coluit ea.

4 Etiam extruxit altaria in domo Jehovæ: de qua dixerat Jehova: Jeruschalaimis collocabo nomen meum.

5 Extruxit, inquam, altaria toti exercitui cœlorũ: in duobus atriis domus Jehovæ.

6 Prætereà traduxit filium suum per ignem: præstigiisq; & conjectationibus usus est, & instituit pythonẽ & ariolos: [c] plurimum fecit quod malum *videtur* in oculis Jehovæ provocando eum.

7 Et collocavit cum sculptili lucum quem paraverat: in domo de qua dixerat Jehova ad Davidem & ad Schelomonem filiũ ejus: in domo hac & Jeruschalaimis quæ elegi præ omnibus *locis* tribuum Jisraëlis, collocabo nomen meum in seculum. Psal. 132.

8 Neque deinceps[d] faciam ut erret pes Jisraëlitarum ab hac terra quam tradidi majoribus eorum: si modò[e] observanter fecerint omnino pro ut præcepero eis: & secundum totam legem quam præcepit eis servus meus Mosche.

9 At non auscultarunt: nam fecit Menasche ut aberrarent, faciendo quod malum est amplius quàm gentes, quas perdiderat Jehova a conspectu Jisraëlitarum.

10 Quanvis loqueretur Jehova per servos suos prophetas, dicendo:

11 Propterea quòd fecit Menasche rex Jehudę abominationes istas: pejora egit omnibus quæ fecerunt Emoræi qui antecesserant eũ: & ad peccandum induxit etiam Jehudam in stercoreis diis suis.

12 Idcircò sic ait Jehova Deus Jisraëlis: ecce ego inducturus sum malum super Jeruschalaima & Jehudam: quod quisquis audierit, tinnient ambæ aures ejus.

13 Extensurus enim sum super Jeruschalaima regulam Schomronis, & perpendiculum domus Achabi: & abstersurus sum Jeruschalaima, ut qui abstergere solet gabatam: abstergit, deinde subvertit[f] eam in os.

14 Et deserens residuum possessionis meæ, tradam eos in manum ho-

a Heb. a facie filiorum Jisraëlis.
b Heb. reversus est & ædificavit.
c Heb. multiplicavit facere.
d Heb. addã facere ut erret.
e Hebr. observent faciendo.
f Heb. in faciem ejus.

ſtium eorum: ut ſint prædæ & conculcationi omnibus hoſtibus ſuis.

15 Quandoquidē fecerunt quod malum *videtur* in oculis meis, & provocarunt me: inde a die quo egreſſi ſunt majores eorum ex Ægypto uſq; in diem hunc.

16 Inſuper etiā ſanguinem innoxiū fudit Menaſche quamplurimùm: uſq; adeò ut impleret Jeruſchalaima [g] confertim: præter peccatum ſuum quo ad peccandum induxit Jehudam, ut faceret quod malum *videtur* in oculis Jehovæ.

[g] *Hebr.* ore ad os: ut ſup. 10. 21.

17 "Reliquæ autem res Menaſchis & "quicquid fecit, peccatumq; ejus quo peccavit: nónne ſunt ſcripta in libro Chronicorum regum Jehudæ?

18 Tandem cùm occumbens Menaſche cū patribus ſuis, ſepelireturin horto domus ſuæ, in horto Hhuzzæ: regnavit Amon filius ejus pro eo.

19 Natus viginti duos annos Amon cùm regnare inciperet, duobus annis regnavit Jeruſchalaimis: cujus matri nomen Meſchullemeth filia Charutzi e "Jotba.

20 Qui fecit quod malum *videtur* in oculis Jehovæ: quemadmodum fecerat Menaſche pater ejus.

21 Ambulavit enim in tota illa via, qua ambulaverat pater ejus: & colens ſtercoreos deos quos coluerat pater ipſius, incurvavit ſe eis.

22 Et derelinquens Jehovam Deum majorum ſuorum: non ambulavit in via Jehovæ.

23 Conſpiraverunt autem ſervi Amonis contra eum: & morte affecerunt regem ſuum in domo ejus.

24 Percuſſit verò populus regionis omnes qui conſpiraverant contra regem Amonem: & regem conſtituerunt populus regionis Joſchijam filium ejus pro eo.

25 Reliquæ autem res Amonis quas fecit: nónne ſunt ſcriptæ in libro "Chronicorum regum Jehudæ?

26 Quem ſepelivit in ſepulchro ejus, in horto Hhuzzæ: & regnavit Joſchija filius ejus pro eo.

ANNOTATIO.

1 *Quinquaginta quinque*] comprehenſis iis quibus fuit captivus in Babylonia, 2. Chronic. 33. 11. 3 *Perdidit rat*] ſuprà 18. 4. *Achab*] 1. Reg. 16. 33. 34. 35. 4 *Nomen meum*] ſubaudi ſolum. 1. Reg. 8. 29. & 9. 3. 5 *Duobus atriis*] populi & ſacerdotum. 12 *Tinnient*] vide 1. Schem. 3. 11. 13 *Regulam Schomronis*] idest, eodem modo Jeruſchalaima tractabo, quo tractavi Shomronem: metaphora ſumpta ab architectis. *Domum Achabi*] id eſt, ſicut Achabi gens deleta eſt, ita horum familiam prorſus deleturus ſum: quod executus eſt, partim in Tzidkija & filiis infrà 25. 7: partim in Jiſchmahhele, ibidem verſic. 26. Nam Zerubbabel & ſucceſſores ejus non per Schelomonem, ut reliqui omnes: ſed per Nathanem a Davide deſcendunt, ut apparet Luc. 3. *Abſterſurus*] cives regni Judaici, ut ſordes patinæ profundioris, abſtergendo, & præſens regnum ſubvertendo. *Abominationem*] complementum Jirmejæ 39. 17 *Quicquid fecit*] poſt captivitatem ſuam, de quibus vide 2. Chron. 33. 11. 19 *Jotba*] fortaſſis illa Jotba in finibus Moabitarum, de qua Num. 33. 33. & Deut. 10. 7. 25 *Chronicorum*] ut 2. Reg. 11. 41.

CAPUT XXII.

Joſchija Domus Dei inſtaurationem urgente, ſummus ſacerdos librum legis authenticū nactus ad regem mittit: cujus lectione perculſus Deum conſulit: a quo ſententiam de regni excidio accipit: etſi executio ejus propter abjectionem regis, poſt mortem illius rejicitur.

1 NATUS

1 NAtus octo annos Joschija cùm regnare inciperet, uno & triginta annis regnavit Jeruschalaimis: cujus matri nomen Jedida filia Hhadajæ ″ Botzkatæa.

2 Qui fecit quod rectum *videtur* in oculis Jehovæ: ambulans omnino in via Davidis patris sui, neque recedens dextrorsum aut sinistrorsum. 2. Chro. 34.

3 Fuit autem anno decimooctavo″ regis Joschiję: ut mitteret rex Schaphanem filium Atzaljæ filii Meschullami scribam, in domum Jehovæ, dicens:

4 Ascende ad Chilkijam sacerdotem summum, ut absolvat *aptare* pecuniam inferendam in domum Jehovæ: quam collegerunt″ custodes liminis ejus, a populo:

5 Et tradant eam in manum curatorum operis, qui præfecti sunt in domo Jehovæ: ut tradant eam opificibus qui *sunt* in domo Jehovæ, ad curandum labem domus.

6 Fabris & structoribus & cæmentariis: item ad comparandum ligna, & lapides cæduos, ad curandum domum.

7 Verumtamen non subducebatur″ cum illis ratio pecuniæ traditę in manum illorum: nam fide illi agebant.

8 ″Tum dixit Chilkija sacerdos summus ad Schaphanē scribā: ″librum legis inveni in domo Jehovæ: tradiditq; Chilkija librū ipsum Schaphani, qui legit illum.

9 Cumq; veniēs Schaphan scriba ad regē, retulisset regi rē: ac dixisset, cōflaverunt servi tui pecuniā illā quæ inventa fuit in domo, & tradiderūt eam in manum curatorum operis, qui præfecti sunt in domo Jehovæ:

10 Indicavit Schaphan scriba regi dicendo: librum tradidit mihi Chilkija sacerdos: legitque eum Schaphan coram rege.

11 Fuit autē cū audiret rex verba libri legis: ut laceraret vestimēta sua.

12 Et præciperet rex Chilkijæ sacerdoti, & Achikamo filio Schaphanis, & [a] Hhacbori filio Micajæ, & Schaphani scribæ, ac Hhasajæ servo regis, dicendo: [a] qui Hhabdon filius Micæ 2. Chron. 34.

13 Ite, consulite Jehovam pro me & pro populo, nempe pro toto Jehuda, super verbis libri hujus qui inventus est: nam magnus æstus *est* irę Jehovæ, quæ accensa est in nos: eo quòd nō auscultarunt patres nostri verbis legis hujus, ut facerent omnino pro ut præscriptum est nobis.

14 Itaq; abiit Chilkija sacerdos, & Achikam & Hhacbor & Schaphan, & Hhasaja ad Chuldam prophetissam uxorem Schallumi filii [b] Tikvę filii Charchasi vestiarii: ea enim habitabat Jeruschalaimis in parte″ secunda ab eo: & allocuti sunt eam. [b] qui & Tokhat filius Chasræ: ibidem.

15 Ad quos dixit, sic ait Jehova Deus Jisraëlis: dicite viro qui misit vos ad me:

16 Sic ait Jehova, ecce inducturus sum malum contra locum hunc, & contra habitatores ejus: omnia verba istius libri, quem legit rex Jehudæ:

17 Propterea quòd dereliquerunt me, & adoleverunt diis alienis, ut irritarent me omni opere manuum ſuarum: ideò accenſa manebit æſtuans ira mea in locum hunc, & non extinguetur.

18 De rege verò Jehudę, qui miſit vos ad conſulendum Jehovã, ſic dicitote ad eum: ſic ait Jehova Deus Jiſraëlis: *tu* qui audiviſti verba iſta,

[c] *Hebr.* cor. 19 Quia mollitus eſt [c] animus tuus, & demiſiſti te a facie Jehovæ, cùm audiviſſes ea quę locutus ſum contra locum hunc, & contra habitatores ejus, fore in deſolationem & in maledictionem: & laceràns veſtimenta tua fleviſti coram me: ideò etiam ego exaudivi dictum Jehovæ.

20 Propterea ecce ego faciã ut aggregeris ad patres tuos, & aggregeris ad ſepulchra tua" in pace: ut non videãt oculi tui totũ iſtud malum quod ego inducturus ſum contra locum hunc: qui retulerunt regi rem.

ANNOTATIO.

1 *Botzkatæa*] Botzka oppidũ Jehudæ, Jehoſ. 15. 39. 3 *Regis*] id eſt, regni ejus: vide omnia copioſius, 2. Chron. 34. 4 *Abſolvat &c.*] id eſt, res oblatas aut argentum infectum pecunia commutare, ut accommodatè ad vſum ſuum ſtatim poſſit: confer cum 12. cap. ſuprà. *Cuſtodes liminis*] Levitici ordinis, ibidem ℣. 10. 7 *Cœmebant*] curatoribus operis Levitis, ut oſtenditur 2. Chro. 34. 12. 8 *Tum dixit*] cùm executioni mandaſſet quod ex lege peraverat. *Librum legis*] authenticum Moſchis autographum, juſſu Dei in ſacrario repoſitum, Deut. 31. 24. & ſequentib. 14 *Secunda ab eo*] i. in parte civitatis, regiæ proxima: ſic redditur ratio, cur ad hanc potius quam ad alios rex hos miſerit. 20 *In pace*] id eſt, incolumi regno & nondum effuſa ira, quam interminatus fuit: nam alioquin Joſchija telo extinctus eſt infrà 23. 9. & 2. Chronic. 35. 23.

CAPUT XXIII.

Joſchija cum toto populo fœdus cum Deo renovat: Templum & regnũ ab idololatria reparat: idololatriæ autores caſtigat: prædicta Jarobhhamo Jiſraëlitarum regi primo, complet: Dei cultum fideliſſimè reſtituit: tandem in bello contra AEgyptium temerè ſuſcepto occiditur: cui Joachaz filius improbus ſuccedens ab eodem AEgyptio vinctus abducitur, Jehojakimo fratre ejus ſubſtituto, & tributario facto.

1 CùM itaque miſiſſet rex, qui congregarent ad ſe omnes ſeniores Jehudæ & Jeruſchalaimorum:

2 Aſcendit rex in domum Jehovæ & omnes viri Jehudæ, omnesque habitatores Jeruſchalaimorum cum eo: cùm ſacerdotes, tum prophetæ ac totus populus a minimo uſque ad maximum: & legit [a] ipſis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inventus fuerat in domo Jehovæ.

[a] *Heb.* in auribus eorũ.

3 Deinde ſtans rex ad" columnã ſuam pepigit fœdus corã Jehova, ſeſecuturos Jehovã, & obſervaturos præcepta ejus & teſtimonia ejus ac ſtatuta ejus ex toto corde & ex toto animo: præſtando Verba fœderis illius, quæ ſcripta ſunt in libro illo: cui" adſiſtebat totus populus in ipſo fœdere.

4 Tunc præcepit rex Chilkijæ ſacerdoti ſummo & ſacerdotibus ſecundanis ac cuſtodibus liminis: ut efferrent e templo Jehovæ omnia inſtrumenta quæ parata fuerant Bahhali & luco, totique exercitui cœlorum: quę combuſſit extra Jeruſchalaima, in agris Kidronis, quorum pulverem deportari curavit" Beth-Elem.

5 Præterea abolevit" atratos, quos conſtituerant reges Jehudæ: ut eorum quiſq; adoleret in excelſis per civitates Jehudæ, & ambitũ Jeruſchalaimo-

laimorum: similiter eos qui adolebant Bahhali, Soli & Lunæ ac[b] planetis, denique toti exercitui cœlorum.

6 Exportavit etiã ″lucũ e domo Jehovę extra Jeruschalaima ad torrentem Kidronem, quẽ comburens ad torrentem Kidronem comminuit in pulverẽ: & projecit pulverem ejus super sepulchrum ″illorũ popularium.

7 Et destruxit ‘lupanaria quæ *erant* in domo Jehovæ: ubi mulieres texebant ædiculas ad lucum.

8 Insuper adductis omnibus sacerdotibus ″e civitatibus Jehudæ, polluit excelsa ubi adoleverãt sacerdotes isti a ″Gebahho ″Beerschebahhum usque: & destruxit etiam excelsa portarum, ″ *etiam* quod erat ad ostium portæ Jehoschuhhæ prępecti urbis, quod erat ad sinistram cujusq; *intrantis* portam civitatis.

9 Verumtamen ″nõ offerunt ″sacerdotes illi excelsorum in altari Jehovæ Jeruschalaimis: ″sed comedunt azymos panes inter fratres suos.

10 ″Polluit etiam Tophethum quod est in ″valle filii Hinnomi: ne traduceret quisquam filium suum aut filiam suam per ignem Moleco.

11 ″Abolevit quoque equos illos quos posuerant reges Jehudæ Soli ab ingressu in domum Jehovæ, in[d] domum Nethan-Meleci aulici, quæ *erat* in ipsis ″suburbiis: ″currus autem Solis combussit igni.

12 Et altaria quæ *erant* ″super tectũ cœnaculi Achazi quæ fecerant reges Jehudæ: etiam altaria quæ fecerat Menasche in duobus atriis domus Jehovæ destruxit rex: quibus abruptis inde, projecit pulverem eorum in torrentem Kidronem.

13 Item excelsa quæ *erant* in conspectu Jeruschalaimorum, quæ *erant* ″ad dexteram ″montis corrumpentis, quæ ædificaverat Schelomo rex Jisraëlis, Hhaschtorethæ abominationi Tzidoniorum, & Cemoschorum abominationi Moabitarum, & Milcomo abominationi Hhammonitarum: polluit rex.

14 Et confractis statuis ac succîsis lucis earum; implevit loca earũ ossibus hominum.

15 Quin-etiam altare illud quod *erat* Beth-Ele, excelsum illud quod fecerat Jarobhham filius Nebati quo ad peccandum induxit Jisraëlem, etiam altare illud, & excelsum illud destruxit: & comburens excelsum comminuit in pulverem, & combussit lucum,

16 Cùm aspiciens Joschija, vidisset sepulchra illa quę ibi erant in monte, & mittens accepisset ossa ex ipsis sepulchris, & comburens in illo altari polluisset ipsum: secundum verbum Jehovæ quod proclamaverat vir ille Dei, qui prædixerat res istas.

17 Dicente autem, quid sibi vult monumentum hoc quod ego video? dixerunt ad eum homines illius civitatis: hoc sepulchrum *est* illius viri Dei qui veniens e Jehuda prædixerat res istas, quas fecisti contra hoc altari Beth-Ele.

18 Qui dixit, sinite illud: ne quis commoveto ossa ejus: sic eripuerunt

[b] vel, signis cœlestibus.

[c] *Hebr.* domos meritoriorum.

[d] *Heb.* cubiculum: synecdoche.

Sup. 21. 5.

1. Reg. 11.

1. Reg. 12.

Ibidẽ 13. 21

ossa ejus, cum ossibus illius prophetæ, ᵇ qui venerat e Schomrone.
19 Atq; adeò omnes domos excelsorũ, quæ *erant* in civitatibus Schomronis, quas fecerant reges Jisraëlis irritando *Jehovam* amovit Joschija: ac fecit illis secundum omnia facta quæ fecerat Beth-Ele.
20 Et mactavit ᵇ omnes sacerdotes excelsorũ, qui *erant* ibi, super ipsa altaria, combussitq; ossa hominũ in eis: deinde reversus est Jeruschalaima.
21 Tum præcepit rex toti populo dicendo: celebrate Paschа Jehovæ Deo vestro: prout scriptum est in libro fœderis hujus.
22 Quanvis non celebratum fuerit simile Paschati huic a diebus judicum qui judicarunt Jisraëlem: & ullis diebus regum Jisraëlis aut regum Jehudæ,
23 Ut decimooctavo anno regis Joschijæ celebratum est Paschа istud Jehovæ Jeruschalaimis.
24 Atq; etiam pythones, & ariolos & imagines ac stercoreos deos, & omnes abominationes quæ conspiciebantur in terra Jehudę & Jeruschalaimis sustulisset Joschija: ut præstaret verba legis scripta in libro quem invenerat Chilkija sacerdos in domo Jehovæ:
25 Et similis ei non fuisset ante ipsum rex, qui reverteretur ad Jehovam ex toto corde suo, & ex toto animo suo, totisq; viribus suis, omnino secundum legem Moschis: nec post eum extiterit similis ei:
26 Attamen non est reversus Jehova a furore iræ suæ maximo, quo accensa erat ira ejus in Jehudam: propter omnia irritamenta quibus irritaverat eum Menasche.
27 Sed dixit Jehova: etiam Jehudam amovebo a facie mea, quemadmodum amovi Jisraëlem: & spernã civitatem hanc quam elegeram, Jeruschalaima: etiam domum hanc de qua dixeram: erit nomen meũ ibi.
28 Reliquæ autem res Joschijæ & omnia quæ fecit: nónne sunt scripta in libro Chronicorum regum Jehudæ?
29 Diebus ejus ascendebat Parhho Neco rex Ægypti contra regẽ Assyriæ ad flumen Euphratis: cumque processisset rex Joschija ᵇ obviam illi, morte affecit eum ᵇ Megiddunte, cùm vidisset ipsum.
30 Quem mortuum imponentes currui servi ejus Megiddunte abduxerunt eum Jeruschalaima, & sepeliverunt eum in sepulchro ipsius: ᵃ accipiensque populus terræ ᶜ Jehoachazum filium Joschijæ, ᵇ unxerunt eum, constituentes eum regem loco patris sui.
31 Natus viginti tres annos Jehoachaz cùm regnare inciperet tribus mensibus regnavit Jeruschalaimis: cujus matri nomen Chamutal filia Jirmejæ e Libna.
32 Qui fecit quod malum videtur in oculis Jehovę: omnino prout fecerant majores ejus.
33 Quem ᵇ vinciri jussit Parhho-Neco ᵇ Riblæ in regione Chamatæ ne regnaret Jeruschalaimis: & imposuit mulctam regioni ejus ᵇ centenũm talentorum argenti, & talenti auri.
34 Et

ᵃ qui & Jochanan, 1. Chron. 3. 15 & Schallũ, Jirmejæ 22. 11.

Caput XXIIII.

34 Et regem constituit Parhho Neco Eljakimum filium Joschijæ pro Joschija patre ejus, immutans nomen ejus in Jehojakimum: Jehoachazo verò assumpto abiit in Ægyptum: ubi mortuus est.

35 Deinde illud argentum & aurum dabat Jehojakim Parhhoni: sed taxabat habitatores terræ, ut daret pecuniã illam [f] ex præstituto Parhho nis: ab unoquoque pro æstimatione sua exigebat argentum illud & aurum: a populo *inquam* terræ, ut daret Parhhoni Neconi.

f Heb. secundum os.

ANNOTATIO.

3 *Columnam suam*] vide suprà 11.14. *Adsistebat*] præsentia videlicet & opere, ut sequentia docent. 4 *Beth-Elem*] ut comportatis undique sordibus locum illum quem Jisraëlitæ sacrum habuerant, religione spoliaret: parebat enim Beth-el regno Jehudæ inde a temporibus Abijæ, 2. Chron. 13.19. 5 *Atratos*].i. sacrificulos pullis vestibus indutos, ex superstitioso ritu. 6 *Lucum*] a Menasche constitutum, sup. 21.7. *Illorum popularium*] videlicet idololatrarum: in detestationem idololatriæ cui adhæserant, & contaminationem sepulchrorum in exemplum vivis. 7 *AEdiculas*].i. sacella textilia. 8 *E civitatibus*].i. ex excelsis quæ in singulis civitatibus erant, ut ab idololatria desisterent & Deum colerent. *A Gebahho*] qui tunc temporis erat terminus regni Judaici septentrionalis in Binjamine: vide 1. Reg. 15.22. *Beerschebahhum*] terminus meridianus, Judic. 20.1. *Etiam quod*] quã fine discrimine privata & publica, potentum & tenuium idola abstulit. 9 *Non offerunt*].i. abdicati sunt ipsi, & tota ipsorum posteritas a sacro ministerio: vide Jechezkel 44.10. & sequentibus. *Illi sacerdotes*] qui e genere Aharonis sunt: sed peregrino cultu se contaminaverunt. *Sed comedunt*].i. sunt eodem jure post resipiscentiam, quo qui corporis vitio laborabant, Levitici 21.17. & sequentibus. summa est, Joschijam leniore judicio erga sacerdotes usum esse, tum ut generi Levitico parceret, in quo Deus frequentia & manifesta suæ misericordiæ signa edidit: ut in Aharonis persona Deut. 9.20: posteris Korachi, Num. 26.11: & Ebjathare, 1. Reg. 2.26: tum ut nihil gravius in resipiscentes ex publica corruptione statueret. 10 *Polluit*].i. religione idololatriæ exuit: catachresis, sic dicitur. *Cornua altaris*].i. ipsi dicatos. 12 *Super tectum*] ex ritu colentium exercitum cœlorum, Jirmeję 19.13. & Tzephanję 1.5. 13 *In Valle*] vide Jehosch. 15.8. 11 *Abolevit*].i. interfici jussit. *Suburbiis*] civitatis Davidis. 13 *Ad dexteram*].i. meridiem versus. *Montis corrumpentis*].i. olivarum, qui a fructu mons Mischchæ. i. unctionis dicebatur: hic verò per antonomasiam mons Maschchith. i. corrumpentis propter idololatriam vocatus, ut apud Hoschehham Beth-Aven pro Beth-El. 4.15. 18 *Qui genera*t] & se cum eo sepeliri jusserat, 1. Reg. 13. 32. 20 *Omnes sacerdotes*] non divinitus vocatos: sed ex institutione Jarobhhami factos, 1. Reg. 12.31. 22 *A diebus judicum*] sed illis non annumeratis: ideò in 2. Chronicis 35.18. Schemuel tantùm qui eorum ultimus fuit nominatur: q.d. a constituto regno nullus fuit qui tanta sedulitate populum, sacerdotes, & se ipsum præparaverit ad celebrandum Pascha, impuritatem omnem amovendo, & fœdus Dei renovãdo, denique Ecclesiæ disciplinam severissimè exigendo. 29 *Obviam illi*] ut depelleret eum. *Megiddunte*] in tribu Menaschis Judic. 1.27. *Cùm vidisset ipsum*] vide suprà 14.8. 30 *Accipiensq; populus*] ne rex Ægypti regnum rege vacuum occuparet. *Unxerunt eum*] ut hoc signo declararent regnum armis Ægyptiorum turbatum, tanquam de integro se huic tradere contra vim hostis defendendum: alioquin unctione opus non erat, cùm esset legitimus successor. 33 *Vinciri jussit*] tanti sperdum reverteretur ab expeditione in Carcemischum 2. Chron. 35.20. & Jir. 46.2. *Ribla*] Apamię, ut paraphrastes Jerosolymitanus docet in Num. 34.11. *Centenûm talentorum*] quasi centenûm denûm millium dalerorum in summa. 34 *Mortuus est*] ex vaticinio Jirmejæ 22.11. & 11.

CAPUT XXIIII.

Jehojakimo perseverãte in peccatis: Babylonius a Deo immittitur, qui eum sibi tributarium reddit: & deinde rebellantem perdit. Cui mortuo Jehojacin filius succedens æquè pravus, ad deditionem a Babylonio cogitur: qui ipsum cum pretiosissimis spoliis, & captivorum numero in Babyloniam abducit: Tzidkija rege suffecto.

1 NAtus vigintiquinque annos Jehojakim "cùm regnare
2 inciperet," undecim annis regnavit Jeruschalaimis: cujus matri nomen Zebudda filia Pedajæ e Ruma.

3 Cùm autem faceret quod malum *videtur* in oculis Jehovæ: omnino prout fecerant majores ipsius:
"Diebus ejus" ascendit Nebucadnetzar rex Babylo-
niæ: cui cùm fuisset Jehojakim servus" tribus annis, posteà aversus rebel-
lavit contra eum.

4 Quam ob rem immisit Jehova contra eum" turmas Chaldęorum, &
turmas Syrorum, turmasq; Moabitarum, ac turmas Hhammonitarum:

immisit inquam, eas contra Jehudam ad perdendum eum: secundum verbum Jehovæ quod locutus fuerat per servos suos prophetas.

5 Enimvero [a] ex præstituto Jehovæ *id* fiebat contra Jehudam, ut amoveret *eum* a facie sua: [b] propter peccata similia omnino iis quæ fecerat Menasche.

6 Nam etiam sanguinem innoxium effundebat, adeò ut impleret Jeruschalaima sanguine innoxio: ideò noluit Jehova condonare.

7 Reliquæ autem res Jehojakimi & omnia quæ fecit: nónne sunt scripta in libro Chronicorum regum Jehudæ?

8 Tandem occumbente Jehojakimo cum patribus suis: regnavit [c] Jehojacin filius ejus pro eo.

9 Posteà non perrexit ultrà rex Ægypti procedere e regione sua: cùm cepisset rex Babyloniæ a flumine Ægypti, usque ad fluvium Euphratis quicquid fuerat regis Ægypti.

10 Natus octodecim annos Jehojacin cùm regnaret, tribus mensibus regnarat Jeruschalaimis (cujus matri nomen Nechuschta filia Elnathanis e Jeruschalaimis.)

11 Et fecerat quod malum *videtur* in oculis Jehovæ: omnino prout fecerat pater ejus:

12 Quo tempore ascenderunt servi Nebucadnetzari regis Babyloniæ Jeruschalaima: ut veniret civitas in obsidionem.

13 Cumque venisset Nebucadnetzar rex Babyloniæ ad ipsam civitatem: servis ejus obsidentibus eam:

14 Prodiit Jehojacin rex Jehudæ ad regem Babylonię, ipse cum matre sua, servi quoque ejus & præfecti ejus cũ aulicis ejus: quem cepit rex Babylonię anno octavo regni sui.

15 Et depromptis inde omnibus thesauris domus Jehovę, & thesauris domus regis: [d] decerpsit omnia instrumenta aurea quę fecerat Schelomo rex Jisraëlis pro templo Jehovę: quemadmodum prędixerat Jehova.

16 Et deportavit rex e totis Jeruschalaimis cùm omnes prefectos, tum omnes valentes robore, decies mille captivos, omnesq; fabros lignarios & fabros ferrarios: nihil relictum est pręter tenuem populum terræ.

17 Deportavit enim Jehojacinem in Babylonem: & matrem regis & fœminas regis, & aulicos ejus, & potentiores regionis: [e] relegavit Jeruschalaimis in Babyloniam:

18 Omnes quoque viros strenuos septies mille, & fabros lignarios ac ferrarios mille: omnes robustos bellatores: deduxit rex Babyloniæ captivos in Babyloniam.

19 Constituitque rex Babyloniæ Mathanjam patruum illius regem loco illius: cujus nomen immutavit in Tzidkijam.

[a] *Heb.* secũdum os.
[b] *Hebr.* propter peccata Menaschis similia omnib. quę fecit: trajectio: ut Gen. 5. 29. & Judicum 18. 31.
[c] qui & Jeconja 1. Chrō. 3. 15. & Conaja Jirm. 22. 28
[d] *Heb.* truncavit.
[e] *Heb.* duxit captivitate.

ANNOTATIO.

1 *Regnare inciperet*] subaudi solus post fratris captivi mortem: nam dum captivus viveret, putabatur ad eum jus regni pertinere: ideò hic ejus veluti pro-rex erat: licet Jirmeja 22. 11. de illo planè prophetasset fore ut in regnū non reverteretur. *Undecim annis*] cùm pro-rex, tum rex post fratris mortem. 3 *Diebus ejus*] i. post annum quartum

Caput XXV.

quarum regni ejus: nam is fuit Nebucadnetzari primus, Jirmejæ 25.1. *Ascendit*] postquã fudisset Ægyptium, Jir.46.2. *Tribus*] nimirum quinto, sexto & septimo regni sui. 4 *Turmas &c.*] id est, castra Nebucadnetzari conflantia his gentibus. *Per suos prophetas*] per Moschen Deut.31. & 32: per alios sup. 21.10: per Chuldã sup. 22.15: & per Jirmejam cap.14.& 15.cum sequentibus. 5 *Quæ fecerat*] sup.21.15.vide Jir.22.17. 9 *Non perrexit*] usque ad ultimos annos Tzidkijæ, cùm obsiderentur Jeruschalaima a Chaldæis, Jir.37.5. 10 *Tribus mensis*] & decem diebus: synecdoche, 2.Chron.36.9. 15 *Prædixerat Jehova*] sup.20.17. 16 *E totis Jeruschalaim*] i.e toto regno: synecdoche. *Decies mille*] in quorum numero erant e tribu Jehuda ter mille viginti tres, Jir.52.28. Est autem prolepsis, quæ duobus sequentibus versibus speciatim explicatur. 17 *Potentiores regionis*] quorum omnium numerus erat bis millium. 19 *Patruum illius*] vide 1.Chron.3.14.& 15.

Caput XXV.

Tzidkija improbo contra Babylonium rebellante, Jeruschalaima a Chaldæis obsidentur, occupantur, & rex fugiens intercipitur: cujus filii eo præsente jugulantur: ipse verò excæcatus & vinctus in Babyloniam abducitur. Templum, regia & omnia magnifica ædificia igne absumuntur, mœnia urbis dejiciuntur, populi pars abducitur: pars tenuior ad colendum terram Gedaljæ committitur: thesauri & res pretiosæ sacræ auferuntur: primores occiduntur: reliquiæ occiso Gedalja Ægyptum petunt. Tandem Jehojacin anno 37. captivitatis suæ a successore Nebucadnetzari ad regiam dignitatem in aula ejus evehitur.

1 NAtus unum & viginti annos Tzidkija cùm regnare incipe- Jirmejæ 52.
ret, undecim annis regnavit Jeruschalaimis: cujus matri no-
2 men Chamutal filia Jirmejæ e Libna.
Qui fecit quod malum *videtur* in oculis Jehovæ: omni-
no prout fecerat Jehojakim.
3 Cumq; secundũ iram Jehovę fieret Jeruschalaimis, & in Jehuda: adeò
ut abjiceret eos a facie sua: & rebellaret Tzidkija cõtra regẽ Babyloniæ:
4 Fuit anno nono regni illius, mense decimo, die decimo mẽsis: ut ad-
veniens Nebucadnetzar rex Babylonię, ipse cũ omnibus copiis suis con-
tra Jeruschalaima, castra facerent juxta ea: extruentes contra ea propu-
gnacula circumquaque.
5 Sic venit civitas in obsidionem: usque ad undecimum annum regis
Tzidkijæ.
6 Cujus nono *die*[a] *quarti* mẽsis, cùm invaluisset fames in civitate: adeò [a] Eclipsis q̃
ut non esset panis populo regionis: suppletur
7 Et perrupta esset civitas, omnibus bellatoribus *abeuntibus* nocte illa, ex Jirmejæ
viâ portę inter duplicẽ murũ, quæ *erat* juxta hortũ regis: Chaldęis cõtra 52.6.
obsidentibus civitatem circumquaq;: abiit etiam *rex* viâ campestrium.
8 Sed persecutę copię Chaldæorũ regem, assecutę sunt eum in campe-
stribus Jerichuntis: cùm omnes copiæ ejus dispersæ essent ab eo.
9 Et prehendentes regem deduxerunt eum ad regem Babyloniæ Ri-
blam: ubi[b] tulerunt de eo sententiam. [b] *Heb.* locuti sunt cum eo judiciũ.
10 Ex qua filios Tzidkiję jugularũt ante oculos ej⁹: deinde oculos Tzid-
kijæ excæcavit, & vinctũ numellis chalibæis deduxerũt in Babyloniam.
11 Deinde mẽse quinto septimo *die* mensis, ipso decimonono anno re-
gis Nebucadnetzari regis Babyloniæ: ingressus Nebuzar-Adan præfe-
ctus satellitum servus regis Babyloniæ Jeruschalaima:
12 Combussit domum Jehovæ & domum regis: etiam omnes domos
Jeruschalaimorum: id est omnes domos magnatum combussit igne.
13 Et muros Jeruschalaimorum circumquaque: destruxerunt omnes
copiæ Chaldæorum, quæ *erant* cum præfecto satellitum.

14 Reliquum autem populum, eos qui relicti fuerãt in civitate, & defectores qui defecerant ad regem Babyloniæ, & reliquum vulgi: deportavit Nebuzar-Adan præfectus ſatellitum.

15 Tantùm e tenui *populo* terræ reliquos fecit præfectus ſatellitum: ut eſſent [c] vinitorès & agricolæ.

[c] *Heb.* in vinitores.

16 Præterea columnas æreas quæ *erant* in domo Jehovæ, & baſes, & lacum æreum qui *erat* in domo Jehovæ, fregerunt Chaldæi: deferentes æs eorum in Babyloniam.

17 [d] Item ollas & hamas & inſtrumẽta muſica, & acerras, & omnia inſtrumenta ærea quibus miniſtraverant, acceperunt.

[d] *Hebr.* quæ auri auri, & q̃ argẽti argenti.

18 Item trullas & crateras, [d] quæcunq; aurea & quæcunque argentea: accepit præfectus ſatellitum:

19 Columnas duas, lacum unum, & baſes quas fecerat Schelomo pro domo Jehovæ: non fuit pondus æri omnium vaſorum iſtorum.

20 Octodecim cubitorum erat altitudo columnę unius: cui impoſita *erat* [e] corona ærea: & altitudo ipſius coronæ *erat* trium cubitorum, & encarpus ac malogranata ad coronam circumquaque, omnia ex ære: & his ſimilia erant columnæ alteri cum encarpo.

21 Item cepit præfectus ſatellitum [f] Serajam ſacerdotem primarium, & Tzephanjam ſacerdotem ſecundanum: ac tres cuſtodes liminis.

22 E civitate verò cepit aulicũ unum qui erat præfectus bellatoribus: & quinq; homines ex [c] intimis regis, qui inventi ſunt in civitate, & ſcribã primarium exercitus, qui exercitum conſcribebat e populo terræ: ac ſexaginta viros e populo terræ qui inventi ſunt in civitate.

[e] *Heb.* videtibus faciẽ regis, id eſt ordinariis miniſtris regis: ſic Eſther 1.14.

23 Hos captos Nebuzar-Adan præfectus ſatellitum deduxit ad regem Babyloniæ Riblam.

24 Quos percutiens rex Babyloniæ, morte affecit Riblę in terra Chamathæ: ſic migravit Jehuda e terra ſua.

25 Populo autem illi qui relictus fuerat in terra Jehudę, quem reliquerat Nebucadnetzar rex Babyloniæ: illis præfecit Gedaljam filium Achikami filii Schaphanis.

Jirmeję 40. 7.

26 Cumque audiviſſent omnes [f] præfecti copiarum ipſi & homines ipſorum, regem Babyloniæ præfeciſſe Gedaljam, venerunt ad Gedaljam Mitzpam: nempe Jiſchmahhel filius Netanję, & Jochanan filius Kareachi & Feraja filius Tanchumethi Netophathitę, & [f] Joazanja filius Mahhachathitę ipſi cum hominibus ſuis.

[f] qui & Jezanja, Jirmejæ 40.8

27 Quibus jurans Gedalja & hominibus eorum, dixit eis: ne timere [g] ut ſitis ſervi Chaldęorum: reſidete in hac terra, & ſervite regi Babyloniorum: ſic benè erit vobis.

[g] *Heb.* ab eſſe ſervos Chaldæorũ: ſic interpretãdum ex Jirmeja. Jirmejæ 41.

28 Fuit verò mẽſe ſeptimo, ut accedẽs Jiſchmahhel filius Netanję, filii Eliſchamahhi e ſemine [h] regio, & decẽ homines cũ eo, percuterẽt Gedaljã ita ut moreretur: unà cum Jehudęis & Chaldęis qui *erant* cũ eo Mitzpę.

[h] *Heb.* regni

29 Tum ſurgẽtes totus populus a minimo uſque ad maximum, etiam præfe-

præfecti copiarum, abiverunt in Ægyptum: metuebant enim a[i] Chaldæis.

[i] *Hebr.* a facie Chaldęorũ: Jer. 43.

30 Posteà fuit trigesimoseptimo anno a deportatione Jehojacinis regis Jehudæ, duodecimo mense, [h] vigesimoseptimo die mensis: ut efferret Evil-Merodach rex Babyloniæ, quo anno regnare cœpit, caput Jehojacinis regis Jehudæ, e carcere.

31 Cum quo locutus est bonis *verbis*: & posuit soliũ ejus supra solium reliquorum regum qui *erant* secum in Babylonia.

32 Et mutatis vestimentis carceris sui: comedebat cibũ jugiter coram illo: omnibus diebus vitæ suæ.

33 Nam cibarium ejus, cibarium juge dispositum fuit ei a rege, [k] de mensum diei cujusque in diem quemque: omnibus diebus vitæ ejus.

[k] *Hebr.* rem diei die suo: ut Exodi 16 5.

ANNOTATIO.

1 *Natus &c.*] res ipsa docet hunc & duos sequentes versus cum sequentibus conjungendos esse. 2 *Jehojakim*] frater ejus ex utroque parente. 3 *Regem Babyloniæ*] a quo rex fuerat institutus sup. 24.19. 7 *Perrupta*] ab obsidentibus, portam medianam occupantibus Jirm. 39.3. *Omnibus bellatoribus*] Tzidkijæ. *Portæ inter duplicem murum*] id est, pseudothyron. 9 *Riblam*] vide sup. 23.33. 17 *Item ollas*] vide 1. Reg. 6. & 7. 20 *Coronatrium*] vide 1. Reg. 7. 16. 21 *Serajam*] de quo 1. Chron. 6. 14. 26 *Præfecti copiarum*] Tzidkijæ, patrem per agros, qui dispersi fuerant suprà ℣. 7. *Netophathitæ*] id est, filii Hhephain Jirmejæ 40. 8. 30 *Evil-Merodach*] successor Nebucadnetzari. *Vigesimoseptimo*] consilio jam ante inito & rebus comparatis inde a die vigesimo quinto ejusdem mensis, de quo Jirmejæ 52. 31. etsi hoc demum die plenè effectum est.

CHRONICORUM
LIBER PRIOR.

PRIORE *libro Chronicorum percurrit Hhezra ortũ & propagationem gentis Jisraëliticæ usq; ad reditũ a captivitate Babylonica: Deinde ab historia Davidis regnũ redorsus constitutionem Reipub. & ecclesiæ ab eo factam accuratissimè describit, usq; ad regnum Schelomonis, id est, annum ab orbe condito 2985.*

Genesis Chronicum est	2368.
Exodi	142.
Reliquorum Moschis	39.
Jehoschuhhæ	17.
Judicum	299.
1. Schemuelis	80.
2. Schemuelis	40.
Summa	2985.

CAPUT I.

Majores Noachi inde ab Adamo: & posteri ejus usque ad Abrahamum: Abrahami quoque posteri usque ad Jahhakobum copiosius propter historiam sacram recensentur: Et reges ac duces nominatim commemorantur, qui Edomæorum agro præfuerunt, usque ad Moschũ tempora.

Gen. 5. 1 ADAM, Scheth, Enosch,
2 Kenan, Mehalaleel, Jered,
3 Chanoc, Methuschelach, Lemec,
4 Noach, Schem, Cham, & Jepheth.
Gen. 10. 5 Filii Jephethi, Gomer, & Magog, & Madai, & Javan & Tubal, & Meschec, & Tiras.
6 Filii autem Gomeri: Aschcenaz & Diphath & Togarma.
7 Filii verò Javanis, Elischa, & Tarschischa: Cittim, & Rodanim.
8 Filii Chami: Cusch & Mitzrhajim, Put, & Cenahhan.
9 Et filii Cuschi, Seba, & Chavila, & Sabta, & Rahhema, & Sabteca: filii verò Rahhemæ, Scheba & Dedan.
10 Præterea Cusch genuit Nimrodum: is cœpit esse potens in terra.
11 Mitzrajim autem genuit Ludæos, & Hhanamæos, & Lehabæos, & Naphtuchæos:
12 Pattrusæos quoque & Casluchæos, & unde egressi sunt Pelischtæi, Caphtoræos.
13 Cenahhan verò genuit Tzidonẽ primogenitum suũ, & Chethum,
14 Jebu-

14 Jebuſæum quoque, & Emoræum, & Girgaſchæum,
15 Et Chivvæum, & Hharkæum, & Sinæum,
16 Et Arvadæum, & Tzemaræum, & Chamathæum,
17 Filii Schemi, Hhelam, & Aſchur, & Arpacſchad, & Lud, & Aram: huius *filii*, Hhutz, & Chul, & Gether, & Meſchec.
18 At Arpacſchad genuit Schelachũ: Schelach verò genuit Hheberũ:
19 Hhebero autem editi ſunt duo filii: quorũ unius nomen Peleg: quia temporibus ejus diviſa fuit terra: nomen verò fratris ejus Joktan.
20 Qui Joktan genuit Almodadum, & Schelephum, & Chatzar-mavethum, & Jerachum,
21 Et Hadoranium, & Uzalem, & Diklam,
22 Et Hhebalem, & Abimaëlem, & Schebam,
23 Et Ophirem, & Chavilam, & Jobabum: hi oẽs fuerunt filii Joktanis.
24 SCHEM, Arpacſchad, Schelach, Gen.11.10.
25 Hheber, Peleg, Rehhu,
26 Serug, Nachor, Terach,
27 Abram, is *eſt* Abraham.
28 FILII Abrahami, Jitzchak, & Jiſchmahhel.
29 Hæ *ſunt* generationes eorum: primogenitus Jiſchmahhelis Nebajoth, deinde Kedar, & Adbeel, & Mibſam, Gen.25.12.
30 Miſchmahh, & Duma, Maſſa, Chadad, & Thema,
31 Jetur, Naphiſch, & Kedma: hi *ſunt* filii Jiſchmahhelis.
32 Filii autem Keturæ concubinæ uxoris Abrahami: ea peperit Zimranem, & Jokſchanem, & Medanem, & Midjanẽ, & Iiſchbakũ, & Schuachum: filii autem Iokſchanis, Scheba & Dedan. Gen.25.2.
33 Filii verò Midjanis, Hhepha, & Hhepher, & Chanoc, & Abidahh, & Eldahha: omnes hi *fuerunt* filii Keturæ.
34 Genuit ergo Abraham Iitzchakum: filii verò Iitzchaki, Hheſav, & Iiſraël. Gen.25.21.
35 Filii Hheſavi: Eliphaz, Rehhuel, & Iehhuſch, & Iahhlã, & Korach. Gen.36.10.
36 Filii Eliphazi: Teman, & Omar, Tzephi & Gahhtã, Kenaz, & Thimhhanæ *filius* nempe Hhamalek.
37 Filii Rehhuelis: Nachath, Zerach, Schamma, & Mizza.
38 Filii autem Sehhiris, Lotan, & Schobal, & Tzibhhon, & Hhana: & Diſchon, & Etzer, & Diſchan.
39 Filii autẽ Lotanis, Chori & Homam: ſoror verò Lotanis, Timnahh:
40 Filii Schobalis, Hhaljan & Manachath, & Hhebal, Schephi, & Onam: Filii verò Tzibhhonis, Aja, & Hhana.
41 Filij Hhanæ, Diſchon: & filii Diſchonis Chamran, & Eſchban, & Iitran, & Ceran.
42 Filii Etzeris, Bilhan, & Zahhavã, Iahhakan: filii Diſchanis, Hhutz, & Aran.
43 Hi autem ſunt reges qui regnaverũt in Edomæa, antequàm regna-

TABULA I.

Adam. Scheth. Enoſch. Kenan. Mahalaleel. Jered. Chanoc. Metuſchelah. Lemec. Noach.

- Schem,
  - Hhelam, Aſchur, Arpacſchad, Lud, & Aram.
  - Schelach.
  - Hheber.
  - Peleg, Rehhu. Serug. Nachor. Terach. Abraham. tab. 2.
  - Hhutz, Chul, Gether, & Meſchec.
  - Joktan.
    - Almodad, Scheleph, Chatzar maveth, Hadorã, Uzal, Dikla, Hhebal, Abimaël, Scheba, Ophir, Chavila, & Jobab.
- Cham,
  - Cuſch,
    - Nimrod, Seba, Chavila, Sabbeta, Sabteca, & Rahhema.
    - Scheba, & Dedan.
  - Mitzrajim,
    - Ludæi, Hhanamæi, Lehabæi, Naphtuchæi, Pattruſæi, Caſluchæi, & Caphtoræi. Pelſchtæi.
  - Put, &
  - Cenahhan.
    - Tzidon, Cheth, Jebuſæus, Emoræus, Girgaſchæus, Chivvæus, Hhārkæus, Sinius, Arvadæus, Tzemaræus, & Chamathæus.
- Jepheth.
  - Gomer, Magog, Madai, Javan, Tubal, Meſchec, & Tiras,
    - Aſchcenaz, Diphath, & Togarma.
    - Eliſcha, Tarſchiſcha, Cittim, & Rodanim,

TABULA II.

Abraham e

- Sara uxore Jitzchak
  - Hheſav, ſive Edom,
    - Eliphaz,
      - Teman, Omar, Tzephi, Gahhtam, Kenaz, & e Timnahh Hhamalek.
    - Rehhuel, Jehhuſch, Jahhlam, & Korach.
      - Nachath, Zerahh, Schāma, & Mizza.
  - Jahhakob. cap. 2.
- Hagara ancilla Jiſchmahhel
  - Nebajoth, Kedar, Adbeel, Mibſam, Miſchmahh, Duma, Maſſa, Chadad, Tema, Jetur, Naphiſch, & Kedma.
- Ketura concubina.
  - Zamran, Jokſchan, Medan, Midjan, Jiſchbak, & Schuach.
    - Seba, & Dedan.
    - Hhepha, Hhepher, Chanoc, Abidahh, & Eldahha.

TABULA III.

Choræorum

- gentis autor Sehhir
  - Lotan, ſoror Timnahh.
    - Chori, Homam.
  - Schobal,
    - Hhaljan, Manachath, Hhebal, Tzephi, & Onam.
  - Tzibhhon,
    - Aja, Hhana.
  - Hhana,
  - Diſchon,
    - Chamran, Eſchban, Jitran, & Ceran.
  - Etzer,
    - Bilhan, Zahhavan, & Jahhakan.
  - Diſchan.
    - Hhutz, Aran.
- ſtatus, ſub
  - Regibus Choræis
    - Belahho
    - Jobabo
    - Chuſchamo
    - Hadado 1
    - Samla
    - Schaüle
    - Bahhal Chanane.
    - Hadado 2.
  - ducibus Edomæis, occupato regno
    - Timnahho
    - Hhalja
    - Jethetho
    - Aholibama
    - Ela
    - Pinone
    - Kenazo
    - Temane
    - Mibtzare
    - Magdiele
    - Hhiramo.

ret rex e filiis Jisraëlis: Belahh filius Behhoris, cujus civitas nomine erat Dinhaba.
44 Cumque mortuus esset Belahh: regnavit loco ejus Jobab filius Zerachi e Botzra.
45 Cumque mortuus esset Jobab: regnavit loco ejus Chuscham, e regione Temanæi.
46 Cumque mortuus esset Chuscham: regnavit loco ejus Hadar filius Bedadis, qui percussit Midjanem in agro Moabitarum: cujus civitas nomine erat Hhajith.
47 Cumque mortuus esset Hadad: regnavit loco ejus Samla e Masreka.
48 Cumque mortuus esset Samla: regnavit loco ejus Schaul e Rechobothis fluminis.
49 Cumque mortuus esset Schaul: regnavit loco ejus Bahhal-Chanan filius Hhacboris.
50 Cumq; mortuus esset Bahhal-Chanan: regnavit loco ejus Hadad, cujus civitas nomine Pahhi: nomẽ verò uxoris ejus Mehetabeel filia Matredis, filia Me-Zahabi.
51 Cumq; mortuus esset Hadad: fuerũt duces Edomæorum: dux Timnahh, dux Halja, dux Jeteth,
52 Dux Aholibama, Dux Ela, dux Pinon,
53 Dux Kenaz, dux Teman, dux Mibtzar,
54 Dux Magdiel, dux Hhiram: hi *fuerunt* duces Edomæorum.

Caput II.

Numeratis Jisraëlis filiis, recensio posterorum Jehudæ instituitur hoc capite & duobus sequentibus. In hoc verò nominatim percursa tantùm Zerachi gente, in recensenda Chetzronis posteritate insistit. Primùm Rami usque ad Davidem: deinde filiorum quos Chetzron in senectute suscepit: tertio Jerachmeelis: post remò primi & secundi Calebi.

1 I *sunt* filii Jisraëlis: Reüben, Schimhhon, Levi, & Jehuda, Gen. 35. 22.
2 Jissaschar & Zebulun,
3 Dan, Joseph, & Binjamin, Naphtali, Gad, & Ascher.
"Filii Jehudę, Hher, & Onan, & Schela: "tres editi sunt ei a filia Schuhhę Cenahhanitide: cumq; *visus* esset Hher primogenitus Jehudæ, malus in oculis Jehovæ, morte affecit eum.
a Heb. trias edita est ei. Gen. 38.
4 Tamar verò nurus illius peperit illi "Peretzum & Zerachum: omnes filii Jehudæ quinque.
Gen. 46. 12.
5 Filii Peretzi, Chetzron, & Chamul.
6 Filii autem Zerachi, [b]" Zimri, & Ethan, & Heman, & Calcol, [c] & Dahhh: hi omnes quinque.
b qui & Zabdi Jehos. 7. 1.
c qui & Dardahhh 1. Reg. 4. 30.
7 Et filii *Zimri*, Carmi: *nepos* [d] Hhacar turbator Jisraëlis, qui prævaricatus fuit in anathemate.
d qui & Hhacan: sed hîc alludit ad turbatoris nomen.

8 Filii autem Ethanis, Hhazarja.

9 Filii verò Chetzronis qui editi sunt ei: Jerachmeel, & [c] Ram, & [f] Celubai.

10 RAM verò genuit Hhamminadabum: & Hhamminadab genuit Naschonem principem filiorum Jehudæ.

11 Nachschon autem genuit Salman, & Salma genuit Bohhazum.

12 Et Bohhaz genuit Hhobedum, & Hhobed genuit Jischaium.

13 Iischai autem genuit primogenitum suum Eliabum: & Abinadabū secundum, & [g] Schimhham tertium,

14 Nethaneelem quartum, Raddaium quintum,

15 Otzemum sextum, Davidem septimum.

16 Et sorores eorum Tzerujam & Abigajilam: filii autem Tzerujæ fuerunt Abschai, & Joab & Hhasa-El, tres.

17 Abigajil verò peperit Hhamasam: pater autem [h] Hhamasæ fuit Jether Jischmahhelita.

18 [h] CALEB autem filius Chetzronis genuerat ex Hhazuba uxore, & ex Jerihhotha: hujus filii erant Jescher & Schobab & Ardon.

19 Mortua verò Hhazuba: accepit sibi Caleb Ephratam, quæ peperit ei Churem.

20 Et Chur genuit Urin, & Uri genuit Betzaleelem.

21 Postmodùm congressus est Chetzron cum [h] filia Maciris patris Gilhhadis, quam ipse duxit cùm esset natus sexaginta annos: quæ peperit ei Segubum.

22 (Segub autem genuit Jairem: cui fuerunt viginti tres civitates in terra Gilhhadis.

23 Nam accepit ab ipsis [i] Geschuræis & Syris villas Jairis cum Kenatha & villis ejus sexaginta civitates: Hæc omnia *ceperunt* filii Maciris patris Gilhhadis).

24 Etiam post mortem Chetzronis cùm [k] duxisset Caleb Ephratham: similiter uxor Chetzronis Abija peperit ei quoque Aschurem patrem Tekohhæorum.

25 FUERUNT autem filii Jerachmeelis primogeniti Chetzronis, primogenitus Ram: deinde Buna, & Oren, & Otzem *ex* Achija,

26 Fuit quoque uxor altera Jerachmeeli, nomine Hhatara: ea est mater Onami.

27 Fuerunt verò filii Rami primogeniti Jerachmeelis: Mahhatz, & Jamin & Hheker.

28 Item fuerunt filii Onami, Schammai, & Jadahh: filiiq; Schammai, Nadab, & Abischur.

29 Nomen verò uxoris Abischuris Abihajil: quæ peperit ei Achbanē, & Molidum.

30 Et filii Nadabi, Seled, & Appajim: sed mortuus est Seled sine liberis.

31 Filii vero Appajimi Jischehhi: & filii Jischehhi Scheschan, & [l] filia Scheschanis Achlai.

32 Filii

[c] qui & Arā, Matt. 1.3.
[f] qui & Caleb inf. ℣. 18 Ruth. 4.19.
[g] qui & Schāma 1. Schē. 16.10.
[h] qui & Jether Jisraëlita, 2. Schem. 17.25.
Exod. 31.2.
[i] *Heb.* accepit Geschure & Syro villas Jairis ab eis. ὑς ἑρωσις Numer. 32.41.
[k] *Hebr.* cum Caleb ad Ephratham *accessisset.*
[l] *Heb.* filii: sy necdochicè dictum. q.d. quicquid habuit liberorū, unica fuit filia Achlai, vide inf. ver. 36.

32 Filii autem Jadahhi fratris Schammai, Jether, & Jonathan: ſed mortuus eſt Jether ſine liberis.
33 Filii verò Jonathanis, Peleth & Zaza: iſti fuerunt filii Jerachmeelis.
34 Non fuerunt autem Scheſchani filii: ſed [m] filiæ: eratq; Scheſchani ſervus Ægyptius nomine Jarchahh.
35 Quam ob rem dedit Scheſchahh ″ filiam ſuam Jarchahho ſervo ſuo in uxorem: quæ peperit ei Hhattaium.
36 Hhattai autem genuit Nathanem, & Nathan genuit ″ Zabadum.
37 Zabad autem genuit Ephlalem, & Ephlal genuit Hhobedum.
38 Hhobed autem genuit Jehu, & Jehu genuit Hhatzarjam.
39 Hhatzarja autem genuit Cheletzum, & Cheletz genuit Elhhaſam.
40 Elhhaſa autem genuit Siſmaium, & Siſmai genuit Schallumum.
41 Schallum aũt genuit Jekamjam: & Jekamja genuit Eliſchamahhũ.
42 ITEM filii ″ Calebi fratris Jerachmeelis, Meſchahh ″ primogenitus ejus: ipſe pater fuit Ziphæorum: & poſteri Mareſchæ patris Chebronis.
43 Filii aũt Chebronis Korach, & Tappuach, & Rekẽ, & Schemahh.
44 Schemahh verò genuit Rachamum patrem Jorkehhami: & Rekẽ genuit Schammaium.
45 Filius autem Schammai, Mahhon: qui Mahhon pater fuit Beth-Tzuritarum.
46 Hhepha quoq; uxor concubina Calebi peperit Charanem & Motzam & Gazezum: Charan enim genuit Gazezum.
47 Filii verò *Motzæ*, Johedai: *ex quo* Regem, & Jotham, & Geſchan, & Pelet, & Hhepha, & Schahhaph.
48 Ex [n] uxore concubina Mahhaca, Caleb genuit Scheberum, & Thirchanam.
49 Peperit autem *uxor* Schahhaphi patris Madmannæorũ, Schevam patrem Macbenæorum, & patrem Gibhhæorum: denique filia Calebi Hhacſa.
50 ISTI fuerũt filii ″ Calebi, filii Churis primogeniti Ephrathæ: Schobal pater Kiriath-Jehharimanorum.
51 Salma ″ pater Beth-Lechemitarum, °Chareph pater familiæ Gaderitarum.
52 Fueruntq; filii Schobali patri Kiriath-Jehharimanorum: [p] Haroe pater incolarum partis ″ Menuchotarum.
53 Et familiæ Kiriath-Jehharimanorum, Jithritarum, Putæorum, & Schumatæorum, & Miſchrahhæorum: ex his prodierunt ″ Tzarhhatæi, & Eſchtaolithæ.
54 Filij Salmæ, Beth-Lechemitæ & Netophatæi, ″ Hhatarothani e familia Joabi: & [q] Tzorhhani *qui fruebantur* parte Menuchotharum.
55 Et ″ familiæ ″ ſcribarum incolentium Jahhbetzum, Thirhhatæorũ, Schimhhatæorum, Suchatæorum: hi ſunt ″ Kinæi advenæ, orti ″ Chamatho, patre familiæ ″ Rechabi.

m ſynecdochicè dictũ ut Gen. 21.7

n Heb. uxore cõcubina Calebi Mahhaca, genuit &c. ut Gen. 9. 6.

o qui & Penuel inf. 4. 4

p qui & Reaja infr. 4. 2.

q Hebr. & pars Manachathani Tzarhhæus.

ANNOTATIO.

3 *Filii Jehudæ*] a quo in præcipuam juris primogeniti partem divinitus assumpto, incipit generis patriarcharum recensio, propter regiam successionem, & Christi originem: vide Gen. 49. 8 &c. 4 *Peretzum*] qui Hhero in jus primogenitorum successit, velut a patre excitatum semen. 6 *Zimri*] propriè filius, sequentes autem in posteris fuerunt, ex si non proximè ab eo nati: fuerunt enim filii Macholis 1. Reg. 4. 30. 18 *Caleb autem*] Hîc non instituitur ex professo recensio generis Calebi primi: nam habetur infrà versicul. 42: sed tantùm ostenditur quàm efficax erat Dei benedictio ad vegetandam in Ægypto senectutem Chetzronis, ac proinde Jisraëlitas multiplicandos. *Hhazuba*] cujus posteri recensentur infrà versic. 42. & sequentibus. 21 *Filia Maciris*] ex qua Jair filius quoque Menaschis dictus est, Numer. 32. 41. & ratione hæreditatis inter Menaschitas accensus. 23 *Geschuraïs*] erat enim Gilhhad pars Geschuris, aque adeò Syriæ. 35 *Filiam suam*] Achlajam versic. 33. 36 *Zebadum*] de quo infrà 11. 41. 42 *Calebi*] primi de quo versu 18. hîc autem brevitatis causa reticentur filii qui nominati fuerunt suprà versic. 18. *Primogenitum*] primæ uxoris Hhazubæ filius, suprà versic. 18. 49 *Hhaccsa*] prima, primi Calebi filia. 50 *Calebi*] secundi, qui fuit primi nepos ex Chure, de quo versic. 19. 51 *Pater Beth-Lechemitarum*] ex parte: nam alius est a Salma Bohhazi Beth-Lechemitæ patre, de quo versic. 11. 52 *Menuchotarum*] id est, regionis Manachatæ in fine Judæ, Binjaminis & Danis: ut apparet cùm ex hoc loco, tum infrà 8. 6. 53 *Tzarhhathæi*] id est, incolæ Tzorhhæ & Eschtaolis, ex ea parte quæ ad Jehudam pertinuit Jehosch. 15. 33. 54 *Hhatarothani*] vide annotata Jehosch. 16. 2. 55 *Familiæ scribarum*] hic versus parergõs adjectus est: quia etsi hæ familiæ tribum Jehudæ non attigerunt: tamen cum Jehuda habitarunt in deserto Jehudæ, ubi Jahhbetz sita erat, Judic. 1. 16. *Scribarum*] id est, in scripturis & actis publicis exercendis vitam transigentium ut Reipub. & sibi utiles essent: quibus alioquin nulla erat attributa hæreditas: sed tantum cum quibus relent concessa habitatio. *Kinæi*] id est, posteri Jitronis, a gente sic dicti, Judic. 1. 16. *Chamatho*] principe eorum, qui cum tribu Jehudæ habitarunt: hoc enim discretionis causa additur quia Cheber cum suis ab istis separans se ad Menaschitas migrasse legitur Judic. 4. 11. *Rechabi*] de qua Jirmejæ. 35.

TABU-

TABULA I.

Jahhakob sive Jisraël

Reuben, cap. 5. — Schimhhon, cap. 4. — Levi, cap. 6. — Jehuda, cap. 2. 3. 4. — Jissaschar, cap. 7. — Zebulun, — Dan, — Joseph (Ephrajim, cap. 7. — Menasche. cap. 5. 7.) — Binjamin, cap. 7. 8. — Naphtali, cap. 7. — Gad, cap. 5. — Ascher, cap. 7. — Dina.

TABULA II.

Jehuda

ex filia Schuahhi: Hher, Onan, & Schela cap. 4.

ex Tamara nuru: Peretz, Zerach

Peretz: Chetzron, ex uxore prima; Chamul, filia Maciris.

Chetzron: Jerachmeel, ex uxore prima; Ram, Celubai tab. 3.

Jerachmeel: Achija, Ram, Buna, Oren, Otzem. Mahhatz, Jamin, & Hheker. — Hhatara. Onam. — Schammai, Nadab, Seled, Appajim. Jischehhi. Scheschan. Achlai, nupsit Jarchachho Ægyptio. Hhattai. Nathan. Zabad. Ephlal. Hhobed. Jehu. Hhazarja. Chelets. Elhhassa. Sismai. Schallum. Jekamja. Elischamahh. — Abischur. Achban, Molid. — Jadahh. Jether, Jonathan. Peleth, Zaza.

Ram: Hamminadab. Nachschon. Salma. Bohhaz. Hhobed. Jischai, cujus filii: Eliab, Abinadab, Schimhha, Netan-el, Raddai, Otzē, & David. de quo cap. 3. — filiæ: Tzeruja, Abischai, Joab, & Hhassaël. — Abigajil. Hhamassa.

Chamul: Abija. Aschchur. Tekohhæi.

Zerach: Zimri, Carmi. Hhacar. — Etan, Hhazarja. — Machol: Heman, Calcol, & Darahh, vel Dardahh.

TABULA III.

Celubai, vel Caleb primus vel Carmi

ex uxoribus: Hhazuba: Meschahh, Marescha. Ziph. — Jerihhotha: Jetzer, Schobab, Ardon. — Ephratha: Chur: Caleb. 2. Uri. Gazez. Johedai. Betzaleel. — Hhacsa filia Hhepha: Charan, Motza. Korach, Tappuach, Rekem, Schemahh. Schāmai. Racham. Mahhon. Jorkehham. Beth-tzuritæ.

concubinis: Mahhaca: Scheber, Tirchana, Schahhaph, Scheva Madmānēi, Maebenēi, Gibhhēi. — Hhepha: Tirchana, Schahhaph, Scheva. Regem, Jotham, Geschan, Peler, Hhepha, & (Schahhaph.

Caput III.

Davidis filij, regnum, successores in regno ex Schelomone primùm, deinde ex Nathane ducti & primores recensentur.

2. Schē. 3. 2. 1 Hi autem sunt filii Davidis qui editi sunt ei Chebrone: primogenitus Amnō Achinohhamæ Jizrehhelitidis: secundus [a] Daniel Abigajilæ Carmelitidis:

[a] qui & Cileab. ibid. 2 Tertius Abschalom filius Mahhacæ filiæ Talmai regis Geschuris: quartus Adonija filius Chaggithæ:

3 Quintus Schephatja Abitalę: sextus Jithrehhā Hheglæ, *cujusque* uxoris ejus.

4 Sex editi sunt ei Chebrone, ubi regnavit septem annos & sex menses: triginta verò tribus regnavit Jeruschalaimis.

[b] qui & Schāmuahh, 1. Schem. 5. 14 5 ″ Hi autē editi sunt ei Jeruschalaimis: [b] Schimhha & Schobab, & Nathan, & Schelomo, quatuor [c] Bathschuahhæ filiæ Hhammielis.

[c] Bathschebahh filia Elihhami 2. Schem. 11. 3 6 Item Jibchar, & [d] Elischamahh, & Eliphelet,

[d] qui & Elischuah ibi. ℣. 15. 7 Et Noga, & Nepheg, & Japhiahh,

[e] qui & Beneljadahh infrà 14. 7. 8 Et Elischamahh, & [e] Eljadahh, & Eliphelet: novem.

9 Omnes filii Davidis, præter filios uxorum concubinarum & ″ Tamaram sororem illorum.

10 ″ Filius verò Schelomonis Rechabhham: Abija filius eius, Asa filius eius, Jehoschaphat filius eius,

11 Joram filius eius, Achazja filius eius, Joasch filius eius,

12 Amatzja filius eius, Hhazarja filius eius, Jotham filius eius,

13 Achaz filius eius, Chizkija filius eius, Menasche filius eius,

14 Amon filius eius, Joschija filius eius.

[f] qui & Jehoachaz. 2. Reg. 23. 30. & Schallum Jirm. 22. 11. [g] qui & Eljakim, 2. Reg. 23. 34. 15 Filii autē Joschijæ, primogenitus [f] Jochanan, secundus [g] Jehojakim: tertius Tzidkija, quartus Schallum.

16 Filii vero Jehojakimi, Jeconja filius eius, ″ Tzidkija filius eius.

17 ″ Filii autem Jeconjæ vincti, Schealtiel filius eius.

18 *Hujus* autem Malciram, & Pedaja, & Schenatzar, Jekamja, Hoschamahh, & Nedabja.

19 Filii verò Pedajæ, Zerubbabel & Schimhhi: & filius Zerubbabelis, Meschullam, & Chananja, & Schelomith soror eorum.

20 ″ *Illius* verò Chaschuba, & Ohel, & Berecja, & Chasadja, Juschab-Chesed, quinq;.

21 Filius verò Chananjæ Pelatja, & Jeschahhja: ″ filii Rephajæ, filii Arnanis, filii Hhobadjæ, filii Schecanjæ.

22 Filii, inquam, Schecanjæ Schemahhja: & filii Schemahhjæ Chattusch, & Jigeal & Bariach, & Nehharja, & Schaphat, sex.

23 Et filius Nehharjæ, Eljohhenai, & Chizkija, & Hhazrikam, tres.

24 Deniq; filii Eljohhenai, Hodajeva, & Eljaschib, & Pelaja, & Hhakkub, & Jochanan, & Delaja, & Hhanani, septem.


Anno-

Caput III.


ANNOTATIO.

3 *Hi autem*] hîc seorsim ac non promiscuè, ut sequentes Davidis filii ex Bathschuahha recensentur: propter prærogativã regni divinitus attributam Schelomoni infrà 28.5: ac proinde ex jure & naturæ ordine ad proximum fratrem perventurũ, intercidente ejus posteritate. Inverso autem ordine enumerantur, quia mox de Schelomone & ejus posteris sermo habendus est: Schelomo enim natura primus fuit. 2. Schem. 12. 24. Nathan secundus, & sic deinceps. 9 *Tamaram*] de qua 2. Schem. 13. 10 *Filius Schelomónis*] successio regum e stirpe Schelomonis. 16 *Tzidkija filius ejus*] non naturâ: erat enim ejus patruus 2. Reg. 24. 19. sed successione regni, ut versu sequente. 17 *Filii autem Jeconjæ*] non natura: nam sine liberis ex Dei decreto extinctus est, & in eo Schelomonis semen Jir. 22. 30: sed successionis jure, quæ ad Nathanis posteros devolvebatur: fuit enim Schealtiel filius Neri ex posteritate Nathanis, Luc. 3. 27. *Vincti*] id est captivi, & in Babyloniam deportati, 2. Reg. 24. 17. 20 *Illius Verò*] id est Meschullami: quod colligitur ex collatione hujus versiculi cum sequente. 21 *Filii Rephajæ*] συναθροισμὸς sive congeries, qua in genere nominantur familiæ, quæ ad stirpem regiam pertinebant.

TABULA I.



TABULA II.



Caput IIII.

Reliquorum posterorum Jehudæ, Calebi secundi, Aschchuris, Celubi, & Schelæ catalogus. Item Schimhhonis gens & possessio, partim a Jehoschuhha eis attributa, partim armis multo pòst comparata exponitur.

1 Filii Jehudæ: Peretz, Chetzron, & [a] Carmi, & Chur, & Schobal.

2 [b] Reaja autem filius Schobalis, genuit Jachathum, & Jachath genuit Achumaium, & Lahadum: horum sunt familiæ Tzorhhatæorum.

3 Item hi ex patre Hhetamæorum, Jizrehhel & Jischma, & Jidbasch: quorum sorori nomen Hatzelelponi.

4 Et [c] Penuel pater Gedoræorum & Hhezer pater [d] Chuschæ: hi sunt filii Churis primogeniti Ephrathæ patris Beth-Lechemitarum.

5 Aschchuri verò patri Tekohhæorũ fuerunt duæ uxores: Chelea & Nahhara.

6 Peperitq; ei Nahhara Achuzamum, & Chepherum, & Temenin, & Haachaschtarin: hi *sunt* filii Nahharæ.

7 Filii autem Cheleæ. Tzereth, Jetzochar, & Etnan, *& Kotz.*

8 Kotz autem genuit Hhanubum, & Hatzobebam: & familias Acharchelis filii Harumi.

9 Sed fuit Jahhbetz honoratior fratribus suis: cui mater indidit nomen [e] Jahhbetz dicendo: eo quòd peperi cum dolore, *ita vocandus est.*

10 Nam invocavit Jahhbetz Deum Jisraëlis dicendo: si [f] planè benedicens mihi ampliaveris terminum meum, & aderit manus tua mihi, deque feceris [g] ut malum non afficiat me dolore: fecitque Deus ut eveniret quod petierat.

11 Celub autem frater [h] Schuchæ genuit Mechirum (is fuit pater Eschtonis.

12 Et Eschtón genuit familiam Raphæ, & Paseachi, & Techinnæ patris Hhir-Nachaschi: hi fuerunt homines Recæ).

13 Item posteros Kenazi, Hhothnielem, & Serajam: (filii autẽ Hhothnielis Chathath, *& Mehhonothai.*

14 Mehhonothai verò genuit Hhophram: & Seraja genuit Joabũ patrem *degentium in* valle fabrorum, nam fabri erant).

15 Et filios Calebi filii Jephunnæ, Hhiru, Elam, & Nahhamum: (filii autem Elæ, [i] secundus Kenaz).

16 Et filios Jehallelelis: Ziphum & Zipham, Tirjam, & Asareleni:

17 Et [k] filios Hhezræ, Jetherum, & Meredum, Hhepherumq; & Jalonẽ (concipiens autem *uxor Meredi peperit* Mirjamum, & Schammaium & Jischbachum patrem Eschtemohhæorum.

18 Uxor verò ejus Jehudæa peperit Jeredum patrem Gedoræorum, & Cheberũ patrem Socuntinorũ, & Jekuthielem patrem Zanoachitarum: illi quidem filii erant Bithjæ filiæ Parhhonis, quam duxerat Mered.

19 Hi

a qui & Celubai sup. 2. 9. & Caleb primus, Ibid. ℣. 18.
b qui & Haroe, supr. 2. 52.
c Chareph sup. 2. 51.
d qui & Schucha, inf. ℣. 11
e id est, dolorificus: corrupto nomine per metathesin literarum.
f Heb. benedicendo benedixeris.
g Heb. & feceris de malo ut nõ afficiat me dolore. Trajectio ut Gen. 5. 29.
h qui & Chuscha sup. ℣. 4
i Heb. etiam Kenaz.
k Heb. filiũ: enallage.

19 Hi verò filii uxoris[l] Judeæ ſororis Nachami Garmæi patris Kehhi-
læorum: & Eſchtemohhæ Mahhachatitæ).
20 Item filios Schimonis, Amnonem, & Rimnam, Ben-Chananem,
& Tilonem: filios quoq; Jiſchehhi, Zochethum & Ben-Zochethum.
21 FILII Schelæ filii Jehudæ, Hher pater Lecanorum, & Lahhda pa-
ter Mareſchanorũ, & familiæ[m] gentis artificis in byſſo, gẽtis Aſchbehhæ.
22 Itẽ Jokim & homines[n] Cozebæ, & Joaſch, & Saraph, qui" dominiũ
habuerunt in Moabitas, & Jaſchubi-Lechem: ſed res iſtæ *ſunt* obſoletæ.
23 Iſti ſunt figuli illi, deſidentes ad plantas & macerias: cum rege in o-
pere ejus manſerunt" illîc.
24 FILII Schimhhonis: Nemuel, & Jamin, Jarib, Zerach, Schaul.
25 Schallum filius ejus, Mibſam filius ejus, Miſchmahh filius ejus:
26 Et filii Miſchmahhi: Chãmuel filius ejus, Zaccur filius ejus, Schim-
hhi filius ejus.
27 Fuerunt autem Schimhhi filii ſexdecim, & filiæ ſex, cùm fratribus
ejus non eſſent filii multi: itaque tota familia ſua° non fuerunt tam mul-
ti, ut filii Jehudę.
28 Habitaverũtq; Beer-Schebahhi, & Moladę, & Chatzar Schuhhale,
29 Et Bilhę, & Hhetzemi, & Toladi,
30 Et Bethuele, & Chormę, & Tziklagi,
31 Et Beth-Marcabothis, & Chatzar-Suſimis, & Beth-Birei, & Scha-
hharajimis: hę *fuerunt* civitates eorum," quandiu regnavit David.
32 Pagi autem eorũ, Hhetam, & Hhajin, Rimmon, & Tocen, & Hha-
ſchan: civitates quinque.
33 Prętereà omnes pagi eorum qui *erant* circa civitates illas Bahhalem
uſque: hę habitationes eorum *fuerunt*, prout per gentes ſe diſtribuendo
adierunt illas.
34 Meſchobab autem & Jamlec & Joſcha filius Amatzię:
35 Et Joel: & Jehu filius Joſchibię, filii Seraię, filii Hhaſielis:
36 Et Eljohhenai, & Jahhakoba, & Jeſchoęhaja, & Hhaſaja, & Hhadi-
el, & Jeſimiel, & Benaja:
37 Et Ziza filius Schiphehhi filii Allonis, filii Jedaię, filii Schimri filii
Schemahhię:
38 Hi[p] quorum adducta ſunt nomina, principes in familiis ſuis: cùm pa
terne familię eorum erupiſſent in multitudinem:
39 Abiverunt in aditum" Gedoris, uſq; ad orientalem tractum ipſius
vallis: ad quęrendum paſcuum gregi ſuo.
40 Cumq; inveniſſent paſcuũ pingue & bonũ, & terrã amplã ſpaciis, &
quietã ac tranquillã:" quia Chamo orti erant, qui habitabant ibi anteà,
41 Venientes iſti ſcripti de nominibus, temporibus Jechizkię regis Je-
hudę, percuſſerunt tentoria eorum, & habitacula quę inventa ſunt ibi, et
internecioni devoverunt eos uſque in" diem illum, habitaveruntq; loco
eorum: eo quòd paſcuum eſſet gregi ſuo ibi.

l Heb. Hodi-
ja: aphęreſis.

m Heb. gẽtis
opificii byſ-
ſini.

n quæ & Ce
zib Gen. 38.
5. ubi natus
erat Schela:
& Aczib Je-
hoſch. 15. 44
Gen. 46. 10

o Hebr. non
multiplicati
ſunt uſq; ad
filios Jehudę
Jehoſch. 19.

p Heb. hi qui
veniunt per
nomina.

42 Prætereà ex illis, *nempe* e filiis Schimhhonis profecti ad montem Sehhiris homines quingenti: Pelatja, & Nahharja, & Rephaja, & Hhuzzie
q Heb. in capite eorum. le filiis Jischehhi[q] præeuntibus eis:
43 Percusserunt residuum[r] quod evaserat Hhamalekitarum: ubi habitaverunt usque in diem illum.

ANNOTATIO.

1 *Schobal*] filius Calebi filii Churis: qui Caleb brevitatis causa omittitur: supr. 2. 50. 2 *Tzorhhatæorum*] ex parte, ut sup. 2. 53. 4 *Pater Gedoræorum*] ex parte: confer cum ℣. 18. 5 *Aschchuri*] Posthumo Chetzronis, de quo supr. 2. 25. 7 *Et Kotz*] eclipsis frequens in hoc scriptorum genere, ut infrà ℣. 13. 9 *Jahhbetz*] autor unius e numeratis familiis Acharchelis. 10 *Si planè &c.*] Aposiopesis voti, juramentorum propria, quibus votum affine est. 14 *In Valle fabrorum*] sita in finibus Jehudæ & Binjaminis: ac proinde mixti imperii: Nechem. 11. 35. 15 *Jephunna*] filii Kenazi: unde Caleb Kenizzæus dictus est, Num. 32. 12. 22 *Qui dominium habuerunt*] id est, pro rege in agro Moabitarum imperaverunt. *Sed res ista*] quasi dicat, supervacaneum esset plura de istorum gente, possessione & dignitate referre, cùm jam hæc omnia posterorum ignavia sepeliat: qui figlinam, agricolationem, & rusticam structuram, denique miserum apud Babylonium servitutem suæ libertati prætulerint, ut apparet ex versu sequente. 23 *Illic*] in Babylonia. 37 *Qui diu regnavit*] id est, usque ad captivitatem Babylonicam. 39 *Gedoris*] id est, Gederę sive Gederothajimorum Jehovith. 36. *Vallis*] quæ protenditur ab Ephes-Dammimis Hhekronem usque: vide 1. Schem. 17. 40 *Quia Chama*] antiphrasis est sequentium, nimirum quo jure illos profligaverint. 41 *In diem illum*] quo desiit regnum Davidicum, sup. ℣. 31. & infrà ℣. 43. 43 *Quod evaserat*] sub Schaule, 1. Schem. 14. 49. & sub Davide. 2. Schem. 8. 12.

TABULA I.

Jehuda
Peretz
Chetzron
Carmi, *v.* Celubai *v.* Caleb primus.
Chur
Caleb secundus

- Schobal
  - Kirjath-Jehhatimani quorum familiæ Jitritis, Puthitis, Schumathitis, & Mischrahhitis.
  - Haroë, *v* Reaja
    - Jachath
      - Achumai, Lahad.
        - Tzorhhatæi.
- Salma, pater
  - Bethlechemitarũ, Netophatæorum, Hhatrotanorũ, Menuchotanorum & Tzorhhæorum ex parte. His sunt accensi Kenæi scribæ, incolæ Jahhbetzi, quorum familiæ
    - Tirhhatæa, Schimhhatæa, & Sucatæa.
- Chareph, *v.* Penuel, pater Gedorenorum sive Gaderitarum.
- Hhetam
  - Jizrehhel, Jischma, Jidbasch, & soror Hatzelelponi.
- Hhezer
  - Chuscha, *v.* Schucha
  - Celubai.

TABULA II.


Aschchur, pater Tekohhæorum ex uxoribus

- Chelea
  - Tzereth, Jetzochar, Etnan, Kotz.
    - Hhanub, Hatzobeba, Harum.
- Nahhara
  - Achuzzam, Chepher, Temeni, Haaehaschtari.


Acharchelis familiæ, in quibus erat Jahhbetz.

TABU-


TABULA III.



TABULA IIII.



TABULA V.
SCHIMHHONIS



CAPUT V.

Rëubenitarum, Gaditarum, & partis Menaſchitarum trans Jardenem, familiæ, duces, ſedes, expeditiones, defectio a Deo, & deportatio deſcribitur.

Gen. 35. 22. & 49. 3.

1 FILII autem Rëubenis primogeniti Iſraëlis. (erat enim primogenitus: ſed cùm prophanaſſet ſtrata patris ſui, tradita ſunt primogenita ejus filiis Joſephi filii Iſraëlis: nó autem ut ſibi *ſoli* attribueret primogenita.

2 Nam Jehuda ″ prævaluit fratribus ſuis, & anteceſſor *eſt* ex eo: ″ reliqua verò primogenita *fuerunt* Joſephi).

Gen. 46. 9.

3 Filii *inquam* Rëubenis primogeniti Iſraëlis: Chanoc, & Pallu, Chezron & Carmi.

4 Filii ″ Joëlis: Schemahhja filiꝰ ejꝰ, Gog filius ejus, Schimhhi filius ejus,

5 Mica filius ejus, Reaja filius ejus, Bahhal filius ejus:

6 Beera filius ejus, quem deportavit Tilgath-Pilneeſer rex Aſſyriæ: is princeps erat Rëubenitarum.

7 Fratrum autem ″ illius per familias ſuas quiſque cùm diſtribuerentur per generationes ſuas: primarius Jehhiel, deinde Zecarja.

8 Et Belahh filius Hhazazi, filii Schemahhi filii Joëlis: ″ hic habitabat a Hharohhere Nebuntem, & Bahhal-Mehhonem uſque.

9 ″ Deinde orientem habitavit uſq; ad aditum in ″ deſertum inde a flumine Euphrate: nam pecora eorũ multiplicata erant in terra Gilhhadis.

10 Quapropter temporibus Schaulis bellum geſſerunt contra ″ Hagarenos, qui ceciderunt manu ipſorum: ita habitaverunt in tentoriis eorũ, a in toto tractu anteriore *qui eſt* ad orientem Gilhhadi.

a *Hebr.* ſup omnem faciem orientalem Gilhhadi.

11 FILII verò Gadis ex adverſo eorum habitabant, in terra Baſchanis Salcam uſque.

12 Joël eorum primarius, & Schaphan ſecundus ab eo: deinde Jahhnai, & Schaphat in Baſchane ″ *manſerunt*.

13 Fratres verò eorum per paternas familias ſuas, Micael, & Meſchullam, & Schebahh, & Jorai, & Jahhecan, & Ziahh, & Hheber: ″ ſeptem,

14 (Hi *erant* filii Abichajilis filii Churi, filii Jareachi, filii Gilhhadis, filii Micaelis, filii Jeſchiſchai, filii Jachdonis filii Buzi.)

15 Achi filio Hhabdielis filii Guni ″ primario p paternas familias eorũ,

16 Cùm habitarent in Gilhhade, in Baſchane, & in villis ejus: & in omnibus municipiis ″ Scharonis, ſecundum b fines ſuos.

b *Heb.* exitꝰ.

17 Hi omnes per genera diſtribuendo ſe, temporibus ″ Jothami regis Jehudæ: & temporibus ″ Jarobhhami regis Iſraëlis:

18 E filiis Rëubenis, & Gaditis & dimidiata tribu Menaſchis, ſtrenui homines ferentes ſcutum & gladium, & tendentes arcum ac periti belli, quadragies quater mille ſeptingenti ſexaginta prodeuntes in militiam,

19 Geſſerunt bellum contra Hagarenos: nimirum ″ Jeturem & Naphiſchum, & Nodabum.

20 Cumq;

20 Cumque ″ adjuvarentur cõtra illos, traditi sunt in manum eorum, ipsi Hagareni & quæcunque *erant* penes illos: nam ad Deum clamaverant in prælio: & exoratus fuerat eis, quia fiduciam collocaverant in eo.
21 Itaque ceperunt pecora eorum, Camelos eorum quinquagies mille, & pecudum ducenta quinquaginta millia, ac asinorum duo millia: animarum autem humanarum centum millia:
22 Postquàm confossi multi cecidissent, nam a Deo ipso *confectum est* hoc prælium: ita habitaverunt loco illorũ usque ad ″ deportationẽ suam.
23 ″ FILII enim dimidiatæ tribus Menaschis habitantes in ea terra: a Baschane Bahhal-Chermonem & Senirem, id est, mõtem Chermonem usque, ipsi *quoque* aucti fuerant.
24 Quorum primores paternarum familiarum hi *sunt*: Hhepher & Jischehhi, & Eliel, & Hhazriel, & Jirmeja, & Hodanja, & Jachdiel viri valentes robore, [c] viri nominati, primores per paternas familias suas.
25 Sed cùm ″ prævaricati essent in Deum majorum suorum: & scortati essent sectando Deos populorum ejus regionis, quos perdiderat Deus a facie eorum:
26 Suscitavit Deus Jisraëlis [d] ″ animum Pulis regis Assyriæ, & animum ″ Tilgath-Pilneeseris regis Assyriæ, ut deportaret ipsos Rëubenitas, & Gaditas, ac dimidiatam tribum Menaschis: itaque abduxit eos in Chelachum, & Chaborem, & ″ Haram, & ad flumen Gozanis, usque in diem hunc.

[c] *Hebr.* viri nominum.

[d] *Heb.* spiritũ: sic paulo post.

ANNOTATIO.

2 *Prævaluit* id est, dignitate principali supra fratres divinitus per patrem donatus est, Gen. 49.8. *Reliqua primogenita*] id est, duplum hæreditatis præ cæteris fratribus, quod alterum est primogenituræ jus: Gen. 48.5. & 49.22. 4 *Joëlis*] orti, ut credibile est, Chanoco, eo quòd tribus princeps fuerit, ℣. 6. 7 *Illius*] nimirũ Chanoci, id est, trium aliarum familiarum principes. 8 *Hic habitabat &c.*] id est, hæc tribus Rëubenitica, de qua agitur. 9 *Deinde*] temporibus Schaulis ut versu sequente. *In desertum*] ad Jardenẽ: hoc est, possedit ab Euphrate usque ad Jardenem. 10 *Hagarenos*] Jischmahhelitas Agara matre natos, Arabiam desertam incolentes. 12 *Manserunt*] ad tuendos proprios fines, fratribus foris bellum gerentibus. 13 *Septem*] pro numero familiarum Gadis, Num. 26.15. 15 *Primario*] i. summum imperatorem agente in exercitu, de quo ℣. 18. 16 *Scharonis*] Agri pascuosissimi, de quo infrà 27.29. 17 *Temporibus Jothami*] proregem agentis, cùm pater leprosus esset, 2. Reg. 15.5. *Jarobbhami*] secundi, qui ipsis imperabat, ibidem ℣. 12. 19 *Jeturem &c.*] de quibus Gen. 25.15. hoc est Ituræos, Nubæos & Jischmahhelitas alios, in Arabia deserta Syriæ finitimos: nã Rëubenitæ sup. ℣. 20. inferiorem Arabiæ partem suæ regioni finitimã occuparant: hi verò superiorem Gaditis & Menaschitis conterminam. 20 *Adjuvarentur*] a Deo: ut finis hujus versus, & versus 22. explicat. 22 *Deportationem*] de qua 2. Reg. 17.7. & sequentibus. 23 *Filii enim*] ætiologia est cur Menaschitæ sese reliquis adjunxerint in ista expeditione. 25 *Prævaricati essent*] ut copiosè ostenditur 2. Reg. 17.7. & sequentibus. 26 *Animum Pulis*] de quo 2. Reg. 15.19. *Tilgath Pilneeseris*] de quo 2. Reg. 15.29. *Haram*] i. montosam regionem superioris tractus Mediæ, de cæteris vide in 2. Reg. 17.6.

TABULA I.

Rëuben

Chanoc	Pallu	Chetzron	Carmi.
Joël	Eliab	|	Joël
Schemahhja	|	|	Schemahh
Gog	|	|	Hhazaz
Schimhhi	Jehhiel	Zecarja	Belahh.
Mica			
Reaja			
Bahhal			
Beera			

Horum poſſeſſio

Jehoſchuhhæ temporibus a Hharohhere Nebuntem & Bahhal-mehhonem uſque	Schaulis temporibus Hagarenorum ager a deſerto ad Euphratem.

TABULA II.

Gad

Tziphjon, Chaggi, Guni, Ozni, Hheri, Arod, Areel.

Hhabdiel
Achi
Buz
Jachdo
Jeſiſai
Micaël
Gilhhad
Jaroach
Churi

Abichajil, cujus filii præfecti copiis temporibus Jarobhhami

Præfecti Reipublicæ

Imperator Achi

2. Joël, Schapham, Jahhnai, Schaphat.

Micaël, Meſchullam, Schebahh, Jorai, Jahhkan, Ziahh, Hheber.

Horum poſſeſſio

Jehoſchuhhæ temporibus, Gilhhad, Baſchan uſque Salcam

Jarobhhami ager Hagarenorum

Jetur, Naphiſch, Nodab,

TABULA III.

Dimidiatæ tribus Menaſchis principes

Hhepher, Jiſchehhi, Eliel, Hhazriel, Jirmeja, Hodarja, Jachdiel.

Horum poſſeſſio a Baſchane ad Bahhal-Chermonem.

CAPUT VI.

Sacerdotum & Levitarum gentes, functiones, & deſignatæ habitationes recenſentur.

1 FILII Levi: [a] Gerſchon, Kehath, & Merari.

2 Filii autem Kehathi: Hhamrã, [b] Jizhar, & Chebron, & Hhuzziel.

3 Filii verò Hhamrami, Aharon, & Moſche, & Miriam: ac filii Aharonis, Nadab, & Abibu, Elhhazar & Ithamar.

4 Elhhazar genuit Pinchaſum: Pinchas genuit Abiſchuhham.

5 Abiſchuahh autem genuit Bukkin: & Bukki genuit Hhuzzin.

6 Et Hhuzzi genuit Zerachjam: & Zerachja genuit Merajothum.

7 Merajoth genuit Amarjam, & Amarja genuit Achitubum.

8 Et Achitub genuit Tzadokum: & Tzadok genuit Achimahhatzũ.

9 Et Achimahhatz genuit Hhazarjam: & Hhazarja genuit Jochanam.

10 Et Jochanan genuit Hhazarjam: is *eſt* qui [c] egit ſacerdotem in domo illa, quam ædificaverat Schelomo Jeruſchalaimis.

11 Genuit

a qui & Gerſchom, ℣. 16. Gen. 46. 11. Exodi 6. 15.

b qui & Hhammiradab ℣. 22.

2. Schẽ. 9. 3. 2. Schẽ. 15. 27.

c qui & Jehojadahh 2. Reg. 11.

11 Genuit autem Hhazarja Amarjam, & Amarja genuit Achitubum.
12 Et Achitub genuit Tzadokum, & Tzadok genuit [d] Schallumum,
13 Et Schallum genuit Chilkijam, & Chilkija genuit Hhazarjam.
14 Et Hhazarja genuit [″] Serajam, & Seraja genuit Jehotzadakum.
15 Qui Jehotzadak abiit, cùm efficeret Jehova ut deportarentur Jehudæi & Jeroſolymitani per [e] Nebucad-Netzarem.
16 [″] Filii Levi: Gerſchom, Kehath, & Merari.
17 Hæc autem *ſunt* nomina filiorum Gerſchomi, Libni & Schimhhi.
18 Et filiorum Kehathi: Hhamram, & Jitzehar & Chebron & Hhuzziel.
19 Filiorum Merari, Machli & Muſchi: atque hæ familiæ Levitarum per majores ſuos.
20 Gerſchomo, Libni filius ejus, Jachath filius ejus, [″] Zimma filius ejus:
21 [f] Joach filius ejus, [g] Hhiddo filius ejus, Zerach filius ejus, [h] Jehaterai filius ejus.
22 Filii Kehathi: Hhamminadab filius ejus, Korach filius ejus, Aſſir filius ejus.
23 Elkana filius ejuſdem, & Ebjaſaph filius ejuſdem, Aſſir filius hujus.
24 Tachath filius ejus, [i] Uriel filius ejus, [k] Hhuzzija filius & [l] Schaul filius ejus, *& Elkana filius ejus.*
25 Et filii Elkanæ, Hhamaſai, & Achimoth.
26 Filius Hhamaſai [m] Elkana: filius hujus, Elkana, [n] Tzophai filius ejus, & [o] Nachath filius ejus.
27 [p] Eliab filius ejus, Jerocham filius ejus, Elkana filius ejus, *Schemuel filius ejus.*
28 Filii verò Schemuelis primogenitus [q] Vaſchni, deinde Abija.
29 Filii Merari, Machli: Libni filius eius, Schimhhi filius eius, Hhuzza filius eius.
30 Schimhha filius eius, Chaggija filius eius, Hhaſaja filius eius.
31 Hi autem *ſunt* quos conſtituit David ad [r] miniſteriũ muſicum in domo Jehovæ ex quo [″] quievit arca:
32 Ut eſſent adminiſtri coram tabernaculo tentorii conventus muſicâ: donec ædificaret Schelomo domum Jehovę Jeruſchalaimis: ubi perſtiterunt pro munere ſuo in miniſterio ſuo.
33 Hi, inquam, qui perſtiterunt cum filiis ſuis: e Kehathitarum poſteris Heman muſicus filius Joëlis, filii Schemuelis,
34 Filii Elkanæ, filii Jerochami, filii Elielis, filii Toachi,
35 Filii Tzuphi, filii Elkanæ, filii Machathi, filii Hhamaſai,
36 Filii Elkanæ, filii Joëlis, filii Hhazarjæ, filii Tzephanjæ,
37 Filii Tachathi, filii Aſſiris, filii Ebjaſaphi, filii Korachi,
38 Filii Jitzeharis, filii Kehathi, filii Levi filii Jiſraëlis.
39 Et cognatus ejus Aſaph, qui ſtabat ad dexteram ejus: Aſaph filius

d qui & Meſchullam. 1. Chron. 9. 11. 2. Reg. 22. 4. Ibid. 25. 21.

e Hebr. per manum.

f qui & Ethan infrà 42. ℣.

g qui & Hhadaja 41. ℣.

h qui & Etnî 41. ℣. Exodi 6. 23.

i Tzephanja ℣. 36.

k Hhazarja ibid.

l Joël, Ibid.

m qui & Machath infrà 35. ℣.

n Tzuph, Ibid.

o Toach 34. ℣.

p Eliel, Ibidem.

q Joël, ℣. 33

r Hebr. manibus muſicæ. i. muſicis ſynecdoche: ut 2. Chron. 29. 27.

Berecjæ, filii Schimhhæ.

40 Filii Micaëlis, filii Bahhaſejæ, filii Malcijæ,

41 Filii Etni, filii Zerachi, filii Hhadajæ,

42 Filii Ethanis, filii Zimmæ, filii Schimhhi,

43 Filii Jachathi, filii Gerſchomi, filii Levi.

44 Filii verò Merari cognati eorum ad ſiniſtram illius: [a] Ethan filius [b] Kiſchi, filii Hhabdi, filii Malluci,

45 Filii Chaſchabjæ, filii Amatzjæ, Filii Chilkijæ,

46 Filii Amtzi, filii Bani, filii Schemeris,

47 Filii Machli, filii Muſchi, filii Merari, filii Levi.

48 Cognati autem eorum reliqui Levitę: inſtituti ad totum miniſterium tabernaculi domus Dei.

49 Aharon verò & filii ejus adolebant in altari holocauſti & in altari ſuffitus: prętер omne opus ſancti ſanctorum: idq; ad expiationem faciendam pro Jiſraële, omnino prout pręceperat Moſche ſervus Dei.

50 Atque hi ſunt filii Aharonis: Elhhazar filius ejus, Pinchas filius ejus, Abiſchuahh filius ejus,

51 Bukki filius ejus, Hhuzzi filius ejus, Zerachja filius ejus,

52 Merajoth filius ejus, Amarja filius ejus, Achitub filius ejus,

53 Tzadok filius ejus, Achimahhatz filius ejus.

54 HÆ AVTEM *ſunt* habitationes eorum, per caſtella eorum, in termino eorū: filii Aharonis e familia Kehathitarū: quia illorū *erat* hęc ſors.

55 Ideò dederunt illis Chebronem in terra Jehudæ: & ſuburbana prędia ejus circa eam:

56 Agrū verò civitatis & pagos ejus: dederunt Calebo filio Jephunnę.

57 Filiis ergo Aharonis dederunt civitates Jehudæ, *civitatem* receptus [c] Chebronem: præterea Libnam & ſuburbana prędia ejus, & Jattirū cum Eſchtemohha & ſuburbana ejus.

58 Item [d] Chilenem & ſuburbana ejus, Debirem & ſuburbana ejus,

59 Et [e] Hhaſchanem ac ſuburbana ejus, & Beth-Schemeſchum ac ſuburbana ejus.

60 E tribu autē Binjaminis, Gebahhū & ſuburbana ejus, & [f] Hhalemetham ac ſuburbana ejus: & Hhanathotas ac ſuburbana earum: horum omnes civitates tredecim per familias eorum.

61 Itē filiis Kehathi reliquis a familia unius tribus, & a dimidiata tribu, dimidio Menaſchis, ſorte civitates decem.

62 Et filiis Gerſchomi per familias eorum, a tribu Jiſſaſcaris, & a tribu Aſcheris, & a tribu Naphtali, & a tribu Menaſchis in Baſchane civitates tredecim.

63 Filiis Merari per familias eorum a tribu Rëubenis & a tribu Gadis, ac a tribu Zebulunis ſorte civitates duodecim.

64 Dederunt, inquam, filii Jiſraëlis ipſis Levitis: iſtas civitates & ſuburbana prædia earum.

65 (Cùm

[a] qui & Jeduthun infra 9. 16. & paſſim.
[b] qui Kuſchaja infrà 15. 17.
Num. 3. & 4
Jehoſch. 21
[c] quę & Kiriath-Arbahh.
[d] Cholon Jehoſch. 21. 15.
[e] Hhajim, ibidem.
[f] Hhalmon ibid. 18.

65 (Cùm dedissent sorte a tribu filiorum Jehudæ, & a tribu Schimhhonitarum ac a tribu Binjaminitarum): civitates istas quas lecturi sunt nominatim *lectores*.

66 Primùm, reliquis e familiis Kehathitarum, quorum termini civitates a tribu Ephrajimi.

67 Dederunt, inquam, ipsis e civitatibus receptus, Schecemum cum suburbanis prędiis ejus in mõte Ephrajimi: & Gezerũ ac suburbana ejus:

68 Et [n] Jokmehhamũ ac suburbana ejus, & Bethchoronem & suburbana ejus:

69 [o] Similiter Ajalonem ac suburbana ejus, & Gath-Rimmonem ac suburbana ejus.

70 Item a dimidiata tribu Menaschis, [a] Hhanerem ac suburbana ejus, [b] Bilhhamumq; ac suburbana ejus: familiæ Kehathitarum reliquorum.

71 Filiis Gerschomi, a familia dimidiatæ tribus Menaschis, [c] Golanẽ in Baschane & suburbana ejus: & [d] Hhaschtarothas ac suburbana ejus.

72 Item a tribu Jissascaris [e] Kedeschũ ac suburbana ejus: Dobratham ac suburbana ejus.

73 Et [f] Ramothas ac suburbana earũ, & [g] Hhanemũ ac suburbana ejus:

74 Item a tribu Ascheris [h] Maschalum ac suburbana ejus: & Hhabdonem ac suburbana ejus:

75 Et [i] Chukkokũ ac suburbana ejus, & Rechobũ ac suburbana ejus.

76 Item a tribu Naphtali, Kedeschum in Galilęa ac suburbana ejus, & [k] Chammonem ac suburbana ejus, & [l] Kiriathajima ac suburbana eorũ.

77 Filiis Merari qui reliqui erant, [o] a tribu Zebulunis, [m] Rimmonunem ac suburbana ejus, [n] Taborem ac suburbana ejus.

78 Trans Jardenem autem Jerechuntis ab oriẽte Jardenis a tribu Rëubenis, Betzerum in deserto ac suburbana ejus: & Jahetzam ac suburbana ejus.

79 Et Kedemothas ac suburbana earum, & Mephahhatham ac suburbana ejus.

80 Item a tribu Gadis, Ramothas in Gilhhade ac suburbana earum: & Machanajima ac suburbana eorum.

81 Et Chesbonem ac suburbana ejus, & Jahhazerũ ac suburbana ejus.

n Kibtzaima Jehosch 21.22.

a quæ & Thhanac ibidem ℣. 25.
b Gahth-Rimmon ibid. & Jiblehham Jehos. 17.11.
c Gaulon Jehosch. 21. 27.
d Bohheschtera, ibid.
e Kischjon, ibidẽ 28. ℣.
f Jarmuth, ibid. ℣. 29.
g Hhen-Ganim per crasin. ibidem.
h Mischeal, ibidẽ ℣. 30.
i Chelkath. ℣. 31.
k Chammothæ-Doris ibidem, 32.
l Karthan ibidem.
m Dimna, ibidẽ. 35. ℣.
n Nahalal, ibidem.

ANNOTATIO.

10 *Qui egit sacerdotem*] .i. adeo strenuè perfunctus est sacerdotio contra Hhuzzijam, ut illud a labe vindicaret, 2. Chron. 26. 17. & sequentibus: hæc communis est interpretatio. Nobis verò magis placet pronomen ad Jochanem referre; quasi dicat, Jochanan is ille Jehojadahh qui rebus deploratis & Hhathaljæ tyrannide oppressis Dei cultum & Rempub. restituit 2. Reg. 11. & 2. Chron. 23. vide 2. Chron. 24. 16. 14 *Seraja*] a quo natus Hhezra, Hhilkiæ 7. 1. 16 *Filii Levi*] transitio ad recensionem generis Levitarum præter sacerdotes, repetito principio capitis. 21 *Zimma filius ejus*] .i. nepos: filius enim Schimhhi fuit filii Jachathi infrà ℣. 42. 31 *Quievit*] id est, translata est in domum Davidis: prius enim huc illuc deportabatur. 50 *Hi sunt filii Aharonis*] usque ad Damasc

TABULA I.

Levi

Gerſchom, Gerſchon.
- Libni
- Schimhhi
- Jachath
- Schimhhi
- Zimma
- Joach, Ethan.
- Hhiddo, Hhadaja
- Zerach
- Jeatrai, Ethni.
- Malcija
- Bahhaſſeja
- Micaël
- Schimhha
- Berecja
- Aſaph

Kehath
- Hhamram,
  - Aharon, Moſche, Mirjam.
    - Nadab, Abihu, Elhhazar, Ithamar.
      - Pinchas,
      - Abiſchuahh,
      - Bukki,
      - Hhuzzi,
      - Zerachja,
      - Merajoth,
      - Amarja,
      - Achitub,
      - Tzadok,
      - Achimahhatz,
      - Hhazarja,
      - Jochanau, Jojadahh;
      - Hhazarja,
      - Amarja,
      - Achitub,
      - Tzadok,
      - Schallum,
      - Chilkija,
      - Hhazarja,
      - Seraja
      - Jehotzadak.
- Jitzehar, Chebron, Hhuzziel.
- v. Hhamminadab,
- Korach
  - Aſſir, Elkana, Ebjaſaph.
    - Aſſir,
    - Tachath,
    - Uriel, Tzephanja.
    - Hhuzzija, Hhazarja.
    - Schaul, Joël.
    - Elkana
      - Hhamaſſai, Achimoth.
      - Elkana, Machath.
      - Elkana.
      - Tzophai, Tzuph.
      - Nachath, Toach.
      - Eliab, Eliel.
      - Jerocham,
      - Elkana,
      - Schemuel.
        - Vaſchni, Joël
        - Heman.
        - Abija.

Merari
- Machli
  - Libni
  - Schimhhi
  - Hhuzza
  - Schimhha
  - Chaggija
  - Hhaſſaja
- Muſchi.
  - Machli
  - Schemer
  - Bani
  - Amtzi
  - Chilkija
  - Amatzja
  - Chaſchabja
  - Malluc
  - Hhabdi
  - Kiſchi, Kuſchaja.
  - Ethan.

TABULA II.

Poſſeſſiones, & oppida.

1. Aharonitarum in tribu
- Jehudæ, & Schimhhonis 9.
  - Chebron, Kirjath-arbahh.
  - Libna,
  - Jattir,
  - Eſchtemoahh,
  - Chilen, Cholon,
  - Debir
  - Hhaſchan, Hhajin,
  - Beth-ſchemeſch
  - Jutta
- Binjaminis 4.
  - Gebahh,
  - Hhallemeth,
  - Gibhhon,
  - Hhanathoth.

2. Kehathitarum in tribu
- Ephrajimi 4
  - Schecem,
  - Gezer
  - Jokmehham, v
  - Kibtzajim
  - Beth-Choron.
- ½ Menaſchis 2
  - Hhaner, v
  - Tahhanac
  - Bilhham, v
  - Jiblehham, v
  - Gath-rimmon.
- Danis 4.
  - Elteke,
  - Gibbeton,
  - Ajalon,
  - Gath-rimmon.

3. Gerſchonitarum in tribu
- ½ Menaſchis 2
  - Golan, Gaulon
  - Hhaſchtaroth,
  - Behheſchtra.
- Iſſaſcaris 4
  - Kedeſch, Kiſchjon.
  - Dobrath
  - Ramoth, Jarmuth.
  - Hhanem, v
  - *Hhen-gannim.*
- Aſcheris 4
  - Maſchal, v
  - Miſcheal
  - Hhabdon
  - Chukok, v
  - Chelkath
  - Rechob.
- Naphtali 3
  - Kedeſch Galilææ.
  - Chammõ, Chammoth-dor.
  - Kirjathajim, v
  - Kartan.

4. Meraritarum in tribu
- Zebulunis, 4
  - Rimmono, Dimna.
  - Tabor, Nahalal.
  - Joknehham,
  - Karta.
- Rëubenis 4
  - Berzer,
  - Jahhetza,
  - Kedemoth,
  - Mephahhath.
- Gadis 4
  - Ramoth Gilhhadis,
  - Machanajim,
  - Cheſchbon
  - Jahhzer.

CAPUT VII.

Iſſaſcaris, Binjaminis, Naphtali, Menaſchis, Ephrajimi, & Aſcheris familiæ recenſentur.

Gen. 46.13 & Num. 26. 23.

1 ET filii Iſſaſcaris, Tolahh, & Pua, & Jaſchub, & Schimrom, quatuor.

2 Filii verò Tolahhi, Hhuzzi, & Rephaja, & Jeriel, & Jachmai, & Jibſam, & Schemuel, primores paternæ familiæ ſuæ Tolahhitidis, valentes robore per generationes ſuas: quorum numerus temporibus Davidis, viginti duorum millium ſexcentorum.

3 Et filii Hhuzzi Jizrachja, cum filiis Jizrachjæ Micaële & Hhobadja, & Joële Iſchija, quinque primores omnes:

4 Quibuſcum per generationes ſuas, per paternas familias ſuas, turmarii

marii militiæ bellicæ tricies sexies mille: nam[a] multas habuerunt uxores atque liberos.

5 Cum reliquis fratribus eorum, per omnes familias Jissascaris valentissimi robore, octuagies septies mille, [b] censu omnium ipsorum.

6 BINJAMINIS Belahh, & Beker, & [c] Jedihhaël, tres.

7 Ac filii Belahhi Etzbō, & Hhuzzi, & Hhuzziel & Jerimoth, & Hhiri, quinque primores paternarum familiarum valentissimi robore: quorum census viginti duorum millium triginta quatuor.

8 Filii autem Beceri, Zemira, & Johhasch, & Elihhezer, & Eljohhenai, & Hhomri, & Jeremoth, & Abija, & Hhanathoth, & Hhalemeth, omnes hi filii Beceri.

9 Quorum census per generationes eorum, per primores paternæ familiæ suæ, valentium robore, vicies mille ducentorum.

10 Filii verò Jedihhaëlis, Bilhan, & filii Bilhanis Jehhusch & Binjamin, & Ehud & Cenahhana, & Zethan & Tarschisch, & Achischachar.

11 Omnes hi filii Jedihhaëlis per primores paternarum *familiarum* valentissimi robore decies septies mille, ducenti, [d] apti ad procedendum in militiam bellicam.

12 Præter Schuppæos & Chuppæos [e] cives urbis, & Chuschæos natos in agro extero.

13 FILII Naphthali, Jachtziel, & Guni, & Jetzer, & Schallum, cum natis Bilhæ.

14 FILII Menaschis *Gilhhad*, Asriel quē peperit *uxor Gilhhadis* (concubina uxor illius Syra pepererat Macirem patrem Gilhhadis.

15 Macir autē [f] acceperat uxorē nomine Mahhacam sororē Chuppini & Schuppimi) & nomen secundi Tzelophchad, fueruntque Tzelophchado filiæ.

16 Peperit autē Mahhaca uxor Maciris filiū, quę vocavit eum nomine Pereschū, fratrē verò ejus nomine Schereschū: cujus filii Ulam & Rekē.

17 Et filii Ulami, Bedan: hi *sunt* in filiis Gilhhadis, filii Maciris, filii Menaschis.

18 Soror autem ejus Hammoleceth: peperit Iischhodū, & [g] Abihhezerem, & Machlam, & *Schemidahhum*.

19 Deniq; fuerunt filii Schemidahhi: Achjan & Schecem & [h] Likchi & Anihham.

20 FILII autē Ephrajimi, Schutelach: & Bered filius ejus, & Tachat filius ejus, & Elhhada filius ejus, & Tachat filius ejus.

21 Et Zabad filius ejus, & Schutelach filius ejus, & Hhezer & Elhhad: quos occiderunt homines Gathi indigenæ illius terræ, cùm descendissent ut caperent pecora illorum.

22 Quapropter luctu afflixit se Ephrajim pater illorum diebus multis: sed venerunt fratres ejus ad consolandum eum.

23 Tum congressus est cum uxore sua, quæ concipiens peperit filiū: &

a Heb. multiplicavērunt uxōres & liberos.

b Heb. censēri horū per omnes: sic deinceps.

c q & Aschbel, Gen. 46.21.

d Heb. egredientes in militiā ad bellum.

e Heb. filios civitatis.

Gen. 46.24

f maxima est verborū ἐμπλοκὴ sive trajectio quā nos per spicuitatis causa ex versu sequēte restituimus.

g qui & Ihhezer, Num. 26. 30.

h qui & Chelek, ibidem per metathesim literarum.

id est, in afflictione. vocavit nomẽ ejus Berihha, quod in afflictione fuisset propter familiam
suam:

24 Et filiam ejus Scheeram, quæ ædificavit Beth-Choronem inferiorem & superiorem: & Uzen-Scheeram.

25 Item Rephachum filium ejus, & Reschephum, & Telachum filium ejus, & Tachanam filium ejus.

k qui & Heram, Num. 26. 26 Illius filio[k] Hhadani, Hhammihud filius ejus, Elischamahh filius ejus,

l qui & Nun Num. 13. 16 27 [l] Non filius ejus, Jehoschuahh filius ejus.

28 Horum autem possessio & habitationes *sunt* Bethel & villæ ejus:

m quæ & Nahhama Jehosch 16. 7. & ab oriẽte[m] Nahharan, ab occasu verò Gezer, & villæ ejus, & Schecem cum villis ejus, usque ad Hhazzam & villas ejus.

29 In locis verò Menaschitarũ *erant* Beth-Schean & villę ejus, Tahhanac & villæ ejus, Megiddo & villæ ejus, Dor & villæ ejus: in istis habitabant filii Josephi filii Jisraëlis.

30 Filii Ascheris, Jimna, & Jischva, & Jischyi, & Berihha ac Serach soror horum.

31 Filii autem Berihhæ, Cheber & Malciel: hic pater fuit Birzavithæ.

32 Et Cheber genuit Japhletum, & Schomerum, & Chothamum: & Schuhham sororem horum.

33 Filii autem Japhleti, Pasach & Bimhal, & Hhasvath: hi fuerunt filii Japhleti.

34 Et filii Schameri: Achi, & Rohega, Jechubba, & Aram, & *Helem.*

35 Filius autem Helemi fratris hujus, Tzophach, & Jimnahh, & Schelesch, & Hhamal.

36 Filii Tzophachi: Suach, & Charnepher, & Schuhhal, & Beri, & Jimra:

n qui & Jether versu sequente. 37 Betzer, & Hod, & Schamma, & Schilscha, & [n] Jitran & Beera.

38 Filii autem Jetheri: Jephunne, & Pispa, & Ara, & *Hhulla.*

39 Filii denique Hhullæ: Arach, & Channiel, & Ritzja.

40 Omnes hi filii Ascheris, primores familiarum paternarum lectissimi, valentissimi robore, primores principum: quorũ census ad militiam bellicam, numerus virorum istorum vicies sexies mille.


ANNOTATIO.

2 *Temporibus Davidis*] i. cùm ejus jussu per Joabum recensitus est Jisraël. 2. Schem. 24. 6 *Tres*] quorũ posteri a Joabo fuerunt annumerati. 12 *Prater*] i. exceptis horum familiis quæ non venerunt in Joabi cẽsum: recensuit enim Joab eos tantùm e Binjaminitarum tribu in quos ex oportunitate itineris incidit: Quam obrem neque eos qui Jeruschalaimis habitabant, neque foris natos & commorantes numeravit. *Natos in agro*] i. Moabitarum agro, de quibus infrà 8. 8. 13 *Cum natis Bilhæ*] i. cum Danitis, qui eandem habuerunt matrẽ Bilham. Cõsultò autem hic reticetur Dan, quia unum duntaxat habuit familiæ suæ Principem Chuschimum. Gen. 46. 23. 14 *Filii Menaschis*] i. posteri, nam Asriel pronepos fuit ex Gilhhade filio Maciris, filii Menaschis. 15 *Chuppimi*] i. ex tribu Binjaminis, sup. ℣. 12. *Nomen secundi*] nepotis Gilhhadis ex Chephero fratre Asrielis junioris. Num. 26. 33. 17 *Bedan*] de quo 1. Schem. 12. 13. in annotatione. *Hi sunt in filiis*] i. inter Gilhhaditas. 18 *Soror autem ejus*] i. Gilhhadis, filia Maciris. 21 *Quos occiderunt*] i. synecdoche. *Cùm descendissent*] i. Gathæi fines Ægypti populaturi: erant enim illis crebra cum Ægyptiis bella, quorum causa Jisraëlitę in Ægypto a Pelischtæis sibi metuebant. huc spectabat consilium Dei, de quo Exodi 13. 17. 26 *Illius*] nempe Schuthelachi, filii Ephrajimi, Num. 26. 36. 28 *Horum*] Ephrajimitarum.


TABU-

Caput VIII.


TABULA I.




TABULA II.




TABULA III.




TABULA IIII.



TABULA V.



TABULA VI.



CAPUT VIII.

Binjaminitarum familiæ & ſedes earum recenſentur, & poſtremò Schaulis & Jehonathanis genus.

BINJAMIN autem genuit Belahhum primogenitum ſuum: [a] Aſchbelem [m] ſecundum, & [b] Achrachũ tertium:
[c] Nocham quartum, & [d] Rapham quintum,
(Fuerũtq; filii Belahho: [e] Addar & Gera & Abihud,
Et Abiſchuahh & Nahheman & Achoach)
Et Gera & [f] Schephuphan, & [g] Churam.
[n] Atque hi filii Echudis: hi *ſunt* primores paternarum *familiarum* habitatoribus [h] Gebahhi, qui curaverunt iſtos migrare in [m] Manachatam.
Nam [n] Nahhmanem & [i] Achijam & Geram [m] migrare juſſit: cùm ge-

a Idẽ qui & Jedihhaël ſup. 7.6.
b Echi, Gen. 46.21. & Achiram, Num. 26.38
c qui Becer Gen. 46.21.
d q Roſch, Ibidem.
e qui & Ard, Ibidem.
f q & Muppim, Ibidẽ, & Schephupham, Nũ. 26.39.
g qui &

Chuppim ibidē Gen. & Chuphan Numeris.
nuisset Hhuzzam & Achichudem, & *Schacharajimum*.
8 Qui Schacharajim genuit in agro Moabitarū ex *quo* is dimisit illos:
ex Chuschima & [k] Bahhara uxoribus suis:
9 Genuit inquam, *ex* Chodescha uxore sua: Jobabum & Tzibjam, &
Mescham & Malcamum,
10 Et Jehhutzum, & Socjam & Mirmam: hi filii eius, primores pater-
narum *familiarum* erant.
11 Ex Chuschima autem genuit Abitubum & Elpahhalem.
12 " Filii verò Elpahhalis, Hheber, & Mischehham, & Schemed: is ędi-
ficavit" Onuntem, & Lodum ac villas eius.
13 ITEM Berihha & Schemahh fuerūt primores paternarum *familia-
rum* habitatoribus Ajalonis: hi fugaverunt habitatores Gathi.
14 " Achjo autem, Schaschak & Jeremoth:
15 Et Zebadja, & Hharad, & Hheder:
16 Et Micael, & Jischpa, & Jocha filii Berihhæ:
17 Item Zebadja, & Meschullam, & Chizki, & Cheber:
18 Et Jischmerai, & Jizlia, & Jobab, filii Elpahhalis:
19 Item Jakim, & Zicri, & Zabdi:
20 Et Elihhenai, & Tziltai, & Eliel,
21 Et Hhadaja, & Beraja, & Schimrath filii [l] Schimhhi:
22 Item Jischpan, & Hheber, & Eliel:
23 Et Hhabdon, & Zicri, & Chanan:
24 Et Chananja, & Hhelam, & Hhantothija:
25 Et Jiphdeja, & Penuel filii Schaschaki:
26 Et Schamscherai, & Schecharja, & Hhatalja,
27 Et Jahhareschja, & Elija, & Zicri filii Jerochami:
28 Hi primores paternarum *familiarum* per generationes suas primo-
res: hi inquam habitabant Jeruschalaimis.
29 GIBHHONE autem habitabant" pater Gibhhonis, cujus uxoris
nomen Mahhacha:
30 Et filius eius primogenitus Hhabdon, deinde Tzur, & Kisch, & Ba-
hhal, & Nadab.
31 At Gedor & Achjo & [m] Zeker.
32 Et Mikloth, *qui* genuit [n] Schimeam: hi etiam" ex adverso fratrum
suorum, habitarunt Jeruschalaimis" cum fratribus suis.
33 [o] Ner autē genuerat Kischum, & Kisch genuit Schaulem, & Schaul
genuit Jehonathanem, & Malci-Schuhham, & Abinadabum, & [p] Elsch-
bahhalem.
34 Filius autem Jehonathanis, [q] Merib-Bahhal, & Merib-Bahhal ge-
nuit [r] Micam.
35 Et filii Micæ, Pithon, & Melec, & [s] Taareahh & Achaz.
36 Achaz autem genuit [t] Jehohhaddam, & Jehohhadda genuit Hha-
lemethum, & Hhazmavethū, & Zimrin: Zimri verò genuit Morzam,
37 Et

k quæ & Chodesch, ℣. sequēte.
l qui & Schemahh sup. ℣. 13.
m qui & Zecarja infrà 9.37.
n qui & Schimeam infrà 9.38.
o qui & Abiel 1. Schē. 9.1.
p qui Ischboscheth, 2. Schē. 2.9
q qui & Mephiboscheth 2. Schē. 9.10. & Meribahhal capite sequente 40. ℣.
r de quo 2. Schem. 16.
s qui & Tachreahh infrà 9.41.
t qui & Jahhra ibidem. 42. ℣.
Etiā Gibha Schaulis 1. Schē. 11.4. sive Binjaminis dicitur.
z qui Achoach sup. ℣. 4.

37 Et Motza genuit Binhham, cujus filius [u]Rapha, cujus filius El-Hha sa, cujus filius Atzel.

[u] qui & Rephaja, Ibi. 43

38 Atzeli autem fuerunt sex filii, quorum hæc nomina, Hhazrikã, Bocru, & Jischmahhel, & Schehharja, & Hhobadja & Chanan: omnes hi filii Atzelis.

39 Filii verò Hheschekí fratris ejus, Ulã primogenitus ipsius, Jehhusch secundus, & Eliphelet tertius.

40 Erant autem filii Ulami, viri valentes robore: tendentes arcum, & abundantes filiis & nepotibus, centum quinquaginta: omnes hi ex filiis Binjaminis.

ANNOTATIO.

1 *Binjamin*] Etsi hujus tribus recensio aliqua in superiore capite facta est: duæ tamen sunt causæ, cur rursus eandem & copiosius recensear: Prior, ut hoc caput sit ad sequentem historiam κατασκευαστικὸν: Altera, ut Binjaminitarum qui erant pars regni Jehudæ, recensio integra post captivitatem haberetur. *Secundum*] ordine naturæ: Nam quod Mosche filios Binjaminis alio ordine enumerat, fit per congeriem: ut ex eo evincitur, quòd etiam nepotes in filiorum numero promiscuè retenser. 6 *Atque*] Hinc incipit de Binjaminitarum locis & possessionibus agere non habita ratione autorum primorum a quibus familiæ propagatæ sunt. In causa esse videtur Binjaminitarum illa strages quæ Judicum 20. describitur. *Manachatam*] Numero jam ita aucti ut commodè simul habitare non possent, colonias eò ablegarunt, in eam partẽ quæ Binjaminitarum erat: vide sup. 2. ℣. 52. 7 *Jeßir*] nempe Echud paterfamilias. *Nahhamanem &c.*] id est, horũ posteros agnatos suos. 12 *Filii Elpahhalis*] præter eos, qui Jeruschalaima inhabitarunt, de quibus infrà ver. 17. *Onunvitarem*, in tribu Danis Jehosch. 19. 42. 14 *Achjo autem*] Catalogus principum e singulis familiis Binjaminis, qui Jerusalaimis habitabant. 29 *Pater Gibhhonis*] id est, Jehhiel, cap. 9. 35. 32 *Ex adverso fratrum*] id est Gibhhonitarum, in ea civitatis regione, quæ Gibhhonem spectat. *Cum fratribus*] id est, reliquis Binjaminitis incolentibus Ierusalaima.

TABULA I.

Binjamin

Belahh — Addar, Gera, Abihud, Abiſchuahh, Nahhaman, & Achoach.

Aſchbel, v Jedihhaël

Achrach, v Echi, v. Achiram.

Nocha, v. Becer

Rapha, v. Roſch

Gera,

Schephuphan, v Schephupham.

Churam, v. Chuppim, v Chupham.

Quorum principes

Gebahhi, Ajalone, Jeruſchalaimis, Gibhhone.

TABULA II.

Echud, pater Gebahhæorum cujus poſteri fuerunt

Gebahhi — Hhuzza, Achichud, Schacharajim, qui genuit in agro Moab e Chuſchima Bahhara, v Chodeſch — Abitub, Elpahhal. — Hheber, Miſchehham, Schemed. — Jobab, Tzibja, Meſcha, Malcam, Jehhuz, Socja, & Mirma.

in Manachata. — Nahhaman, Achija, Gera.

TABULA III.

Ajalone.

Berihha — Achjo, Schaſchak, Jeremoth, Zebadjia, Hharad, Hheder, Micaël, Jiſchpa, Jocha, & Elpahhal — Zebadja, Meſchullam, Chizki, Cheber, Jiſchmerai, Jizlija, & Jobab.

Schemahh, v Schimhhi — Jakim, Zicri, Zabdi, Elihhenai, Tziltai, Eliël, Hhadaja, Beraja, & Schimrath.

TABULA IIII.

Jeruſchalaimis

Schaſchak — Jiſchpan, Hheber, Eliel, Hhabdon, Zicri, Chanan, Chananja, Hhelam, Hhantothija, Jiphdeja, & Penuel.

Jerocham — Schamſcherai, Schecharja, Hhatalja, Jahhareſchja, Elija, & Zicri.

TABULA V.

Gibhhone

Jehhiel, pater Gibhhonitarum, cujus uxor Mahhaca.

Hhabdō, Tzur, Kiſch, Bahhal, Ner, Nadab, Gedor, Achjo, Zecer, Miſlioth — Schimea — incolæ Jeruſchalaimorum

Ner

Kiſch

Schaul

Jehonathan, Meribahhal. Mica — Pithon, Melec, Taereahh, Achaz. Tachreahh. Jehohhadda, Jahhra.

Malciſchuahh, v. Achiſchuahh

Abinadab,

Eſchbahhal, v. Iſchboſcheth.

Hhalemeth, Hhazmaveth, Zimri. Morza. Binhha. Rapha. Elhhaſſa.

Atzel — Hhazrikam, Bocru, Jiſchmahhel, Schehharja, Hhobadja, & Chanan.

Hheſchek. — Ulam, Jehhuſch, & Eliphelet.

CAPUT IX.

Facto epilogo præcedentium, ſtatus civilis & Eccleſiaſticus Jeruſchalaimorum recenſetur & deportatione: Et ad Binjaminitarum Schaulisq; genus redditur.

1 ET omnes quidem Jiſraëlitæ, recenſiti ſunt, ut ecce ſcripti erant in libro regum Jiſraëlis: Jehudæi verò *ut cum* deportati ſunt in Babyloniam, propter prævaricationem ſuam.

2 Habitatores autem primi, *qui inhabitant* poſſeſſionē ſuam, per civitates ſuas, Jiſraëlitæ, ſacerdotes, Levitæ, &

"Netinæi,

3 Ieru-

3 Jeruſchalaimis inquam habitarunt e filiis Jehudæ, & e filiis Binjamiחis,& ″ e filiis Ephrajimi ac Menaſchis.
4 [a]Hhuttai filius Hhammihudis, filii Hhomri, filii Imri, filii Bani e filiis Peretzi filii Jehudæ.
5 Et ex *familia* Schelanæa[b]″ Hhaſaja primogenitus & filii ejus:
6 Et e filiis Zerachi, Jehhuel, quorum agnati ſexcenti nonaginta.
7 E filiis verò Binjaminis, Sallu filius Meſchullami filii [c]Hodavjæ filii Haſſenuæ.
8 Et Jibneja filius Jerochami, ac Ela filius Hhuzzi filii Micri: & Meſchullam filius Schephatjæ filii Rehhuelis, filii Jibnijæ.
9 Quorum agnati per generationes ſuas″ nongenti quinquaginta ſex: omnes hi viri primores paternarũ *familiarum* per familias paternas ſuas.
10 Item ex ſacerdotibus: Jedahhja & Jehojarib & Jacin:
11 Et[d] Hhazarja filius″ Chilkijæ filii Meſchullami, filii Tzadoki, filii Merajothi filii Achitubi, anteceſſor in domo Dei.
12 Et Hhadja filius Jerochami,″ filii Paſchchuris, filii Malcijæ: & [e]Maahhaſai, filius Hhadielis, filii Jachzeræ filii Meſchullami, filii [f]Meſchillemithi filii Immeris:
13 Quorum agnati primores familiarum paternarum ſuarũ, mille ſeptingenti, ſexaginta: valentes robore ad opus miniſterii domus Dei.
14 Item ex Levitis: Schemahhja filius Chaſchubi, filii Hhaſrikami, filii Chaſchabjæ e filiis Merari:
15 Et[g] Bakbakar, Chereſch, & Galal: & Mattanja filius Micæ, filii [h]Cicri, filii Aſaphi.
16 Et[i] Hhobadja filius Schemahhjæ, filii Galalis, filii Jeduthunis: & Berecja filius Aſæ, filii Elkanæ qui habitabat in villis″ Netophatæorum.
17 Et Janitores, Schallũ, & Hhakkub, & Talmon, & Achiman: in quorum agnatis Schallum primarius *erat*.
18 ″ (Is hactenus in porta regis verſus orientem *ſtationem habet*): ″ illi ſunt Janitores ſecundum caſtra Levitarum.
19 Schallum verò filius Koræ filii Ebjaſaphi filii Korachi, & agnati ejus e familia patris ejus Korachitæ in opere miniſterii, obſervant″ limina tentorium: ut″ patres eorũ juxta″ caſtra Jehovæ obſervaverant adytũ, ad
20 Cùm Pinchas filius Elhhazaris anteceſſor præeſſet olim eis,″ cui Jehova adfuerat.
21 Zecarja filius Meſchelemjæ″ janitor eſt oſtii ad tentoriũ conventus.
22 Hi omnes qui electi fuerant in janitores, per limina ducenti duodecim, iſtos per villas ſuas recenſitos, iſtos *ordines inquam* ſtatuerat″ David & ″ Schemuel″ videns, in ſtato munere ipſorum:
23 Ut ipſi & filii eorum adſtantes portis″ ad domum Jehovæ, ad domũ tentorii per cuſtodias,
24 In quatuor[k] plagas eſſent janitores orientem, occidentem, aquilonem, & auſtrum:

[a] qui Hhathaja filius Hhuzzijæ filii Zecarję filii Amarję filii Schephatjæ, filii Mahalaleelis: nam binomines erãt: Nechẽ. 11. 4
[b] qui Mahhaſſeja, Nechemjæ 11. 5
[c] qui & JohhedNechẽ. 11. 7. & Jehuda, Ibi. 9. ℣.
[d] Seraja, Nechem. 11. 11
[e] qui Hhamaſchesai filius Hhazarielis filii Adaai: Nechem. 11. 13
[f] qui Meſchillemoth Jbi.
[g] qui & Bakbukija, Ibid. ℣. 17.
[h] qui & Zabdi, Ibid.
[i] qui Hhabdafil⁹ Schãmuthæ, Ibi.
[k] *Heb.* vẽtos.

25 Et agnati eorum per villas ſuas *habitantes* venirent [l] ſeptimo quoq; die in ſua tempora ″ cum illis.

26 Nam in ſtato munere ſunt, quatuor potentiſſimi janitorum illi Levitæ, & præſunt cubiculis ac theſauris domus Dei:

27 Et circa domum Dei pernoctant, nam illis incumbit cuſtodia: & præſunt aperturæ, & quidem [m] ſingulo quoq; mane.

28 Ex his quoque præſunt ″ inſtrumentis miniſterii: nam *certo* numero inferunt ea, ut *certo* numero depromunt ea.

29 Nam ex illis *alii* conſtituti ſunt ſuper inſtrumenta illa, etiam ſuper omnia inſtrumenta ſacra: alii ſuper ſimilam, & vinum, & oleum, & thus & aromata.

30 (Quamvis ex filiis ſacerdotum ſint [n] artifices unguenti ex ipſis aromatibus.)

31 Et Mattitja ex Levitis: is *eſt* primogenitus ″ Schallumi Korachæi: ex ſtato munere præeſt operi rerum ex cacabo.

32 Item e filiis Kehathitis agnatis ipſorum præſunt pani diſpoſitionis, adaptando ″ unoquoq; [o] ſabbatho.

33 ″ Horum quoque ipſi ſunt muſici, primores paternarum *familiarum* inter Levitas in cubiculis degentes immunes: quia interdiu & noctu illorum eſt verſari in ſuo opere.

34 Iſti primores paternarũ *familiarum* inter Levitas, per generationes ſuas primores: iſti *inquam* habitant Jeruſchalaimis.

Sup. 8. 29. 35 ″ GIBHHONE ergo habitaverant pater Gibhhonitarum Jehhiel, ″ cujus uxori nomen Mahhaca:

36 Et filius ejus primogenitus Hhabdi: deinde Tzur, & Kiſch, & Bahhal, & ″ Ner, & Nadab.

37 At Gedor, & Achjo, & Zecarja, & Mikloth,

38 (Qui Mikloth genuit Schimamum) hi etiam ipſi ex adverſo fratrũ ſuorum habitarunt Jeruſchalaimis cum fratribus ſuis.

39 Ner autem genuerat Kiſchum, & Kiſch genuit Schaulem: & Schaul genuit Jehonathanem, & Malci-Schuahham, & Abinadabum, & Eſchbahhalem.

40 Filius autem Jehonathanis Merib-Bahhal: & Merib-Bahhal genuit Micam.

41 Et filii Micæ, Pithon, & Melec, & Tachreahh, & Achaz.

42 Achaz autem genuit Jahhram, & Jahhra genuit Hhalemethum, & Hhazmavethum, & Zimrin: Zimri autem genuit Motzam.

43 Et Motza genuit Binhham: cujus filius Rephaja, cujus [p] filius Elhhaſa, cujus filius Atzel.

44 Atzeli autem fuerunt ſex filii, quorum hæc nomina: Hhazrikam, Bocru, & Jiſchmahhel, & Schehharja, & Hhobadja, & Chanan: hi filii Atzelis.

ANNOTATIO.

l *Heb.* in ſeptenum dierum, de tempore ad tempus.

m *Heb.* & in mane, & in mane.

n *Hebr.* unguentarii unguenti.

o *Heb.* ſabbatho, ſabbatho.

p *Nerina*] vide Jehoiad. 9. 21.

1 *At omnes quidem*] Epilogus ſuperiorum, qua docetur unde iſtæ recenſiones ſint deſumptæ.

9.21. Summa est ut priscorum Judæorum quatuor erant classes: Popularis, Sacerdotalis, Levitica & Dedititia, quæ erat ex exteris in religionem cooptatis: sic postliminio reversis Jehudæis est observatum. 3 *E filiis Ephrajimi & Menaschis*] id est, ex aliis tribubus ad quas Jerusalaima non pertinebant: synecdoche. nam eos intelligit, qui studio religionis, ad Jehudã convenerunt. 9 *Nongenti*] qui superiori numero, de quo ℣. 6, adjuncti, efficiunt mille sexcentos quadraginta sex principes familiarum. 11 *Chilkijæ*] qui librum legis invenit sub Joschija, 2. Reg. 22. 8. 12 *Filii Paschuris*] id est, abnepotis: vide Nechem. 11. 12: sic passim. 16 *Netophatæorum*] in tribu Jehudæ sup. 2. 54. Nam etsi possessiones in tribu Jehudæ & Binjaminis attributę erant sacerdotibus: tamen cum Levitis pro necessitate communicata fuit ipsorum habitatio, ex quo regnum divisum est. 18 *Is*] id est, qui primarius janitorum est. *Illi*] nempe quatuor qui modò in præcedenti versu nominati sunt. *Janitores*] id est, Janitorum Levitarum, per vices custodias suas obeuntium primatii, infrà 22. & seq. 4. 4. *Castra*] id est, Sacerdotes circum arcam castra habentes. 20 *Cui Jehova*] id est, qui carus fuit Deo, Nume. 25. 27. & sequentibus versibus. 21 *Janitor*] id est, primarius janitorum sive custodum interiorum. 22 *David*] vide infrà 16. & 23. *Schemuel*] vide 1. Schem. 7. 5. *Videns*] vide 1. Schem. 9. 9. 23 *Ad domum Jehovæ &c.*] id est, ad exteriorem & interiorem custodiam, de quibus ℣. 17. & sequentibus. 25 *Cum illis*] id est, primoribus, de quibus suprà versic. 17. & 21. 28 *Instrumentis ministerii*] prolepsis sive propositio universalis, quam sequentes versus sigillatim explicant. 31 *Schallum*] vide sup. 17. & 19. 32 *Unoquoque*] Levitic. 24. 5. 33 *Horum*] id est, ex hoc ordine Levitico. 35 *Gibbhone*] Regressio ad gentem & historiam Schaulis, de qua capite præcedenti a versu 29. ut sit κατασκευὴ ad historiam sequentem. *Cujus uxori*] sic invenimus in antiquo manu scripto, & in vetustioribus exemplaribus excusis: quæ sequi maluimus, propter convenientiam hujus loci cum superiori capite: quamvis in permultis libris etiam hebraicis hoc modo legatur: cujus sorori nomen Mahhaca. 36 *Ner*] diversus ab Abneri patre, qui Kischi non pater: sed frater fuit. 1. Schem. 14. 52.

Caput X.

Ultimum Schaulis cum Pelischtæis prælium, cum ipsius ac filiorum morte: Jabeschitarúmque in eos officio describitur: & causa mortis illius, ac regni ad Davidem translati ostenditur.

1 PELISCHTÆIS autem præliantibus contra Jisraëlem: fugerunt Jisraëlitæ [a] metu Pelischtæorum, ceciderunt q; confossi in monte Gilbohhæ. 1. Schem. 31. *a Heb.* a facie

2 Ubi assecuti Pelischtæi Schaulem & filios ejus: percusserunt Pelischtæi Jonathanem & Abinadabum & Malcischuhham filios Schaulis.

3 Ingravescente verò prælio in Schaulem, invenerunt eum jaculantes arcu: timuitq; a jaculatoribus.

4 Quapropter cùm edixisset Schaul armigero suo, stringe gladium tuum, & transfode me illo: ne venientes præputiati isti illudant mihi, & noluisset armiger ejus: reverebatur enim valde *eum*: arrepto Schaul gladio suo irruit in eum.

5 Tum videns armiger ejus mori Schaulem: irruit ipse quoq; in suum gladium ut moreretur.

6 Sic mortuo Schaule & tribus filiis ejus, & omnibus domesticis ejus pariter mortuis:

7 Videntes omnes Jisraëlitæ qui *habitabant* citra convallem illam, fugisse Jisraëlitas, & mortuos esse Schaulem ac filios ejus: derelictis civitatibus suis fugerunt, & venientes Pelischtæi habitarunt in eis.

8 Fuit autem postridie cùm venissent Pelischtæi ad spoliandum confossos: ut invenirent Schaulem & filios ejus, prostratos in monte Gilbohhæ.

9 Quem cùm spoliassent, deportarunt caput ejus & arma ejus: miseruntq; in terram Pelischtæorum circumquaque: ad nuntiandũ apud terricula sua, & apud populum.

10 Et deposuerunt arma ejus *in* æde deorum suorum: [b] caput verò ejus affixerunt *in* æde Dagonis. *b Heb.* eranium: synecdoche.

11 Sed audientes omnes *habitatores* Jabeſchi Gilhhadis quicquid fecerant Peliſchtæi Schauli:

12 Surrexerunt omnes viri ſtrenui, & aſſumptum corpus Schaulis, & corpora filiorum ejus, intulerunt Jabeſchum: & ſepelientes oſſa eorũ ſub quadam quercu Jabeſchi, jejunarunt ſeptem diebus.

13 Itaq; mortuus eſt Schaul ″ propter prævaricationem ſuam, qua prævaricatus eſt contra Jehovam, [c] eo quòd non obſervaſſet verbum Jehovæ: atque etiam quòd conſulere Pythonem quæſiiſſet.

[c] *Heb.* ppter verbũ Jehovæ quod nõ obſervaſſet: ut Gen. 5. 29 trajectio.

14 Ac nòn requiſiviſſet Jehovam: ideò morte affecit eum: & avertit regnum ipſum ad Davidem filium Jiſchai.

ANNOTATIO.

13 *Propter prævaricationem*] Prolepſis, ſive propoſitio generalis peccatorum Schaulis: quorum tres gradus ſubjiciuntur. quòd inobſequens fuit verbo Dei: quòd Diabolum conſuluit: & quòd impœnitens fuit. Sunt autem hi duo verſus parallelo aſtici ad hiſtoriam Davidis, quæ in ſequentibus toto hoc libro explicatur.

CAPUT XI.

David Chebrone maximo Iſraëlitarum conventu rex totius Iſraëlis inſtituitur: Jebuſum occupat & munit. Ejus duces recenſentur ordine, tum qui in expeditionibus militabant, tum ſtationarii.

2. Schem. 5. 1 1 ″ NAM congregati ſunt ″ omnes Iſraëlitæ ad Davidem Chebronem: ut dicerent: ecce os tuum & caro tua ſumus.

[a] *Heb.* etiam heri, etiã nudiuſtertius, etiam &c. 2 [a] Planè antehac, etiam cùm eſſet Schaul rex, tu eras qui educebas & reducebas Iſraëlem: denique dixit Jehova Deus tuus tibi: tu paſturus es populum meum Iſraëlem, & tu præfuturus es anteceſſor populo meo Iſraëli.

3 Venerunt quoq; omnes ſeniores Iſraëlis ad regem Chebronem: quibuſcum pepigit David fœdus Chebrone coram Jehova: & unxerunt David cum in regem ſuper Iſraëlem: ſecundũ verbum Jehovæ per Schemuelẽ.

2. Schem. 16

4 Profecto autem Davide cum ″ toto Iſraële Jeruſchalaima, ea *erat* Jebus (nam ibi Jebuſæi *erant ex* ″ habitatoribus terræ).

5 Dixerunt habitatores Jebuſi Davidi: non es venturus huc: ſed cepit David arcem Tzijonis: ea *eſt* civitas Davidis.

6 (Dixerat enim David, quiſquis percuſſerit Jebuſæum primùm, futurus eſt primarius & princeps: quare cùm aſcendiſſet primùm Joab filius Tzerujæ factus eſt primarius).

7 Poſteà habitabat David in ea arce: idcircò vocarunt eam, civitatem Davidis.

[b] *Heb.* ab ipſa munitione uſque ad circuitũ ejꝰ.

8 Nam exſtruxit civitatem ipſam circumquaq;, [b] tam munitionẽ quàm circuitum ejus: Joab verò [c] inſtauravit reliquum civitatis.

[c] *Heb.* vivificavit vel ſanavit: ut 2. Chr. 24. 13.

9 Sic [d] pergebat David continenter creſcere: quia Jehova exercituum erat cum eo.

[d] *Hebr.* ibat David eũdo & creſcẽdo.

10 Hi autem *ſunt* primores robuſtiſſimorum qui ″ fuerunt Davidi, qui fortiter ſe geſſerunt cum eo, pro regno ejus, & ″ cum toto Iſraële ad efficiendum

2. Schẽ. 23. 8

tiendum ut regnaret: secundum verbum Jehovæ, super Jisraëlem.
11 Et ex his numerus robustissimorum qui erant Davidi: Jaschobhhã filius Chachmonæi primarius ducum: hic vibravit hastã suam in trecentos quos confodit, vice una.
12 Post hunc verò Elhhazar filius Dodonis Achochæi: hîc erat inter tres robustissimos.
13 Ipse erat cum Davide Pas-Dammimis, cum Pelischtæis congregatis illuc ad bellum: (*erat* autem portio illa agri plena hordei) populus fugerent metu Pelischtæorum.
14 Stiterunt autẽ se in medio illius portionis ut liberarent eam, ac percusserunt Pelischtæos: sic servavit Jehova conservatione magna.
15 Prætereà descendentes tres isti supra triginta primarii e quadam rupe ad Davidem, ad speluncam Hhadullami: cùm castra Pelischtæorum metarentur in convalle Raphaæorum.
16 (Nam David tunc *agebat* in suo propugnaculo: statio autẽ Pelischtæorum tunc ad Beth-Lechemum).
17 Cumq; desyderio motus David diceret: ô si quis bibendam daret mihi aquam, e cisterna Beth-Lechemi quæ *est* ad portam:
18 Perruperunt tres isti per castra Pelischtæorum, & hausta aquam e cisterna Beth-Lechemi quæ *est* in porta, deportantes attulerunt ad Davidem: quam noluit bibere: sed effudit eam Jehovæ.
19 Dicebat enim: absit mihi a Deo meo ut faciã hoc: an sanguinem virorum istorũ biberem, ineuntiũ periculum vitæ suæ? nam periculo vitæ suæ attulerũt eam: ideò noluit bibere illã: hæc fecerũt tres illi potẽtissimi.
20 Deinde Abschai frater Joabi ipse erat primarius horum trium: hic quoque vibravit hastam suam contra trecentos quos confodit: eratq; nominatissimus inter hos tres.
21 Horum trium supra alios duos honoratissimus: ideò fuit illis princeps: at usque ad illos tres non pervenit.
22 Benaja filius Jehojadahhi, filius viri strenui, magnus rebus gestis e Kabtzeele: hic percussit duos valentissimos Moabitas: & idem descendẽs percussit quendam leonem in medio cisternæ, tempore nivis.
23 Idẽ quoq; percussit virũ quendam Ægyptiũ, virum procerũ quinq; cubitorũ: cùm in manu ipsius Ægyptii *esset* hasta, par jugo textorũ, descẽdit ad eũ baculo: & arripiẽs hastã e manu Ægyptii, interfecit eũ hasta ipsi.
24 Hæc fecit Benaja filius Jehojadahhi: qui erat nominatus inter hos tres robustissimos.
25 Supra triginta ecce honoratus erat: quanvis ad illos tres non pervenerit: quamobrem præposuit eum David satellitio suo.
26 Item e robustissimis copiarum Hhasaël frater Joabi, Elchanan filius Dodonis e Beth-Lechemo,
27 Schammoth Harorita, Cheletz Pelonæus,
28 Hhira filius Hhikeschi Tekohhæus, Abihhezer Hhanathothęus,

d Heb. cõfossos: sic deinc.

e q̃ & Ephes-Damimim 1. Schẽ. 17. 1.

f Heb. super animis suis: nã super animis suis, &c.

g Heb. mensuræ.

29 Sibcai Chuſchathæus, Hhilai Achochæus,
30 Maharai Netophatæus, Cheled filius Bahhanæ Netophatæus,
31 Ithai filius Ribai e Gibhha Binjaminitarũ: Benaja Pirhhathonites,
32 Churai ex *una* vallium Gahhaſchi, Abiel Hharbathæus,
33 Hhazmavet Bachurimanus, Eljachba Schahhalbonites,
34 E filiis Haſchemi Gizonitæ Jonathan, filius Schagæ Hararitæ,
35 Achiam filius Sacaris Hararita, Eliphal filius Uris,
36 Chepher Mecerathæus, Achija Pelonæus,
37 Chetzro Carmelita, Nahharai filius Ezbai,
38 Joël frater Nathanis, Mibchar filius Hagri,
39 Tzelek Hhãmonita: Nachrai Berothita armiger Joabi filii Tzeruiæ,
40 Hhira Jitræus, Gareb Jitræus,
41 Urija Chittæus, ″ Zabad filius Achlai,
42 ″ Hhadina filius Schizæ Reübenita, primarius Reübenitarum: atta-
men ſuperiores eo triginta.
43 Chanan filius Mahhacæ, & Joſchaphat Mithnæus.
44 Hhuzzija Hhaſchterathæus: Schamahh & Jehhiel filii Chothami
Hharohheritæ.
45 Jedihhaël filius Schimri, & Jocha frater ejus Titzæus.
46 Eliel Hammachavim, & Jeribai, & Joſchavja filii Elnahhami: & Jit-
ma Moabita.
47 Eliel, & Hhobed, & Jahhaſiel Metzobajani.

ANNOTATIO.

1 *Nam*] ætiologia, qua explicatur quo ordine & quibus mediis Deus a Schaule ad Davidem regnum tranſtulit. *Omnes Iſraëlitæ*] id eſt, delecti ex ſingulis tribubus: de quibus infrà 12. 23. & ſequentibus ver. 4 *Cum toto Iſraële*] id eſt, cum bellatoribus e ſingulis tribubus: de quibus infr. 12. 23. & ſequentibus. *Habitatoribus*] priſcis, quos Deus exterminari juſſerat, Exod. 23. 33. 10 *Fuerunt Davidi*] in expeditione contra Jebuſum: de quibus infr. 12. 23 &c. *Cum toto Iſraële*] ut ſup. verſic. 4. *Super Iſraëlem*] totum videlicet. 11 *Numerus robuſtiſſimorum*] ex quibus ſelectus eſt numerus ducum, qui deinde ordinariis cohortibus ſub Davide præfuerunt. 12 *Tres*] quorum tertius hîc reticetur: exprimitur autem 2. Schem. 23. 11. 13 *Ipſe erat*] de hoc bello vide 2. Schem. 5. 17. & ſequentibus. & 23. c. ver. 11. 14 *Steterunt*] ſc. Elhhazar & Schamma. 41 *Zabad*] vide ſuprà 2. 38. Hic autem unus, præter recenſionem quæ eſt 2. Schem. 23. additur: fortaſſe quia Elika, de quo ibi ver. 25, occumbente, hic in locum ejus ſuffectus eſt. 42 *Hhadina filius*] altera pars recenſionis, qua exponitur qui duces ſtationarii in finibus regni ultra Jardenem præfuerint, & regionibus recens acquiſitis: de quibus ſuprà 5. 10.

CAPUT XII.

Copiæ quæ ſe Davidi partim exilii tempore, partim Chebrone regnanti adjunxerunt: Et poſtremò quæ ex ſingulis tribubus ad maximum conventum regi Iſraëlitis præficiendo convenerunt, recenſentur.

1 Hi verò ſunt qui venerant Tziklagum ad Davidem, adhuc ″ excluſum metu Schaulis filii Kiſchi: qui cum illis ″ robuſtiſſimis *fuerunt* adjutores bellorum ejus.

2 Armati arcu, [a] dextrorſum & ſiniſtrorſum *petentes* lapidibus, ſagittis *jaculantes* arcu: ex agnatis Schaulis e Binjaminitis.

3 Primarius Achihhezer, deinde Joaſch filii Schemahhæ Gibhhani, & Jeziel & Pelet filii Hhazmavethi: & Beraca & Jehu Hhanathothanus.

4 Iſch-

[a] *Heb.* dexteram petẽtes & ſiniſtrã petentes lapidibus: ut Gẽ. 13. 9.

4 (Jischmahhja verò Gibhhonita robustissimus inter" hos triginta erat:ideoq; præerat his triginta) & Jirmeja & Jachaziel, & Jochanan & Jozabad Gederanus.
5 Elhhuzai, & Jerimoth, & Behhalja, & Schemarja, & Schephatja Charuphæus:
6 Elkana, & Jischija, & Hhazareel, & Johhezer, & Jaschobhham Korachæi:
7 Et Johhela, & Zebadja filii Jerochami e Gedore.
8 Etiam e Gaditis [b] secesserunt ad Davidem ad" propugnaculum illud in desertum, valentes robore, viri militares ad bella ejus, instructi clypeo & scuto: quorum facies ut facies leonis *erant*, & similes erant capreis in montibus [c] pernicitate.
9 Hhezer primus, Hhobadja secundus, Eliab tertius,
10 Mischmanna quartus, Jirmeja quintus,
11 Hhattai sextus, Eliel septimus,
12 Jochanan octavus, Elzabad nonus,
13 Jirmeja decimus, Macbannai undecimus:
14 Hi e Gaditis primores militiæ: unusquisque in centenos qui minimus, & qui maximus in millenos:
15 Hi *inquam* sunt qui trajecerunt Jardenem mense primo, quãvis [d] exundaret supra omnes ripas suas: & fugaverunt omneis *incolas* convallium ad orientem & ad occidentem.
16 Cùm autem venirent e filiis Binjaminis & Jehudæ usque ad istam munitionem ad Davidem:
17 Egressus est David obviam eis, & locutus dixit eis: si [e] pacis animo venitis ad me ut juvetis me, erit mihi vobiscum [f] animus adunatus: sed si ad decipiendum me *prodituri* hostibus meis, cùm non sit injuria in manibus meis: respiciat Deus majorum nostrorum & reprehendat.
18 Tunc" spiritus induit Hhamasajum primarium horum ducum: *ut diceret*: tibi David, & comitibus tuis filii Jischai *sit* pax, pax tibi & pax adjuvantibus te. adjuvat enim te Deus tuus: sic suscepit eos David, & constituit eos inter primores turmarios.
19 E Menaschitis autem defecerunt ad Davidem, quando venit cum Pelischtæis contra Schaulem ad prælium: sed non" juverunt illos: (nam de consilio dimiserant eum Satrapæ Pelischtæorum dicendo: [g] periculo capitum nostrorum deficeret ad dominum suum Schaulem).
20 Cum" rediisset Tziklagum, defecerũt ad eum e Menaschitis Hhadnach, & Jozabad, & Jedihhaël, & Micaël, & Jozabad, & Elihu, & Tzillethai, qui erant Chiliarchi apud Menaschitas.
21 Hi quoq; fuerunt adjumento Davidi adjuncti turmæ ejus: nã valentes robore erant omnes: quapropter fuerunt præfecti in eius militia.
22 Quin etiam [h] opportuno quoq; die veniebant ad Davidem ut iuvarent eum: donec exercitus redderetur magnus ut exercitus Dei.

b Hebr. separaverunt se.
c Heb. festinando.
d Heb. impleret supra omnes ripas suas.
e Heb. ad pacem.
f Heb. cor ad simul.
1. Schem. 29
g Heb. super capita nostra.
h Heb. tempore diei in diem: hypallage.

23 Hi verò numeri primariorum inter expeditos ad militiam ve-
nerunt ad Davidem Chebronem: ᵉut averterent regnum Schaulis ad eũ,
ᵉ Heb. os: sic vers. 32. secundum[i] præstitutum Jehovæ.

24 Filii Jehudæ ferentes clypeum & spiculum, sexies mille octingenti,
expediti ad militiam:

25 E filiis Schimhhonis valentes robore ad militiã: septies mille centũ.

26 E Levitis, quater mille sexcenti:

27 Et Jehojadahh qui ᵉ antecessor erat Aharonitis: & cum eo ter mil-
le septingenti:

28 Et Tzadok adolescens valens robore: & familiæ paternæ ejus prin-
cipes viginti duo:

29 Item e Binjaminitis agnatis Schaulis ter mille: nam adhuc multi il-
lorum ᵉ observabant observationem domus Schaulis:

ᵏ Heb. nomi num. 30 Et ex Ephrajimitis, vicies mille octingenti: valentes robore, viri [k] no
minati per familias paternas suas.

31 Et e ᵉ dimidiata tribu Menaschis, octodecies mille: qui expressi erãt
nominibus, ut venirent ad constituendum regem Davidem.

ˡ Heb. noscẽtes intelligẽtiam in tem pora. 32 Et e Jissascharis[l] noscentes scitè tẽpora, ut [m] noscerent Jisraëlitę quid
sibi faciendum esset: primores illorum ducenti, quorum omnium fratres
ex præstituto eorum *agebant*.

ᵐ Heb. ut no sceret quid factur⁹ esset Jisraël: traje ctio. 33 E Zebulunitis prodeuntes in militiã, instructi ad bellum omnib. ar-
mis bellicis quinquagies mille: etiam ordinibus servandis *exercitu* ᵉ in-
tegro animo.

ⁿ Heb. absq; corde & cor de, id est, nõ duplici animo. 34 Et e Naphtalitis pręfecti mille: quibuscum clypeati & hastati tricies
septies mille.

35 Et e Danitis instructi ad bellum, vicies octies mille sexcenti.

36 Et ex Ascheritis prodeuntes in militiam, ordinem servando belli-
cum, quadragies mille.

37 Et ex transjardenanis, ex Reübenitis & Gaditis atque ex dimidiata
tribu Menaschis cum omnibus armis militię bellicę, centies vicies mille.

38 Omnes hi viri bellatores ordines aciei servantes, animo integro ve-
nerunt Chebronem ad regem pręficiendum Davidem toti Jisraëli: quin-
ᵉ Heb. cor. etiã toti⁹ residui Jisraëlitarũ ⁹ anim⁹ un⁹ erat ad regẽ constituendũ Davidẽ.

39 Hi fuerunt ibi cum Davide diebus tribus, comedentes & bibentes:
quia præparaverant eis ᵉ fratres eorum.

40 Atq; etiam ᵉ propinqui illorũ usq; ab Jissascare, & Zebulune, & Na
phtali advehebant panes asinis, & camelis, & mulis, & bobus: cibum, fari
nam, palathas, & uvas passas, vinumq; & oleum, boves, pecudesque [p] co-
ᵖ Heb. in mul titudinem. piosè: quia lætitia erat in Jisraële.

ANNOTATIO.

1 *Exclusum*] id est, extra regni fines agentem, 1. Schem. 27. 1. *Robustissimi*] de quib. capite præcedente. 4 *Herri ginta*] qui hic recensentur. 8 *Propugnaculum*] .i. Tziklagũ, sup. ℣. 1. quod situm erat in deserto Jehudæ. 15 *Exsu davet*] vide Jehos. 3. 15. 18 *Spiritus induit*] ut Judic. 6. 34. 19 *Juverunt illos*] Pelischtæos Davidi fese adjunxerunt. 20 *Re dusset*] cæsis jam Hhamalekitis 1. Schẽ. 30: quo tempore Gaditæ & Binjaminitæ Davidi fese adjunxerunt. 23 *Ut averterent*] vide sup. in fine capitis decimi, & in principio undecimi. 27 *Antecessor*] id est, eorum sacerdotũ ductor, qui hic cõmemorãtur ad Davidẽ recẽs venisse: nã sacerdotũ qui antehà in regno Chebronitico penes Davidẽ erãt, unus erat Ehya-
thar.

that. 1. Schem. 23. 5. 29 *Observabant observationem*] id est, studebant conservare regnum penes familiam Schaulis. 31 *Dimidiata tribu*] cis Jardenem commixta Ephrajimitis. 32 *Noscentes scitè tempora*] id est, periti prudentiaq; instructi, qua exploraverunt quid quando agendum esset, & omnibus Jisraëlitis in hoc facto præiverunt: sic Esther 1. 13. *Integro animo*] venerunt, ut infrà ver. 38. 39 *Fratres eorum*] id est contribules. 40 *Propinqui*] id est, parentes & aguati singulorum, peculiarem curam singuli suorum habentes.

CAPUT XIII.

David de consilio omnium ordinum arcam Dei Kiriath-Jehharimis abducit, ut Jebusum deportet: sed divinitus perempto in itinere Hhuzza, consilium mutans apud Hhobed-Edomum eam deponit.

1 DEINDE iniit consilium David cum Chiliarchis & centurionibus, omnibusq; antecessoribus:

2 Et dixit David toti congregationi Jisraëlis: si vobis bonum, & a Jehova Deo nostro *videtur esse*,[a] passim dimittamus ad fratres nostros qui reliqui sunt per omnes regiones Jisraëlitarum, & cum eis *ad* sacerdotes & Levitas[b] per civitates & suburbana eorum: ut congregentur ad nos.

3 Ita divertamus arcam Dei nostri ad nos: nam non requisivimus eam diebus Schaulis.

4 Dixerunt autem tota congregatio illa, faciendum esse ita: nam recta *videbatur* res illa in oculis totius populi.

5 Congregavit ergo David ex toto Jisraële a Schichore Ægypti, usque quà venis Chamatham, ad deducendum arcam Dei e Kirjath-Jehharimis.

6 Cumq; ascendisset David cum toto Jisraële Bahhalam *sive* Kiriath-Jerahharima quæ *sunt* Jehudæ: ad deducendum inde arcam Dei Jehovæ insidentis Cerubinis, cujus invocatur nomen:

7 Imposuerunt arcam Dei plaustro novo *deportandam* e domo Abinadabi: Hhuzza & Achjo ducentibus plaustrum.

8 David autem & omnes Jisraëlitæ præ lætitia gestiebant coram Deo totis viribus: tam canticis quàm cytharis, & nabliis & tympanis, & cymbalis atque tubis.

9 Sed cùm venissent usq; ad aream Cidonis: extendit Hhuzza manum suam ad prehendendum arcam, quia dimoverant *eam* boves.

10 Quam ob rem accensus ira Jehova in Hhuzzam, percussit eum, eo quòd extẽderet manum suam ad arcam: ita ut moreretur ibi coram Deo.

11 Displicuit autẽ Davidi, quòd irrupisset Jehova irruptione in Hhuzzam: quapropter vocat quisq; locũ illũ, rupturã Hhuzzę usq; in hunc diẽ.

12 Et timuit *sibi* David a Deo die illo dicens: quo modo introducerem ad me arcam Dei?

13 Neq; abduxit David arcam ad se in civitatem Davidis: sed curavit ut ea diverteret in domum Hhobed-Edomi Gittæi.

14 Considente autem arca Dei apud familiam Hhobed-Edomi in domo ejus tres menses: benedixit Jehova familiæ Hhobed-Edomi, & omnibus quæ *erant* ei.

[a] *Heb.* erumpamus, dimittamus, id est, cursores celerrimè huc illuc amandemus: metaphora ab exundantibus aquis.

[b] *Heb.* civitates suburbanorum eorũ

2. Schem. 6.

ANNOTATIO.

1 *Deinde*] cùm rex totius populi creatus Jebusum occupasset, & Philistæos cecidisset 2. Schem. 5. 3 *Non requisiuimus*] id est, externum ex lege cultum apud eum non exercuimus: nam pars illa regni frequentibus Philistæorum incursionibus infestabatur, sed in tabernaculo arca vacuo colebatur Deus. 5 *Schichore*] vide Jehosch. 13.3: Id est, a termino meridiano ad Septentrionalem. *Kiriath-Jehharimis*] quò delata fuerat temporibus Schemuelis. 1. Schem. 6.21. 6 *Cujus invocatur*] q.d. Hhezra, cujus cultus etiamnum manet: etiamsi arca a temporibus deportationis desyderetur.

CAPUT XIIII.

Tyriorum rex muneribus & officiis Davidem prosequitur: qui filiorum numero augetur & Philistæos bis fundit.

2. Schē. 5.11 & seq. *a Hebr.* fabros muri.

1 MISIT autem Chiram rex Tyri legatos ad Davidem: lignaq; cedrina & [a] latomos ac fabros lignarios: ad extruendum ipsi domum:

b Heb. quòd stabiliviſſet se Jehova &c. sed hoc amphibolū est.

2 Cùm expertus esset David [b] a Jehova stabiliri se in regem super Jisraëlem: quia sursum extollebatur regnum ejus propter populum ipsius Jisraëlem.

3 Accepit deinde David adhuc uxores Jerusalaimis: genuitq; David adhuc filios & filias.

Supr. 3.5. *c Heb.* natorum qui fuerunt ei &c. trajectio.

4 Atq; hæc *sunt* nomina [c] eorum qui nati sunt ei Jerusalaimis: Schammuahh, & Schobab, Nathan, & Schelomo:

5 Item Jibchar, & Elischuahh, & Elpelet,

6 Et Noga, & Nepheg, & Japhiahh,

7 Et Elischamahh, & Behheljadahh, & Eliphelet.

8 Audientes autem Philistæi, unctum esse Davidem in regem super totum Jisraëlem: ascenderunt omnes Philistæi ad quærendum Davidē: quod audiens David processit ante eos.

9 Cùm enim Philistæi veniſſent, diffusi essent per convallem Raphæorum:

10 Consuluerat David Deum dicendo: an ascensurus sum contra Philistæos, & traditurus es eos in manum meam? & edixerat ei Jehova: ascende, nam traditurus sum eos in manum tuam.

11 Ascendētibus itaq; illis Bahhal-Peratzima, percussit eos ibi David: ac dixit David: rupit Deus inimicos meos manu mea, ut eruptione aquarum: idcircò vocant nomen loci illius Bahhal-Peratzim.

12 Nā dereliquerant ibi deos suos: qui edicēte Davide, exusti sunt igne.

13 Pergentes autem iterum Philistæi, diffusi erant in ea convalle:

14 Cùm consulenti iterum Davidi Deum, edixit ei Deus: ne ascendito post eos: diverte ab eis, posteà aggredieris eos ex adverso mororum.

15 Et esto, cùm audieris sonum quendam incessus in cacuminibus mororum: *ut* tunc prodeas in prælium: prodierit enim Deus ante te ad percutiendum castra Philistæorum.

16 Cumq; faceret David quemadmodum præceperat ei Deus: percusserunt castra Philistæorum inde a Gibhhone Gezerum usque.

17 Sic abiit fama Davidis per omnes regiones: & Jehova indidit metū ejus omnibus gentibus.

CAPUT

Caput xv.

David erecto tentorio arcæ Dei in civitate sua, per Levitas ex legis præscripto, eam e domo Hhobed-Edomi eô deportari curat, prosequentibus Israëlitarum ordinibus.

1 Cùm autem [a] fecisset sibi David domos in civitate sua: & parato loco arcæ Dei, tetendisset ei tentorium.

2 Tum dixit David, non sunt laturi arcam Dei nisi Levitæ: quia ipsos elegit Jehova ad ferendum arcam Dei, & ministrandum ei usque in seculum.

3 Itaq; congregans David omnes Israëlitas Jeruschaima ad deducendum arcam Jehovæ, in locum ejus quem paraverat ei.

4 Collegit David filios Aharonis & Levitas istos.

5 E filiis Kehathi: Urielem principem, & agnatos ejus cētum viginti. Sup. 6.

6 E filiis Merari: Hhasajam principē, & agnatos ejus ducētos viginti.

7 E filiis Gerschomi: Joëlem principē, & agnatos ejus cētum triginta.

8 E filiis Elitzaphanis: Schemahhjā principē, & agnatos ejus ducētos.

9 E filiis Chebronis: Elielem principem & agnatos ejus octoginta.

10 E filiis Hhuzzielis: Hhamminadabum principem & agnatos ejus centum duodecim.

11 Tunc vocavit David Tzadokum & Ebjatharem sacerdotes: ac Levitas istos Urielem, Hhasajam & Joëlem, & Schemahhjam, & Elielem, & Hhamminadabum.

12 Et edixit eis: vos primarii paternarum familiarū inter Levitas: sanctificate vos ipsos & agnatos vestros: ut deportetis arcam Jehovæ Dei Israëlis in *locum quem* præparavi ei.

13 Quia principio vos non *fecistis hæc*: irrupit Jehova Deus noster in nos: cùm non requireremus eum [b] ritè. Sup. 13. 7. *b Heb.* secūdum ritum suū. Num. 4.

14 Itaque sanctificaverunt se sacerdotes ac Levitæ: ad deportandū arcam Jehovæ Dei Israëlis.

15 Et tulerunt Levitę arcam Dei, quemadmodum pręceperat Mosche ex verbo Jehovæ: humero suo vectibus sibi impositam.

16 Et dixit quoque David principibus Levitarum, ut instituerēt agnatos ipsorū musicos cum instrumentis musicis nabliis, cytharisq; ac cymbalis, resonaturos extollendo vocem cum lætitia.

17 Instituerunt ergo Levitę illi [c] Hemanem [d] filium Joëlis & ex cognatis ejus [d] Asaphum filium Berecjæ: & e Meraritis cognatis suis [e] Ethanem filium Kuschajæ. *c* Sup. 6. 33. *d* Ibid. 39. ỳ. *e* Ibidē. ỳ. 44.

18 Et cum ipsis cognatos ipsorum secundanos: Zecarjam, Benem & Jahhazielem & Schemiramothum & Jechielem & Hhumin, Eliabum & Benajam, & Mahhasejam & Mattitjam, & Eliphelem, & Miknejam, & Hhobed-Edomum, ac Jehhielem janitores.

19 Ac musici quidem isti, Heman, Asaph & Ethan: cymbalis chalybeis [e] resonabant:

20 Et Zecarja,& [f]Hhazziel,& Schemiramoth,& Jechiel,& Hhumni,
& Eliab,& Mahhaseja,& Benaja cum nabliis [g]″ acutæ symphoniæ.
21 Mattitja verò & Eliphele & Mikneja & Hhobed-Edom,& Jehhiel
& Hhazazja cum cytharis [h]″ gravi symphoniæ præerant.
22 At Cenanja princeps Levitarũ [i] quibus *incumbebat* munus portandi:″ erudiebat de munere portandi,quia peritus erat.
23 Berecja autem,& Elkana janitores adstantes arcæ:
24 Et Schebanja,& Joschaphat,& Netaneel,& Hhamasai,& Zecarja,& Benaja, ac Elihhezer sacerdotes clangentes tubis: anteibant arcæ Dei: posteà Hhobed-Edom,& Jechija janitores *sequebantur* arcam.
25 Deinde erat David cum senioribus Jisraëlis & Chiliarchis: procedentibus ad deducẽdum arcam fœderis Jehovæ e domo Hhobed-Edomi cum lætitia.
26 Erat autem cùm [k]″ levaret Deus Levitas gestãtes arcam fœderis Jehovæ: ut sacrificarent septenos juvencos & septenos arietes.
27 Ita David″ paludatus pallio byssino,& omnes Levitę gestantes arcam,& musici, atque Cenanja qui princeps erat muneris portandi, musicam exercentes: (Davidi autem impositum *erat*″ amiculum lineum)
28 Denique omnes Jisraëlitæ deducebant arcam fœderis Jehovæ cum clangore & sono buccinæ, tubisque ac cymbalis: resonantes nabliis & cytharis.
29 Fuit autem arca fœderis Jehovæ intrãte in civitatem Davidis: cùm Mical filia Schaulis prospectans per quandam fenestram, videret regem Davidem saltantem & gestientem,ut sperneret eum cum animo suo.

f qui Jahhaziel ℣. 18.
g Heb. virgineis: ut πας θένικα genus Musices vocarunt Dores.
h Heb. octavæ.i. quam musici vocant diapasôn.
i Heb. qui erant in onere.
k Heb. adjuvaret.

ANNOTATIO.

17 *Filium Joëlis*] filii Schemuelis Kehathitæ. 19 *Resonabant*] id est,exercebant musicam diaronum. 20 *Acutæ symphoniæ*] id est,ut vulgus musicorum dicit,alto & superiore: sive ut veteres vocabant, sonis synemmenis, diazeugmenis & hyperboleis: qui soni optimè vocibus virginum referuntur. Sunt autẽ hæc plerunque in Chromate posita,secundo genere musices. 21 *Gravi symphoniæ*] id est,ut vulgus musicorum vocat basso & Tenore, sive ut veteres,hypatis & Mesis.i.imis & mediis sonis: quod genus cantionũ ferè in harmonia, tertio genere musices,positum est. 22 *Erudiebat*] id est,imperabat modum & tempus gestandi,interquiescendi, & bajulos ea-mutandi. 26 *Levaret*].i. cùm jussu Cenanjæ consisteret arca,Levitæ interquiescerent, & alii aliis succederent; erat autem hoc spatium senûm gressuum. 2.Schem. 6.13. 27 *Paludatus pallio*] id est,paludamento regio. *Amiculum lineum*]superindutum paludamento regio, quasi dignitatem regiam coram Deo abjiciens, & reliquis Dei ministris se æquans.

CAPUT XVI.

David allata arca Dei,ministros apud eam constituit: canticum describitur in deportatione arcæ cãtatum. Sacerdotumq; & Levitarum officia tam corã arca quàm tabernaculo distributa.

1 CUM itaque intulissent arcam Dei, & statuissent eam intra tentorium illud, quod tetenderat ei David: [l]″ obtulerunt holocausta & eucharistica coram Deo.
2 Deinde cùm absolvisset David offerre holocaustum & eucharistica: benedixit populo in nomine Jehovæ.
3 Et impertitus est unicuiq; Jisraëlitæ [a] tam viris quàm mulieribus viritim tractam panis unã,& frustum carnis, & lagenã vini.
4 Tunc

2.Schem. 6 17.
a Heb. a viro & usque ad mulierẽ.

4 Tunc dispoſuit coram arca Jehovæ e Levitis miniſtros: tã ad [b] prędicandũ quàm ad celebrandum & laudandum Jehovam Deum Jiſraëlis.
5 Aſaphum primarium, & ſecundum ab eo Zecarjam: Jehhielem, & Schemiramothum, & Jechielem, & Mattitjam, & Eliabum, & Benajam, & Hhobed-Edomũ, & Jehhielem cum inſtrumentis nabliorum & cum cytharis (Aſaph autem cymbalis reſonabat)
6 Benajam verò & Jachazielem ſacerdotes: cum tubis jugiter coram arca fœderis Dei.
7 Tunc eodem die tradidit David [c] primùm *hunc pſalmum* ad celebrandum Jehovam, in manum Aſaphi & cognatorum ejus.
8 "CELEBRATE Jehovam, proclamate nomen ejus: notas facite in populis actiones ejus.
9 Canite ei, pſallite ei, confabulamini de omnibus mirabilibus ejus.
10 Laudibus vos efferte in nomine [d] ſancto ejus: lætetur [e] animus quærentium Jehovam.
11 Requirite Jehovam & "robur ejus: quærite faciem ejus jugiter.
12 Recordamini mirabilium ejus quæ fecit, prodigiorum ejus, & judiciorum oris ejus.
13 O ſemen Jiſraëlis ſervi ejus: filii Jahhakobi electi ejus.
14 Hic *eſt* Jehova Deus noſter: in tota terra judicia ejus *ſunt*.
15 Recordamini in ſeculũ "fœderis ejꝰ: in mille ętates verbi *quod* p̃cepit:
16 Quod pepigit cum Abrahamo, & juramenti ejus *cum* Jitzchako:
17 Quod pręſtitit etiam Jahhakobo, in ſtatutum, Jiſraëli in fœdus perpetuum:
18 Dicens, tibi daturus ſum terram Cenahhani, "funiculum poſſeſſionis veſtræ.
19 Quamvis ſitis homines [f] pauci, planè pauci, & inquilini in ea.
20 "Nam itabant a gente in gentem, & a regno in populum alium.
21 Non permiſit cuiquam opprimere eos: etiam reprehendit propter eos reges.
22 Ne attingitote "unctos meos, & "ꝓphetas meos ne afficitote malo.
23 "CANITE Jehovæ "tota hæc terra: annunciate de die in diem ſalutem ejus:
24 Narrate in gentibus gloriã ejus, in omnibus populis mirabilia ejus.
25 Nam magnus Jehova, & laudandus valde, & reverendus *eſt* ſupra omnes deos.
26 Quia omnes dii populorum ſunt "idola: Jehova verò "cœlos fecit:
27 Gloria & decor coram eo, robur & gaudium "in loco ejus.
28 "Cedite Jehovę familiæ populorũ: cedite Jehovę gloriam & robur:
29 Cedite Jehovæ gloriã nominis ejus: afferte munus & venite in conſpectum ejus: incurvate vos Jehovæ in decore ſanctitatis.
30 "Formidate a conſpectu ejus tota terra. Etiam ſtabilietur orbis habitabilis ne dimoveatur.

[b] *Heb.* commemorandum.
[c] *Heb.* in principio.
Pſal. 105.
[d] *Hebr.* ſanctitatis.
[e] *Hebr.* cor.
Gen. 26. 3. Gen. 28. 13. & 35. 11.
[f] *Hebr.* numeri: ut Gen. 34. 30.
Gen. cap. 18 & 20. Exodi 2 7. capite uſq; ad 12. Pſal. 96.

31 "Lætabuntur cœli & exultabit terra: ac dicent in gentibus, Jehova regnat.

32 Perſtrepet mare & quod ipſum implet, exultabit ager & quicquid in eo eſt.

33 Tunc cantabunt arbores ſylvæ: ob præſentiam Jehovæ, cùm advenerit ad judicandum terram.

34 "Celebrate Jehovam, quoniam bonus eſt, quoniam in ſeculum benignitas ejus.

35 Et dicite, ſerva nos Deus ſalutis noſtræ, & "congrega nos & libera a gentibus: ad celebrandũ nomen ſanctum tuum, & laudationibus commendandum nos in laude tua.

36 Benedictus Jehova Deus Jiſraëlis a ſeculo uſque in ſeculum: tum dixerunt totus populus, Amen: & [e] laudem Jehovæ.

37 Reliquit autem ibi *David* coram arca fœderis Jehovæ Aſaphum & cognatos ejus, ad miniſtrandum coram arca jugiter, [f] prout opus erat in diem quotidie.

38 Et Hhobed-Edomum & *Choſam* cum fratribus ipſorum ſexaginta octo: Hhobed-Edomum, inquam, filium Jedithunis & Choſam in janitores:

39 Tzadokum verò ſacerdotem, & cognatos ejus ſacerdotes coram tabernaculo Jehovæ: in excelſo quod erat "Gibhhone:

40 Ad offerẽdum holocauſta Jehovæ in altari holocauſti jugiter quolibet mane & veſpere: & ad *præſtandum* quicquid ſcriptum *eſt* in lege Jehovæ quod imperavit Jiſraëli:

41 Et cum eis Hemanem, & Jeduthunem, & reliquos ſelectos qui expreſſi ſunt nominibus: ad celebrandum Jehovam, quoniam in ſeculum *eſt* benignitas ejus.

42 Penes ipſos autem Hemanem & Jeduthunem tubas & cymbala pro reſonantibus, & inſtrumenta muſica Dei: filios verò Jeduthunis ad januam.

43 Denique abierunt totus populus quiſque domum ſuam: reverſus autem eſt David ad benedicendum domui ſuæ.

[e] *Hebr.* laudare: infinitivus pro nomine.

[f] *Hebr.* in rẽ diei die ſuo

ANNOTATIO.

1 *Obtulerunt holocauſta*] extra ordinem: vide plura infrà ℣. 39. & 1. Schem. 6. 13. 8 *Celebrate*] Propoſitio hortativa ſive hortativa ad laudes Dei. Sunt autem hujus cantici partes quatuor in quibus ſunt tres propoſitiones & concluſio: harum propoſitionum ſingulæ duo continent capita, hortationem ad laudes, & laudum argumenta. In hac prima Jiſraëlitæ ad laudes Dei provocantur, a gratuito fœdere Dei, & beneficiis collatis ex fœdere, uſque ad ℣. 23. 11 *Robur ejus*] id eſt, arcam præſentiæ Dei robuſtiſſimi ſymbolum: ſic 2. Chron. 6, 41. & Pſal. 78. 61. 15 *Fœderis &c.*] id eſt, eorum quæ vobis promiſit, & quæ a vobis ſtipulatus eſt: vide Gen. 17. 9. 18 *Funiculus poſſeſſionis*] vide Deut. 32. 9. 20 *Nam itabant*] ſumma peregrinationum trium patriarcharum: de quib. Gen. ab 11. cap. uſque ad finem libri. 22 *Unctos*] id eſt, electos & conſecratos mihi per Chriſtum: metonymia ſigni pro re ſignificata. *Prophetas*] quaſi dicat, quos ego familiariter alloquor, & qui alios meis verbis allequuntur, Gen. 20. 7. 23 *Canite*] Propoſitio ſecunda, qua Jiſraëlitæ provocãtur, ad laudes Dei in omnibus gentibus promulgandas: A ſalutaribus & glorioſis miraculis ejus: & a natura ejus: quæ duo argumenta per comparationem ejus cum diis gentium illuſtrantur. *Tota hæc terra*] id eſt, Jiſraëlitæ omnes: metonymia. 26 *Idola*] vide Levitici 19. 4. *Cœlos*] ſynecdoche. 27 *In loco ejus*] id eſt, penes eum: quaſi dicat, totus eſt in ſe, & ſolus aliis autor roboris & gaudii. 28 *Cedite Jehovæ*] Propoſitio tertia: qua gentes quaſi jam cognitione Dei imbutæ, ad ipſum laudandum & colendum provocantur a ſuperioribus argumentis, & benedictionibus ad eos perveniens ex regno Chriſti. 30 *Formidate*] quaſi dicat: ſi tantùm timore Dei agemini, circunfluetis benedictionib. quæ quatuor verſibus ſubjiciuntur. 31 *Lætabuntur Cœli*] elegantiſſimæ hyperbolæ ad amplitudinem beneficiorum Deifigu-

Deifigurandam. 34 *Celebrate Jehovam*] Conclusio bimẽbris ex hortatione & laude constans: hortationis duæ sunt partes, una ad laudandũ Deum quolibet tempore, altera ad fidẽ & auxilium ejus implorãdum. 35 *Congregati*] i. congregatos contine, ne dissipemur: nam anteà fuerat regnum divisum, & Binjaminitæ inprimis a Davide alienati, *supra* 12.29. 39 *Gibbhone*] quò translatum fuit post cædem sacerdotũ perpetratã Nobi, 1. Schẽ. 22. vide *infra* 2. Chron. 1.3.

Caput XVII.

Eodem argumento est cum 2. Schem. 7.

1 Fuit autem, cùm desideret David domi suæ: ut diceret 2. Schem. 7
2 David ad Nathanẽ prophetam: ecce ego habito in domo cedrina, dum arca fœderis *habitat* sub aulæis.
3 Dixit verò Nathan ad Davidem: quicquid *est* in animo tuo fac, nam Deus ipse tecum *est*.
4 Sed fuit nocte illa: ut ederetur verbum Dei ad Nathanem dicendo:
5 Abi ut dicas ad Davidem servum meum: ita ait Jehova: tu non ædificaturus es mihi domum illam quam inhabitem.
6 Cùm non habitarem in æde ulla, inde a tempore quo adduxi Jisraëlem usque in diem hunc: sed essem de tentorio in tentorium *itans*, etiam extra tabernaculum:
7 Quocunque itabam in toto Jisraële: an quicquam locutus sum ulli judicum Jisraëlis, quibus præceperam ut pascerent populũ meum dicendo: quare non ædificatis mihi domum cedrinam?
8 Nunc ergo sic dicito servo meo Davidi, ita ait Jehova exercituũ: ego assumpsi te ex ipsa caula, a sequendo grege, ut præesses antecessor populo meo Jisraëli.
9 Et fui tecũ quocũq; ivisti, excidiq; omnes inimicos tuos a facie tua: adeò ut cõparaverim tibi nomẽ par nomini maximorũ qui *sunt* in terra.
10 Dispositurus etiam sum locum populo meo Jisraëli, & plantaturus eum, ut habitet in loco suo, ac non commoveatur amplius: neq; pergant iniquitati dediti terere eum quemadmodum prius:
11 Nimirum ex quo tẽpore mandatis instruxi judices super populum meum Jisraëlem: usquedum depressi omnes inimicos tuos: denique indico tibi, domum ædificaturum tibi Jehovam.
12 Erit enim cõpletis diebus tuis, ad abeundũ c patribus suis: ut excitem semẽ tuum post te, quod erit e filiis tuis: & stabiliam regnum ejus.
13 Ipse ædificabit mihi domum: & stabiliã solium ejus usq; in seculum.
14 Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium: benignitatem verò meam non amovebo ab illo, quemadmodũ amovi ab *eo* qui fuit ante te.
15 Sed constituam eum in domo mea & in regno meo usque in seculum: & solium ejus erit stabile usque in seculum.
16 Secundum omnia verba hæc, & secundum totam visionem hãc: sic allocutus est Nathan Davidem.
17 Itaq; ingressus rex David restitit corã Jehova, ac dixit, quis *sum* ego Jehova Deus, & quæ *est* familia mea, quod deducis me eousque?

17 Et parum visum est hoc in oculis tuis, Deus: adeo ut locutus sis de familia servi tui in lõginquum: & prospexeris mihi secundum rationem humanam de hac excellentia, Jehova Deus.

18 Quid perget adhuc David loqui apud te de honore *quo honoras* servum tuum: cùm tu servum tuum cognoscas?

19 Jehova propter SERVUM tuum, & secundum animum tuum prę-stas totam hanc rem maximam: notas faciẽdo omnes res istas maximas.

20 (Jehova nõ *est* par tibi, imò nõ *est* Deus præter te): omnino prout audiveramus auribus nostris.

21 Quæ ergo *est*, sicut populus tuus Jisraël, gens ulla in terra: ad quam redimendam sibi in populum iverit Deus: ad comparandum nomen tibi rerum maximarum, & reverenter suspiciendarum, expellendo a facie populi tui, quem redemisti ex Ægypto, gentes?

22 Nam reddidisti tibi populum tuum Jisraëlem tibi populum usque in seculum: & tu Jehova *es* illis in Deum.

23 Nunc ergo Jehova verbum illud quod promisisti servo tuo & familiæ ejus, statum sit usque in seculum: & fac quemadmodum dixisti:

24 Ut cùm statum erit, magnificetur nomen tuum usque in seculum, dicendo: Jehova exercituum Deus Jisraëlis *est* Deus Jisraëli: & domus Davidis servi tui stabilis *sit* coram te.

25 Tu enim, Deus mi, revelasti in aurem servi tui, te ædificaturum ipsi domum: idcircò judicavit servus tuus orandum esse coram te.

26 Quapropter nunc Jehova tu ipse *es* Deus: & promisisti servo tuo bonum istud.

27 Nunc, inquam, cùm placuerit tibi benedicere domui servi tui, ut sit in seculum coram te: quia tu Jehova benedixisti: *sit* igitur benedicta in seculum.

CAPUT XVIII.

Eodem argumento cum 2. Schem. 8. & principio 9.

2.Schem.8. 1 EVIT autem post hæc, ut percutiens David Pelischtæos deprimeret eos: & acciperet Gathum & villas ejus e manu Pelischtæorum.

2 Percussit etiam Moabitas: fueruntque Moabitæ David servi, afferentes munus.

3 Percussit quoque David Hadazar-Hhezerem regem Tzobæ in Chamatha: cùm proficisceretur *David* ad injiciendã manum suam versus flumen Euphratem.

4 Cepitq; David ab eo mille currus, septies mille equites, & vicies mille viros pedites: & succisis David suffraginibus omnium curruliũ equorum, reliquum fecit ex eis ad centum currus.

5 Venerãt aũt Syri Darmascени ad juvandũ Hadar-Hhezerem regem Tzobæ: quapropter percussit David e Syris viginti duo millia virorum.

6 Impo-

6 Imposuitque David *stationarios* Syriæ Darmascenæ: & fuerunt Syri Davidi servi, afferentes munus: servabat enim Jehova Davidem quocunque ibat.
7 David autem acceptos umbones aureos, qui *erant* penes servos Hadar-Hhezeris: attulit Jeruschalaima.
8 E Tibchata quoque & Cune civitatibus Hadar-Hhezeris accepit David æris quamplurimùm: ex quo fecit Schelomo lacum æneum, & columnas cum instrumentis æneis.
9 Cumque audiret Tohhu rex Chamathæ Davidem percussisse totas copias Hadar-Hhezeris regis Tzobæ:
10 Misit Hadoramum filium suum ad regem Davidem, ad rogandum eum de prosperitate, & ad benedicendum ei: eo quòd præliatus contra Hadar-Hhezerem, percussisset eum (nam Hadar-Hhezer bella gerebat contra Tohhu) cum quibuslibet instrumẽtis aureis argenteisq; ac æreis.
11 Etiam hæc consecravit rex David Jehovæ: cũ argento & auro quod abstulerat ab omnib. gentibus istis: ab Edomæis & a Moabitis, & a Hhãmonitis, & a Pelischtæis, & a Hhamalekitis.
12 Abschai etiam filius Tzerujæ percussit Edomæorum, in valle Salis, octodecim millia:
13 Adeò ut disponeret in Edomæa stationarios, & essent omnes Edomæi servi Davidi: servabat enim Jehova Davidem quocunque ibat.
14 Regnabat itaque David super totum Jisraëlem: eratq; exercens judicium & justitiam in toto populo suo. 2. Schem. 9
15 Joab autem filius Tzerujæ præerat militiæ: & Jehoschaphat filius Achiludis a memoria:
16 Et Tzadok filius Achitubi atque Abimelec filius Ebjatharis sacerdotes: Schauscha autem scriba.
17 Et Benaja filius Jehojadahhi præerat Ceretheis & Peletheis: filii denique Davidis primarii ad manum regis.

Caput XIX.

Idem ferè cum 2. Schem. 10.

1 Fuit quoque posteà, mortuo Nachascho rege Hhammonitarum: cùm regnaret filius ejus pro eo: 2. Schẽ. 10.
2 Ut diceret David, exerceam benignitatem erga Chanunem filium Nachaschi, quia exercuit pater ejus erga me benignitatem, & misit David legatos ad consolandum eum de patre ejus: venierunt que servi Davidis in regionem Hhammonitarum ad Chanunem, ut consolarentur eum.
3 Dicentibus autem principibus Hhammonitarum Chanuni: an honore afficere *videtur* David patrem tuũ in oculis tuis, quia misit tibi consolatores? an non ad perscrutandum, & ad evertendum & ad explorandum terram hanc venerunt servi illius ad te?

4 Accipiẽs Chanun servos Davidis, rasit eos, & præcîdit vestes eorum per medium usque ad summas coxendices: sic remisit eos.
5 Quod cùm abeuntes *quidam*, indicassent Davidi de hominibus istis, misit obviam eis: erant enim homines illi rubore suffusi valde: edixitque rex considete Jerechunte, donec refloresçat barba vestra ut revertamini.
6 Videntibus itaque Hhammonitis ipsos se fœtidos reddidisse apud Davidem: misit Chanun cum Hhammonitis mille talenta argenti ad mercede conducendum sibi e Syria interamni, & e Syria Mahhaca, & e Tzoba currus & equites.
7 Itaque mercede cõduxerunt sibi triginta duo millia *peditum*, currus & regem Mahhacæ cum populo suo: qui venientes castra metati sunt in conspectu Medebæ: Hhammonitæ quoq; congregati e civitatibus suis, venerunt in bellum.
8 Quod audiens David: misit Joabum cũ toto exercitu, robustissimos quosque.
9 Egressi autem Hhammonitæ instruxérant aciem ad portam civitatis illius: reges verò qui venerant, erant seorsim in agro.
10 Quam ob rem videns Joab obversam esse contra se aciem a fronte & a tergo: selectos ex omnibus lectissimis in Jisraële instruxit adversus Syros:
11 Residuum verò populi tradidit in manum Abschai fratris sui: quod instruxerunt adversus Hhammonitas:
12 Ac dixit, si robustiores erunt me Syri, tum esto mihi auxilio: quod si Hhammonitæ robustiores erunt te, vicissim auxilio ero tibi.
13 Confirmare, imò confirmemus nos pro populo nostro, & pro civitatibus Dei nostri: Jehova autem quod bonũ *videtur* in oculis suis faciet.
14 Tum accedente Joabo & populo qui *erat* cum eo contra Syros in prælium: fugerunt a facie ejus.
15 Hhammonitæ verò videntes fugisse Syros, fugerunt ipsi quoque a facie Abschai fratris illius, & ingressi sunt civitatẽ suã: deinde venit Joab Jeruschalaima.
16 Sed videntes Syri se plaga affectos fuisse coram Jisraële: missis legatis eduxerunt Syros qui degunt trans flumen: Schophaco principe militiæ Hadarhhezeris præeunte illis.
17 Quod cùm nunciaretur Davidi, congregato toto Jisraële, trajecit Jardenem, venitq; ad eos, ut instrueret contra eos *aciem*, cumque instruxisset David contra Syros aciem, præliati sunt contra eum.
18 Sed fugerũt Syri a facie Jisraëlis, & occîdit David e Syris septies mille equites curules, & quadragies mille viros pedites: Schophacum quoque principem militiæ illius affecit morte.
19 Quapropter videntes servi Hadar-Hhezeris se plaga affectos esse ante Jisraëlitas, pacem ineuntes cum Davide serviverunt ei: neq; voluerunt Syri auxilio esse Hhammonitis amplius.

CAPUT

Caput XX.

David suo imperio Hhammonitas subjicit: & tria prælia cum Peliſchtæis, cæſis tribus eorum gigantibus feliciter gerit.

1 DEINDE fuit tempore vertentis anni, quo tempore prodeũt reges, ut duceret Joab copias militares, & perderet regionem Hhammonitarum: deinde veniens obſideret Rabbam, Davide deſidente Jeruſchalaimis: tandem percutiente Joabo Rabbam & deſtruente eam: 2. Schẽ. 11. 1 2. Schẽ. 12. 26. &c.

2 Aſſumpſit David coronam regis eorum a capite ejus, quam invenit eſſe pondere talenti aurei, & lapides pretioſos in ea, quę impoſita fuit capiti Davidis: prædamque civitatis detulit multam valde.

3 Populum vero qui in ea *erat* eductum diſſecuit ſerra & tribulis ferreis ac ſecuribus, & ſic fecit David omnibus civitatibus Hhammonitarum: deinde reverſus eſt David cum toto populo Jeruſchalaima.

4 Fuit quoque poſteà cùm perſtaret prælium ad Gezerem contra Peliſchtæos: *ut* tunc percuteret Sibbecai Chuſchathæus Sippaium e natis cujuſdam gigantis, ita depreſſi ſunt. 2. Schẽ. 21. 18.

5 Ibidem fuit adhuc prælium contra Peliſchtæos: ubi percuſſit Elchanan filius Jahhiris Lachnim fratrem Goljathi Gittæi, cujus haſtile erat par jugo textorum.

6 Item fuit adhuc bellum ad Gathum: eratque quidam procerus, cujus digiti ſeni erant, vigintiquatuor: & ipſe quoque natus erat eidem giganti.

7 Quem, cùm probro afficeret Jiſraëlem: percuſſit Jehonathan filius Schimhhæ fratris Davidis.

8 Iſti editi ſunt giganti eidem Gathi: qui ceciderunt manu Davidis, & manu ſervorum ejus.

Caput XXI.

Eodem argumento eſt cum 2. Schem. 24.

1 INSTANS autem adverſarius contra Jiſraëlem: incitavit Davidem ad numerandum Jiſraëlem. Confer cũ. 2. Schẽ. 24.

2 Quam ob rem edixit David Joabo & prę fectis populi: ite afferte ad me ut cognoſcam numerum eorum. numerate Jiſraëlitas a Beerſchebahho Danem uſque: deinde

3 Et quamvis diceret Joab: adjiciat Jehova populo ſuo quotquot ſunt centuplum: an non, domine mi rex, omnes *ſunt* domino meo ſervi: cur quæreret iſtud dominus meus? cur eſſet ad dandum reatum Jiſraëli?

4 Tamen verbum regis prævaluit apud Joabum: quare egreſſus Joab, obivit totum Jiſraëlem: deinde venit Jeruſchalaima.

5 Ubi dedit Joab numerum cenſus populi Davidi: (erant autem om-

nium Jisraëlitarum undecies centies mille viri stringentes gladium, Jehu
dæ verò quadringenties septuagies mille viri stringentes gladium)
6 Licet Levin & Binjaminem non numerasset inter illos: quòd abo-
minandum videretur verbum regis Joabo.
7 Quã ob causam cùm videretur malũ in oculis Dei, percussit Jisraëlé.
8 Et dixit David ad Deum: peccavi valde quod feci rem istã: sed nunc
aufer quæso iniquitatem servi tui, nam stultè egi valde.
9 Allocutus autem est Jehova Gadem videntem Davidis, dicendo:
10 Abiens alloquitor Davidem dicendo: ita ait Jehova: tria ego pro-
pono tibi: delige tibi unum ex eis quod faciam tibi.
11 Veniens ergo Gad ad Davidem: dixit ei, sic ait Jehova, accipe tibi,
12 Aut triennii famem: aut trimestre, quo consumaris ob præsentiam
hostium tuorũ, gladio inimicorum assequente: aut triduum quo gladius
Jehovæ, ac pestis in terra hac & angelus Jehovæ perdat in toto termino
Jisraëlis: nunc itaque vide quid rei sim responsurus ei qui misit me.
13 Dixit verò David ad Gadem, angustia *est* mihi valde, incidam quæ-
so in manũ Jehovæ, nam magnæ *sunt* miserationes ejus valde: in manum
autem hominis ne incidam.
14 Itaque posuit Jehova pestem in Jisraële: qua ceciderunt ex Jisraëli-
tis septuagies mille viri.
15 Miserat autem Deus angelum Jeruschalaima ad perdendum ea: sed
cum eo perdente respiceret Jehova, & pœniteret eum istius mali: edixit
angelo perdenti, satis *est*: jam remitte manum tuam: angelus verò Jeho-
væ stabat apud aream Ornanis Jebusæi,
16 Cùm David sublatis oculis suis vidit angelum Jehovæ stantem in-
ter terram & inter cœlum, cum gladio suo stricto in manu sua, extenso
contra Jeruschalaima: ideoque procidit David, & seniores tecti ciliciis
in faciem suam:
17 Et dixit David ad Deum, an non edixi numerari populum, & ego is
sum qui peccavi & [a] omnino male feci: hæ autem oves quid fecerunt? Je-
hova Deus mi, sit quæso manus tua contra me, & contra domum pater-
nam meam: at contra populum tuum ne *sit* ad *afficiendum* plaga.
18 Tum angelus Jehovæ edixit Gadi, dicendum Davidi: ut ascenderet
David ad statuendum altare Jehovæ in area Ornanis Jebusæi.
19 Ascendit itaque David secundũ verbum Gadis, quod edixerat no-
mine Jehovæ.
20 Cumque aversus Ornan, viso angelo, & quatuor filii ejus cum eo
se continerent abditos: (Ornan autem triturabat triticum).
21 Veniebat David usque ad Ornanem: sed intuitus Ornan, ubi vidit
Davidem, egressus ex area sua incurvavit se Davidi facie in terrã *demissa*.
22 Dixit verò David ad Ornanem, da mihi locum hujus areæ, ut ex-
truam in eo altare Jehovæ: pecunia justa da illũ mihi, ut cohibeatur pla-
ga hæc a populo.

23 Dicen-

[a] *Hebr.* malefaciendo malefeci.

23 Dicente verò Ornane ad Davidem, accipe tibi, & faciat dominus meus rex quod bonum *videtur* in oculis ſuis: vide, dono hos boves ad holocauſta, & has tribulas ad ligna, & triticum hoc ad munus, hoc totum dono:

24 Dixit rex David Ornani, nequaquam: ſed omnino empturus ſum juſta pecunia: nam non offeram quod tuum *eſt* Jehovæ, aut offeram holocauſtum gratis.

25 Appendit itaq; David Ornani pro loco illo: ſiclos aureos ſexcẽtos.

26 Deinde extruens ibi David altare Jehovæ, obtulit holocauſta & euchariſtica: & invocato Jehova, exaudivit eum igne cœlitus *demiſſo* ſuper altare holocauſti.

27 Edixitq; Jehova angelo: qui repoſuit gladium ſuum in vaginã ejus.

Caput XXII.

David ex occaſione ſuperioris hiſtoriæ cognoſcens locum quem elegerat Jehova: opifices & materiam comparat ad templi ædificationem: Schelomonem inſtruit de promiſſionibus Dei & officio ædificandi templi: Poſtremò principibus præcipit ut filio ſint adjumento.

1 Tempore illo videns David, Jehovam exaudiviſſe
2 ipſum in area Ornanis Jebuſæi: cùm ſacrificaſſet ibi:
(Tabernaculũ autem Jehovæ quod fecerat Moſche in deſerto, & altare holocauſti tempore illo: *erat* in
3 celſo [f] Gibhhone:
Neque potuerat David ire [f] ante ipſum ad requirendum Deum: eo quòd territus eſſet metu gladii angeli Jehovæ.)
4 Dixit David, [f] hic *eſt* locus Jehovæ Dei, & hic *locus* altaris ad holocauſtum pro Jiſraële.
5 Quapropter edixit David, ut congregarent peregrinos qui *erant* in terra Jiſraëlis: quos conſtituit Latomos, ut cæderent lapides cæduos, ad ædificandum domum Dei.
6 Ferrum quoque [a] copiosè, in clavos, in valvas portarum, in catenationes paravit David: atque æs copiosè *adeò ut* non *eſſet* pondus:
7 Denique ligna cedrina adeò ut non *eſſet* numerus: nam adducebant Tzidonii & Tyrii ligna cedrina copiosè ad Davidem.
8 Dicebat enim David, Schelomo filius meus [f] puer *eſt* ac tener: domus verò illa, ædificanda Jehovæ, & magna facienda eſt [b] ſummè: ad nomen & quidem ornatiſſimum *obtinendum* apud omnes terras: comparem jam ei: comparavit itaque David copiosè *illa* ante mortem ſuam.
9 Deinde vocavit filium ſuum Schelomonem, ut præciperet ei de ędificanda domo Jehovæ Deo Jiſraëlis.
10 Dixitque David Schelomoni: fili mi: quòd ad me, [c] erat mihi in animo ædificandi domum nomini Jehovæ Dei mei:
11 Sed editum eſt mihi verbum Jehovæ, dicendo: [f] ſanguinem copioſum effundis, & bella magna geris: non es ædificaturus domum nomini

[a] *Hebr.* in multitudinem: ſic deinceps.

[b] *Hebr.* ſurſum, ad nomen & ornatum &c. ἐν διὰ δύο, ſive, ut vulgò dicitur, Endyadis.

[c] *Hebr.* erat cum corde meo.

meo, quia sanguinem multum effundis in terram coram me.

12 Ecce filius editus tibi, is futurus est [d] quietus, cùm quietem dedero ei ab omnibus inimicis ejus circumquaque: nam [e] Schelomo erit nomen ejus: etiam pacem & tranquillitatem disponam in Israële diebus ejus.

13 Is ædificaturus est domum nomini meo, idemque mihi futurus in filium, & ego ei in patrem: & firmabo solium regni ejus super Israëlem usque in seculum.

14 Nunc fili mi, futurus est Jehova tecum: quandoquidem prosperaberis, ædificato domum Jehovæ Dei tui, quemadmodū locutus est de te.

15 Verumtamen det tibi Jehova intellectum & prudentiam, cùm mandatis instruet te super Israëlem: & ut observes legem Jehovæ Dei tui.

16 Tunc prosperaberis, si [f] observāter facies statuta & judicia quæ præcepit Jehova Moschi de Israële: confirmare & fortis esto, ne timeto neque consternator.

17 Ecce autem [g] in afflictione mea paravi ad domum Jehovę auri talenta centies mille, & argenti decies centies mille talenta: æri autem & ferro non *est* pondus, quia copiosum est: ligna etiam & lapides paravi, supra quæ adjecturus es.

18 Penes te verò sunt copiosè opifices, cæsores & artifices ex lapide & ligno: & quidem omnes periti in unaquaque arte.

19 Auro, argento & æri ac ferro non *est* numerus: agedum fac, nam futurus est Jehova tecum.

20 Deinde præcepit David omnibus principibus Israëlis, ut juvarent Schelomonem filium suum, *dicens*,

21 An non Jehova Deus vester vobiscum *est*, qui dedit vobis quietem circumquaque: nam tradidit in manum meam habitatores hujus terræ, & subjecimus ipsam terram [h] coram Jehova, & coram populo ejus.

22 Nunc adhibete cor vestrum & animum vestrum ad requirendum Jehovam DEUM vestrum: ideoque agite ædificate sanctuarium Jehovæ DEI: ad inferēdum arcam fœderis Jehovæ, & instrumenta sacra Dei in domum quæ ædificata fuerit nomini Jehovæ.

23 [i] Nam cùm David senuisset, & satur esset dierum: constituit regem Schelomonem filium suum super Israëlem.

[d] *Hebr.* vir quietis. 2. Schem. 7 12.

[e] Id est Pacificus.

[f] *Hebr.* observaveris faciendo.

ANNOTATIO.

1 *Tempore illo*] hos versus ad sequentia pertinere res ipsa docet. 2 *Gibhhone*] ut suprà 16.39. 3 *Asterpsum*] tabernaculum Gibhhone. *Eo quòd territus*] id est, tantopere consternatus, ut ne consistere quidem posset, propter gravitatem præsentis mali suprà 21.16: Ita impeditum est Davidis consilium: Dei autem impletum est, qui hac occasione populo suo locum, quem elegit ad collocandum nomen suum, palàm demonstravit, Deut. 12.5. &c. 4 *Hic est locus*] q. d. nunc demum video hunc locum statum esse & destinatum a Deo, ut ipse in eo maneat, & nos ipsi ordinarium cultum exhibeamus. 8 *Puer*] vide infrà 29.1. 11 *Sanguinem copiosum*] id est, bellis nimis occupatus es: vide in 2. Schemu. 7. 5. 17 *In afflictione*] id est, quinquies centies mille turmis & bellis quibus agitatus sum, sup. 11. versic. *Talenta auri centies &c.*] id est, quinquies centies mille daleros in auro & totidem in argento. 21 *Coram Jehova*] id est, ut illius cultui, & populi usui sit exposita. 23 *Nam cùm David*] hunc versum ad præcedentia pertinere manifestum est, tum ex 28. & 29. cap. ubi hæc historia fusius recensetur: tum ex eo quod sequens constitutio totius regni tam ecclesiastica quàm politica longo intervallo ante mortem Davidis facta est, ut suis locis ostendetur. hîc enim continetur superioris exhortationis & mandati causa.

CAPUT

CAPUT XXIII.

Levitarum recensio: & distributio per gentes & familias ad sua officia describitur.

1 CÙM autem congregasset David omnes principes Jisraë-
2 litarum, & sacerdotes ac Levitas:
Numerati sunt Levitæ ″ a nato triginta annos & de-
inceps: quorum fuit numerus per [a] capita eorum, trigin
3 ta octo millia virorum. [a] *Hebr.* crania: sic infrà ver. 23.
Ex his qui præessent operi domus Jehovæ vicies qua-
ter mille erant: & moderatores ac judices sexies mille.
4 Et ″ quater mille janitores, ac quater mille laudãtes Jehovam, instru-
mentis quæ feci *inquit* ad laudandum.
5 ″ Distribuit autem eos David distributionibus: secundum filios Le-
vi, in Gerschonitas, Kehathitas & Meraritas.
6 E Gerschonitis erant [b] Lahhdan & Schimhhi. [b] qui Libni sup. 6. 2.
7 ″ Posterorum Lahhdanis quisque primarius Jechiel & Zetham &
Joël tres:
8 Et ″ posterorum Schimhhi, Schelomith & Chaziel & Haran tres: hi
erant primores paternarum familiarum Lahhdanis.
9 Posteri autem Schimhhi, Jachad, [c] Zina, & Jehhusch ac Berihha: hi [c] qui & Ziza ver. 10.
quatuor *erant* posteri Schimhhi.
10 Erat verò Jachad primarius & Ziza secundanus: at Jehhusch & Be-
rihha, quia non multos habebant liberos, fuerunt in familia paterna re-
censionis unius.
11 FILII Kehathi, Hhamrã, Jitzehar, Chebron & Hhuzziel, quatuor.
12 Filii Hhamrami, Aharon & Mosche: separatus autem fuit Aharon
ad sanctificandum ipsum in rem sanctam sanctarum ipse & filii ejus usq;
in seculum: ad adolendum coram Jehova ad ministrandum ei, & ad be- Exod. 28.
nedicendum in nomine ejus usq; in seculum.
13 Ipsius verò Moschis viri Dei: filii [d] accensentur tribui Leviticæ. [d] *Heb.* vocãtur de tribu.
14 Filii Moschis, Gerschom & Elihhezer.
15 Filiorum Gerschomi Schebuel primarius.
16 Fuerunt autem posteri Elihhezeris *sub* Rechabja primario: neque
erant Elihhezeri filii alii: sed posteri Rechabjæ multiplicati sunt [e] summè. [e] *Heb.* sursum ut supr. 22. 8.
17 Filii Jitzeharis, Schelomith primarius.
18 Filiorum Chebronis: Jerija primarius, Amarja secundanus, Jecha-
ziel tertianus, & Jekamhham quartanus.
19 Filiorum Hhuzzielis, Mica primarius, & Jischija secundanus.
20 FILII Merari, Machli & Muschi: posteri Machli, Elhhazar &
Kisch.
21 Cùm autem morienti Elhhazari non essent filii, sed filiæ: duxerunt
eas filii Kischi cognati earum.
22 Filiorum Muschi, Machli & Hheder, ac Jeremoth tres *primarii*.

23 (″Hi ipſi Levitæ per familias paternas ſuas, primarii paternarum familiarum cum numeratis ipſorum, pro numero nominum viritim,″ exercentes opus in miniſterio domus Jehovæ: *numerati ſunt*″ a nato viginti annos & deinceps.

24 ″Quamvis dixiſſet David: quietem dedit Jehova Deus Jiſraëlis populo ſuo: & habitabat Jeruſchalaimis uſque in ſeculum:

25 Atque etiam Levitis: non eſt portandum tabernaculum & ulla inſtrumenta ejus ad miniſterium ejus.

26 Nam in″ actis Davidis poſterioribus numerus Levitarum fuit horum, *nempe* a nato viginti annos & deinceps).

27 Conſtitutio enim eorum erat, ut *eſſent* ad manum filiorum Aharonis in miniſterio domus Jehovę, præfecti atriis & apothecis, & purgationi cujuſq; rei ſanctæ: ac operi miniſterii domus Dei:

28 Id eſt, pani diſpoſitionis, & ſimilę in munus, & in placentas azymas, & in ea quæ fiunt cacabo, & in bullata: item cuiq;″ menſurę & ″dimenſioni.

f Heb. mane, mane. 29 Item ut ſtarent[f] unoquoq; mane ad celebrandum & ad laudandum Jehovam: & ſimiliter veſpere.

30 Item omni oblationi holocauſtorum Jehovæ, in ſingula ſabbatha, in novilunia & in ſtata tempora: numero *certo*, prout ratio incumbebat illis jugiter coram Jehova.

31 Deniq; obſervarent obſervationem tentorii conventus & obſervationem rei ſanctæ, obſervationemq; filiorum Aharonis cognatorũ ſuorum: in miniſterio domus Jehovæ.

ANNOTATIO.

2. *A nato triginta annos*] ex lege Num. 4. vide in Num. 8.24. 4 *Quater mille laudantes*] annumeratis diſcipulis, octoginta octo: infr. 25.7. 5 *Diſtribuit*] ex mandato Dei per Gadum & Nathanem, 2. Chro. 29. doctoribus ducentis, octogintaocto: infr. 25.7. 5 *Diſtribuit*] ex mandato Dei per Gadum & Nathanem, 2. Chro. 29. 25. vide 2. Chro. 8. 26. 7 *Poſterorum Lahhdanis*] qui temporibus Davidis venerunt in cenſum: ſic deinceps. 8 *Schembhi*] filii Lahhdanis. nam Lahhdanis genus in duas ſummas familias diviſum eſt, Lahhdaniticam & Schimbhiticam. 25 *Hi ipſi Levitæ*] Digreſſio qua oſtendit Hhezra ſe in hoc & tribus ſequentibus capitibus rationem habere legitimæ numerationis a Davide factæ, poſtquam adducta fuit arca ſuprà 16.37. ad ſtabiliendum cultum Dei: non autem alteritis illegitimæ quam hîc multis nominibus damnat: de hac vide 2. Schem. 24. & ſupr. 21. & infr. 27.24. *Exercentes*] primum argumentum, quo improbatur altera recenſio: quia a miniſterio illorum ad tractanda arma hoc pacto Levitas & Sacerdotes avocabat. *A nato viginti*] ſecundum argumentũ, quòd Levitas eadem ratione qua reliquos Jiſraëlitas numeravit Numer. 1.3. & infr. 27.23: Ac non ex præſtituto legis, Num. 4.3, 24 *Quamvis*] tertium argumentum, quòd in hoc factò promiſſionum Dei: fideique ſuæ in promiſſiones, quam priore recenſione erat profeſſus, ita oblitus eſt, ut Levitas cum Jiſraëlitis a fide & quiete publica abduceret. *Actis poſterioribus*] id eſt, poſteriore iſta recenſione per Joabum facta. 27 *Conſtitutio*] id eſt, ordinata & præſcripta functio erat triplex: miniſtrantium, muſicorum, atque janitorum, ut oſtenditur 3. cap. ſequentibus. 28 *Menſuræ*] id eſt, quantitati rerum aridarum aut liquidarum, quæ ad res ſacras adhibebantur. *Dimenſioni*] id eſt ſpaciis, in quæ perſonæ, ſacrificia, &c. recipiebantur: vide Levit. 19.35.

CAPUT XXIV.

Sacerdotum recenſio fit per ſuas gentes, officia & ordines: ac poſtremò Kehathitarum & Meraritarum Sacerdotibus miniſtrantium.

Levit. 10. 1 FILIORUM verò Aharonis diſtributiones: (filii Aharonis *fuerant* Nadab & Abihu, Elhhazar & Ithamar:

2 Sed mortuo Nadabo & Abihu coram patre ipſorum, cùm filii non eſſent ipſis: ſacerdotio fungebantur Elhhazar & Ithamar).

3 Qui-

3 Quibus distribuit eos David, & Tzadok e filiis Elhhazaris, atq; Achimelec e filiis Ithamaris: in præfecturam suam ad ministerium suum.
4 Et inventi sunt posteri Elhhazaris plures, quod ad primarios virorum, quàm posteri Ithamaris, cùm distribuerent eos: posteris Elhhazaris primores in paternas familias erant sexdecim: posteris verò Ithamaris in familias paternas ipsorum octo.
5 Distribuerunt autem eos sortibus" alios cum aliis:" quamvis essent principes sacrorum, & principes Dei e posteris Elhhazaris, etiam in filios Ithamaris.
6 Quos descripsit Schemahhja filius Netaneelis scriba e Levitis, coram rege & principibus ipsis & Tzadoko sacerdote atque Achimeleco filio Ebjatharis, primoribusque paternarum *familiarum* inter sacerdotes & inter Levitas: familiam paternam unam *quanque*" captam ex Elhhazare, & [a] similiter captam quamque ex Ithamare.
7 Nam prodiit sors prima Jehojaribo, Jedahhjæ secunda:
8 Charimo tertia, Sehhorimo quarta:
9 Malcijæ quinta, Mijamini sexta:
10 Korzo septima, Abijæ octava:
11 Jeschuhhæ nona, Schecanjæ decima:
12 Eljaschibo undecima, Jakimo duodecima:
13 Chuppæ decimatertia, Jeschebeabo decimaquarta:
14 Bilgæ decimaquinta, Immeri decimasexta:
15 Cheziri decimaseptima, Pitzetzo decimaoctava:
16 Petachjæ decimanona, Jechezkeli vigesima:
17 Jacini vigesimaprima, Gamuli vigesimasecunda:
18 Delajæ vigesimatertia, Mahhazjæ vigesimaquarta:
19 "Horum *fuit* præfectura" illorum in ministerio suo, ut ingrederentur in domum Jehovæ, secundum officium illorum, sub manu Aharonis patris illorum: quemadmodum præceperat ei Jehova Deus Jisraëlis.
20 Quod autem ad filios Levi" reliquos: e filiis Hhamrami [b] Schubaël: filiorum Schubaëlis Jechdeja.
21 De Rechabja *verò*: filiorum Rechabjæ primarius Jischija.
22 E Jitzeharitis Schelemoth: filiorum Schelomothi Jachath.
23 E *Chebronitis Jerija*: & filii Jerijæ: Amarja secundanus, Jachaziel tertianus, Jekamhham quartanus.
24 Filiorum Hhuzzielis, Mica, ex filiis Micæ Schamir:
25 Et frater Micæ Jischija, e filiis Jischijæ Zecarja.
26 FILII Merari, Machli & Muschi: filii Jahhazijæ filii illius, *primarii erant*.
27 Filii Merari ex Jahhazija filio ejus, tum Schoham & Zaccur tum Hhibri.
28 Ex Machli Elhhazar, cui non *erant* filii.
29 Ex Kischo, filiorum Kischi, Jerachmeel.

[a] *Heb.* & captam captã.

[b] qui & Schebuel, *sup.* 23. 16.

Vide sup. 23. 15. & seq.

30 Filiorum verò Muſchi, Machli, & Hheder, & Jerimoth: hi Levitæ
primores per domos paternas ipſorum.
31 Quos conjecerunt etiam ſortibus″ ex adverſo fratrum ſuorum Aha-
ronitarum coram Davide rege, & Tzadoko cum Achimeleco, & primo-
ribus paternarum familiarum ex ſacerdotibus & Levitis: paternarum fa-
miliarum primarium quemque *cum* cognatis ſuis minoribus ex adver-
ſo *illorum*.

ANNOTATIO.

5 *Alios cum aliis*] id eſt promiſcuè, diſcrimen ordinum Deo ſortitione relinquentes. *Quamvis*] Occupatio, qua reſpon-
detur objectioni huic: non poſſe æqui juris eſſe, ſi ſummum ſacerdotium penes Elhhazaris poſteros ſit ex jure naturæ & in-
ſtitutione Dei Num. 25.13. 6 *Captam*] id eſt, a Deo ſorte obvenientem. 19 *Horum fuit præfectura*] id eſt, his ea-
dem cura commiſſa eſt ſub ſummo ſacerdote, quæ Elhhazari & Ithamari ſub Aharone ſacerdote, ut paſſim in lege habe-
tur. *Illorum*] Aharonis & filiorum ejus. 20 *Reliquos*] hoc eſt, qui nondum planè & ſigillatim enumerati fuerunt.
Gerſchonitarum autem primarios ſigillatim enumeravit ſup. 23.6. &c. & ſacerdotes in hoc capite: ac proinde tantum ſu-
perſunt reliqui Kehathitæ & Merarítæ recenſendi omiſſi autem fuerunt, quia horum ordines ſacerdotibus miniſtrabant:
ideò fuerunt hîc cum illis conjungendi. 31 *Ex adverſo fratrum*] id eſt, pari ordinum numero, & reſpondentibus inter
utroſque ordines officiis: nam hæc fuit prima Levitarum functio: duæ aliæ, duobus proximè ſequentibus capitibus expo-
nuntur.

CAPUT XXV.

Muſici ſacri in viginti quatuor ordines diſtributi, & functiones eorum recenſentur.

1 DISTINXIT quoque David cum principibus militiæ,
ad miniſterium in filios Aſaphi & Hemanis & Jeduthu-
nis, eos qui″ prophetabant citharis nabliis & cymbalis:
fueruntque de numero″ illorum viri[a] functionis *hujus*
ad miniſterium ſuum.

a Heb. operis vel operę

2 In filios Aſaphi, Zaccur & Joſeph, & Nethanja & [b]Aſ-
ſcharela filii Aſaphi:″ ad manum Aſaphi qui prophetabat [c]ex præſcripto
regis.

b qui Jeſcharela infrà ℣. 15.
c Heb. ſecundum manus regis.

3 In Jeduthunem: filii Jeduthunis Gedalja & [d]Tzeri & Jeſchahhja, Cha-
ſchabja & Mattithja″ & *Schimhhi* ſex ad manus patris ſui Jeduthunis cum
cithara, qui prophetabat″ de celebrando & laudando Jehova.

d qui & Jitzri inf. ℣. 11.

4 In Hemanē: filii Hemanis Bukkija, Matanja, [e]Hhuzziel, [f]Schebuel
& Jerimoth, Chananja & Chanani, [g]Eljatha, Gidalti, & Romamti-Hhe-
zer, Joſchbekaſcha, Mallothi, Hothire, Machazioth.

e qui & Hhazareel infrà ver. 19.
f Schubael ver. 21.
g Elijatha ver. 28.

5 Omnes hi filii Hemanis, *qui erat* videns regis, in″ verbis Dei de extol-
lendo cornu. (dederat enim Deus Hemani filios quatuordecim, & filias
tres).

6 Omnes iſti ad manus patris ipſorum incumbebant muſicæ *in* domo
Jehovæ, cum cymbalis, nabliis & citharis ad miniſterium domus Dei: ex
præſcripto regis, Aſapho & Jeduthuni & Hemani.

7 Fueruntq; numero illi cum cognatis ſuis edoctis muſicam *canendam*
Jehovæ: omnes doctores ducenti octogintaocto.

8 Quorum conjecerunt ſortes *ad* obſervationem ex adverſo illorum
[h]æquè parvi atque magni, doctorum cum diſcipulis.

h Hebr. ſicut parvus ſicut magnus, doctor cùm diſcipulo.

9 Et prodiit ſors prima in Aſaphum Joſepho: Gedalję ſecunda, qui cū
cognatis ſuis & filiis ſuis erant duodeni.

10 Ter-

10 Tertia Zaccuri, filiis ejus & cognatis ejus duodecim.
11 Quarta Jitzri, filiis ejus & cognatis ejus duodecim.
12 Quinta Netanjæ, filiis ejus & cognatis ejus duodecim.
13 Sexta Bukkijæ, filiis ejus & cognatis ejus duodecim.
14 Septima, Jescharelæ, filiis ejus & cognatis ejus duodecim.
15 Octava Jeschahhjæ, filiis ejus & cognatis ejus duodecim.
16 Nona Mattanjæ, filiis ejus & cognatis ejus duodecim.
17 Decima Schimhhi, filiis ejus & cognatis ejus duodecim.
18 Undecima Hhazareli, filiis ejus & cognatis ejus duodecim.
19 Duodecima Chaschabjæ, filiis ejus & cognatis ejus duodecim.
20 Indecimatertia Schubaël, filii ejus & cognati ejus duodecim.
21 Indecimaquarta Mattitja, filii ejus & cognati ejus duodecim.
22 Indecimaquinta Jeremoth, filii ejus & cognati ejus duodecim.
23 Indecimasexta, Chananja, filii ejus & cognati ejus duodecim.
24 Indecimaseptima, Joschbekascha, filii ej⁹ & cognati ej⁹ duodecim.
25 Indecimaoctava, Chanani, filii ejus & cognati ejus duodecim.
26 Indecimanona, Mallothi, filii ejus & cognati ejus duodecim.
27 Invigesima Elijatha, filii ejus & cognati ejus duodecim.
28 Invigesimaprima Hothir, filii ejus & cognati eius duodecim.
29 Invigesimasecunda Gidalti, filii eius, & cognati eius duodecim.
30 Invigesimatertia Machazioth, filii eius & cognati eius duodecim.
31 Invigesimaquarta Romamti-Hhezer, filii eius & cognati ei⁹ duodecim.

ANNOTATIO.

1 *Prophetabant*] id est, sacras cantiones canebant: sic deinceps. 2 *Ad manum Asaphi*] id est, sub Asapho summo sta-
num familiarum præfecto, in prima musicorum classe. *Expræscripto &c.*] id est, hymnos decantabant propheticos &
de Asaphicos conscriptos a Davide, & in Ecclesiam receptos: ex comparatione illorum qui dicuntur Hemani & Jeduthuni
traditi infrà 3. & 5. versu: & inscriptionibus Psalmorum in quibus nominatur Asaph. 3 *Et Schimhhim*] ex versu 18.
De celebrando] sive commemoratione liberationum præteritarum, ut Psal. 39. & 77: sive ad Dei laudem universè prædi-
candam. 5 *Verbis Dei &c.*] id est, hymnis sacris, pertinentibus ad regis aut regni robur & amplitudinem: quæ cornu e-
xaltatione ferè in sacris libris exprimuntur.

CAPUT XXVI.

Distributio Janitorum templi ex Levitis: & constitutiones munerum ordinariæ atque extraordinariæ recensentur.

1 Quod ad distributiones in janitores: ex Korachæis, [a] Meschelemja filius Koræ ex filiis [b] Asaphi.
2 Meschelemjæ autem filii *erant*: Zecarja primogenitus, Jedihhaël secũdus, Zebadja tertius, Jatniel quartus:
3 Hhelam quintus, Jehochanan sextus, Eljehohhenai septimus.
4 Hhobed-Edomo quoq; *erant* filii: Schemahhja primogenitus, Jehozabad secundus, Joach tertius, & Sacar quartus, & Netaneel quintus:
5 Hhammiel sextus, Jissaschar septimus, Pehhulletai octavus: nam benedixerat ei Deus.
6 Etiam Schemahhjæ filio eius editi erant filii, qui dominatum habebant in familia paterna ipsorum: eo quòd valentes robore essent.

a qui Schelemja infrà versu 14.
b Ebjasaph. Ibidem.

7 Filii Schemahhjæ, Hhothni cum Rephaële & Hhobedo, Elzabado
c Heb. filiis roboris: ut ver. 9. fratribus ipſius [c] ſtrenuis: Elihu & Schemahhja.
8 Iſti omnes e filiis Hhobed-Edomi ipſi cum filiis ſuis ac fratribus ſuis
d Heb. vir roboris. [d] quiſque ſtrenuus pro ſua facultate ad miniſterium: erant ſexaginta duo
Hhobed-Edomo.
9 (Meſchelemjæ verò filii ac cognati ſtrenui erant octodecim).
10 Item Choſæ ″ e Meraritis filii: Schimri horum primarius, quamvis
non eſſet primogenitus: tamen conſtituit eum pater ejus ″ primarium:
11 Chilkija ſecũdus, Tebalja tertius, Zecarja quartus: omnes filii & co-
gnati Choſæ tredecim.
12 In hos *factæ ſunt* diſtributiones janitorum per primarios viros: *ad cu*
ſtodias ″ ex adverſo fratrum ipſorum ad miniſtrandum in domo Jehovæ.
e Hebr. ſicut parvi ſicut magni: ut ſupra 25.8. 13 Nam conjecerunt ſortes [e] æquè parvi atq; magni, in domos paternas
f Heb. ad portam & portã ipſorum, ad [f] unamquamque portam.
g Heb. cõſulentis cũ prudentia. 14 Accidit autem ſors ″ verſus orientem Schelemjæ: Zecarjæ verò filii
ejus [g] conſiliarii prudentis, cùm jacerent ſortes, prodiit ſors ad ″ ſeptem-
trionem:
h Heb. domꝰ congregatorum. 15 Hhobed-Edomo ″ ad meridiem: filiis verò ejus obvenit [h] ″ ærarium.
i Heb. in aggere aſcendente. 16 Schuppimo & Choſæ ″ ad occidentem, cum ″ porta injectus in [i] ag-
geſto aſcenſu: cuſtodia ex adverſo cuſtodiæ *agente*.
17 Ad orientem Levitæ erant ſeni: ad ſeptentrionem in diem quaterni:
k Heb. duo duo. ad meridiem in diem quaterni: & ad ærarium [k] bis bini.
l Heb. ad parbar: quę vox Chaldęa eſt, & cõpoſita, q.d. partem exteriorẽ vel in agrum ſpectantem. 18 In [l] parte exteriore & ad occidentem: quaterni ad ″ aggerem: bini ad
partem exteriorem.
19 Hæ diſtributiones janitorum in Korachæos & Meraritas.
20 Hi quoq; Levitæ: ″ Achija præerat theſauris domus Dei, theſauris,
inquam, ″ rerum ſacrarum.
21 In Lahhdanitas & ″ in Gerſchonitas, e Lahhdane (″ primores pater-
m q. Jechiel, ſup. 23.8. narum familiarum *erant* e Lahhdane Gerſchonita) [m] Jechieli.
22 Filii Jechieli: Zetham & Joël frater ejus, præerant theſauris domus
Jehovæ.
23 In Hhamramitas, in Jitzcharitas, in Chebronitas, in Hhozzielitas,
24 Similiter Schebuel filius Gerſchomi filii Moſchis, anteceſſor præ-
rat theſauris ″ eorum.
25 Cognati autem eorum ex Elihhezere: Rechabja filius ejus, cujus fi-
lius Jeſchahhja, cujus filius Jorã, cujus fili⁹ Zicri, cujus filius Schelomith.
26 Hic Schelomith cum fratribus ſuis præerat omnibus theſauris re-
ſacrarum: quas conſecravit David rex, & primores paternarum familia-
rum cum chiliarchis & centurionibus ac præfectis militiæ:
n Heb. cõfirmandũ: ut 2. Reg. 12.6. 27 Ex bellis & ex præda conſecrarunt: ad [n] curandum domum Jehovę.
28 Item omnibus quę conſecravit Schemuel videns, & Schaul filius Ki-
ſchi, ac Abner filius Neri, & Joab filius Tzeruję: quiſquis conſecrabat de-
ponebat in manum Schelomithi ac fratrum ejus.

29 Ex

29 Ex Jitzeharitis, Cenanja & filii ejus" operi externo *præerant* " apud Jisraëlitas, moderatores & judices.

30 E Chebronitis, Chaschabja & cognati ejus strenui, mille septingenti in præfectura Jisraëlitarum, ° secundum Jardenem" occidentem versus, omni operi Jehovæ & ministerio" *imperato* a rege. ° *Heb.* a trâsitu Jardenis.

31 E Chebronitis, Jerija primarius, in Chebronitarum generationibus in paternas *familias*: (" anno quadragesimo regni Davidis quæsiti sunt: ita inventi in eis, valentes robore in Jahhzere Gilhhaditarum).

32 Et cognati ejus strenui, bis mille septingenti primores paternarum familiarum: quos præfecit David rex apud Reübenitas & Gaditas & dimidiatam tribum Menaschitarum, omni negotio Dei, &" negotio regio.

ANNOTATIO.

5 *Benedixerat*] ut Gen. 1. 22. & 28. ℣. 10 *E Meraritis*] hoc de Hhobed-Edomo & Chosa zeugmaticè intelligendũ est: nam Hhobed-Edom Jeduthunis Meraritæ filius erat, sup. 16. 38: quam ob rem superiorem versum parenthesi inclusimus. *Primarium*] non in jure primogeniti: sed in functione custodiæ. *Ex adverso*] ut sup. 24. 31. & 25. 1. 14 *Versus orientem*] id est, ab anteriore templi parte. *Septentrionem*] sinistram templi partem. 15 *Meridiem*] dexteram templi partem. 16 *Obvenit ærarium*] locus in quo collectæ reservabantur: ita accipiendum esse ostendit locus secundi Chr. 25. 24. *Occidentem*] id est, posteriorem templi partem. *Porta injectus*] id est, quam versus terra injecta & accumulata est ad parandum iter regis: de quo 1. Reg. 10. 5. & 12. *Custodia ex adverso &c.*] id est, simul obeuntibus suũ munus ordinibus janitorum, & simul abeuntibus, cùm alii succederent. 17 *Bis bini*] quorum bini portam vestibuli exteriorem, & bini interiorem ærarii observabant. 18 *Aggerẽ*] de quo sup. 16. ℣. 20 *Achija*] Merarita & Meraritarũ quæstor, ut ex sequentium comparatione apparet: incipit autem hic ab eo, quia superior versus definit in Meraritas, ex hhebræorum usu. 21 *In Gerschonitas*] id est, posteros Schimhhi Gerschonitæ, de quo sup. 23. 26. *Rerum sacrarum*] id est, ad ministerium sacrum Meraritarum, & ad ipsos Meraritas pertinentium. *Primores paternarum*] Causam ostendit, cur e Lahhdanitis quæstores Gerschonitarum constituti sunt. 24 *Eorum*] Kehathitarum, quos per quatuor familias suas nominavit, superiore versu. 29 *Operi externo*] id est, erant curatores earum rerum, quæ foris parandæ erant, ad sumtum templi ædificationem, & continuationem cultus Dei: vide Nechemjæ 11. 16. *Apud Jisraëlitas*] id est, in eo regni tractu, qui secundum mare Mediterraneum est: nam tota regio cis Jardenem in duos tractus divisa est, hujus curatoris ratione: nimirum secundum mare & secundum Jardenem infrà versu sequente: synecdoche. 30 *Occidentem*] id est, in citeriore præfectura. *Imperato a rege*] sup. 22. 5. 31 *Anno quadragesimo*] quo David maximum conventum Jisraëlitarum habuit, & Schelomonem filium sibi successorem pronuncians, omnib. cultum Dei & structuram templi: nominatim verò filio functionum ecclesiasticarum distributiones commendavit infrà 28. & 29. 32 *Negotio regio*] id est, imperato a rege, ut versu 30.

CAPUT XXVII.

Legiones ordinariæ cum suis ducibus, tribuni populi, & regis officiales recensentur.

1 FILIORUM autem Jisraëlis secundum numerum ipsorum, in primores paternarum familiarum, chiliarchosque & centuriones & moderatores eorum, ministrantes regi in omni negotio suarum distributionum (quarum quæque[a]" procedebat & redibat *de* mense in mensem omnibus mensibus anni): distributio unaquæque *erat* vicenûm quaternûm millium. [a] *Hebr.* q̃ ingrediebatur & regrediebatur.

2 Distributioni primæ in mensem primum, præerat[b] Jaschobhham filius Zabdielis: (in cujus distributione erant vigintiquatuor). [b] qui & Joschebaschebeth, 2. Schemu. 23. 8.

3 E filiis Peretzi primarius omnibus præfectis exercituum in mensem primum.

4 In distributione autem mensis secundi erat [c]Dodai Achochæus, & distributio eius, deinde Mikloth antecessor: in cuius distributione erant vigintiquatuor millia. [c] qui & Dodo. Ibid. 9.

5 Præfectus militiæ tertius in mensem tertiũ Benaja filius Jehojadahhi

sacerdotis primarius: in cujus distributione erant vigintiquatuor millia.

6 Hic Benaja potens inter triginta, præerat etiam" ipsis triginta: & di
stributioni ejus Hhammizadab filius ejus.

7 Quartus in mensem quartum Hhasaël frater Joabi, & Zebadja filius
ejus post eum: in cujus distributione erant vigintiquatuor millia.

d qui & Schā moth sup. 11. 27. & Schā ma, 2. Schē. 23. 8.

8 Quintus in mensem quintum princeps [d] Schamhuth Zerachæus: in
cujus distributione erant vigintiquatuor millia.

9 Sextus in mensem sextum Hhira filius Hhikeschi Tekohhæus: in cu
jus distributione vigintiquatuor millia.

e qui & Pal- tita 2. Schē. 23. 26.

10 Septimus in mensem septimum Cheletz [e] Pelonita e posteris Ephra-
jimi: in cujus distributione erant vigintiquatuor millia.

11 Octavus in mensem octavum Sibcai Chuschatæus e Zerachæis: in
cujus distributione erant vigintiquatuor millia.

12 Nonus in mensem nonum Abihhezer Hhanathotanus e Binjami-
nitis: in cujus distributione erant vigintiquatuor millia.

13 Decimus in mensem decimũ Maharai Netophathita e Zerachæis:
in cujus distributione erant vigintiquatuor millia.

14 Undecimus in undecimum mensem Benaja Pirhhathonita e poste
ris Ephrajimi: in cujus distributione erant vigintiquatuor millia.

f qui & Che- leb 2. Schē. 23. 29. & Cheled sup. 11. 30.

15 Duodecimus in duodecimum mensem [f] Cheldai Netophathita ex
Hhothniele: in cujus distributione erant vigintiquatuor millia.

16 In tribubus autem Jisraëlis, Reübenitica antecessor erat Elihhezer
filius Zicri: Schimhhonitica Schephatja filius Mahhacæ:

17 Levitica Chaschabja filius Kemuelis: Aharonis Tzadok:

g q & Eliab, 1. Schē. 16. 7

18 Jehudæ [g] Elihu e fratrib. Davidis: Jissascharis Hhomri filius Micaelis:

19 Zebulunis Jischmahhja filius Hhobadjæ: Naphtali Jerimoth filius
Hhazrielis:

20 Filiis Ephrajimi Hoscheahh filius Hhazazjæ: dimidiatæ tribui Me
naschis, Joël filius Pedajæ:

21 Dimidio Menaschis ad Gilhhadem Iddo filius Zecarjæ: Binjamini
Jahhasiel filius Abneri:

22 Dani Hhazareel filius Jerochami: hi erant" principes tribuũ Jisraëlis.

h Heb. a na- to viginti an nos & infrà Gen. 15. 5.

23 " Non recensuit autem David numerum eorum infra [h] natum vigin
ti annos: eo quòd dixisset Jehova se multiplicaturum Jisraëlitas tanquam
stellas cœli.

i Heb. ascen- dit.

24 Joab filius Tzerujæ" cœperat numerare: sed non absolverat. quòd
esset ob hanc causam ira fervens contra Jisraëlem: " neque [i] relatus est isto-
rum numerus, in numerum Chronicorum regis Davidis.

25 " Thesauris verò regis præerat Hhazmaveth filius Hhadielis: & the
sauris qui erant in agro, in reliquis civitatibus, & in pagis ac in turribus,
Jehonathan filius Hhuzzijæ.

26 Item exercentibus opus rusticum in agricultura Hhezri filius Ce-
lubi.

27 Item

27 Item [k] vinitoribus Schimhhi Ramathæus: sed [l] proventui vinearũ, thesauris vini, Zabdi Schiphmæus.
28 Item cultoribus olearum, sycomororum quæ erant in humili loco, Bahhal-Chanan Gederita: thesauris autem olei, Johhasch.
29 Item armentis pascentibus in [n] Scharone, Schitrai Scharonita: armentis autem *pascentibus* per convalles, Schaphat filius Hhadlai.
30 Itẽ Camelis Obil Jischmahhelita: & asinis, Jechdeja Meronothæus.
31 Item pecudibus Jaziz Hagarænus: oẽs hi præfecti facultatum quæ erant regi Davidi.
32 Jehonathan verò patruus Davidis, consiliarius, vir prudens, & [m] juris peritus erat: & Jechiel filius Chachmonæi erat cum filiis regis.
33 Achithophel quoque consiliarius erat regi: & Chuschai Arcita amicus regis.
34 Post Achithophelem verò Jehojadahh filius Benajæ & Ebjathar, denique princeps militiæ regis erat Joab.

[k] *Heb. exercentibus op⁹* vinearum. [l] *Heb.* ei qđ ex vineis.

[m] *Heb.* scriba.

ANNOTATIO.

[i] *Procedebat*] id est, obibat munus suum, ut Num. 27.17. 4 *Deinde*] Dodaio extincto: ut de Hhasaële infr. ℣.7. [c] *ipsi regnerã*] de quibus 2. Schem. 23. & suprà capite 11. *Et distributioni &c.*] quia idem Benaja præerat etiam ordinariis stipatoribus regis, & prætorianis cohortibus. 2. Schem. 9. 4. 22 *Principes tribuum*] excepto Aschere, de quo specialiter idem judicium faciendum. 23 *Non recensuit*] id est, cavit ne recenserentur: ne videretur inquirere in fidem promissionum Dei, idque tam priore quàm posteriore recensione. 24 *Cœperat numerare*] omnes Israëlitas sub anno vigesimum, 2. Schem. 24. *Neque relatus est*] id est, hi duodecim ordines constantes ex ducentis octoginta octo millibus: præter singulares singulorum principum chiliadas, (quæ omnia simul efficiunt trecenta millia) non sunt relati in 2. Schem. 24. 9. qui liber est ecclesiasticus Chronicorum Regis Davidis: sic reddit rationem Hhezra cur ipse numerum trecentorum milliũm adscripserit sup. 21. 5. ad eam summam quæ habetur 2. Schemu. 24. 25 *Thesauris regis*] id est, sicco Jerosolymitano: ut ostendit sequentis membri comparatio. 29 *Scharone*] quicquid alii dicant, certũ est Scharonem campestrem regionem esse Libano subjectam inde a Baschane, ex cap. 5. 16 suprà.

CAPUT XXVIII.

David convocatis ordinibus declarat Schelomonem ex Dei voluntate regni hæredem esse: omnes ad cultum Dei, & structuram templi a Deo præscriptam hortatur: cujus formam Schelomoni tradit.

CONGREGAVIT itaque David omnes præfectos Israëlis, præfectos tribubus, & præfectos distributionibus ministrantes regi, & chiliarchos centuriones sq;, atque præfectos omnibus facultatibus & pecuariæ regis, filios quoque suos cum aulicis & robustissimis, denique quemque valentem robore, Jeruschalaima.

2 Et [a] surgens David rex in pedes suos dixit: audite me fratres mei & populi mi: ego, *cùm esset* [a] mihi in animo ædificandi locum quietis pro arca foederis Jehovæ, & pro scabello pedum Dei nostri, comparaveram quibus ædificarem.

3 Sed Deus dixit mihi, non es ædificaturus domum nomini meo: quia vir bellis *occupatus* es & sanguinem fundis.

4 Elegit autem Jehova Deus Israëlis me ex tota familia paterna mea, ut essem rex super Israëlem in seculum: nam Jehudam elegerat in ante-cessorem, & e familia Jehudæ familiam patris mei inter filios verò patris

2. Schẽ. 7. 5. [a] *Heb.* cũ cor de meo.

[b] *Heb.* vir bellorum.

Gen. 49. 8. 1. Schẽ. 16. 2

mei, me voluit quem constitueret regem super totum Jisraëlem.
5 Similiter autem ex omnibus filiis meis (multos enim filios dedit mihi Jehova): elegit Schelomonem filium meum, ut insideret solio regni Jehovæ, super Jisraëlem.
6 Nam dixit mihi, Schelomo filius tuus ipse ædificaturus est domum meam & atria mea: nam elegi ipsum mihi in filium: & ego futurus sum ei in patrem:
7 Et stabiliturus sum regnum ejus usque in seculum: si firmus fuerit in exercendis præceptis meis, & judiciis meis, sicut hoc tempore.
8 Nunc ergo ante oculos totius Jisraëlis congregationis Jehovæ, & [e] audiente Deo nostro, observate & exquirite omnia præcepta Jehovæ Dei vestri: ut hereditariò possideatis terram hanc optimam, & possidendam trademus filiis vestris post vos usque in seculum.
9 Tu quoq; Schelomo fili mi, agnosce Deum patris tui, & cole eum corde integro & animo studioso: quia omnia corda exquirit Jehova, & quodq; figmentum cogitationum intelligit: si exquisiveris eum, invenietur abs te: sed si dereliqueris eum, rejiciet te in perpetuum.
10 Vide jam, quandoquidem Jehova elegit te ad ædificandum domum pro sanctuario: confirmare & fac.
11 Tunc tradidit David Schelomoni filio suo structuram porticus, & domiciliorum ejus, & gazophylaciorum ejus, cœnaculorumque ejus, ac cubiculorum ejus interiorum, etiam loci operculi propitiatorii.
12 Deniq; structuram omnium quæ *erant* penes eum *informata* [d] per spiritum, de atriis domus Jehovæ, & de omnibus domibus circumquaq; pro thesauris domus Dei, & pro thesauris rerum sacrarum.
13 Item pro distributionibus sacerdotum & Levitarum, & pro omni opere ad ministerium domus Jehovæ, ac pro omnibus instrumentis ad ministerium domus Jehovæ *pertinentibus*.
14 Aurum certo pondere ad aurea ad singula instrumenta [d] cujusque ministerii: *argentum* ad omnia instrumenta argentea *certo* pondere, ad singula instrumenta cujusque ministerii.
15 Id est, pondus pro lychnuchis aureis, & lucernis eorum aureis, ex pondere [e] cujusque lychnuchi & lucernarum ejus: & pro lychnuchis argenteis ex pondere lychnuchi & lucernarum ejus, secundum ministerium cujusque lychnuchi:
16 Et aurum pondere pro mensis dispositionis in [f] quamque mensam: similiter argentum pro mensis argenteis.
17 Item pro fuscinulis & crateribus, & scutellis aurum purum: & pro pelvibus aureis certo pondere [g] in quamq; pelvim: & pro pelvibus argenteis argentum *certo* pondere in quamq; pelvim.
18 Item pro altari suffitus aurum purgatissimum *certo* pondere: & ad structuram [h] sedilis, *id est* cerubinorum aurum, ut pandentes *alas* [h] tegerent arcam fœderis Jehovæ.
19 Hæc

[e] *Heb.* in auribus Dei nostri.
[d] *Heb.* ministerii & ministerii: sic deinceps.
[e] *Heb.* lychnuchi & lychnuchi: sic deinceps.
[f] *Heb.* in mensam & mensam.
[g] *Heb.* in pelvim & pelvim: sic dein.

19 Hæc omnia descripto, *sunt* a manu Jehovæ, *inquit, qui* instruxit me: omnia opera hujus structuræ.

20 Itaque dixit David Schelomoni filio suo, confirmare estoq; fortis & fac: ne timeto neque consternator: nam Jehova Deus, Deus meus tecum erit (non deseret te neque derelinquet te) donec absolveris totum opus ad ministerium domus Jehovæ.

21 Ecce autem distributiones sacerdotum & Levitarũ ad unumquodque ministerium domus Dei: & penes te sunt ad omne opus omnes voluntarii *instructi* peritia ad omne ministerium: denique principes & totus populus *parati* ad omnia verba tua.

ANNOTATIO.

1 *Congregavit*] regressio ad historiam, quam cœperat narrare sup. a capite 22. 2 *Surgens*] a lecto, in quo præsenectute jacere solebat, honorem exhibens verbo Dei quod propositurus erat: sic Gen. 49.33. 3 *Vir bellis*] vide 2. Schem. 7. in annotatione. 12 *Per spiritum*] id est, autore spiritu Sancto. 14 *Cuiusque ministerii*] tam in sancto, ubi adhibebantur instrumenta aurea, quàm in atrio ubi argentea: quo modo etiam tres sequentes versus sunt accipiendi. 18 *Serabim*] ita vocat Cerubinos, quia illis Deus insidere dicitur: vide 1. Schem. 4.4. *Tegerent*] 1. Reg. 6.23. & seq.

CAPUT XXIX.

David verbis & exemplo ordines Jisraëlitarum provocat, ad liberaliter offerendum in structuram templi: Deo gratias agit: populo & filio benè precatur: & gratiis Deo actis a populo, sacrificiisque oblatis, rex novus & sacerdos summus omnium consensu confirmantur.

1 2 PRÆTEREA dixit David rex toti illi congregationi: Schelomonem filium meum ″unum elegit Deus″ puerum & tenellum: opus autem hoc magnum *est*: non enim homini istud palatium: sed Jehovæ Deo *paratur*.

Atq; omnibus *quidem* viribus meis pręparavi pro domo Dei mei, aurum ad aurea & argentum ad argentea, & æs ad ærea, ferrum ad ferrea, & ligna ad lignea: lapides sardonychas & [a] insitivos, [b] lapides ad ornatum, & ad opus phrygianum, deniq; quosvis lapides pretiosos, & lapides marmoreos [c] copiosè.

3 Et amplius, quandoquidem propendeo voluntate erga domum Dei mei, est mihi peculium, aurum, & argentum: trado pro domo Dei mei, supra quàm omnia quæ præparavi in domum sanctam:

4 Ter mille talenta auri ex auro Ophiris, & septies mille talenta argenti purgatissimi ad obducendum parietes domorum:

5 Aurum pro aureis, & argentum pro argenteis, & pro omni opificio manu artificum: quis ergo sponte se offert, [d] ut consecret ministerium suum hodie Jehovæ?

6 Itaq; sponte se obtulerunt principes paternarum *familiarum* & principes tribuũ Jisraëlis, & chiliarchi, centuriones q;, & præfecti operi regis.

7 Dederuntque ad opus domus Dei auri talenta ″quinquies mille, & drachmarum myriadem, & argenti talenta″ decies mille, ærisq; octodecies mille talenta, & ferri centies mille talenta:

8 Deniq; lapidum quicquid inveniebatur penes unumquemq; dede-

a *Heb.* implementorum.
b *Hebr.* lapides fuci sive ornamenti, & operis phrygiani.
c *Heb.* in multitudinẽ: sic deinceps.
d *Heb.* ut impleat manũ suã: sic Exo. 28.41.

runt in thesaurum domus Jehovæ: in manum ″ Jechielis Gerschonitæ.

e Heb. corde: sic deinc.

9 Et lætabatur populus cùm sponte offerrent, nam [e] animo integro offerebant Jehovæ: etiamq; David rex lætabatur lætitia magna.

10 Quam ob rem benedixit David Jehovæ ante oculos totius congregationis: & dixit David ″ benedictus es Jehova Deus Jisraëlis patris nostri a seculo usque in seculum.

11 Tua *est*, ô Jehova, magnitudo & potentia & gloria & æternitas ac majestas: imò omnia in cœlo & in terra: tuum *est* Jehova regnum, ut qui te extollis supra omnia in caput.

12 Nam divitiæ & gloria a facie tua *sunt*, & tu dominium habes in omnia, & in manu tua vis & potentia: in manu, inquam, tua magnificandi & confirmandi rem quamlibet.

13 Itaque nunc Deus noster, celebramus te: & laudamus nomen tuum

f Heb. glorię tuæ.

[f] glorioſum.

14 Etenim quis sum ego, aut quis populus meus ut obtineamus vim sponte offerendi hujusmodi? nam ex te sunt omnia, & a manu tua *acceptum* reddimus tibi.

15 Peregrini enim sumus coram te, & inquilini, sicut omnes majores nostri: velut umbra *sunt* dies nostri super terram quæ non [g] consistit.

g Hebr. non est expectatio, vel consistentia.

16 Jehova Deus noster, tota hęc rerum multitudo quam paravimus ad ædificandum tibi domum pro nomine sancto tuo: e manu tua *est*, & tua *sunt* hæc omnia.

17 Sed novi, Deus mi, te esse scrutatorem cordis, & quæ recta sunt velle: ego [h] recto corde meo sponte obtuli omnia ista: nunc quoque populum tuum qui præsentes sunt hîc, vidi cum lętitia sponte offerentem tibi.

h Heb. in rectitudine cordis mei.

18 ″ Jehova Deus Abrahami, Jitzchaki & Jisraëlis majorum nostrorũ, serva hoc in seculum, nempe ″ figmentum cogitationum cordis populi tui: & constitue animum eorum erga te.

19 Schelomoni quoque filio meo da animum integrum ad observandum præcepta tua, testimonia tua & statuta tua: tum faciendo omnia illa, tum ædificando palatium istud ″ quod præparavi.

20 Deinde edixit David toti congregationi, benedicite nunc Jehovæ Deo vestro: sic benedixerũt tota illa congregatio Jehovæ Deo majorum suorum, & inclinato vertice incurvaverunt se Jehovæ ac ″ regi.

21 Ac sacrificaverunt Jehovæ sacrificia, obtuleruntq; Jehovę holocausta postridie diei illius, juvencos mille, arietes mille, agnos mille & libamina eorum: & sacrificia copiosè pro toto Jisraële.

22 Et comederunt ac biberunt coram Jehova die illo cum lætitia magna: regemque ″ secundò instituerunt Schelomonem filium Davidis, quem unxerunt Jehovæ in antecessorem, & Tzadokum in sacerdotem.

23 Insidens autem Schelomo solio Jehovæ in regem pro Davide patre suo, prosperabatur: nam auscultabant ei omnes Jisraëlitæ.

24 Om-

24 Omnesq; principes & robusti, ac etiam omnes filii regis Davidis:
° dederunt manum se fore subditos regi Schelomoni.
25 Magnificabat enim Jehova Schelomonem [k] summè ante oculos to- [k] *Hebr.* sursum.
tius Jisraëlis: indens ei majestatem regiam, qualis non fuerat in ullo rege
ante ipsum, super Jisraëlem.
26 David autem filius Jischai cùm regnasset super totum Jisraëlem.
27 (Dies verò quibus regnavit super Jisraëlē fuerunt quadraginta an-
norum: Chebrone regnaverat septē annis, deinde Jeruschalaimis regna-
vit triginta tribus).
28 Mortuus est in canitie bona, satur dierum, divitiarum & gloriæ: &
regnavit Schelomo filius ejus pro eo.
29 Res autem Davidis regis priores & posteriores: ecce sunt scriptæ
in verbis Schemuelis videntis, & in verbis Nathanis prophetę, & in ver-
bis Gadis videntis:
30 Cum tota [l] regni ejus gubernatione & potētia ejus: ac temporibus [l] *Hebr.* cum toto regno: metonymia.
quę inciderunt ei & Jisraëli, ac omnibus regnis *finitimarum* regionum.

ANNOTATIO.

1 *Unum*] quasi dicat, monarcham eum ita instituit, ut regnum per filios meos divisum esse nolit: vide infrà ℣. 23. *Puerum*] id est, ætate non ita provectum, & multis fratribus natu minorem: nam alioquin jam tum uxorem duxerat, ut ostendit ætas Rechabhhami, 2. Chrō, 12.13. 4 *Ophirū*] vide 1.Reg.9.28. *Ter mille*] id est, decies octies centena millia coronatorum pro æstimatione talenti cōmunis: vide Exodi 25.39. *Septies mille talenta argenti*] id est, septuagies octies centies mille quadraginta millia dalerorum. *Domorum*] id est, aurum quidem ad templum Dei, argentum verò ad ædificia templo adjuncta. 7 *Quinquies mille*] id est, tricies centena millia coronatorum. *Drachmarum myriadem*] id est, dextantem talenti: nam talentum duodecies mille drachmas continet, id est, quater mille octingentos coronatos. *Decies mille*].i. nonagies decies sexcenties mille daleros. 8 *Jechielis*] de quo sup. 26.21. 10 *Benedictus*] Exordium laudativum, ab amplitudine Dei & beneficiorum ejus: pro populo primùm, & studioso ipsorum animo. 18 *Jehova Deus Abrahami*] propositio ἐυκτικὴ apud Deum, in eis. 19 *Quod*].i. cujus materiam: synecdoche. 20 *Regi*] Schelomoni. 21 *Secundò*].i. regem in regno confirmarit, quem prius tumultuariè pater propter seditionem Adonijæ regem proclamari jusserat, 1.Reg.1.33. *Tsadokum sacerdotem*] summum abrogato Ebjathare, propter conspirationem cum Adonija factam. 1. Reg.1.7. 24. *Dederunt manum*].i. fidem porrecta manu synecdoche. 29 *Res priores*].i. ante peccatum cum Bath-schebahia commissum & post peccatum quo multas calamitates sibi & toti regno accersivit. vide 2.Chron.17.3. *In verbis*].i. in duobus libris Schemuelis, quorum partes hi qui nominantur, conscripserunt.

CHRONICORUM
LIBER SECUNDUS.

SECUNDO *libro Chronicorum percurrit Hhezra progressum & finem regni Jehudæ, usque ad annum reditus a captivitate Babylonica. Estq; historia annorum quadringentorum septuagintaduorum: ultimus verò annus cum historia Hhezræ communis est.*

A Schelomone ad deportationem Jeconjæ anni	401.
Anni captivitatis	70.
Cyri regis Persidis	1.

CAPUT I.

Schelomo rex Deum Gibhhone colit: ubi divinitus sapientia donatur, & divitiis ac honoribus instruitur.

1 CUM autem se confirmasset Schelomo filius David in regno suo: & Jehova Deus ejus adsistēs ei magnificaret eum [a] summè:

a Hebr. sursum, ut suprà 1.Chrō. 22.8.

2 Indixit Schelomo toti Jisraëli & chiliarchis, & centurionibus, judicibusque & unicuique duci in toto Jisraële, primoribus paternarum familiarum.

3 Abieruntque Schelomo & tota illa congregatio cum eo in excelsum quod *erat* Gibhhone: quia ibi erat tentorium conventus Dei, quod fecerat Mosche servus Jehovæ in deserto.

2.Schem. 6 4 (Sed arcam Dei deduxerat David ex urbe Jehharimorum, in *locum* quem paraverat ei David: cùm tetendisset ei tentorium Jeruschalaimis)

5 Altare quoque æreum quod fecerat Betzaleel filius Uri filii Churis ibi *erat* coram tabernaculo Jehovæ: ubi requisivit eum Schelomo & ipsa congregatio.

1.Reg.3.4. 6 Obtulitque ibi Schelomo in altari æreo coram Jehova, quod aderat tentorio conventus: obtulit, inquam, in eo holocausta mille.

7 Eadem nocte apparuit Deus Schelomoni, dixitque ei: pete: quid daturus sum tibi?

8 Dixit autē Schelomo Deo, tu exercuisti erga Davidē patrem meum benignitatem magnam: quod feceris ut regnem loco ejus.

9 Nunc Jehova Deus, statum erit verbum tuum, *habitum* cum Davide patre

patre meo: cùm tu feceris ut regnem ſuper populũ multũ, ut pulvis terræ.
10 Nunc, inquam, ſapientiam & notitiam da mihi: quaꝫ procedã ante populum hunc & redeam: quis enim poſſet judicare populum tuũ hunc maximum?
11 Tũ dixit Deus Schelomoni, eo quòd fuit hoc [b] in animo tibi, & non petiiſti divitias, opes, aut honorem, aut [c] vitam oſorum tuorum, etiamq; dies multos non petiiſti: ſed petiiſti tibi ſapientiam & notitiam qua judices populum meum, cui regem te præfeci:
12 Sapientia illa & notitia datur tibi: divitias inſuper ac opes, honoremque daturus ſum tibi: cujuſmodi non fuit regibus qui fuerunt ante te, & cujuſmodi poſt te non erit.
13 Cùm itaque rediret Schelomo Jeruſchalaima, a *profectione* ad excelſum quod *erat* Gibhhone, a conſpectu tentorii conventus: ꝫ ſic regnabat ſuper Iſraëlem.
14 ꝫ Congregavit etiam Schelomo currus & equites: erantq; ei mille quadringenti currus, & duodecies mille equites: quos collocavit in civitatibus curruum, & apud regem Jeruſchalaimis.
15 Et reddidit rex, Jeruſchalaimis argentum & aurum ut lapides: cedros autem reddidit ut ſycomoros, quæ in depreſſo loco *creſcunt*, multitudine.
16 Et vectigal equorum ex Ægypto quod erat Schelomoni: id eſt, neti, mercatores regis netum accipiebant pro pretio.
17 Nam ꝫ deducebant & exportabant ex Ægypto currum ſexcentenis ſiclis argenti, equum verò centenis quinquagenis: & ita pro omnibus regibus Chittæorum & regibus Syriæ in manu ſua educebant.

b Heb: cum corde tuo. *c Hebr.* animam.

1.Reg.10. 26.

ANNOTATIO.

10 *Procedam ante &c.*] vide Num. 27. 17. 13 *Sic*] id eſt, ea ſapientia & notitia quam promiſerat Deus: de qua copioſius 1. Reg. 3. 14 *Congregavit etiam*] confirmatio alterius partis promiſſionum Dei de opibus, honore, &c. ſup. 12. ℣. 17 *Deducebant*] mercatores exteri.

CAPUT II.

Schelomo templum ædificaturus, de operis & materia proſpicit, & cum rege Tyri de mercede contrahit.

1 Cùm autem [a] cogitaret Schelomo ędificare domum nomini Jehovæ: & domum [b] regiam ſuam:
2 Numeravit Schelomo ſeptuagies mille viros bajulos, & octuagies mille viros putatores in ꝫ illo monte: & qui præeſſent illis ter mille ſexcentos.
3 Cùm miſiſſet Schelomo ad Churamum regem Tyri, dicendo: quemadmodum feciſti cum Davide patre meo, cui miſiſti cedros ad ædificandum ſibi domum in qua habitaret.
4 Ecce ego ædificaturus ſum domũ nomini Jehovæ Dei mei: ad ſanctificandum eum, ad adolẽdum coram eo ſuffitum aromatum, *ad* diſpoſitionem *panum* jugem, holocauſtaq; in matutinum quodq; & veſperti-

a Heb. diceret ut 1. Reg. 5. 5. *b Hebr.* regno ſuo: ſic infrà ℣. 12. 1. Reg. 5. 13 &c.

num tempus, in quęque ſabbatha & novilunia, & in ſtata tempora Jehovæ Dei noſtri: in ſeculum hoc incumbit Jiſraëli.

5 Domus autem illa quam ædificaturus ſum, magna erit: nam major *eſt* Deus noſter omnibus diis.

6 Sed quis obtineat vim ædificandi ei domum: cùm cœli ipſi & cœli cœlorum non capiant eum? & quis *ſum* ego ut ædificem ei domum: niſi ut adoleatur coram eo?

7 Ita nunc mitte mihi virum peritum operandi ex auro & ex argento, & ex ære, & ex ferro, & ex purpureo, & ex coccineo, & ex hyacinthino, & ſcientem ſculpere ſculpturas: cum peritis qui penes me *ſunt* in Jehuda & Jeruſchalaimis, quos comparavit David pater meus.

8 Mitte etiam mihi ligna cedrina, abiegna, & thyina e Libano: novi enim ſervos tuos ſcientes eſſe cædendi arbores Libani: ecce autem ſervi mei erunt cum ſervis tuis:

c *Hebr.* in multitudinem.

9 Idque ad comparandum mihi ligna cedrina [c] quàm-plurima: nam domus illa quam ędificaturus ſum, magna *futura eſt*, & quidem mirificè.

d *Hebr.* percuſſionem tritici.

10 Viciſſim ecce, putatoribus illis, cæſoribus arborũ do tritici [d] excuſſi ſervis tuis coros vicies mille, & hordei coros vicies mille: & vini bathos vicies mille, ac olei bathos vicies mille.

11 Dixit verò Churam rex Tyri ſcripto, quod miſit ad Schelomonem: præ amore Jehovæ erga populum ſuum, conſtituit te ſuper eos regem.

12 Deinde dicebat Churam, benedictus Jehova Deus Jiſraëlis, qui fecit cœlum & terram: quòd dedit Davidi regi filium ſapientẽ, ſcientem,

e *Heb.* ſcientem prudẽtiæ & intelligentię: ſic ℣. 13.

[e] prudentem & intelligentem, qui ædificaturus eſt domum Jehovæ, & domum regiam ſuam.

1. Reg. 7. 13

13 Nunc itaque mitto virum peritum, ſcientem & intelligentem *qui erat* Churamo patri meo:

f *Hebr.* e filiabus Danis.

14 Filium mulieris [f] e poſteris Danis, & patrem ejus virum Tyrium, ſcientem operari ex auro & ex argẽto, ex ære, ex ferro, ex lapidibus, & ex lignis, ex purpureo, ex hyacinthino, & ex byſſino, & ex coccineo: & ſculpere quamlibet ſculpturam, & excogitare [g] quodvis induſtriè invẽtum: quicquid proponetur ei cum peritis tuis, & peritis domini mei Davidis patris tui.

g *Hebr.* omnem excogitationẽ: ut Exodi 31. 4.

15 Viciſſim nũc triticum illud & hordeum, oleum & vinum quod dixit dominus meus mittat ſervis ſuis.

16 Nos verò cædemus arbores ex Libano ad omnem neceſſitatem tuam, quas devehemus tibi ratibus per mare, [h] Japhuntem: unde tu deportabis eas Jeruſchalaima.

h quæ Joppe Jehoſch. 19. 46.

17 Numeravit itaque Schelomo omnes homines peregrinos *qui erant* in terra Jiſraëlis, poſt numerationem qua numeraverat eos David pater ipſius: inventiq; ſunt centies quinquagies ter mille ſexcenti.

i *Heb.* ad faciẽdum ut trãſiret hic populus.

18 E quibus effecit ſeptuagies mille bajulos, & octuagies mille putatores in mõte illo: ter verò mille ſexcẽtos ut pẽſſent [i] adigẽdo huic populo.

ANNO-

ANNOTATIO.

2. *In illo monte*] id est, Libano, ut exprimitur ℣. 8. κατ' ἐξοχὴν. 7 *Ita nunc*] apodosis primi illius membri quod coeptum fuerat ℣. 3. quemadmodum feci sti &c: est enim interjectum hyperbaton. 8 *Thyina*] vide 1. Reg. 10. 21. 14 *Patrem ejus*] qui similiter Churam nomine vocabatur infrà 4. 16.

CAPUT III.

Locus, tempus, partes ædificati templi, cum earum materia & forma describuntur.

1 2 DEINDE incepit Schelomo ædificare domum Jehovæ Jeruschalaimis in ″ monte Morijæ, ubi apparuerat *Jehova* Davidi patri ipsius: in loco quem paraverat David in area Ornanis Jebusæi. 1.Reg.6. 2.Schē. 24. & 1.Chron. 21.

Incepit autem ædificare mēse secundo, *die* secundo, anno quarto regni sui.

3 Atque ″ harum *dimensionum erat* [a] fundatio Schelomonis in ædificanda domo Dei: longitudo cubitorum ex ″ mensura primaria cubitorum sexaginta, & latitudo cubitorum viginti. *a Hebr.* fundari: infinitivus p̄ nomine.

4 Porticus autem quæ *erat* ante longitudinem, secundum [b] frontem latitudinis ipsius domus, cubitorum viginti, altitudo verò centū viginti: quam obduxit intrinsecus auro puro. *b Heb.* faciē.

5 ″ Domum quoque magnam obtexit lignis ″ abiegnis, deinde obtexit eam auro præstante, ″ ubi fecerat ut eminerent in ea palmæ & catenæ.

6 Et obduxit ″ ipsam domum lapidibus pretiosis ad ornatum: aurum autem ipsum *erat* ″ aurum Parvajimorum.

7 Obtexit verò domus trabes, postes, & parietes ejus & valvas ejus auro: cùm insculpsisset Cerubinos parietibus.

8 Fecit etiam domum sancti sanctorum, longitudine secundum latitudinem domus cubitorum viginti, & latitudine cubitorū viginti: quam obtexit auro præstante ad ″ talentorum sexcentorum *pondus*.

9 Pondus verò in clavos siclorum quinquaginta auri: denique ″ cœnacula obtexit auro.

10 Fecit quoque in domo sancti sanctorum Cerubinos duos opere exemptili: quos obduxerunt auro. *c Heb.* exemptionum.

11 Quorum Cerubinorum alæ longitudine sua in cubitos viginti *protendebantur*: ala una cujusq; in cubitos quinos pertingens parietē domus, ala similiter altera cubitorum quinq; pertingens alam Cerubini alterius.

12 Sic ala Cerubini una cubitorum quinque pertingebat parietem domus: & ala ejus altera cubitorum quinque hærebat alæ Cerubini alterius.

13 Alæ Cerubinorum istorum expandebant se in cubitos viginti: ipsi autem stabant pedibus suis, facie sua introrsum *versa*.

14 Fecit quoque velum hyacinthinum & purpureum, & coccineum & byssinum: in quo expressit Cerubinos.

15 Item fecit ante domum ipsam columnas duas cubitorum ″ tricenûm 1.Reg.7.15

quinûm longitudine: & coronamentum quod *erat* in ſummitate cujuſque,cubitorum,quinûm.

16 Ut fecerat″ catenas in adyto,″ ita poſuit in ſummitate columnarũ: fecitque malogranata″ centena,quæ interpoſuit catenis illis.

17 Deinde erexit columnas ante templum,unam a dextera,& alteram a ſiniſtra ejus: vocavitq; nomen dexteræ Jacin,& nomẽ ſiniſtræ Bohaz.

ANNOTATIO.

1 *In monte Morijæ*] de quo Gen.22.2. 3 *Harum dimenſionum*] quæ hoc & ſequente verſu explicantur. *Ex menſura primaria*] vide 1.Reg.6.2. 5 *Domum magnam*] id eſt,templum anterius, quod ſanctum dicebatur.1. Reg.6.17. *Abiegnis*] ſolum videlicet,ut conſtat ex 1.Reg.6.15.& deſcriptione parietum infrà ℣.7. *Ubi fecerat*] id eſt,in prominentia palmarum & catenarum. 6 *Ipſam domum*].i. reliquam partem ſoli, quæ vacua erat, implevit opere muſivo atque emblemate ex diverſis lapillorum generibus. *Aurum Parvajimorum*].i. ex Chavila,ubi præſtantiſſimum aurum fuiſſe teſtatur Moſche, Gen. 2. 11. eſt enim in ea ſive Characenorum regno Parbacia oppidum corrupto nomine dictum pro Parvajimis Plinio natur.hiſto. lib. 6.cap.28: quod aurum David,ex devictis regibus regioni illi finitimis conſecutus, ad hos uſus aſſervarat.1.Reg.6.20. 8 *Talentorum ſexcentorum*].i.tricies ſexcenties mille coronatorum. 9 *Cœnacula*] id eſt, domicilia quæ porticui incumbebant, de quibus 1.Chron. 28.11.& 12. 10 *Exemptile*].i. ex multis partibus. quæ divelli inter ſe poterant: quod neceſſarium fuit propter eorum magnitudinem & gravitatem. 15 *Tricenûm quinûm &c.*] vide annotata 1.Reg.7.15. 16 *Catenas*].i.funes aureos,de quibus 1.Reg.6.21. *Ita poſuit*] faſcias opere catenato,1.Reg.7.17. *Centena*] in quolibet ordine.

CAPUT IIII.

Ornamenta templi inteſtina,altare,lacus, labra,lychnuchi, & menſæ: item atria & minutiora inſtrumenta deſcribuntur.

1 FECIT prætereà altare æreum, viginti cubitorum longitudine,& viginti cubitorum latitudine: decem autem cubitorum altitudine.

1.Reg.7.23 2 Item fecit lacum fuſum: decem cubitorum[a] a labii parte una ad alte- *a Hebr.* a labio ejus ad labium ejꝰ. ram,rotũdum circumquaque, & quinque cubitorum altitudine, quem filum triginta cubitorum cingebat circumquaque.

3 (Similitudo autem boum ſub eo undequaque circunſtantium eum in decem cubitos,cingentium lacum ipſum circumquaque *erat*: qui boves *pertingebant* duos ordines *colocynthidum* fuſarum in fuſura ejus)

4 Stantem ſuper duodecim boves, tres reſpicientes ad aquilonem, & tres reſpicientes ad occaſum,& tres reſpicientes ad meridiem, & tres reſpicientes ad orientem: ita lacus eis impoſitus erat ſuperné: quorum omnium poſteriora intus *latebant*.

5 Craſſitudo verò ejus palmaris *erat*, & labium ejus ſimile operi labii calicis,*aut* floris lilii: quot capax erat bathorum, ter mille continebat.

1.Reg.7.34 6 Item fecit labra decem: quorum diſpoſuit quinq; a dextera, & quinque a ſiniſtra ad lavandum ex eis, opus holocauſti abluebant ex eis: ſed lacus *erat* ſacerdotibus ad lavandum ſe ex eo.

Ibid.49.℣. 7 Item fecit lychnuchos aureos decem[b]″ eadem ratione inter ſe: po- *b Heb.* ſecũdum rationem eorũ. ſuitque in templo quinque a dextera & quinque a ſiniſtra.

8 Item fecit menſas decem quas collocavit in templo, quinque a dextera & quinque a ſiniſtra: fecitque crateras aureos centum.

9 Item fecit″ atrium ſacerdotum & atrium″ maximum: & valvas atrio cuique,quorum valvas obduxit ære.

10 Lacum

10 Lacũ verò posuit versus latus dexterũ ad orientẽ e regione meridiei. 1.Reg.7.39
11 Item fecit Churam ollas, & hamas, & crateras: ita absolvit Churam facere opus istud, quod faciebat regi Schelomoni pro domo Dei:
12 Columnas duas, & ″orbes cum coronis in summitate columnarum duos: & encarpos duos ad tegendum duos orbes coronarios qui *erant* in summitate columnarum:
13 Et malogranata quadringenta ad duos encarpos: binis ordinibus malogranata in encarpo unoquoque: ad tegendum duos orbes coronarios qui *erant* in superficie columnarum.
14 Bases quoque fecit, & labra fecit imposita basibus:
15 Lacum unum: & duodecim boves sub eo.
16 Item ollas, & hamas, & fuscinas, ac omnia instrumenta illorũ fecit ″ Churamo patre suo, regi Schelomoni pro domo Jehovę: ex ęre terso.
17 In planitie Jardenis fudit ea rex in [c] terra argillosa: inter Succothas & inter Tzeredanum *agrum*.
18 Itaque fecit Schelomo omnia ista instrumenta [d] numerosa valde: non enim perveſtigatum est pondus æris eorum.
19 Fecit enim Schelomo omnia instrumenta illa quæ erãt domus Dei: & altare aureum & mensas, quibus imponebatur panis faciei:
20 Et lychnuchos cum lucernis eorum, ut arderent pro ritu suo ante adytum, ex auro asservato:
21 Flores etiam & lucernas & forcipes ex auro: quod erat [e] perfectissimum aurum:
22 Instrumẽtaq; musica, & crateras, & acerras, & trullas *ex* auro asservato: & portæ domus valvas interiores sancti sanctorũ, valvasq; domus, valvas templi ″ ex auro.

[c] *Heb.* in dẽ sitatibus terræ.
[d] *Heb.* in multitudine valde.
[e] *Hebr.* perfectionũ aurum.

ANNOTATIO.

3 *Similitudo autem boum*]. i. boves ærei formâ suâ: hypallage. 7 *Eadem ratione*]. i. ad exemplũ ejus quẽ paravit: Moſche in deſerto. 9 *Atrium ſacerdotum*]. i. quod ſacerdotibus erat proprium, templo conjunctum, ubi erãt eorum cellæ ab utraq; templi parte: 1.Reg.6.5. de quo 1.Reg.6.36. *Maximum*]. i. maximæ capacitatis in ambitu templi & atrii ſacerdotum, pro populo. 12 *Orbes*]. i. imas coronarum partes annulis ſimiles. 16 *Churame patre*] vide ſup. 2.14. 22 *Ex auro*]. i. deauratas.

CAPUT V.

Schelomo convocatis ſacerdotibus & primoribus populi arcam Tzijone in adytum: tabernaculum & vaſa ſacra Gibhhone deportat in theſaurum domus Dei, ubi Deus ſignũ aſpectabile ſuæ præſentiæ edit.

1 PERFECTO autem toto opere quod fecit Schelomo pro domo Jehovæ: inferens Schelomo res conſecratas a Davide patre ſuo, & argentum, & aurum, & omnia instrumenta posuit in thesauris domus Dei. 1.Reg.7.51
2 Tunc cõgregari jussit Schelomo seniores Jisraëlis, & omnes primarios tribuũ, principes paternarũ *familiarum* cũ Jisraëlitis Jeruschalaima: ut deducerent arcam fœderis Jehovæ, e civitate Davidis, ea *est* Tzijon. 1.Reg.8.1.
3 Congregatis itaque ad regem omnibus Jisraëlitis in ipso festo: hoc *festum est* mensis septimi:

4 Et convenientibus omnibus senioribus Jisraëlis: deportarunt Levitæ arcam:
5 Et deduxerunt arcam & tentorium conventus, omniaque vasa sacra quæ *erant* in tentorio: deduxerunt *inquam* ea sacerdotes & Levitæ.
6 Rex autem Schelomo, & totus cœtus Jisraëlitarum qui convenerant ad eum præeuntes arcæ: sacrificabant pecudes & boves, quæ nec numerabantur nec supputabantur præ multitudine.
7 Intulerunt autem sacerdotes arcam fœderis Jehovę in locum ipsius, in adytum domus, in sanctum sanctorum: sub alas Cerubinorum.
8 Erant enim Cerubini pandentes alas super locum arcæ: & obtegebant Cerubini arcam & vectes ejus supernè.
9 Deinde protenderũt vectes ejus, ita ut cõspicerentur summitates vectium ex arca *productorum* versus partem anteriorem ipsius adyti: nõ autem conspiciebantur foris: quod fuit ibi usque in [c] diem istum.
10 Nihil *erat* in ea arca, prętер duas illas tabulas quas collocaverat Mosche in Chorebo: quando pepigit Jehova *fœdus* cum filiis Jisraëlis, egredientibus ipsis ex Ægypto.
11 Fuit autẽ cùm exirẽt sacerdotes [c] sancto ipso: (nã omnes sacerdotes qui aderant sanctificaverant se, non fuerant observandæ distributiones:
12 Similiter Levitę musici omnes ex Asapho, ex Hemane, ex Jedurhune, tam filii eorum quàm cognati eorum, induti byssо, cum cymbalis, & cum nabliis ac cytharis adstabant ad oriẽtem altari: & cum illis sacerdotes ad centum viginti, clangentes tubis:
13 Erat enim [a] pariter clangentium tubis & musicorum, [b] edere cõcentum unum ad laudandum & celebrandum Jehovam): & cùm efferrent concentum tubis & cymbalis ac instrumentis musicis, cumque laudarẽt Jehovam [c] quia bonus *est*, quia in seculum benignitas ejus: ut domum illam, domum Jehovæ impleret nubes:
14 Adeò ut non possent sacerdotes consistere ad ministrandũ propter illam nubem: cùm impleviſſet gloria Jehovæ domum Dei.

a Heb. sicut unus.
b Heb. audire facere sonum.

ANNOTATIO.

4 *Levitæ*] i. sacerdotes Levitici generis: vide Num. 4. 15. 9 *Diem istum*] deportationis, de qua in fine 2. Reg. vide 1. Chron. 4. 41. 11 *E sancto*] ex adyto & templo. *Nam*] ætiologia est, cur eo die sacerdotes in templum & adytum liberè & sine offensa ingressi sint, non servatis distributionibus: de quibus 1. Chron. 23. & sequentibus. 13 *Quia bonus*] i. Psalmum 136.

CAPUT VI.

Schelomo cum populo Deo benedicit, & preces concipit.

1. Reg. 8. 12 1 Tum dixit Schelomo: Jehova dixit se habitare in caligine.
2 Utique ego ædificavi domum habitaculi tibi: & stationem [a] in qua resideas in secula.
3 Posteà rex conversa facie sua benedixit cum tota congregatione Jisraëlis: tota congregatione Jisraëlis stante.
4 Ac di-

a Heb. ad residentiam tuam.

4 At dixit, benedictus Jehova Deus Jisraëlis, qui allocutus est ore suo Davidem patrem meum: pro ut manibus suis implevit, dicendo:
5 Ex quo die eduxi populum meum e terra Ægypti: non elegeram civitatem ex ullis tribubus Jisraëlis, ad ædificandum domum ubi esset nomen meum: neque elegeram virum qui præfuturus esset antecessor populo meo Jisraëli.
6 Sed elegi Jeruschalaima ut sit nomen meum illic: & elegi Davidem ut præsit populo meo Jisraëli.
7 Quam ob rẽ cùm esset in animo Davidis patrĩs mei: ædificandi domum nomini Jehovæ Dei Jisraëlis:
8 Dixit Johova ad Davidem patrem meum: eo quòd fuit tibi in animo ædificandi domum nomini meo: benè feciſti quòd fuisti eo animo.
9 Verumtamen tu non es ædificaturus istam domũ: sed filius tuus qui egressurus est e lumbis tuis, is ædificabit domum istam nomini meo.
10 Itaq; præstitit Jehova verbum suum quod locutus fuerat: surrexi enim loco Davidis patris mei, & insidens solio Jisraëlis, quemadmodũ locutus est Jehova, ædificavi hanc domum nomini Jehovæ Dei Jisraëlis.
11 Ubi disposui arcam in qua *est* fœdus Jehovæ: quod pepigit cum filiis Jisraëlis.
12 Deinde substitit *Schelomo* ante altare Jehovæ coram tota congregatione Jisraëlis: & expandit manus suas.
13 (Nam fecerat Schelomo [b] suggestũ æreũ, posueratq; ipsum in medio atrii: quinq; cubitorũ lõgitudine & quinq; cubitorũ latitudine, triumq; cubitorum altitudine): substitit inquam in eo, & [c] flexus in genua sua coram tota congregatione Jisraëlis expandit manus suas versus cœlum:
14 Ac dixit, Jehova Deus Jisraëlis, nullus *est* similis tibi Deus in cœlo aut in terra: servans fœdus & benignitatem illam servis tuis, qui ambulant coram te ex toto animo suo:
15 Qui servasti servo tuo Davidi patri meo, id quod elocutus fueras eî: ut elocutus fueras ore tuo: ita manu tua impleviſti, sicut *est* hodie.
16 Nunc ergo Jehova Deus Jisraëlis, serva servo tuo Davidi patri meo id quod elocutus fueras ei, dicendo: non excindetur tibi vir a conspectu meo sedens in solio Jisraëlis: si tamen observabunt filii tui viam suam, ambulando in lege mea, quemadmodum ambulasti coram me.
17 Nunc etiam Jehova Deus Jisraëlis, confirmetur verbum tuũ, quod elocutus es servo tuo Davidi.
18 (Quamvis an revera habitaret Deus cum homine in terra? ecce cœli, & cœli cœlorum ipsi non capiunt te, quanto minus domus hæc quam ædificavi?)
19 Ut respicias ad orationẽ servi tui & ad deprecationem ejus, Jehova Deus mi: auscultando clamori & orationi qua servus tuus orat coram te:
20 Ut sint oculi tui aperti erga domum hanc interdiu & noctu, erga locum hunc, ubi *te* dixisti positurum nomen tuum: auscultando oratio-

[b] *Heb.* labrũ dictũ a forma: catachresis.
[c] *Heb.* ingeniculans.

ni qua orabit ſervus tuus verſus locum hunc.

21 Auſcultato igitur deprecationibus ſervi tui, & populi tui Jiſraëlis, quibus orabunt verſus locum hunc: tu inquam auſcultato e loco habitationis tuæ e cœlis, & auſcultans condonato.

22 Cùm peccaverit ullus in proximum ſuum, qui detulerit ei juramẽtum execrationis, execratione adjurando eum: (nã veniet execratio ante altare tuum in domum hanc)

23 Tunc tu audito e cœlis, & conficiens judicato ſervos tuos: reprendendo improbo, reddendo viã ejus in caput ejus: & juſtificando juſtum, reddendo ei ſecundum juſtitiam ejus.

24 Item cùm plaga affectus fuerit populus tuus Jiſraël coram hoſte, eò quòd peccaverint in te: ſi converſi celebrabunt nomen tuum, orabunque & deprecabuntur coram te verſus domum hanc:

25 Tum tu exaudiens e cœlis, cõdonato peccatũ populi tui Jiſraëlis: & reducito eos in terram hanc quam tradidiſti eis, ut majoribus eorum.

26 Cùm clauſum fuerit cœlum, ita ut nõ ſit pluvia, eo quòd peccaverint in te: ſi orantes verſus locum hunc celebrabunt nomen tuum, & a peccato ſuo revertentur, quia teſtatus fueris contra eos:

27 Tunc tu exaudiens *e* cœlis condonato peccatum ſervorũ tuorum, & populi tui Jiſraëlis: cùm docueris eos viam optimã per quã ambulent, & dato pluviam ſuper terrã tuam, quã dediſti populo tuo in poſſeſſionẽ.

28 Fames cùm erit in hac terra: peſtis cùm erit, uredo aut rubigo: locuſta aut bruchus cùm erit: cùm anget eum inimicorum ejus *quiſque* in terra ditionis ejus, quæcunque plaga aut quæcunque ægritudo:

29 Omnem orationem, omnem deprecationem quæ erit a quocunq; homine, aut a toto populo tuo Jiſraële: cùm agnoſcentes quiſq; plagam ſuam & dolorem ſuum expandet manus ſuas verſus domum hanc:

30 Tunc tu exaudiens e cœlis, ſtatione habitationis tuę condonato: & dato unicuique ſecundum vias ejus, quod agnoſces apud animum ejus (tu enim ſolus noſti animum filiorum hominis)

31 Ut revereantur te ambulando in viis tuis, omnibus diebus quibus victuri ſunt in ſuperficie hujus terræ: quam dediſti majoribus noſtris.

32 Quin etiã extraneo ipſi, qui nõ e populo tuo Jiſraële fuerit: ſed venerit e terra longinqua propter nomen tuũ magnũ, manũq; tuã robuſtam, & brachium tuum extentũ: cùm advenientes orabũt verſus domũ hanc:

33 Etiam tu auſcultato e cœlis, & ſtatione habitationis tuæ, & facito omnino prout clamaverit ad te extraneus ipſe: ut experiantur omnes populi terræ nomen tuum: tum ad reverendum te, ſicut populus tuus Jiſraël: tum ad cognoſcendum nomen tuum invocari ſuper domũ hanc quam ædificavi.

34 Cùm procedet populus tuus in bellum contra inimicos ſuos, viâ qua mittes eos: ſi orabunt viâ civitatis hujus quam elegiſti & hujus domus quam ædificavi nomini tuo:

35 Tunc

35 Tunc exaudito e cœlis orationem eorum, & deprecationẽ eorum: ut peragas causam eorum.
36 Cùm peccaverint in te. (nam nemo *est* qui non peccet), & iratus contra eos exposueris eos inimico: ita ut captivos abduxerint eos illi a quibus captivi sunt, in terram longinquam aut propinquam:
37 Si reducent in animum suum in ea terra ubi detinebuntur captivi: ut cõversi deprecentur te in terra captivitatis suæ, dicendo: peccavimus, perversè egimus, & improbi fuimus:
38 Et revertentur ad te ex toto corde suo, & ex toto animo suo in terra captivitatis suæ, ubi captivos detinebunt eos: & orabunt viâ terræ suæ quam dedisti majoribus ipsorum, hujusque civitatis quam elegisti, & hujus domus quam ædificavi nomini tuo:
39 Tum exaudito e cœlis, e statione habitationis tuæ, orationẽ eorum & deprecationes eorum: ut peragas causam eorum: & condonato populo tuo quæ peccaverint contra te.
40 Nunc Deus mi, sint quæso oculi tui aperti & aures tuæ intentæ: ad [d] orationem, *qua orabitur versus* locum hunc. [d] *Hebr.* orationem loci hujus: sic infrà 8. 5.
41 Nunc, inquam, surge Jehova Deus ad [e] requiem tuam, tu & arca [f] roboris tui: sacerdotes tui, Jehova Deus, [g] induantur salute, & [h] quos benignè accipis lætentur de eodem bono. [e] Psal. 132. 8.
42 Jehova Deus, ne avertas faciem [i] uncti tui: recordare [k] benignitatum *erga* Davidem servum tuum.

ANNOTATIO.

39 *Aversi*] publici, de quo suprà 4. 9. 41 *Requiem tuam*] id est, locum hunc in quo statuisti quiescere, & non amplius itare cum tentorio & tabernaculo: vide 2. Schem. 7. 6. *Roboris tui*] vide 1. Chron. 16. 11. *Induantur salute*] circumvallentur & circummuniantur salutaribus tuis beneficiis, ut vestimento corpus: sic Jeschahhjæ 61. 10. *Quos benignè*] id est, electi & sancti. 42 *Uncti tui*] id est, meam in Christo, unctorum tuorum capite. *Benignitatum*] id est, promissionum factarum & inceptorum beneficiorum erga domum ejus.

CAPUT VII.

Schelomo sacrificans, domũ Dei consecrat: & festo tabernaculorũ celebrato populũ dimittit.

1 CUMQUE absolvisset Schelomo orare: illicò ignis descendẽs e cœlis absumpsit holocaustum & sacrificia: [a] gloria Jehovæ implente domum illam: 1. Reg. 8. 54
2 Adeò ut non possent sacerdotes ingredi domum Jehovæ: cùm implevisset gloria Jehovæ domum Jehovæ.
3 Omnes autem Jisraëlitæ videntes cùm descenderet ignis ille, & gloria Jehovæ in domum: inflexerunt se facie in terram, versus pavimẽtum, & incurvaverunt se celebrando Jehovam, quoniam bonus *est* quoniam in seculum benignitas ejus.
4 Rex verò & totus populus sacrificarunt sacrificia coram Jehova. 1. Reg. 8. 62
5 Sacrificavit enim rex Schelomo sacrificium boum vicies bis mille, & pecudum centies vicies mille: cùm dedicarent domum Dei rex & totus populus.

6 (Interea sacerdotes in observationibus suis consistebant, & Levitæ cum instrumentis musicis Jehovæ, quę fecerat David rex, celebrando Jehovam, quoniam in seculum benignitas ejus, per hymnum Davidis *traditum* in manum ipsorum: sacerdotes verò alii clangebant tubis e regione eorum, omnibus Jisraëlitis adstantibus).

7 Consecravit enim Schelomo internam partem atrii, quæ *erat* ante domum Jehovæ, eo quòd parasset ibi holocausta & adipes eucharisticorum: nam altare æreum quod fecerat Schelomo non poterat capere holocausta illa, muneraque & adipes illorum.

8 Celebravit etiam Schelomo festum illud tempore illo septẽ diebus, & totus Jisraël cum eo, congregatio magna valde: inde ab ingressu Chamathæ usque ad torrentem Ægypti.

9 Celebraruntq; die octavo interdictum: cùm dedicationẽ altaris celebrassent septem diebus, & festum illud septem diebus.

10 Die autem vigesimo tertio mensis septimi, dimisit populum in tentoria ipsorum: lætos & hilares animo de illo bono, quo affecerat Jehova Davidem, Schelomonemq; ac Jisraëlem populum suum.

ANNOTATIO.

1 *Gloria Jehovæ*] id est, nube: vide suprà 5.13.& 14. 6 *Hymnum Davidis*] id est, Psalmum 136. *Alii, 7 centum viginti*, de quibus suprà 5.12.

CAPUT VIII.

Argumentum hujus capitis idem est cum 1. Reg. 9.

1.Reg.9. 1 Cùm autem absolvisset Schelomo domũ Jehovæ & domum regiam: & quicquid venerat in animum Schelomoni faciendi in domo Jehovæ & in domo sua, *in eo* prosperatus esset.

2 (Apparuerat enim Jehova Schelomoni nocte illa: & dixerat ei: exaudivi orationem tuam, & elegi locum hunc mihi pro domo sacrificiorum.

3 Si clausero cœlos ita ut non sit pluvia: aut si præcepero locustæ ut edat terram: aut si immisero pestem in populum meum:

4 Et deprimentes se populus meus super quos invocatur nomen meum, oraverint & requisiverint faciem meam, revertentes a viis suis malis: vicissim ego exaudiens e cœlis condonabo peccatum eorum, & curabo terram eorum.

5 Jam nunc oculi mei futuri sunt aperti, & aures meæ intentæ ad [a] orationem *qua orabitur versus* locum hunc.

6 Jam enim elegi & consecravi domũ istam, ut sit nomen meũ ibi usq; in seculum: sintque oculi mei & animus meus ibi omnibus diebus.

7 Tu autem si ambulaveris coram me, sicut ambulavit David pater tuus, idque faciendo omnino prout præcepi tibi: statutaque mea & judicia observaveris:

8 Utiq;

[a] *Heb.* orationem loci hujus: ut suprà 6.40.

8 Utiq; ſtabiliam ſolium regni tui: quemadmodum pactus ſum Davidi patri tuo dicendo: non excindetur tibi vir dominans in Jiſraële:
9 Sin autem averſi fueritis vos & dereliqueritis ſtatuta mea, & præcepta mea quæ propoſui vobis: & abeuntes colueritis deos alienos, & incurvaveritis vos eis:
10 Utiq; extirpabo iſtos e terra mea quam dederam eis, & iſtam domũ quam conſecravi nomini meo projiciam a facie mea: & [b] efficiam eum in parabolam & in dicterium inter omnes populos.
11 Et de domo iſta quę fuerit excelſa, omni tranſeunti juxta eam ſtupor obveniet: dicet enim: quam ob rẽ fecit Jehova ſic terræ iſti, domuiq; iſti?
12 Ac dicent: eo quòd dereliquerunt Jehovam Deum majorum ſuorũ, qui eduxerat eos e terra Ægypti, prehenderuntq; deos alienos, & incurvantes ſe eis coluerunt eos: idcircò induxit in eos totum malum iſtud).
13 Fuit ergo exactis viginti annis, quibus ædificavit Schelomo domũ Jehovæ & domum ſuam:
14 Ut civitates illas quas [c] reddiderat Churam Schelomoni, ædificaret Schelomo: & habitatores collocaret ibi Jiſraëlitas.
15 Pergẽs quoq; Schelomo in Chamathã Tzobę: cùm fortior fuiſſet ea,
16 Ædificaret Tadmorem in deſerto: & omnes civitates armamentariorum, quas ædificavit in Chamatha.
17 Ædificaret etiam Beth-Choronem ſuperiorem & Beth-Choronẽ inferiorem: civitates munitas, *inſtructas* muris, portis & vectibus:
18 Item Bahhalatham & omnes civitates armamẽtariorum quæ *erant* Schelomoni, & omnes civitates curruum, ac civitates equitum: denique pro toto deſyderio Schelomonis *id* quod deſyderaverat ædificare Jeruſchalaimis, & in Libano & in tota terra dominatus ſui.
19 Totius populi qui relictus fuerat ex Chittæo, & Emoræo, & Perizzæo Chivvæoq; & Jebuſæo, qui non *erant* e Jiſraële:
20 Ex horũ filiis, eos qui relicti erant poſt hos in ipſa terra, quos nõ conſumpſerant filii Jiſraëlis: eos adegit Schelomo in tributũ, uſq; in diẽ iſtum.
21 Ex Jiſraëlitis autem quos non reddidit Schelomo ſervos in opus ſuum: (nam erant viri militares, & principes ducum ejus, præfectiq; currũum & equitum ejus).
22 Ex illis, inquam, *erant* principes curatorũ, qui pro rege Schelomone *curabant* ducenteni quinquageni: qui dominabantur illi populo.
23 Filiã verò Parhhonis deduxit Schelomo e civitate Davidis in ″illã domũ quã ędificaverat ei: dixerat enim, ″nõ poſſet habitare uxor mecũ in domo Davidis regis Jiſraëlis, nã ſancta ſunt ″iſta, cũ venerit ad ea arca Jehovę.
24 Tunc offerebat Schelomo holocauſta Jehovæ: ſuper altare Jehovæ quod extruxerat ante porticum.
25 Idq; rem diei quotidie offerendo ſecundum præceptum Moſchis, quibuſq; ſabbathis & noviluniis, ſtatisq; temporibus, [d] ter quotãnis: in feſto azymorum, & in feſto ſeptimanarum, ac in feſto tabernaculorum.

[b] *Heb.* dabo vel ponam.

[c] vide 1. Reg. 10. 13. de ſignificatione hujus vocis.

[d] *Heb.* tribus vicibus.

26 Et constituit secundum rationem Davidis patris sui, distributiones sacerdotum in ministerio eorum, & Levitarum in custodiis ipsorum ad
[d] *Heb.* ad rē diei die suo. laudandum & ministrandum coram sacerdotibus, [d] ad *quodque* officium
[e] *Heb.* portā & portam. diurnum die suo: janitores quoque per distributiones eorum in [e] unamquamque portam: nam sic præceptum fuerat Davidis viri Dei.
27 Neq; recesserunt a præcepto regis imposito sacerdotibus & Levi-
[f] *Heb.* re: ut sup. ℣. 26. tis, in omni [f] officio & thesauris *administrandis*.
28 Cùm autem comparatum esset totum opus Schelomonis usque in istum diem, *inde a* fundatione domus Jehovæ usquedum absolvisset eam: perfecta domo Jehovæ.
29 Tunc profectus est Schelomo Hhetzjonem-Geberis & prope Elothas ad littus maris, in terram Edomæorum.
30 Misit verò ei Churam per servos suos naves, & servos peritos maris: qui abeuntes cum servis Schelomonis Ophirū, acceperunt inde quadringenta quinquaginta talenta auri, quæ attulerunt ad regem Schelomonē.

ANNOTATIO.

1 *Cùm autem*] hæc ita distinguenda esse constat ex collatione ejusdem historiæ, 1. Reg. 9. 23 *In illam dierum*] de qua 1. Reg. 7. 8. *Non posset*] id est angustior est, quàm ut comitatum utrunque capiat, ut observatum est. 1. Reg. 3. 1. *Ista*] id est, loca domui Davidis adjacentia: quapropter aut Deo ædificari, aut pura servari debent. 26 *Viri Dei*] Prophetæ, & quidem adhibito sacrorum Prophetarum consilio ordines Ecclesiæ disponentis: ut 2. Chron. 29. 5.

CAPUT IX.

Ejusdem est argumenti cum 1. Reg. 10.

1. Reg. 10. 1 REGINA autem Schebæ audiens famam Schelomonis, venit ad probandum Schelomonem ænigmatibus, Jeruschalaima cum exercitu numeroso admodum, & Camelis ferentibus aromata, aurumq; [a] plurimum & lapides pretiosos: & accedēs ad Schelomonem, elocuta est
[a] *Hebr.* in multitudinē: sic deinceps. apud eum quicquid erat in animo suo.
2 Cui indicavit Schelomo omnia verba ejus: neque fuit absconditum quicquam Schelomoni, quin indicaret ei.
3 Quapropter cùm videret regina Schebę sapientiam Schelomonis, & quamq; domum quam ædificaverat:
4 Cibum etiam mensæ ejus, & consessum servorum ejus, statumq; ministrorum ejus, & vestimenta eorum: similiter pincernas ejus cum vestimentis eorum, & ascensum ejus quo ascendebat in domum Jehovæ: non erat in ea amplius spiritus.
5 Tandem dixit ad regem, verum *est* verbum illud quod audiveram in terra mea: de rebus tuis & de sapientia tua:
6 Tamen non credidi verbis illorum usquedum venirem, & viderent oculi mei: sed ecce non indicatum fuerat mihi dimidium amplitudinis sapientiæ tuæ: superas famam illam quam audiveram.
7 Beati homines tui, & beati servi tui isti: qui stant coram te jugiter, & audiunt sapientiam tuam.

8 Sit

8 Sit Jehova Deus tuus benedictus: qui delectatus est te, ut collocaret te in solio suo regem pro Jehova Deo tuo: eo quòd diligit Deus tuus Jisraël, ut statuat in seculum: ideò imposuit te illis regem, ut exerceres judicium & justitiam.

9 Et dedit regi centum viginti talenta auri, aromataque multa valde, & lapides pretiosos: nam non sunt advecta amplius aromata hujusmodi, quanta dedit regina Schebæ regi Schelomoni.

10 (Nam etiam servi Churami, & servi Schelomonis qui attulerant aurum ex Ophiro: advexerant ligna thyina, & lapides pretiosos:

11 Et paraverat rex e lignis illis thyinis [b] aggestam viam in domum Jehovæ, & in domum regis, cytharasque & nablia pro cantoribus: non fuerant visa talia antè in terra Jehudæ).

[b] *Heb.* aggeres.

12 Rex verò Schelomo dedit reginæ Schebæ pro toto desyderio ejus quod petivit: præter *compensationem eorum* quæ attulerat ad regem: tum revertens abiit in terram suam ipsa cum servis suis.

13 Erat autem pondus auri quod obveniebat Schelomoni anno uno-quoque: sexcentorum sexagintasex talentorum auri.

14 Præter *id quod* publicani negotiatorum & mercatorum afferebant: etiam omnes reges Arabiæ, & proceres ejus regionis afferebant aurum & argentum Schelomoni.

15 Itaq; fecerat rex Schelomo ducentos clypeos ex auro malleato: sexcentorum *siclorum* aurum malleatum, imponebat clypeo unicuique.

16 Item trecenta scuta ex auro malleato, trecentos *siclos* aureos imponebat scuto unicuiq;: quæ posuit rex in domo saltus Libani.

17 Fecerat præterea rex solium eburneum magnum: & obduxerat illud auro puro.

18 Sex autem gradus erant huic solio cum clivulo ex auro, huic solio continentes, & fulcra manuaria hinc & inde ad locum sessionis: & duo leones stantes juxta fulcra hæc manuaria.

19 Duodecim quoque leones stantes ibi ad sex gradus ejus hinc & inde: non fuit factum tale in ullo regno.

20 Insuper omnia vasa potoria regis Schelomonis *erant* aurea, & omnia vasa domus saltus Libani ex auro asservato: nihil *inerat* argenti: æstimabatur temporibus Schelomonis nullius pretii.

21 Nam naves regis obibant Oceanum cum servis Churami: semel tertiis annis veniebant naves Oceani afferentes aurum & argentum, ebora, & simias, & pavones.

22 Sic major erat rex Schelomo omnib. regibus terræ: divitiis & sapiētia.

23 Et omnes reges terræ quærebant aspectum Schelomonis: ut audirēt sapientiam ejus, quam indiderat Deus animo ejus.

24 Isti quoque afferebant quisq; munus suum: instrumenta argentea, & instrumenta aurea, vestimentaque, arma & aromata, equos & mulos: rem annuam quotannis:

25 Ita ut essent Schelomoni″ quater mille præsepia equorum, & currus, & duodecies mille equites: quos collocavit in civitatibus curruum, & apud regem Jeruschalaimis.

1.Reg.4.20 26 Eratq; dominium habens in omnes alios reges: inde a flumine *Euphrate* usq; ad terram Pelischtæorum, & usq; ad terminum Ægypti.

27 Et reddidit rex argentum Jeruschalaimis ut lapides: cedros autem reddidit ut sycomoros, quæ in loco depresso *crescunt*, multitudine.

28 Pendebant enim vectigal equorum ex Ægypto *mercatores* Schelomoni, & ex omnibus aliis regionibus.

29 Reliquę autem res Schelomonis″ priores & posteriores: nónne sunt scriptæ in″ verbis Nathanis Prophetæ, & in prophetia Achijæ Schiluntini, & in visione [c] Jehhdonis videntis de Jarobhhamo filio Nebati?

[c] q & Hhiddo infrà 12. 15. & Hhoded inf. 15.1.

30 Regnavit verò Schelomo Jeruschalaimis super totum Jisraëlé quadraginta annis,

31 Cumq; occubuisset Schelomo cum patrib. suis, & sepelivissent eum in civitate Davidis patris ejus: regnavit Rechabhham filius ejus pro eo.

ANNOTATIO.

18 *Cum clivulo*] id est, molli ascensu in circuitu solii præterquam ab anteriore parte, ubi gradus erant: nam in clivuli extremitate erant leones, gradus singulos quasi observantes. 25 *Quater mille*] id est, præsepia equorum ad quater mille currus: vide annotata 1.Reg.4.25. 29 *Priores & posteriores*] id est, ante & post lapsum ejus: de quo 1.Reg.11. ac confirmatur infrà 17.3. *In verbis Nathanis*] id est, principio primi libri regũ, quod hi tres conscripserunt, qui hic nominantur.

CAPUT X.

Eodem est argumento cum 1.Reg.12.

1.Reg.12. 1  UNC abiit Rechabhham Schecemum: nam Schecemum conveniebant omnes Jisraëlitæ ad constituendum eum regem.

2 Fuerat autem cùm audivisset Jarobhham filius Nebati, qui erat *adhuc* in Ægypto, quo fugerat metu Schelomonis regis: ut reverteretur Jarobhham ex Ægypto.

3 Nam miserant accersitum eum, venitq; Jarobhham & totus Jisraël: & allocuti sunt Rechabhhamum, dicendo:

4 Pater tuus durum imposuit jugum nobis: tu ergo leva *nos* servitutem pa- sta patris tui dura, & jugo ejus gravi qđ imposuit nobis, & serviem″ tibi.

5 Qui dixit ad eos, adhuc triduum *differte*, tum revertimini ad me: & abiit populus.

6 Interea iniit consiliũ rex Rechabhham cum senioribus qui steterant ante Schelomonem patrem ipsius, dum esset in [a] vivis, dicendo: quomodo vos consilium iniretis ad respondendum populo huic aliquid?

[a] *Heb.* vivus.

7 Qui allocuti sunt eum, dicendo: si fueris [b] facilis populo huic gratifi- cando eis, & allocutus fueris eos verbis bonis: utique erunt tibi servi omnibus diebus.

[b] *Heb.* in bonum.

8 Sed reliquit consilium seniorum quo consuluerant ei: & iniit consi- lium

lium cum ijs, qui a pueris educati fuerant ſecum, ſtantibus coram ipſo:
9 Dixitq; ad eos: quod vos conſiliũ iniretis, ut reſponderemus aliquid populo huic: qui allocuti ſunt me dicendo: leva *nos* jugo iſto quod impoſuit pater tuus nobis?
10 Tum allocuti ſunt eum iſti, qui a pueris educati fuerant cum eo dicendo: ſic dices populo iſti, qui allocuti ſunt te dicendo, pater tuus grave effecit jugum noſtrum: tu ergo leva *illud* a nobis: ſic alloqueris eos: minimus *digitus* meus denſior eſt lumbis patris mei.
11 Jam verò pater meus oneravit vos jugo gravi: ego autem ſuperaddã jugo veſtro: pater meus caſtigavit vos ſcuticis, ego aũt flagellis aculeatis.
12 Cùm ergo veniſſet Jarobhhã & totus popul⁹ ad Rechabhhamũ die tertio: quemadmodũ edixerat rex dicẽdo, revertimini ad me die tertio:
13 Reſpondit eis rex duriter: nam dereliquerat rex Rechabhham conſilium ſeniorum:
14 Et allocutus eſt eos ex conſilio puerorum ſuorũ dicendo: pater me⁹ grave effecit jugum veſtrum: ego autem ſuperaddam illi: pater meus caſtigavit vos ſcuticis: ego autem flagellis aculeatis.
15 Cùm itaque non auſcultaſſet rex populo: (erat enim cauſa a Deo: ut præſtaret Jehova verbum ſuum quo allocutus fuerat per Achijam Schiluntinum Jarobhhamum filium Nebati).
16 *Omnes Jiſraëlitæ quia non auſcultaverat rex ipſis, reſponderũt populus regi dicendo, quę nobis portio eſſet cum Davide? utique non *eſt* no*bis* poſſeſſio cum filio Jiſchaji, quiſq; ad tentoria tua, ô Jiſraël: jam proſpice domui tuæ, David: ſic abiit totus Jiſraël in tentoria ſua.
17 (Tantùm ſuper filios Jiſraëlis qui habitabant inter civitates Jehudę regnavit Rechabhham).
18 Cumq; miſiſſet rex Rechabhham Hadoramum qui præerat tributo, obruerũt eum Jiſraëlitæ lapidibus, ita ut moreretur: quam ob rem rex Rechabhham totis viribus conſcenſo curru fugit Jeruſchalaima.
19 Sic defecerunt Jiſraëlitæ a domo Davidis uſque in hunc diem.

ANNOTATIO.

16 *Omnes Iſraëlitæ quia &c.*] in quibuſdam exemplaribus additur, Videntes, quod fortè irrepſit ex comparatione cum 4. Reg. 12. 16: ſed probatiora noſtra exemplaria eo carent.

CAPUT XI.

Rechabhham a bello in Jiſraëlitas Dei juſſu abſtinet: regnum munitionibus, commeatu, armis, perſonisq; confirmat. Sacerdotes Levitas & Jiſraëlitas profugos recipit: filiósque provinciis præficit.

1 CÙM autem veniſſet Rechabhham Jeruſchalaima: congregavit ex domo Jehudæ & Binjaminis centum octoginta millia delectorum *hominum* gerẽtium bellum: ad pugnandum contra Jiſraëlem, ut reduceret regnum illud ad Rechabhhamum. 1. Reg. 12. 21.
2 Sed fuit verbum Jehovæ ad Schemahhjam virum Dei, dicendo:

3 Edicito Rechabhhamo filio Schelomonis regi Jehudæ: & omnibus Jiſraëlitis in Jehuda & Binjamine, dicendo:

4 Sic ait Jehova: ne aſcendite, neq; pugnate contra fratres veſtros, revertimini quiſq; domum ſuam: nam a me facta eſt res iſta: qui auſcultantes verbis Jehovæ, reverſi ſunt a profectione contra Jarobhhamum.

5 Itaque reſedit Rechabhham Jeruſchalaimis: & ędificavit civitates ad munitionem in ″Jehuda:

6 Ædificavit, inquam, Beth-Lechemum, & Hhetamum, & Tekohhã:

7 Item Beth-Tzurem, & Socuntem, & Hhadullamum:

8 Gathum quoq;, & Mareſcham, & Tziphum:

9 Et Adorajima, & Laciſchum, & Hhazekam:

10 Et Tzorhham, & Ajalonem, & Chebronem quæ *ſunt* in Jehuda & in Binjamine: civitates munitionum.

11 Confirmavitq; has munitiones: diſponens in eis ″anteceſſores, & apothecas cibi, & olei, & vini.

12 Et in [a]unaquaq; civitate ″clypeos & ſpicula: denique confirmavit eas [b]quamplurimum: ita fuit ejus Jehuda & Binjamin.

13 Sacerdotes quoque & Levitæ, qui *erant* in toto Jiſraële: ſtiterunt ſe ei e toto termino ſuo.

14 Nam derelinquentes Levitæ prædia ſuburbana ſua & poſſeſſionem ſuam, abiverunt ad Jehudam & Jeruſchalaima: cùm rejiceret eos Jarobhham, & ″filii ejus, ″ne ſacerdotio fungerentur Jehovæ.

15 Statueretq; ſibi ſacerdotes pro excelſis & pro dæmonibus: & pro vitulis quos fecerat.

16 Et ſecuti illos ex omnibus tribubus Jiſraëlis, qui dedebant [c]animum ſuum ad requirendum Jehovam Deum Jiſraëlis: venerunt Jeruſchalaima ad ſacrificandum Jehovæ Deo majorum ſuorum.

17 Qui confirmarunt regnum Jehudæ, & fortificarunt Rechabhhamum filium Schelomonis, ad triennium: nam ambulaverunt in via Davidis & ″Schelomonis triennio.

18 Acceperat autem ſibi Rechabhham uxorem præter Machalatam filiam Jerimothi filii Davidis: Abihajilam filiam Eliabi filii Jiſchaii:

19 Quæ peperit ei filios: Jehhuſchum, & Schemarjam, & Zahamum.

20 Poſt hanc verò duxit [d] Mahhacam filiam Abſchalomi: quæ peperit ei Abijam & Hhattaium, & Zizam, & Schelomithum.

21 Amabat autem Rechabhham Mahhacam filiam Abſchalomi præ omnibus uxoribus ſuis, & concubinis ſuis: nam uxores octodecim duxerat, & concubinas ſexaginta: unde genuit vigintiocto filios & ſexaginta filias.

22 Ideoq; Rechabhham conſtituit primarium Abijam filium Mahhacæ anteceſſorem inter fratres ipſius: quia erat conſtituturus eum regem.

23 Et ″prudentiam adhibens, diſperſit de omnibus filiis ſuis per ſingulas regiones Jehudæ & Binjaminis, in omnes civitates munitionum, quibus

a Heb. in omni civitate & civitate.
b Hebr. ad multũ valde.
c Heb. cor.
d quę & Micaja filia Urielis e Gibhha, inf. 13. 2

bus indebat commeatum [d] copiosum: & [e] procuravit *eis* multitudinem uxorum.

[d] *Hebr.* in multitudinē. [e] *Heb.* petiit.

ANNOTATIO.

1 *In Jehuda*] id est, in regno Jehudæ, ut ostendit comparatio versus 10. synecdochicè. 11 *Antecessores*] filios suos, infra 25. ℣. 12 *Clypeos*] id est, omnia genera armorum tàm ad defensionem quàm ad offensionem: synecdoche. 14 *Filii ejus*] sive ad consilium adhibuerit: sive opera illorum usus sit in præsidiis constituendis exēplo Rechabhhami. *Ne sacerdotio &c.*] id est, ne doctrinam nunciarent, & populum in ea continerent, ac in reliquis exercitamentis ad cultum Dei pertinentibus officium suum facerent. 17 *Schelomonis*] nam videtur ex hoc loco, ut ex toto Ecclesiaste Schelomo post lapsum resipuisse: etsi non potuit idololatriam plane evertere, & cultum Dei redintegrare: ut temporibus Menaschis infrà 33.18. 23 *Prudentiam adhibens*] exemplo Abrahami Gen. 25. sic de Jehoschaphato infrà 21.3.

CAPUT XII.

Rechabhham & Jehuda peccatis Deum provocantes, a rege Ægypti affliguntur & spoliātur. Resipiscentes Dei verbo eriguntur & restituuntur: postremo Rechabhhamo succedit Abija.

1 Fuit autem cùm stabiliviſſet Rechabhham regnum, cumq; confirmatus esset, *ut* [f] relinqueret legem Jehovæ: & totus Jisraël cum eo. [f] 1.Re.14.22

2 Unde fuit anno quinto regis Rechabhhami, ut ascendens Schischak rex Ægypti contra Jeruschalaima, (quia prævaricati erant contra Jehovam)

3 Cum mille ducentis curribus, & cum sexaginta millibus equitum: [a] innumeroq; populo qui veniebant cum ipso ex Ægypto, [g] Lubæis, [g] Succæis, & [g] Æthiopibus: [a] *Heb.* & nō erat numerus populo.

4 Caperet civitates ipsas munitionum quæ *erant* Jehudæ: & veniret Jeruschalaima usque.

5 Schemahhja verò propheta [g] ille, veniens ad Rechabhhamū ac principes Jehudæ, qui congregati erant Jeruschalaimis [b] metu Schischaki: dixit eis, sic ait Jehova: vos dereliquistis me, ideò ego quoque derelinquo vos *tradendos* in manum Schischaki. [b] *Heb.* a facie

6 Tum deprimentes se principes Jisraëlis & rex: dixerunt, justus est Jehova.

7 Quos cùm videret Jehova se ipsos depressisse, fuit verbum Jehovæ ad Schemahhjam dicendo, depresserunt se ipsos: non perdam eos: sed præstabo eis mox [c] liberationem, neque effundetur æstuans ira mea super Jeruschalaima per [d] Schischakum: [c] *Heb.* effugium. [d] *Heb.* per manū Schischaki.

8 Sed [g] erunt ei servi: ut experiantur servitutem mei, & servitutem regnorum reliquarum regionum.

9 Ascendens itaque Schischak rex Ægypti contra Jeruschalaima [g] accepit thesauros domus Jehovæ, & thesauros domus regis, omnia, inquam, illa accepit: accepit etiam scuta aurea quæ fecerat Schelomo.

10 Pro quibus fecit rex Rechabhham scuta ærea: quæ deposuit in manum præfectorum cursoribus, qui observabant portam domus regis.

11 Eratq; ex quo veniebat rex in domum Jehovæ: ut venientes cursores afferrent ea: deinde referrent ea ad procœtonem cursorum.

12 Cùm itaq; se depressisset, aversa est ab eo ira Jehovæ, ut non perderet [e] omnino: [g] pro ut etiam erga Jehudam usus fuerat verbis bonis. [e] *Hebr.* in totū vel in consumptionē.

13 Confirmavit ergo se rex Rechabhham Jeruschalaimis & regnavit: nam natus unum & quadraginta annos Rechabhham cùm regnare inciperet, septemdecim annis regnavit Jeruschalaimis: civitate quam elegerat Jehova ad collocandum nomen suum ibi, ex omnibus *civitatibus* tribuum Jisraëlis, & nomen matris ejus Nahhama Hhammonitis.

14 Fecit autem malum: nam non comparavit animum suum ad quærendum Jehovam.

15 Res verò Rechabhhami priores & posteriores an non sunt scriptæ in verbis Schemahhjæ prophetæ & Hiddonis videntis in genealogiis: etiam bella Rechabhhami contra Jarobhhamum omnib. eorum diebus?

16 Deniq; cùm occubuisset Rechabhham cum patribus suis, & sepultus esset in civitate Davidis: regnavit Abija filius ejus pro eo.

e qui & Abijam 1. Reg. 14.31. & passim in libro regum.

ANNOTATIO.

1 *Relinqueret*] post illud triennium, de quo suprà 11.17. 3 *Lubaïs*] hi sunt Libyes Mareothæ contermini Ægypto: quare potius dicendi fuissent Lubies sive Lybies ex vero etymo. *Succaïs*] id est Troglodytis: ita vocatis quòd in cavernis & cuniculis degant, quæ hebraicè Succoth dicuntur: quam ob rem regionem illorum Troglodyticen priscis Succoën dictam esse testatur Plin. lib. 6. natur. hist. cap. 29: etsi Miccoën legitur proclivi lapsu, mutato Samec in Mem. *Æthiopibus*] hos Ægypto. 5 *Ille*] de quo suprà 11. 2. 8 *Erunt ei servi*] id est, cogentur pacis conditiones ab eo accipere, & se redimere. 9 *Acceptis*] datos a rege & populo pro sui redemptione. 12 *Ut etiam*] vide 1. Reg. 11. 13. & 36, & supra versu 5. 15 *Priores*] ut suprà 9.29. *In genealogiis*] id est in libro, in quo regum genealogias describit: quem etiam dicitur Midrasch, id est, commentarius infrà 13.22.

CAPUT XIII.

Abija Deo confisus, felicissimè contra Jarobhhamum pugnat.

1.Reg.15. 1 ANNO decimooctavo regis Jarobhhami: regnare cœpit Abija super Jehudam.

2 Tribus annis regnavit Jeruschalaimis, cujus matri nomen Micaja filia Urielis e Gibhha: bellumq; fuit inter Abijam & inter Jarobhhamum.

3 Quam ob rem junxit Abija copias, robore valentes bellatores, quadringenties mille viros delectos: Jarobhham verò instruxit contra eum aciem cum octingenties mille viris delectis valentibus robore.

4 Tum surgens Abija e summo monte Tzemarajimorum, qui est in montanis Ephrajimi: dixit, audite me Jarobhham, & totus Jisraël.

5 An non vestrum erat agnoscere Jehovam Deum Jisraëlis tradidisse regnum Davidi super Jisraëlem in seculum: ipsi & filiis ejus fœdere salis?

1.Re.11.26 6 Attamen surrexit Jarobhham filius Nebati servus Schelomonis filii Davidis: & rebellavit contra dominum suum.

a *Heb.* filii Beli-jahhal. 7 Deinde congregati sunt ad eum homines vani, a nequissimi, qui fortificarunt se contra Rechabhhamum filium Schelomonis: cùm Rechabhham esset puer ac b mollis animo: neq; confirmaret se adversus illos.

b *Heb.* tener corde.

c *Heb.* dicitis: ut Exo.2.14 8 Et nunc vos c cogitatis confirmare vos adversus regnum Jehovæ, *quod est* in manu filiorum Davidis: quamvis sitis multitudo magna: tamen pe-

nes vos vituli aurei *sunt*, quos fecit vobis Jarobhham in deos. 9 An

9 An non depulistis sacerdotes Jehovæ filios Aharonis & Levitas? & fecistis vobis sacerdotes, ut populi reliquarum regionũ: quemlibet venientem [d] ad consecrandum ministerium suum [″] juvenco subrumo & arietibus septem, estq; sacerdos iis qui non *sunt* dii? Sup. 11. 13. & 14.

d *Heb.* ad implendũ manum suã: ut Exo. 28. 41.

10 Nos autem *habemus* Jehovam Deum nostrum, quem non dereliquimus: sacerdotes autem ministrantes Jehovæ sunt filii Aharonis, & Levitæ *sunt* in opere suo:

11 Et adolent Jehovæ holocausta [e] quolibet mane & quolibet vespere, suffitum quoq; aromatum & dispositionem panum super mensam mundam, & lychnuchum aureum cum lucernis ejus *curant* accendendo quolibet vespere: observamus enim observationem Jehovę Dei nostri: vos autem dereliquistis eum.

e *Heb.* mane mane, & vespere vespere: sic deinc.

12 Quare ecce nobiscum *est* in [f] principiis Deus ipse: & sacerdotes ejus cum tubis clangoris ad clangendum contra vos: filii Jisraëlis ne pugnetis contra Jehovam Deum majorum vestrorum: non enim secundaremini.

f *Heb.* in capite: ut Deu. 20. 9.

13 Interea Jarobhham jusserat divertere insidias, ut [g] invaderẽt eos a tergo: ita erant *Jisraëlitæ* a fronte Jehudæis, insidiæ verò a tergo eorum.

g *Heb.* ut venirent a post eos: sic dein.

14 Aspicientes autem Jehudæi quòd ecce sibi instabat bellum [h] a fronte & a tergo, inclamarunt Jehovam: sacerdotes verò clangebant tubis.

h *Heb.* facie & dorso.

15 Clanxerunt etiam viri Jehudæ: fuitq; cùm clangerent viri Jehudæ, ut Deus plaga afficeret Jarobhhamum, & totum Jisraëlem coram Abija & Jehuda.

16 Quam ob rem fugerunt Jisraëlitæ metu Jehudæ: tradiditque illos Deus in manum horum.

17 Percusserunt enim eos Abija & populus ejus percussione magna: ita ut caderent confossi ex Jisraëlitis quingenties mille viri delecti.

18 Ita depressi sunt Jisraëlitæ tẽpore illo: & fortificati filii Jehudæ: quia nitebantur Jehova Deo majorum suorum.

19 Nam persecutus Abija Jarobhhamum: cepit ab eo civitates, [″] Bethel cum villis ejus: & Jeschanam cum villis ejus: [″] Hhephravin quoque cum villis ejus.

20 Neq; obtinuit vim Jarobhham amplius diebus Abijæ: sed cùm plaga affecisset eum Jehova, mortuus est.

21 Cõfirmatus ergo est Abija: qui [″] duxerat sibi uxores quatuordecim: unde genuit vigintiduos filios, & sexdecim filias.

22 Reliquæ autem res Abijæ, & viæ ejus ac verba ejus: scripta sunt in commentario prophetæ Hhiddonis.

ANNOTATIO.

4 *Tzemarajimorum*] in finibus Binjaminis: vide Genes. 10, 18. 5 *In seculum*] 2. Schem. 7. 13. *Fœdere salis*] id est, perpetuo, Num. 18. 19. 9 *Juvenco subrumo*] id est, novo hoc ritu a vobis confecto. 19 *Beth-Elem*] Binjaminiticæ urbis, ubi vitulorum alter erat 1. Reg. 12. 29. *Hhephravin*] Hhophra Binjaminitarum, Jehosch. 18. 23. 21 *Duxerat*] non tantum in regno: sed vivo etiam patre. 22 *Commentario*] vide sup. 12. 15.

CAPUT XIV.

Asa rex publicam idololatriam tollit: urbes munit, & Æthiopes invadentes, invocato Dei nomine cæsos fusosq; spoliat.

1.Reg.15.8. 1 CVM autem occubuisset Abija cum patribus suis, & sepelivissent eum in civitate Davidis, regnavit Asa filius ejus pro eo: diebus ejus quievit terra decem annis.

2 Et fecit Asa quod bonum & rectum *videtur* in oculis Jehovæ Dei sui.

3 Amovit enim altaria alienigenarum atq; excelsa: & confregit statuas eorum, succîditque lucos eorum:

4 Et edixit ″ Jehudæis, ut requirerent Jehovam Deum majorum ipsorum: & ut facerent legem & præceptum ejus:

5 Amovit, inquam, ab omnibus civitatibus Jehudæ excelsa & ″ subdiales statuas: cùm quiesceret regnum coram eo.

6 Ædificavit quoq; civitates munitionis in Jehuda: cùm quiesceret ea terra, & nullum gereretur secum bellum annis illis: nam quietem dederat Jehova ei.

7 Dicebat enim Jehudæis, ædificemus civitates has, & circundemus muro, & turribus, valvis & vectibus, [a] tantisperdum hæc terra nobis exposita est, quandoquidem requisivimus Jehovam Deum nostrum, requirentibus dedit quietem nobis circumquaque: quapropter ędificarunt & prosperati sunt.

8 Fuerunt autem Asæ copiæ ferentes ″ clypeum & spiculum: e Jehuda trecentorum millium: e Binjamine autem ferentium scutum & rendentium arcum ducentorum octoginta millium: omnes hi valentes robore:

9 Cùm prodiisset contra eos Zerach Æthiops cum copiis [b] decies centies millium, & curribus ter centies: venissetq; ″ Maresham usque.

10 Quò procedens Asa adversus eum: instructis aciebus in valle Tzephathæ ad Maresham:

11 Invocavit Asa Jehovam Deum suum, dicens: ô Jehova, nihili *est* apud te, opem ferre destituto viribus [c] ″ intercedendo abundanti *viribus*: opem fer nobis, Jehova Deus noster: nam tibi innitimur, & in nomine tuo venimus contra multitudinem istam: ô Jehova, Deus noster *es*, ne obtineat *vires* contra te mortalis.

12 Tum plaga affecit Jehova Æthiopes illos coram Asa & coram Jehuda: fugeruntq; Æthiopes.

13 Quos persecutus est Asa, & populus qui cum eo erat ad Gerarum usque, ceciderunt q; ex Æthiopibus *tot* ut non esset illis [d] ″ instauratio: quia fracti erant coram Jehova & coram exercitu ejus: ita deportarũt isti prædam multam valde.

14 Percusserunt etiam omnes civitatum ″ *incolas* circa Gerarum: nam invaserat eos ″ metus Iehovæ: spoliaruntq; omnes civitates illas, in quibus spolia multa erant.

15 Atque etiam ″ habitatores tentoriorum pecuariorum percusserunt: & captivos abducẽdo greges quamplurimos & camelos, reversi sunt Ieruschalaima.

ANNO

[a] *Heb.* adhuc hoc *existente ut* hæc terra coram nobis *sit.*

[b] *Heb.* mille millium.

[c] *Heb.* inter abundantẽ.

[d] *Heb.* vivificatio.

ANNOTATIO.

4 *Jehudæis*] id est, omnibus pertinentibus ad regnum Jehudæ. 5 *Subdiales statuas*] vide Levitici 26.30. in annotatione. Hæc autem omnia de publica cultus Dei instauratione sunt accipienda: nam anno demum decimoquinto sigillatim quæstione habita, etiam privatæ idololatriæ sunt abolitæ, & fœdus cum Deo instauratum, infrà 15.8 &c. 8 *Clypeum*] vide annotata sup. 11.12. 9 *Ter centies*] supple ἀπὸ κοινῦ mille, ut patet infrà 16.8. *Mareſcham*] in finibus Jehudæ. Jehoſchuhhæ 15.44. 11 *Intercedendo*] id est, opponendo te illi, ut vulgus loquitur. 13 *Inſtauratio*] id est, ulla suas copias instaurandi ratio: sic enim conjugatum vivificandi verbum accipitur 1. Chro. 11.9: ut observatum est Gen. 18.10. 14 *Incolas*] qui Peliſchtæi erant, ac proinde Jehudæorum perpetui hostes: & fortè etiam Æthiopibus juncti. *Metus Jehovæ*] vide simile Genes. 35.5. & infrà 17.10. 15 *Habitatores tentoriorum*] id est, Scenitas Arabas Peliſchtææ & Edomæ finitimos, qua fugientibus Æthiopibus iter erat: ut 1. Chron. 4.41.

CAPUT XV.

Aſa a propheta monitus inceptam regni reformationem, & veri cultus inſtaurationē perſequitur: fœduſq; cum Deo renovat.

1 2 TUM Hhazarjam filium [a] Hhodedi inceſſit Spiritus Dei: Quo procedens ante Aſam, dixit ei: audite me Aſa totusq; Jehuda & Binjamin: "Jehova fuit vobiſcum dum fuiſtis cum eo: & ſi requiretis eum, præſto erit vobis: ſin 3 derelinquetis eum, derelinquet vos. "Dies enim multi aguntur Jiſraëlitis: ſine Deo vero, & ſine ſacerdote docente, ac ſine lege. 4 Quòd ſi converſus fuiſſet, cùm anguſtia eſſet ſibi, ad Jehovam Deum Jiſraëlis: requirentibus eum præſtò fuiſſet illis. 5 Sed" temporibus iſtis non *eſt* pax exeunti & redeunti: verùm vexationes magnæ ſuper omnes habitatores regionum illarum: 6 Adeò ut" contundantur gens gente & civitas civitate: quia Deus vexat eos omni anguſtia. 7 "Vos ergo confirmamini, neque ſint" remiſſæ manus veſtræ: eſt enim merces operi veſtro. 8 Quare cùm audiret Aſa verba iſta, & "prophetiā illam *ſcriptam a* Hhodedo propheta: confirmans ſe abſtulit" reliquos abominandos deos e tota terra Jehudæ & Binjaminis, atque ex illis" civitatibus quas ceperat de montanis Ephrajimi: renovavitque" altare Jehovæ, quod erat" ante porticum Jehovæ. 9 Et congregavit totum Jehudam & Binjaminem, & illos qui peregrinabantur apud eos, ex Ephrajimo & Menaſche," etiam e Schimhhone: nam defecerant ad eum ex Jiſraëlitis [b] plurimi, cùm vidiſſent Jehovā Deum ejus eſſe cum eo. 10 Itaque congregati Jeruſchalaima" menſe tertio: anno quintodecimo regni Aſæ, 11 Sacrificaverunt Jehovæ die illa, *quæ* de præda attulerant: boves ſeptingentos, & pecudum ſeptem millia: 12 Iniveruntque fœdus de requirendo Jehova deo majorum ſuorum: ex toto corde ſuo, & ex toto animo ſuo: 13 Adeò ut quiſquis non requiſiturus eſſet Jehovā Deum Jiſraëlis, mortificiendus eſſet: [c] ſive parvus ſive magnus: ſive vir ſive fœmina.

a qui Hhiddo ſup. 12.15 & Jehhdo. ſup. 9.29.

b Hebr. in multitudinē

c Heb. inde a parvo ad magnum, &c.

14 Et jurarunt Jehovæ cum ſono magno & Clangore: tubisq; ac buccinis.

d Heb. corde 15 Lætabantur enim omnes Jehudęi de iſto juramento. nam ex toto [d] animo ſuo jurabant, quòd cùm toto ſtudio ſuo requiſiviſſent eum, præſtò fuiſſet eis: dederat enim Jehova quietem eis circumquaque.

16 Quinetiam Mahhacam aviam Aſæ regis amovit ne eſſet auguſta, 1.Reg.15.13 eo quòd fecerat cum luco horrendam ſtatuam: & ſucciſam Aſa horrendam ſtatuam ejus comminuit, ac combuſſit ad torrentem Kidronem.

17 Excelſa quidem non amota ſunt ex Jiſraële: ſed animus Aſæ fuit integer omnibus diebus ejus.

18 Et retulit res conſecratas a patre ſuo & res cõſecratas a ſe in domum Dei: argentum & aurum & inſtrumenta.

e vel regno Aſæ. 19 Bellum enim non fuerat: uſque ad annum [e] trigeſimum quintũ regni Aſæ.

ANNOTATIO.

2 *Jehova vobiſcum*] propoſitio hortatoria ad pietatem, ab ope Dei, quam expertum erat regnum Jehudæ. 3 *Dimiſerunt enim multi*] altera confirmatio ab exemplo regni Jiſraëlitici. 5 *Temporibus iſtis*] ab initio defectionis hucusque. 6 *Contundantur*] vide comminationem 1.Reg.14.10. & ſequentibus, & complementum 1.Reg. 15.27. 7 *Propterea*] conclusio hortatoria, ut quod bene cœperant promovere, & cultum Dei planè redintegrare pergant. *Remiſſa manus*] vide 2.Schem.4.1. 8 *Prophetiam illam*] Achijæ quam Hhoded in acta retulit, 1.Reg.14.7. & ſequentibus: nam Hhododum ſive Hhiddonem partem illam hiſtoriæ regum ſcripſiſſe oſtendimus ſup. 13.22. *Reliquos*] quæſtione domicatim habita regnum ab idololatria repurgavit. *Civitatibus*] de quibus ſup.13.19. *Altare*] & totum atrium de integro curavit: quam ob rem atrium novum dicitur infrà 20.5. synecdoche. *Ante porticum*] ſuprà 8.24. 9 *Etiam eos Schimhhone*] hinc apparet Schimhhonitas aliquos Jiſraëlitis aliis finitimos a regno Jehudæ defeciſſe, cum lacerarentur regnum: etſi de cætero corpus tribus Schimhhoniticæ Jehudæ adhæſit, dum domus Davidis regnavit: 1. Chronic. 4.31. & ſequentibus. 10 *Menſe tertio*] in quem feſtum ſeptimanarum incidit, mandatum a Deo Exod. 23.16. 15 *Regnoſſi viſſent*] ſup.14.11. 19 *Trigeſimumquintum*] incluſivè, ut oſtenditur infrà 16.1. *Regni Aſæ*] id eſt, regni Jehudæ a diviſo populo quod tunc obtinebat Aſa: nam regna modo a populis denominantur, modo a perſonis regnantibus. Eſt autẽ hic annus decimuſquartus ex quo regnabat Aſa: Nam Rechabhham ſeptendecim annos regnavit, Abija tres: quibus ſi bis quindecim addas erunt triginta-quinque a lacerato regno: ſic verſu proximo ſequente.

CAPUT XVI.

Aſa de Syrorum ope ad impediendum Bahhaſcham adhibitâ, a prophetâ reprehenſus, eumin carcerem trudit: populũ concutit: & morbo afflictus ad medicos tantùm non ad Deũ recurrit.

1.Reg.15.16 1 ANNO trigeſimoſexto regni Aſæ, aſcendens Bahhaſcha rex Jiſraëlis contra Jehudam, ædificabat Ramam: ne ſineret egredi aut regredi *quenquam* ad Aſam regem Jehudæ.

2 Sed depromens Aſa argentum & aurum ex theſauris domus Iehovę & domus regis: miſit ad Ben-Hadadum regem Syriæ qui habitabat Darmaſci, dicendo.

3 Fœdus *eſt* inter me & inter te, ut inter patrem meum & inter patrem tuum: ecce mitto ad te argentum & aurum. age irritum fac fœdus tuum cum Bahhaſcha rege Iiſraëlis: ut abſcedat a me.

4 Et auſcultans Ben-Hadad regi Aſæ miſit principes copiarum ſuarum contra civitates Jiſraëlis, quæ percuſſerunt Hhijonem, & Dan, & Abel-Majima: [a] omnesque civitates armamentariorum Naphtali.

a Hebr. omnia armamẽtaria civitatũ Naphtali.

5 Unde

5 Unde fuit audiente Bahhaſcha, ut deſiſteret ab ædificanda Rama: quæ faciebat Syrus ut ceſſaret ab opere ſuo.
6 Tunc Aſa rege aſſumente totum Jehudam deportarunt lapides Ramæ & ligna ejus, quibus ædificabat Bahhaſcha: & ædificavit ex illis Geba hhum & Mitzpam.
7 Quam ob rem illo tẽpore veniens ″ Chanani videns ad Aſam regem Jehudæ: dixit ad eum: quandoquidem innixus es rege Syriæ: ac non innixus es Jehova Deo tuo: idcirco ″ proripiunt ſe copiæ regis Syriæ, [b] ne in tad manum tibi.
8 An non [c] Æthiopum illorum & Libyum erant copiæ numeroſę curribus & equitibus [d] quamplurimum? tamen cùm innitereris Jehova, tradidit eas in manum tuam.
9 Cùm Jehovæ oculi diſcurrant per totam terram, ut ″ firmum ſe exhibeat erga eos *quorum* [e] animus integer *eſt* erga ipſum: ſtultè egiſti in hac re: nam [f] porrò futura ſunt contra te bella.
10 Tunc indignatus Aſa contra videntem illum, tradidit eum in [g] ″ carcerem Cippi, quia [h] indignatione percitus erat contra eum de hac re: & conquaſſabat Aſa ex populo tempore illo.
11 Sed ecce res Aſæ ″ priores & poſteriores: ecce ſunt ſcriptæ in libro regum Jehudæ & Jiſraëlis.
12 Ægrotavit autem Aſa anno trigeſimonono regni ſui, ex pedibus ſuis, uſq; eò ut morbus ejus ſummè *invaleſceret*: tamen ne in morbo quidem ſuo requiſivit Jehovam: ſed hæſit medicis.
13 Denique occumbens Aſa cum patribus ſuis: mortuus eſt anno quadrageſimo primo ex quo regnare cœpit.
14 Quem ſepeliverunt in ſepulchris ejus, quæ foderat ſibi in civitate Davidis, deponentes eum in cubili quod impleverat [k] aromaticis ſpeciebus paratis unguentario opere: & ″ combuſſerunt ei uſtionẽ *odorum* perquàm maximam.

[b] *Heb.* a manu tua.
[c] *Hebr.* Æthiopes & Libyes erãt in copiis, Sup. 14.
[d] *Heb.* multum valde.
[e] *Heb.* cor.
[f] *Hebr.* ex nunc.
[g] *Heb.* in domum eversionis: ſic dicitur Cippus ab evertendo & cõtorquendo ſontium corpore.
[h] *Heb.* in indignatione erat contra eum.
[i] *Heb.* uſque ſurſũ morbus ejus.
[k] *Hebr.* aromatibus & ſpeciebus. Endyadis.

ANNOTATIO.

1 *Trigeſimoſexto*] i. decimoſexto de quo ſup. 15.10. vide annotata ibidem in verſum ultimum. 7 *Chanani*] pater prophetæ Jehu, de quo 1. Reg. 16. 6. infrà 19. 2. *Proripiunt ſe*] q. d. nihil egiſti Syros advocando: nam illis abeuntibus redintegrabit hoſtis tuus bellum, quo continenter infeſtaberis infrà 9. ℣. vide. 1. Reg. 15. 16. 9 *Firmum*] non autem varium, & ſuorum partes temerè deſerentem, ut Syri. 10 *Carcerem Cippi*] i. carcerem ſonticum, ubi ſontes conſtringuntur Cippis: nam cum propheta agebat ut cum reo minutæ majeſtatis: ſic Jirmejæ 20. & 29. 11 *Priores & poſteriores*] vide ſup. 9 29. 14 *Combuſſerunt ei*] i. ſepulchrum ejus luſtrarunt in uſtrinæ ſuffitu facto, regum more. vide infrà 21. ſub finem.

CAPUT XVII.

Jehoſchaphat regno confirmato, Eccleſias purgari & inſtitui curat, dum Deus hoſtium alios cohibet, alios ei ſubiicit, poſtremo deſcriptio ſtatus copiarum ejus.

1 REGNAVIT itaque Jehoſchaphat filius ejus pro eo: & confirmavit ſe ſuper Jiſraëlem.
2 Nam diſpoſuit copias per omnes civitates Jehudæ quæ munitæ erant: & diſpoſuit ſtationarios per regionem Jehudæ, & per civitates Ephrajimi quas ceperat Aſa pater ejus.

3 Eratque Jehova cum Jehoschaphato: quia ambulabat in viis Dividis patris sui" prioribus, & non requirebat" Bahhalimos:

4 Quia Deum patris sui requirebat, & in præceptis ejus ambulabat: ac non[a] imitabatur factum Jisraëlitarum.

5 Ideò confirmavit Jehova istud regnum in manu ejus, ita ut darent omnes Jehudæi" munus Jehoschaphato: sic fuerunt ei divitiæ & gloria [b] copiosè.

6 "Elato itaque animo suo ad vias Jehovæ: amplius adhuc amovit excelsa & lucos ex Jehuda.

7 Et anno tertio ex quo regnare cœpit misit cum" præfectis suis, cum Ben-Chajile & cum Hhobadja & cum Zecarja & cũ Netaneele, & cum Micaja: ad docendum per civitates Jehudæ:

8 Cum illis, inquam, hos Levitas, Schemahhjam & Netanjam, & Zebadjam & Hhasaëlem, & Schemiramothum, & Jehonathanem, & Adonijam, & Tobijam & Tob-Adonijam Levitas: quibuscum *erant* Elischamahh & Jehoram sacerdotes.

9 Qui docuerunt in Jehuda, habentes secum librum legis Jehovæ: & obiverunt omnes civitates Jehudæ docentes populum.

10 Pervaserat autem metus Jehovæ omnia regna regionum quæ *erant* circa Jehudam: ut non gererent bellum contra Jehoschaphatum.

11 Quin-imò a Pelischtæis adferebant ad Jehoschaphatum munus, & pecuniam[c] indictionis: etiã Arabes adducebant ei greges, arietes septies millenos septingentenos, & hircos septies millenos septingentenos.

12 Ita Jehoschaphat[d] pergebat crescere usque ad summum: & ædificavit in Jehuda arces & civitates armamentariorum.

13 Et[e] res multæ erant ei per civitates Jehudæ: ac homines [f] bellatores, valentes robore Jeruschalaimis.

14 Quorum numeratio per paternas familias eorum: ex Jehuda chiliarchorum Hhadna princeps, quicum erant valentium robore trecenta millia:

15 Et[g] secundum hunc Jehochanan princeps: quicum erant ducenta octoginta millia:

16 Et secundum hunc Hhamasja filius Zicri, sponte se offerens" Jehovæ: quicum erant ducenta millia valentium robore:

17 Ex Binjamine verò valens robore Eljadahh: quicum erant armati arcu aut scuto ducenties mille:

18 Et secundum hunc Jehozabad: quicum erant centũ octoginta millia expeditorum ad militiam.

19 Hi erant qui ministrabant regi:" præter eos quos dispoſuerat rex per civitates munitas in tota Jehuda.

a Heb. secũdum factũ &c.

b Hebr. in multitudine.

c Heb. oneris.

d Heb. erat iens & crescens.

e Heb. opus multum: ut Gen. 33. 14.

f Heb. belli.

g Hebr. ad manũ hujus sic deinceps.

ANNOTATIO.

3 *Prioribus*] vide 1. Chron. 29. 28. *Bahhalimos*] id est, ulla idola: synecdoche. 5 *Munus &c.*] id est, eũ suum esse regem hoc symbolo omnes profiterentur: ut 1. Schem. 10. 27. 6 *Elato*] id est, cùm audentior factus esset ad promovendum verum Dei cultũ, quàm fuisset Asa pater ipsius. *Excelsa &c.*] quæ vel relicta fuerant, vel restituta.

Instructa. 7 *Cum præfectis*] i. hos selegit ex omnibus ordinibus ad tempus, per quos statum ecclesiarum re-cognosceret, & populum in verbo Dei institueret, ac autoritate sua in officio confirmaret. 13 *Res multæ*] ad numerationem & commeatum pertinentes: ut sup. 11. 17. 16 *Jehovæ*] id est, alacerrimo & promptissimo animo ad gerenda bella ejus. 19 *Præter eos*] de quibus suprà ℣. 2.

CAPUT XVIII.

Argumentum idem est cum 1. Reg. 22.

1 CUM autem essent Jehoschaphato divitiæ & gloria[a] copiosè: affinitate se junxit Achabo.

a Hebr. in multitudine: sic ℣. 2.

2 Deinde descendit[b] exactis *aliquot* annis ad Achabum Schomronem, cui mactavit pecudes & boves copiosè, populóque qui *erat* cum eo: & incitavit eum ut ascenderet contra Ramothas Gilhhadis.

b Heb. ad finem annorum. 1. Reg. 22.

3 Dixit enim Achab rex Israëlis ad Jehoschaphatū regem Jehudę, itúne es mecum Ramothas Gilhhadis? qui dixit ei, sicut ego, sic tu: & sicut populus tuus, populus meus: ut tecum simus in isto bello.

4 Dixit præterea Jehoschaphat ad regem Israëlis: consule, quæso, hodie ipso die verbum Jehovæ.

5 Tunc congregatis rex Israëlis prophetis suis quadringentis viris: dixit ad eos, utrum ituri sumus contra Ramothas Gilhhadis in bellū istud: an desituri sum? qui dicebāt, ascende: traditurus enim est Deus in manum regis.

6 Dicente verò Jehoschaphato: an non est hîc propheta Jehovæ amplius, ut consulamus ex eo?

7 Dixit rex Israëlis ad Jehoschaphatum, amplius vir quidā *est* ex quo consulas Jehovam: at ego odi eum, quia non prophetat de me bonū: sed omnibus diebus suis malum: is est Micajehu filius Jimlæ: dixit verò Jehoschaphat, ne loquatur rex ita.

8 Itaque advocans rex Israëlis aulicum unum edixit: festinanter adduc Micajehu filium Jimlæ.

9 Interea rex Israëlis & Jehoschaphat rex Jehudæ sedentes: quisque in solio suo, induti vestibus *regiis* considebant in area ad ostiū portę Schomronis: & omnes prophetæ illius prophetabant coram eis.

10 Fecerat enim sibi Tzidkija filius Cenahhanæ cornua ferrea: & dicebat, sic ait Jehova: his feries Syros adeò ut consumas eos.

11 Omnes quoque prophetæ illi prophetabant similiter dicendo: ascende Ramothas Gilhhadis & prosperare: traditurus enim est Jehova in manum regis.

12 Nuntius autem ille, qui iverat vocatum Micajehu, alloquebatur eum, dicendo: ecce verba prophetarum istorum ore uno bonum prophetant regi: sit, quæso, verbum tuum ut unius illorum, & eloquitor bonum.

13 Cui dixit Micajehu: ut vivit Jehova, quod edixerit Deus meus, id eloquar.

14 Cùm ergo ingressus esset ad regem, dixit rex ad eum: Mica, utrum

ituri ſumus contra Ramothas Gilhhadis in bellum, an deſtiturus ſum? qui dixit: aſcendite & proſperamini, ſcilicet tradentur in manũ veſtram.

15 Dicenti autem ad eum regi: quoties ego tãdem adjuraturus ſum te, ut non eloquaris mihi niſi veritatem in nomine Jehovæ?

16 Dixit, video omnes Iſraëlitas diſperſum iri per mõtes illos, ut oves quibus non *eſt* paſtor: nam dixit Jehova, non *erit* dominus iſtis: revertantur quiſque domum ſuam cum pace.

17 Tum dicente rege Iſraëlis ad Jehoſchaphatum: nonne dixeram ad te, fore ut non prophetaret de me bonum: ſed malum?

18 Dixit, propterea audite verbum Jehovæ: vidi Jehovam ſedentem in ſolio ſuo, & totum exercitum cœlorum adſtantes a dextera ejus & ſiniſtra ejus.

19 Ubi dicente Jehova, quis pelliciet Achabũ regem Iſraëlis, ut aſcendat & corruat apud Ramothas Gilhhadis? prætereà dicẽte, hic dicit hoc modo, & ille dicit illo modo:

20 Tandem prodiit quidam ſpiritus qui conſiſtens coram Jehova dixit, ego pelliciam eum: dicente verò Jehova ad eum, quo pacto?

21 Dixit, egreſſus ero ſpiritus mendacii in ore omnium prophetarum ejus: tum dixit, pellicies, etiamq; prævalebis: exi & fac ita.

22 Quare nunc ecce indidit Jehova ſpiritum mendacii ori tuorũ prophetarum iſtorum: intereà Jehova locutus eſt contra te malum.

23 Tunc accedens Tzidkija filius Cenahhanæ percuſſit Micajehu in maxillam: & dixit, quánam viâ tranſivit ſpiritus Jehovę a me, ut alloqueretur te?

24 Cui dixit Micajehu: ecce tu videris illo ipſo die: quo ingredieris intimum conclave ad abſcondendum te.

25 Dixit verò rex Iſraëlis, prehendite Micajehu, & reducite eum ad Ammonem præfectum civitati: & ad Joaſchum filium regis.

26 Quibus dicite: ſic edicit rex, ponite iſtum in carcere: & alite eum pane anguſtè, & aqua anguſtè donec rediero cum pace.

27 Dixit verò Micajehu, ſi planè reverſus fueris cum pace, nõ locutus fuerit Jehova per me: prætereà dixit, audite populi quotquot ſunt.

28 Itaque aſcendit rex Iſraëlis cum Jehoſchaphato rege Jehudæ contra Ramothas Gilhhadis.

29 Ubi dixit rex Iſraëlis ad Jehoſchaphatum, cùm diſſimularet ſe proceſſurus in prælium: at tu induere veſtimentis tuis: ſic diſſimulante ſe rege Iſraëlis proceſſerunt in prælium.

30 Rex autem Syriæ præceperat præfectis curruum ſuorum dicendo: ne pugnatote contra parvum *aut* contra magnum: ſed contra regem Iſraëlis ſolum.

31 Fuit itaq; cùm vidẽtes præfecti curruũ Jehoſchaphatum, ipſi quoq; dicerẽt, rex Iſraëlis eſt, ut diverterent contra eũ ad pugnandũ: ſed exclamanti Jehoſchaphato Jehova auxiliatus eſt, & [c] avertit illos Deus ab eo.

32 Nam

[c] *Heb.* incitavit illos ab eo.

32 Nam fuit cùm viderent præfecti curruum, eum non esse regem Jisraëlis: ut reverterentur a persequendo eum.
33 Sed quidã jaculatus arcu simplice animo, percussit regẽ Jisraëlis inter commissuras, id est, inter loricæ *partes*: quapropter dixit aurigæ suo deflecte manu tua, & educ me e castris: quia ægrotus factus sum.
34 Quoniam autem invalescebat prælium eo die, rex Jisraëlis destinebat currus ″ suos adversus Syros usque ad vesperam: quam ob rem mortuus est *quo* tempore occidit sol.

ANNOTATIO.

1 *Affinitate se junxit*] accipiendo Hhathaljam Achabi filiam in uxorem Jehoramo filio suo: 2. Reg. 8. 18. 2 *Anno*] anno decimoseptimo regni sui, ut annotatum est 1. Reg. 22. 42. 34 *Suos*] i. sui exercitus in fugã inclinãtis.

CAPUT XIX.

Jehoschaphat prophetæ reprehensione resipiscens, suos ad Deum revocat: Et ordinem Ecclesiasticum atque politicum in regno toto recognoscit.

1 REVERTENTE autẽ Jehoschaphato rege Jehudæ domum suam, cum pace Jeruschalaima:
2 Prodiens in cõspectum ejus Jehu filius ″ Chanani videns, dixit ad regem Jehoschaphatum: an ″ improbo auxiliari & osores Jehovæ diligere te? at propter hæc tibi incumbit fervens ira a Jehova.
3 Verumtamen res bonæ inventæ sunt apud te: quòd ″ removisti lucos e terra, & constituisti animum tuum ad quærendum Deum.
4 Deinde ″ resedit Jehoschaphat Jeruschalaimis: postquam ″ conversus obivisset per populum, ″ a Beerschebahho usque ad montana Ephrajimi, & revocasset eos ad Jehovam Deum majorum ipsorum:
5 Constituissetq; judices in ea regione per omnes civitates Jehudæ munitas, [a] cuique civitati:
6 Edicens judicibus, videte quid sitis facturi: nõ enim ″ pro homine judicaturi estis, sed pro Jehova: qui vobiscũ futurus est in rebus judiciariis.
7 Quare nunc insit pavor Jehovæ vobis: observate ut faciatis: non enim est apud Jehovam Deum nostrum iniquitas, aut acceptio [b] personarum, aut sumptio muneris.
8 Atq; etiam Jeruschalaimis cõstituit Jehoschaphat e Levitis & sacerdotibus, & ex primoribus paternarum familiarum Jisraëlis, ad ″ judicia Jehovæ, & ad ″ lites: cùm ″ reverterentur *illi* Jeruschalaima.
9 Et præcepit eis dicendo: sic facitote cum timore Jehovæ, cum fide, & cum [c] animo integro.
10 Ut quæcunq; lis pervenerit ad vos, a fratribus vestris residentibus in civitatibus suis, *de discrimine* inter cædem & cędem, inter legem & præceptum, statuta & judicia, admoneatis eos, ne rei fiant Jehovę, & incumbat fervens ira vobis & fratribus vestris: sic facitote ut non sitis rei.
11 Ecce autem Amarja sacerdos primarius inter vos, in omni ″ negotio

[a] *Heb.* civitati & civitati.
[b] *Hebr.* faciei.
[c] *Hebr.* corde.

Jehovæ: Zebadja verò filius Jiſchmahhelis anteceſſor in [″] domo Jehudæ
[d] *Hebr.* corã vobis: ut Gen. 13. 9.
in omni negotio [″] regio, cũ moderatoribus & Levitis [d″] expoſiti ſunt vobis: confirmate vos & facite, & Jehova aderit [e″] æquo.
[e] *Heb.* bono

ANNOTATIO.

2 *Filius Chanani*] de quo ſuprà 16. 7. *Improbo*] Achabo & Jiſraëlitis, ſup. 18. 3 *Removiſti lucos*] ſup. 17. 6. 4 *Reſedit*] i. quievit, habenis regni Joramo commiſſis, & eccleſiaſtico ac politico ordine conſtitutis, ut ſequitur. *Converſus*] i. reſipiſcens ad prophetæ monitum. *A Beer-Schebahho*] i. ab una regni extremitate ad alteram. 6 *Pro homine*] i. non tam mei aut ullius hominis, quàm Dei vices in judicando geritis. 8 *Jehovæ*] i. cauſas ſacras, quarum cognitio ad ſacerdotes & Levitas pertinebat: vide Deut. 17. 8. & ſequentibus. *Lites*] civiles. *Reverterentur Jeruſchalaima*] cùm alii judices propter obſcuritatem aut difficultatẽ cauſarum, vos conſulturi venient, aut partes inter ſe diſſidentes ad vos remittent, ex lege Deuter. 17. 11 *Negotio Jehovæ*] vide ſup. 8. ℣. *In domo Jehudæ*] i. in regno. *Regio*] i. regni, ſive politico. *Expoſiti ſunt*] i. ſemper erunt præſtò, ut conſulentibus de jure reſpondeant. *Æquo*] i. rebus & perſonis æquitate conjunctis.

CAPUT XX.

Jehoſchaphat divinam opem jejunio & precibus contra Moabitas & alios implorans, & promiſſionem Dei fide amplexus, victoriam divinitus obtinet: poſtremò ſocietatem init contra voluntatem Dei cum Achazja: quæ reprehenditur & infelicem ſucceſſum habet.

1 EVIT autem poſteà, veniẽtibus Moabitis & Hhammonitis, & [″] *aliis qui* trãs Hhammonitas *habitabant*, cum eis, contra Jehoſchaphatum in bellum:

2 Venerunt qui indicarent Jehoſchaphato, dicendo: invadit te multitudo magna e [″] tranſmarina *regione*, ex Syria: qui ecce ſunt ad Chatzatzonem Tamaris, ea eſt Hhen-Gedi.

3 Timens verò compoſuit Jehoſchaphat faciem ſuam ad quærendum Jehovam: & indixit jejunium toti [″] Jehudæ.

4 Itaque congregati ſunt Jehudæi ad requirendum *opem* a Jehova: etiam ex omnibus civitatibus Jehudæ convenerunt ad requirendum Jehovam.

5 Tunc ſtans Jehoſchaphat in cõgregatione Jehudæ & Jeruſchalaimorum, apud domum Jehovæ ante atrium [″] novum:

6 Dixit: Jehova Deus majorum noſtrorum, nónne tu *es* Deus in Cœlis, & tu dominaris in omnia regna gentium: ita ut in manu tua ſit vis & potentia, ac [a] nemo tibi poſſit obſiſtere?
[a] *Hebr.* nemo eſt contra te ſiſtendo ſe.

7 Nónne tu Deus noſter expuliſti habitatores terræ hujus a conſpectu populi tui Jiſraëlis, & tradidiſti eam ſemini Abrahami diligenti te, in ſeculum?

8 In qua habitantes: ædificaverunt tibi in ea ſanctuarium pro nomine tuo, dicendo:

9 [″] Si obvenerit nobis malum, puta gladius, judicium, aut peſtis, ſive fames, conſiſtemus ante domum hanc & coram te: nam nomen tuum eſt in domo hac: quare inclamantes te ex anguſtia noſtra, exaudi & ſerva.

10 Nunc autem ecce Hhammonitæ & Moabitæ, & [″] montana Sehhiris, in quæ [″] non permiſiſti Jiſraëlitis ingredi cùm venirẽt e terra Ægypti: quamvis receſſerint ab illis, & non perdiderint illos:

11 Ta-

11 Tamen ecce ipsi″ rependunt nobis: adveniendo ut expellant nos ab hæreditate tua, quam hæreditariò possidendam tradidisti nobis.
12 Deus noster, an non judicia exerciturus esses in eos? nam non *est* in nobis vis[b] obsistendi multitudini magnæ isti invadenti nos: & nos nescimus quid facturi simus: sed in te *defixi sunt* oculi nostri.
13 Interea″ omnes Jehudæi stabant coram Jehova: etiam parvuli eorum, uxores eorum & filii eorum.
14 Tunc Jachazielem filium Zecarjæ, filii Benajæ, filii Jehhielis filii Matanjæ, Levitam e posteris Asaphi: incessit spiritus Jehovæ in medio ipsius congregationis:
15 Quo dixit, attendite omnes Jehudæi & habitatores Jeruschalaim orum, & rex Jehoschaphat: sic ait Jehova vobis, vos ne timetote, neque consternamini metu multitudinis magnæ istius: nam non vestrum erit hoc prælium: sed Dei.
16 Cras descendite versus eos, ecce ascensuri sunt per″ clivum[c] Tzitzi: & invenietis eos in extremitate vallis, in fronte deserti Jeruelis.
17 Non *erit* vestrum pugnare in hoc *prælio*: sistite vos, consistite & videte salutem Jehovæ erga vos, Jehudæi & Jeruschalaimani: ne timetote, neque consternamini, cras exite ante eos: nam Jehova aderit vobis.
18 Tunc inclinavit Jehoschaphat verticem facie *demissa* in terram: omnes quoque Jehudæi & habitatores Jeruschalaimorum prociderunt coram Jehova, incurvando se Jehovæ:
19 Et surrexerunt Levitæ e posteris Kehathitarum & e posteris Korachæorum: ad laudandum Jehovam Deum Jisraëlis voce magna summè.
20 Deinde surgentes mane, exiverunt in desertum Tekohhæ: quibus exeuntibus, consistens Jehoschaphat dixit, audite me Jehudæi & habitatores Jeruschalaimorum, firmè credite Jehovæ Deo vestro, & confirmabimini: firmè credite prophetis ejus: & prosperabimini.
21 Ita consilio habito cum populo, constituit musicos Jehovæ, & laudantes″ decorum sanctitatis: qui procedendo ante expeditum *exercitum* dicerent: celebrate Jehovam: quoniam in seculum benignitas ejus *est*.
22 Quando autem inceperunt cãtum & laudem, dispositi Jehova insidiatores contra Hhammonitas, Moabitas, & montanos Sehhiris, qui invaserant Jehudam, ita ut afficerentur plagis.
23 Nam institerunt Hhammonitæ & Moabitæ contra habitatores montis Sehhiris ad internecioni devovendum & perdendum *eos*: & cùm absolvissent contra habitatores Sehhiris, juverunt *inter se* ut[d] alter esset alteri perditor.
24 Interea Jehuda veniebat ad ipsam″ speculam versus″ desertum illud: quibus respicientibus ad multitudinem illam, ecce erant cadavera prostrata humi, nec *erat*[e] superstes.
25 Quapropter advenit Jehoschaphat cum populo suo ad diripiẽdam prædam eorum, inveneruntque inter eos copiosè tum facultates, tum

b Hebr. vis ante multitudinẽ &c.
c vel floris, id est, floridum.
d Heb. vir in proximum suum, ut esset perditor
e Heb. Sir liberationis.

f Heb. ad nō esse deportationem.

instrumenta desyderabilia cũ cadaveribus: quæ spoliaverunt sibi, fadeò ut non essent ferendo: fueruntque per triduum diripientes prædã illam: magna enim erat.

26 Die autem quarto cõgregaverunt se in convalle benedictionis, ubi benedixerunt Jehovæ: idcirco vocant nomen loci illius, convallem benedictionis usque in hunc diem.

27 Posteà reversi omnes viri Jehudæ & Jeruschalaimorum cum Jehoschaphato in principiis ipsorum, ut reverterentur Jeruschalaima cum lætitia: nam lætitia affecerat eos Jehova ab hostibus eorum:

28 Venerunt Jeruschalaima cum nabliis & cum citharis, & cum tubis: ad domum Jehovæ.

29 Et incessit pavor Dei omnia regna illarum regionũ: cùm audirent pugnasse Jehovam contra hostes Jisraëlis.

30 Ita quievit regnum Jehoschaphati: quietem largiente illi, Deo ejus circumquaque.

31 Cùm autem regnaret Jehoschaphat super Jehudam: (natus triginta quinq; annos cùm regnare inciperet, vigintiquinq; annis regnavit Jeruschalaimis, cujus matri nomen Hhazuba filia Schilchi)

32 Ambulavit in via patris sui Asæ: neque recessit ab ea: faciẽdo quod rectum *videtur* in oculis Jehovæ.

33 Verumtamen excelsa non amota sunt: nam adhuc populus ″non comparaverant animum suum erga Deum majorum suorum.

34 Reliquæ autem res Jehoschaphati ″priores & posteriores; ecce sunt scriptæ in verbis ″Jehu filii Chanani, qui jussus est referre in librum ″regum Jisraëlis.

g Hebr. improbè egit faciendo.

35 ″Nam postmodum consociavit se Jehoschaphat rex Jehudę cum Achazja rege Jisraëlis: is *autem*g improbissimè agebat.

36 Tamen consociavit eum sibi, faciendo naves ad obeundum Oceanum: feceruntque naves Hhetzjone-Geberis.

37 Quapropter prophetavit Elihhezer filius Dodavæ Mareschanus contra Jehoschaphatum dicendo: quandoquidem consociasti te cum Achazja: disrumpit Jehova opera tua: & confractæ sunt naves, neque obtinuerunt *vim* obeundi Oceanum.

ANNOTATIO.

1 *Alii*] id est, Syris, de quibus versic. 2. & Edomæis. versic. 10. 2 *Trans marinæ*] id est, trans mare salis sive mortuum, quod lacus Asphaltites etiam dicitur: nam in eam partem nationes istæ convenerant ad invadendum Jehudam. *Chatzatzonem*] de qua Gen. 14. 7. 3 *Jehudæ*] id est, toti regno suo. 5 *Novum*] v. de sup. 15. 8. 9 *Si obvenerit*] summa orationis a Schelomone habitæ sup. 6. 14. 10 *Montana Sehhirii*] id est, loco-las: metonymia. *Non permisisti*] Deut. 2. 3, 8 & 18. ℣. 11 *Rependunt*] id est, compensant nostrum beneficium hoc maleficio. 13 *Omnes*] id est, ex singulis familiis omnes: simile est Jonæ. 3. 5. 16 *Clivum Tzitzi*] qui situs erat inter desertum Tekohhæ & desertum Jeruelis, de quo in hoc versu. *Desertum illud*] Jeruelis. periphrasis Dei. 24 *Speculam*] quæ est in summo colle Tzitzi, de quo ℣. 16. *Priores & posteriores*] id est, ante peccatum & post peccatum, quod sequentibus versibus explicatur & 1. Chronic. 29. 28. 33 *Non comparaverant*] quanvis Jehoschaphat sedulo eos revocasset, sup. 19. 4. *Jehu*] de quo sup. 19. 2. *Jussus est*] autoritate Dei & Ecclesiæ: ita ipse quoque fuit unus ex scriptoribus historiæ regum. *Regum*] tam Jehudæ quàm Jisraëlis, ut habetur a 1. Reg. 16. usque ad finem libri, & in principio secundi. 35 *Nam postmodum*] ætiologia explicans res posteriores Jehoschaphati.

CAPUT

CAPUT XXI.

Jehoram fratres ſuos regni ſui ſtabiliendi cauſa interficit: & quia impiè vivit defectione Edomæorum ac Libnæ, bello Peliſchtæorum & Arabum, domeſticorum cæde & bonorum direptione caſtigatur: poſtremò incurabili morbo divinitus extinguitur.

1 CUM autem occubuiſſet Jehoſchaphat cũ patribus ſuis, ſepultusque eſſet cum patribus ſuis in civitate Davidis: regnavit Jehoram filius ejus pro eo.

2 Huic *erant* fratres filii Jehoſchaphati, Hhazarja, & Jechiel, & Zecarja, & Hhazarja, & Micaël, & Schephatja: omnes hi filii Jehoſchaphati regis Iſraëlis:

3 Quibus dederat pater eorum dona multa argenti & auri & rerum pretioſarum cum civitatibus munitis in Jehuda: regnum verò dedit Jehoramo, quia erat primogenitus.

4 Surgens autem Jehoram ut confirmaret ſe in regno patris ſui, interfecit omnes fratres ſuos gladio: etiamq; *aliquos* e principibus Iſraëlis.

5 Natus triginta duos annos Jehoram cùm regnare inciperet, octo annos regnavit Jeruſchalaimis.

6 Quibus ambulavit in via regum Iſraëlis, quemadmodum faciebãt familia Achabi: nam filia Achabi erat ei uxor: fecitq; quod malum *videtur* in oculis Jehovæ. 2. Reg. 8. 17

7 Noluit tamen Jehova perdere domum Davidis propter illud fœdus quod pepigerat cum Davide: & quemadmodum dixerat ſe daturum ei lucernam & filiis ejus omnibus diebus.

8 Temporibus hujus defecit Edom, ne ſubjectus eſſet Jehudæ: & conſtituerunt ſuper ſe regem.

9 Quapropter profectus eſt Jehoram cum præfectis ſuis & omnibus curribus ſuis ſecum: fuitq; ipſo ſurgente nocte, ut percuteret Edomęum circumjacentem ſibi, & præfectos curruum ejus.

10 Attamẽ perſtitit Edom in defectione, ne [a] ſubjectus eſſet Jehudæ uſque in diem iſtum: tunc defecit Libna eodem tempore ne ſubjecta eſſet ei: nam dereliquerat Jehovam Deum majorum ſuorum. *a Hebr.* de ſub manu ejus.

11 Etiam ipſe fecit excelſa in montibus Jehudæ: effecitq; ut ſcortarentur habitatores Jeruſchalaimorum, imò impulit cum Jehuda.

12 Quam ob rem pervenit ad eum ſcriptum ab Elija propheta, dicente: ſic ait Jehova Deus Davidis patris tui: propterea quòd non ambulaſti in viis Jehoſchaphati patris tui, & in viis Aſæ regis Jehudæ:

13 Sed ambulaſti in via Regum Iſraëlis, & effeciſti ut ſcortarentur Jehuda & habitatores Jeruſchalaimorum, ſicut effecit domus Achabi ut ſcortaretur *Iſraël*: inſuper etiam fratres tuos domeſticos patris tui meliores te interfeciſti:

14 Ecce Jehova afficit *te* plaga magna in populo tuo: & in filiis tuis, & in uxoribus tuis, atque in omnibus facultatibus tuis.

15 Tu quoque[a] agitaberis morbis magnis, morbo intestinorum tuorum: [b] per duos annos continuos, donec exeant intestina tua præ morbo illo.

16 Excitavit itaque Jehova contra Jehoramum[c] animum Philischtæorum & Arabum, [d] qui *sunt* finitimi Æthiopum:

17 Qui ascendentes contra Jehudam, irruperũt in *regionem* ejus, & abduxerunt captivas omneis facultates quæ inventę sunt in domo regis, etiamque filios ejus, & uxores ejus: ita ut non relinqueretur ei filius nisi [e] Jehoachaz minimus filiorum ejus.

18 Deinde post omnia hæc: affecit eum Jehova in intestinis ejus morbo illo, adeò ut nulla *esset* medicina.

19 Perrexit enim de anno in annum, adeò ut quo tempore exibat [f] terminus ille, completis annis duobus, exirent intestina ejus, cum morbo ejus, & moreretur morbis [g] gravissimis: neque fecerunt ei populus ejus ustionem *odorum* similem ustioni majorum suorum.

20 Natus triginta duos *annos* erat cùm regnare inciperet, & octo annis regnavit Jeruschalaimis: quos cùm transegisset [h] sine voluptate: sepelierunt eum in civitate Davidis: sed non in sepulchris Regum.

a Hebr. eris in morbis. *b Heb.* anno super annũ. *c Heb.* spiritum. *d Heb.* ad latus. *e* qui Achazja infrà capitibus sequentibus passim, & Hhazarja infrà 22. 6. *f Hebr.* pessimis.

ANNOTATIO.

2 *Israëlis*] i. regni Jehudæ cum adhærentibus Jisraëlitis: synecdoche. 3 *Quibus dederat*] vide sup. 11. 23. 6 *Filia Achabi*] Hhathalja de qua infrà 22. 1, 2. 10. & sequentibus. 10 *Diem istum*] deportationis: vide p. Chron. 4. 41. 11 *Habitatores Jeruschal.*] id est, in ipso loco ubi Deus sacrarium suum habebat, idololatriam ha tuit, & invitis etiã obtrusit. *Cum Jehuda*] i. æquè Jerosolymitanos ac Jehudæos reliquos. 12 *Ab Elija*] i. quod Elija, antequã assumeretur, scripserat de futuro regno Jehorami: ut Jeschahhja de futuro regno Cyri Jeschahh. 44. & 45. & Achija de regno Joschijæ, 1. Reg. 13. 2. sic oportuit impium Regem ab absentibus reprehendi qui præsentes non fuisset passus: nam Elijam temporibus Jehoschaphati raptum fuisse ante hujus regnum docetur 2 Reg. 2. 11. 16 *Qui sunt finitimi*] i. ex Petrea & felice Arabia, quæ vergunt ad Æthiopiam. 19 *Terminus ille*] qui præfinierat Elija suprà ℣. 15. 19 *Ustionem*] vide sup. 16. 14. 20 *Sine voluptate*] i. in perpetuis calamitatibus & lethali morbo.

CAPUT XXII.

Achazja rex familiæ Achabi obsecutus, unà cum ea a Jehu perimitur: ita regno Jehudæ Hhathalja occupato, solus Joasch ex cruentis illius manibus eripitur.

1 CONSTITUERUNT autem habitatores Jeruschalaimorum regem Achazjam filium ejus minimum pro eo: nam omnes priores [a] interfecerat turma quædam quæ venerat cum Arabibus in castra: ita regnavit Achazja filius Jehorami rex Jehudæ.

1. Reg. 8. 24.

2 [a] Cujus matri nomen Hhathalja nata [a] Hhomri agentis quadragesimum secundum annum cùm [b] Achazja regnaret, qui anno uno regnavit Jeruschalaimis.

3 Hic etiã ambulavit in viis domus Achabi: nam mater ejus erat consiliaria ejus ad improbè agendum.

4 Itaque fecit quod malum *videtur* in oculis Jehovæ sicut domus Achabi: ipsi enim erant ei consiliarii post mortem patris ejus, [c] adeò ut perdiderint eum.

5 Etiam in consilio eorum ambulavit: profectus cum Jehoramo filio Achabi

a Hebr. filii quadraginta duorum annorũ: sic 1. Schẽ. 13. 1 *b Hebr.* Achazja cùm regnaret ipse: pleonasmus. *c Heb.* ut esset perditor ei.

Achabi rege Jisraëlis in bellũ contra Chazaëlem regem Syriæ ad Ramothas Gilhhadis: ubi percusserunt Syri Joramum.

6 Cumque reverteretur ut curaret se Jizrehhele: nam percussores qui percusserant eum apud Ramam cùm præliaretur, ″*constiterunt* cum Chazaële rege Syriæ: Hhazarja filius Jehorami rex Jehudæ descendit ad invisendum Jehoramum filium Achabi Jzrehhelem: eo quòd ægrotus esset.

7 Sed a Deo fuit ″ proculcatio Achazjæ veniendo ad Joramum: nam processit cum Jehoramo ad Jehu filium Nimschi venientem, quem unxerat Jehova ad excindendum domum Achabi. 2.Reg.9.21 & sequentibus.

8 Fuit enim cùm judicia exerceret Jehu contra domum Achabi: ut inveniens principes Jehudæ, & filios cognatorum Achazjæ ministrantes Achazjæ, interficeret eos.

9 Deinde cùm quæsivisset Achazjam, ceperunt eum (is autem se abscondérat in ″ Schomrone) & adductum eum ad Jehu morte affecerunt eum ac ″ sepeliverunt eum: dicebant enim, filius est Jehoschaphati, qui quæsivit Jehovam ex [d] toto animo suo: ita non *erat* domui Achazjæ, qui obtineret vires ad [e] regnandum. *d Heb.* corde. *e Hebr.* regnum.

10 Quapropter Hhathalja mater Achazjæ, cùm videret mortuũ esse filium suum, surgens perdidit totum semen regium domus Jehudæ. 2.Reg.11.

11 Sed accipiens Jehoschabhhat filia regis Joaschum filium Achazjæ, furtim surreptum eum e medio filiorũ regis, qui afficiebantur morte, abdidit ipsum & nutricem ejus in conclave lectorum: abscondit autẽ eum Jehoschabhhat filia regis Jehorami uxor Jehojadahhi sacerdotis: quia ipsa erat soror Achazjæ, metu Hhathaljæ, ut ea non afficeret eum morte.

12 Ita fuit cum ipsis in domo Dei latitans sex annis: dum Hhathalja regnaret super terram.

ANNOTATIO.

1 *Interfecerat*] sup. 21.17. 2 *Cujus matri*] in hhebræo textu trajectio est obscurior, cujusmodi est 1. Schemu. 25.16. & Hhezræ. 10.17. & Nechemjæ 12.22. qua non observata hic locus fuit variis quæstionibus & interpretationibus involutus. *Nata Hhomri*] nam filia erat Achabi filii Hhomri: cujus nomen hic ad totam familiam pertinet, in qua ipse primus regnavit, 1. Reg. 16.25. *Quadragesimumsecundum*] nam tot anni numerantur ex quo Hhomri plenè adivit regnum usque ad regnum Achazjæ. Hhomri enim regnavit octo annis solus, Achab cum Achazja filio viginti duobus, & Joram a Jehu sublatus duodecim. 6 *Constiterunt*] i. non persecuti sunt victoriam, ut Jehoramũ prehenderent. 7 *Proculcatio*] i. Deus hac occasione effecit, ut quasi pedibus Jehu, ipse quoque Achazja tereretur: hoc est, cum reliqua familia Hhomri perderetur. 9 *In Schomrone*] i. in regno Jisraëlis, a metropoli synecdochicè denominato. *Sepeliverunt*] i. eum sepeliendum tradiderunt Jehudæis, patris rationem habentes.

CAPUT XXIII.

Idem est argumentum cum 2. Reg. 11.

1 ANNO autem septimo confirmans se Jehojadahh assumpsit centuriones, Hhazarjam filium Jerochami, & Jischmahhelem filium Jehochananis, & Hhazarjam filium Hhobedi, & Mahhasejam filium Hhadajæ, ac Elischaphatum filium Zicri secum in fœdus: 2.Reg.11.4

2 Qui circumeuntes per Jehudam congregaverunt Levitas ex omni-

bus civitatibus Jehudę, & primarios paternarum *familiarum* Jiſraëlis: qui venerunt Jeruſchalaima.

3 Tum pepigit tota illa congregatio fœdus in domo Dei cũ rege: cùm dixiſſet eis *Jehojadahh*, ecce filius regis regnaturus eſt, quemadmodũ promiſit Jehova poſteris Davidis. 2. Schem. 7 13.

4 Hæc *eſt* res quam facturi eſtis: tertia pars veſtrum ingredientiũ ſabbatho ex ſacerdotibus & Levitis, *ſunto* janitores liminum.

5 Et tertia altera adeſto domui regis: reliqua verò tertia in porta [a] principua: totus autem populus in atriis domus Jehovæ. *a Heb.* fundamenti.

6 Sed ne ingreditor domum Jehovæ: niſi ſacerdotes & qui miniſtrant ex Levitis, ipſi ingreſſuri ſunt: quia [b] ſancti ſunt: at totus populus obſervanto obſervationem Jehovæ. *b Hebr.* ſanctitas.

7 Et cingunto Levitæ regem circumquaque, quiſque cum armis ſuis in manu ſua, ut quiſquis venturus eſt in domum iſtam, morte afficiatur: & adſunto regi cùm ingredietur & cùm egredietur.

8 Itaque fecerunt Levitæ & totus Jehuda, omnino prout præceperat Jehojadahh ſacerdos: aſſumpſerunt etiam quiſque homines ſuos ingredientes ſabbatho cum egredientibus ſabbatho: non enim exemerat Jehojadahh ſacerdos ullas diſtributiones.

9 Deditque Jehojadahh ſacerdos centurionibus haſtas, & ſcuta, & umbones, qui *fuerant* regis Davidis: qui erant in domo Dei.

10 Cumq; conſtituiſſet totum populum cum miſſili cujuſq; in manu ipſius a latere domus dextero, uſque ad latus domus ſiniſtrum, verſus altare & verſus domum: apud regem circumquaque:

11 Produxerunt filium regis, & impoſito ei coronamento idque cum teſtimonio, conſtituerunt eum regem: ungentes eum Jehojadahh & filii ejus: & dicebant, vivat rex.

12 Cùm autem Hhathalja audiret ſtrepitum populi concurſantium & [c] faventium regi: ingreſſa eſt ad populum in domum Jehovæ. *c Hebr.* laudantium.

13 Ubi videns quòd ecce rex ſtabat in ſua columna in ingreſſu, & principes ac tubæ aderant regi, totusq; populus terræ lætus clangebat tubis, & muſici inſtrumentis muſicis, qui [d] exemplo præibant ad favendũ regi: laceravit Hhathalja veſtimenta ſua, dicens: conjuratio, conjuratio. *d Heb.* notũ faciebãt ad laudãdum.

14 Juſſit autem Jehojadahh ſacerdos exire centuriones, præfectos aliquos copiarum edicens eis, ſinite iſtam exire intra ordines, & quiſquetur iſtam, morti traditor gladio: dicebat enim ſacerdos, ne afficiatur eam morte in domo Jehovæ.

15 Cùm itaque diſponerẽt ei cuſtodias laterales, abiit per aditum portæ equorum verſus domum regis: ubi morte affecerunt eam.

16 Tunc pepigit Jehojadahh fœdus inter illum & inter totum populum ac inter regem: ipſos fore populum Jehovæ.

17 Poſteà ingreſſi totus populus ædem Bahhalis demoliti ſunt eam, & altaria ejus, imagines q; ejus perfregerunt: Mattanem verò ſacerdotem Bahha-

Bahhalis occiderunt ante ipsa altaria.

18 Et reposuit Jehojadahh præfecturas in domo Jehovæ[e] commissas sacerdotibus Levitis quos distribuerat David in domo Jehovę: ad offerendum holocausta Jehovæ, sicut scriptum est in lege Moschis cum lętitia & cum musica: secundum [f] dispositionem Davidis.

e Heb. in manu sacerdotum Leviticorum.

f Heb. manū.

19 Restituit quoq; janitores in portis domus Jehovæ: ut non ingrederetur immundus ulla re.

20 Cumq; assumpsisset centuriones & magnificos, dominantesque in populo, ac totum populum terræ: deduxit regem e domo Jehovæ, ingressique sunt per [g] portam summam domum regis: & collocarunt regem in solio regni.

21 Et lætati sunt totus populus terræ, ac civitas conquievit: postquam Hhathaljam morti tradiderunt gladio.

ANNOTATIO.

g Portā præcipuā 8 *Non exemerat*] id est, maxima & ima atrii, unde fundamenti porta appellatur: nam atrium magnum in declivi erat. 16 *Illum*] id est Jehovam, de quo vers. 14. 20 *Portam summam*] sive cursorum, id est, maximam regiæ, quā custodes & satellites regis solebant observare.

CAPUT XXIV.

Idem argumentum est cum 2. Reg. 12.

1 NAtus septem annos Joasch cùm regnare inciperet, quadraginta annis regnavit Jerusalaimis: cujus matri nomẽ Tzibja e Beer-Schebahho.

2.Reg.12.

2 Fecitq; Joasch quod rectum *videtur* in oculis Jehovæ omnibus diebus Jehojadahhi sacerdotis.

3 Cùm autẽ accepisset ei Jehojadahh uxores duas: genuit filios & filias.

4 Fuitque posteà: [a] cum esset Joascho in animo instaurare domum Jehovæ:

a Hebr. esset cum corde Joaschi renovare.

5 Ut congregatis sacerdotibus ac Levitis ediceret eis: exite per civitates Jehudę, & congregate a toto Jisraële pecuniam ad curandum domum Dei vestri dē anno in annum: vos itaq; festinate in hoc negotio: sed non festinarunt Levitæ.

6 Quapropter vocans rex Jehojadahhum primarium: dixit ei, quare non habuisti quæstionem de Levitis ut afferrent a Jehuda & Jerusalaimis collectam Moschis servi Dei & congregationis Jisraëlis: ad tentorium conventus.

7 Hhathalja enim improbissimè se gerẽte, filii ejus perruperant in domum Dei: etiamque omnes res consecratas domui Jehovæ, aptaverant Bahhalimis.

8 Itaque edicente rege, aptaverunt arcam alicujus: posueruntq; eam in porta domus Jehovæ, foris.

9 [b] Promulgaveruntque in Jehuda & Jerusalaimis ut afferrent Jehovæ collectam Moschis servi Dei, imperatam Jisraëli in deserto.

b Heb. ediderunt vocem.

10 Tunc lætantes omnes principes & totus populus: attulerunt & injecerunt in arcam, donec absolvissent *instaurare*.

11 Eratq; quo tempore ″ deferebat arcam ad delegatos regis per Levitas. (nam cùm viderent multam esse pecuniam, conveniebat ″ scriba regis cum delegato sacerdotis primarii) ut evacuarent arcam illam, posteà deportantes reponerent eam in loco suo: sic facientes de die in diem, colligebant pecuniam [c] copiosè.

c *Heb.* in multitudinem.

12 Quam tradebat rex & Jehojadahh curatori operis ministerii domus Jehovę, qua mercede conducebant putatores & fabros ad instaurandum domum Jehovæ: etiamque fabros ferrarios & ærarios ad curandum domum Jehovæ.

13 Sic facientibus curatoribus operis, [d] assurrexit in justam constitutionem opus illud per manum eorum: ita ut restituerent domum Dei in formam ipsius, confirmantes eam.

d *Heb.* ascendit sanitas isti operi: metaphora, ut 1. Chr. 11. 8. & Nechē. 4. 7.

14 Cumq; absolvissent, attulerunt coram rege & Jehojadahho reliquū pecuniæ: unde fecit instrumenta ad domum Jehovæ, instrumenta ministrandi & offerendi cum acerris, & quidem instrumenta aurea & argentea: sic fuerunt ″ offerentes holocausta in domo Jehovæ jugiter omnibus diebus Jehojadahhi.

15 Senio autem confectus Jehojadahh & satur dierum mortuus est: natus centum triginta annos cùm moreretur.

16 Quem sepeliverunt in civitate Davidis cum regibus: eo quòd exercuisset bonum in Jisraële, tum ″ erga Deum, tum erga ″ domum illius.

17 Post mortem verò Jehojadahhi venientes principes Jehudæ ″ incurvaverunt se regi: tunc auscultavit rex eis.

18 Ita derelinquentes domum Jehovę Dei majorum suorum, coluerūt lucos & idola: fuitq; fervens ira cōtra Jehudam & Jeruschalaima propter reatum illorum hunc:

19 Cùm misisset ad eos prophetas ad revocandum eos ad Jehovam: iisque contestantibus contra eos non præbuissent aurem.

20 Quin imò cùm spiritu Dei induente Zecarjam filium Iehojadahhi sacerdotis ipsius, ″ constitisset [e] ex editiori loco in populo: dixisseteq; eis, sic ait Deus, quare transgredimini præcepta Iehovæ? at non prosperabimini: quia dereliquistis Iehovam, vicissim derelinquet vos:

e *Heb.* de sup populo.

21 Conjurantes contra eum, obruerant eum lapidibus ex præcepto regis: in atrio domus Iehovæ.

22 (Non enim recordabatur Ioasch rex illius benignitatis quam exercuerat Iehojadahh pater ejus erga se, cùm interficeret filiū ejus) qui cùm moreretur dixit, videbit Iehova, & requiret.

23 Fuit ergo vertente anno, ascendentibus contra eum copiis Syriæ, ut invadentes Iehudam & Ieruschalaima perderent omnes populi principes de populo: & omnem prædam eorum mitterent ad regem Darmasci.

f *Heb.* in paucitate hominum.

24 Quamvis [f] paucis hominibus venissent copiæ Syrię, tamen Iehova tradidit

tradidit in manum eorum copias [g] numerosas valde: quia dereliquerant Jehovam Deum majorum suorum: ita in Joaschum exercuerunt [f] judicia.

[g] Heb. in multitudine.

25 Cùm autem discessissent ab eo (nam reliquerant eum in morbis gravissimis *versantem*): conjurarunt inter se cõtra eum servi ejus, propter cædes [f] filiorum Jehojadahhi sacerdotis, & interfecerunt eum in lecto ipsi [g]: ita mortuus est: sepeliveruntq; eum in civitate Davidis: sed non sepeliverunt eum in sepulchris regum.

26 Atq; hi *sunt* qui conjurarunt inter se cõtra eum: Zabad filius Schimhathæ Hhammonitidis, & Jehosabad filius Schimritæ Moabitidis.

27 Filii autem ejus, & magnitudo oneris impositi ei, & fundatio domus Dei, ecce sunt scripta [f] in commentario libri regum: regnavitq; Amatzja filius ejus pro eo.

ANNOTATIO.

1 *Anno in annum*] vide annotata Exod. 30. 12. 6 *Moschis*] id est, quali est usus Mosche: sic peccata Menaschis 2. Reg. 24. 4. & iniquitas patrum Exo. 34. 7. & signum Jonæ Matt. 12. 39. contradictio Core & error Balaam in epist. Judæ, aliaq; plurima ἀφετικῶς quasi eadem essent eodem modo appellantur. *Tentorium conventus*] quasi dicat, quemadmodum ille exercitus ordinem collegit, quæ ad structuram tabernaculi requirebantur: ita nunc quę ad templi instaurationem opus sunt, a nobis procurari & a populo conferri convenit. 9 *Collectam Moschis*] id est, qualis fuit collecta Moschis, ut supr. ℣. 6. Ejus autem copiosa fuisse vel ex eo apparet, quòd illic capitatio viritim & certa summa imperatur: hîc verò libera cujusque oblatio committebatur. *Scriba Regis &c.*] nam his ambobus commissa erat a Rege & summo sacerdote quæstura istius aerarii. 14 *Offerentes &c.*] id est, cultum Dei in domo ejus exercuerunt: synecdoche. 16 *Erga Deum*] instaurando cultum ejus. *Domum illius*] Davidis recuperando illi regnum. 17 *Incurvaverunt*] id est, blanditiis ita eum demulserunt, ut animum illius divini cultus alioquin studiosum frangerent, & regiæ autoritatis specie omnia pro libidine administrarent, etiam in causis religionis. 20 *Constitissent*] id est, ex editiore loco orationem habuisset. 24 *Judicia*] Dei, de quibus 2 Reg. 12. 19. & infrà ver. 27. 25 *Filiorum*] id est filii, indefinitè dictum: ut Gen. 46. 7. 27 *In commentario*] id est, in 2. Reg. 12: ubi tributum Joascho a Chazaële impositum describitur.

CAPUT XXV.

Amatzja principio Dei cultum amplexus conductas Jisraëlitarum copias dimittit, & insignem contra Edomæos victoriã consequitur: qua elatus a Deo deficit, & ab Jisraëlitis, quos provocabat, funditur, capitur, mulctatq; gravi afficitur. Posteà à subditis conjuratis pellitur, & morte afficitur.

1 NATUS vigintiquinq; annos regnare cœpit Amatzja, & vigintinovem annis regnavit Jeruschalaimis: cujus matri nomen Jehohhadan e Jeruschalaimis. 2. Reg. 14.

2 Fecitque quod rectum *videtur* in oculis Jehovæ: sed

3 non [a] animo integro. [a] Heb. cordẽ

Fuit autem cùm confirmatum esset regnum penes ipsum: ut interficeret servos suos, qui percusserant regem patrem suum:

4 Filios verò eorum non affecit morte: sed *fecit* sicut scriptum est in lege, in libro Moschis, præcepisse Jehovam dicendo: ne moriuntor patres pro filiis, & filii ne moriuntor pro patribus: sed quisq; propter peccatum suum moriuntor.

5 Præterea Amatzja congregatis Jehudæis, constituit eos per familias paternas, per chiliarchos, & per centuriones in toto Jehuda & Binjamine: & recensens eos a nato viginti annos & deinceps, invenit eorum trecenta millia delectorum, *aptorum* ad prodeundum in militiam prehendentium [f] spiculum aut clypeum.

6 Insuper mercede conduxit ex Jisraëlitis, centies mille valentes robore, centum talentis argenti.

7 Quare vir Dei venit ad eum dicendo: ô rex, ne venito tecum exercitus Jisraëlitarum, nõ enim *est* Jehova cum Jisraëlitis, ullo Ephrajimitarũ.

8 Sed procede tu, age, confirma te ad hoc bellum: facturus esset Deus ut impingas coram hoste: nam *est* vis in Deo ad auxiliandum, & ad faciendum ut impingas.

9 Dicente verò Amatzja viro Dei, quid ergo faciendum centum talentis, quæ dedi turmæ Jisraëlitarum? dixit vir Dei: est Jehovæ dare tibi amplius eo.

10 Separavit itaq; eos Amatzja, nempe turmam illam quæ venerat ad ipsum ex Ephrajimo, ut abirent in locum suum: quapropter accensa ira ipsorum valde contra Jehudam, revertebãtur in locum suum [b] accẽsi ira.

b Heb. in accensione iræ: ut Exo. 11.8

11 Intereà Amatzja confirmans se deduxit populum suum, & abiit in vallem salis: ubi percussit filiorum Sehhiris decem millia.

12 Et decem millia vivorum captivos abducentes Jehudæi, duxerunt ad fastigium [a] Petræ: & dejecerunt eos e fastigio Petræ, ita ut omnes dirumperentur.

13 [c] Turmarii verò illi quos remiserat Amatzja ne procederent secum in bellum, omnino irruerunt in civitates Jehudæ [a] a Schõrone Beth-Choronem usq;: & percutiẽtes ex eis tria millia, diripuerũt direptione magna.

c Hebr. Filii turmæ.

14 Fuit autem postquam rediisset Amatzja a percutiendo Edomæos, ut adducens deos filiorum Sehhiris, constitueret illos sibi deos: & coram illis incurvaret se, atq; adoleret illis.

15 Quam ob rem accensus ira Jehova in Amatzjam: misit ad eum prophetam qui diceret ad eum: cur quæris deos istius populi, qui non eripuerunt populum suum e manu tua?

16 Fuit autem cùm alloqueretur ipsum, ut diceret illi *rex*, an consiliarium regi tradiderunt te? [d] desiste, quare [a] percuterent te? itaq; destitit propheta, cùm dixisset: [a] agnosco Deum iniisse consiliũ de perdendo te, quandoquidem facis hoc: ac non auscultas consilio meo.

d Hebr. desiste tibi: pleonasmus usitatus: vide Genes. 11.33.

17 Tunc inito consilio Amatzja rex Jehudæ, misit ad Joaschum filium Jehoachazi filii Jehu regem Jisraëlis, qui dicerent: age videamus alter faciem alterius.

18 Misit verò Joasch rex Jisraëlis ad Amatzjam regem Jehudæ, qui dicerent: quædam spina quę in Libano *erat*, misit ad cedrum quæ *erat in Libano* ad dicendum: da filiam tuam filio meo in uxorem: intereà prætereus bestia agrestis quæ in Libano *erat*, conculcavit spinam illam.

19 [c] Cogitasti, ecce percussisti Edomæos, ideò extulit te animus tuus ad venandum gloriam: nunc conside domi tuæ: quare misceres bellũ malo tuo, ut cadas tu & Jehuda tecum?

e Heb. dixisti: ut Exo. 2.14

20 Sed non auscultavit Amatzja: quia a Deo id erat, ut traderet eos in manum *horum*: eo quòd quæsiviissent deos Edomæorum.

21 Et

21 Et ascendente Joascho rege Jisraëlis, viderunt alter faciem alterius, ipse & Amatzja rex Jehudæ: apud Beth-Schemeschum quod *est* Jehudæ.
22 Plaga autem affectus est Jehuda coram Jisraële: ita ut fugerent quisque in tentoria sua.
23 Amatzjam verò regem Jehudæ filium Joaschi, filii Jehoachazi prehendit Joasch rex Jisraëlis apud Beth-Schemeschũ: deinde adducens eum Ieruschalaima, perrupit in muro Ieruschalaimorum a porta Ephrajimi usque ad portam angularem quadringentos cubitos.
24 Denique toto auro & argento omnibusq; vasis quæ inventa sunt in domo Dei penes ″ Hhobed-Edomum, & thesauris domus regiæ obsidibusque *acceptis*: reversus est Schomronem.
25 Vixit verò Amatzja filius Ioaschi rex Iehudæ, post mortem Ioaschi filii Iehoachazi regis Iisraëlis: quindecim annis.
26 Reliquæ autẽ res Amatzjæ ″ priores & posteriores: nonne ecce sunt scriptæ in libro regum Jehudæ & Jisraëlis?
27 Nam ex quo tempore recessit Amatzja [g] a sequendo Jehova, cùm fecissent cõtra eum cõspirationem Jeruschalaimis, fugit Lacischum: quam ob rem miserunt post eum Lacischum, ubi morte affecerunt eum.
28 Inde deportaverunt eum equis: & sepeliverunt eum cum patribus ejusin ″ civitate Jehudæ.

[g] *Hebr.* de post Jehovã, conspirarũt cõspiratione

ANNOTATIO.

Spiculum &c.] vide sup. 11.12. 12 *Petræ*] id est, ad saxum civitatis primariæ in Arabia Petrea, quæ ab eo Petra dicitur, quam occupasse in hac expeditione legitur 2. Reg. 14.7. 13 *A Schomrone*] id est, per totam latitudinem regionis Jehudæ Jisraëlitarum regno conterminam. 16 *Percuterent*] id est, ne committas nimis loquendo, ut irruant in te. *Agnosce*] vide simile 1. Reg. 22.19. 24 *Hhobed-Edomum*] id est, posteros Hhobed-Edomi, janitores & thesaurorum sacrorum custodes, 1. Chro. 26.15. 26 *Priores &c.*] vide 1. Chron. 29.28. 28 *Civitate Jehudæ*] id est, metropoli regni.

CAPUT XXVI.

Hhuzzija dum pietati studet divino præsidio secundatur, vicinos hostes subjicit, & regnum confirmat: deinde sacrum sacerdotium invadens lepra percutitur, ideoq; hominum consortio excluditur, filio interea regnum administrante.

1 Sumentes autem totus populus Jehudæ Hhuzzijam, qui erat natus sexdecim annos: constituerunt eum regẽ pro patre ejus Amatzja. 2. Re. 14. 22
2 Ipse ædificavit Elotham, quam recuperaverat Jehudæ: postquam occubuisset rex cum patribus suis.
3 Natus sexdecim annos Hhuzzija, cùm regnare incepisset: quinquaginta duobus annis regnavit Jeruschalaimis: cujus matri nomen Jecolja e Jeruschalaimis.
4 Fecitq; quod rectum *videtur* in oculis Jehovæ: ″ omnino prout fecerat Amatzja pater eius.
5 Fuit enim intentus quærendo Deo diebus Zecarjæ, informantis [a] in rebus pertinentibus ad timorem Dei: & quibus diebus quæsivit Jehovã, secundavit eum Deus.

2. Reg. 15. 2 *a Heb.* in timorib. Deitsic enim habetur in antiquo manuscripto exẽplari emendatissimo Bibliothecæ Illustrissimi Principis Electoris Palatini: & sic legit Rabbi Schelomo antiquissimus, in suis cõmentariis

6 Nam procedens cùm oppugnaret Peliſchtæos, perrupit murum Gathi, & murum Jabnes, & murũ Aſchdodi: ædificavitq; civitates in Aſchdodæa, & in Peliſchtæorum *regione*:

7 Et auxiliatus eſt ei Deus contra Peliſchtæos, & contra Arabas qui habitabant ″ in Guris planitie, & indigenas.

8 Dederunt quoq; Hhammonitę munus Hhuzzijæ: adeò ut abiret nomen ejus uſq; ad ingreſſum Ægypti, quia confirmabat ſe [b] ſummè.

b Heb. uſque ſurſum.

9 Nam ędificavit Hhuzzija turres Jeruſchalaimis ad portam anguli & ad portam vallis & ad ″ Miktzohham: & ″ firmavit eas.

10 Ædificavit etiam turres in ″ deſerto, & fodit ciſternas multas tam in depreſſo loco quàm in planitie, eo quòd pecóris multum eſſet ipſi: & agricolæ ac vinitores in montibus, & in arvis, nam amator [c] agriculturæ erat.

c Heb. terrę.

11 Erant autem Hhuzzijæ copiæ gerentium bellum, aptorum ad procedendum in militiam turmatim pro numero recenſionis eorum, *facta* [d] per Jehhielem ſcribam & Mahhaſejam moderatorem: commiſſę manui Chananjæ ex principibus regis.

d Heb. p ma num.

12 Totus numerus primorum paternarum *familiarum* inter valétes robore, bis mille ſexcentorum:

13 Quorum manui commiſſi copiarum militarium ter centies ſeptuagies mille quingenti, gerentes bellum virtute militari: ad auxiliandũ regi contra hoſtem.

14 Quibus paravit Hhuzzija pro toto exercitu ſcuta & ſpicula, galeaſque & loricas & arcus: uſque ad lapides fundarum.

15 Fecit præterea Jeruſchalaimis [e] machinas ingenioſiſſimè excogitatas, ut eſſent ſuper turres & ſuper angulos, ad jaculandum ſagittis & lapidibus magnis: exivitq; nomen ejus uſq; in longinquum: quia [f] ″ mirithcè adjuvabatur, uſquedum confirmatus eſſet.

e Hebr. excogitata excogitatione ex cogitantis. *f Heb.* mirificabat adjuvari.

16 Sed ubi confirmatus eſt, extulit ſe animus ejus uſque adeò ut ſe corrumperet, & prævaricaretur cõtra Jehovam Deum ſuum: ingreſſus enim eſt in templum Jehovæ, ut adoleret ſuper altare ſuffitus.

17 Ingreſſus verò poſt eum Hhazarja ſacerdos: & cum eo ſacerdotes Jehovæ octoginta robuſti:

18 Obſtiterunt Hhuzzijæ regi dicentes ei, ″ non *eſt* tuum, ô Hhuzzija, adolere Jehovæ: ſed ſacerdotum filiorum Aharonis qui conſecrati ſunt ad adolendum: exi e ſanctuario, nam prævaricatus es: neque futurum eſt tibi gloriæ a Jehova Deo.

19 Tum indignatus eſt Hhuzzija, habens in manu ſua ſuffimentum ad adolendũ: cumq; indignaretur contra ſacerdotes, lepra exorta eſt in fronte ejus coram ipſis ſacerdotibus in domo Jehovæ [g] ″ ab altari ſuffitus.

g Heb. deſup altare.

20 Reſpiciens itaque ad eum Hhazarja ſacerdos primarius cum omnibus reliquis ſacerdotibus, quòd ecce eſſet leproſus in fronte ſua, deturbaverunt eum inde: etiamq; ipſe impellebatur ad exeundum, quia plaga afficiebat eum Jehova.

21 Sic

21 Sic fuit Hhuzzija rex leprosus usq; ad diem mortis suæ, habitans in domo [h] semota leprosus, cùm abscissus esset a domo Jehovæ: interea Jotham filius eius præerat domui regis, judicans populum terræ.

22 Reliquas autẽ res Hhuzziję priores & posteriores: ″ scripsit Jeschahhja filius Amotzi propheta.

23 Tandem occumbente Hhuzzija cum patribus suis, sepelierunt eum cum patribus eius in ″ agro sepulchrali qui erat regum: dicebant enim leprosus est: & regnavit Jotham filius eius pro eo.

[h] *Heb.* liberâ, ut 2. Re. 15.5.

ANNOTATIO.

Omnino prout] id est, non animo integro, ut ille: sup. 25.2. 7 *Contra Pelischtæos*] id est, omnes finitimos, e quibus Philistæi regno Jehudæ ab occidente erant: Arabes a meridie: Hhammonitæ ab oriente: Indigenæ verò ubique sparsi, de quibus Judicum 10.12. 9 *Mikzohham*] vide Nechem. 3.19. *Firmavit eas*] præsidiis & munitionibus. 10 *Deserto*] Arabiæ, quod pascuosum erat. 15 *Mirificè adjuvabatur*] a Deo, ut docet ℣.7. 18 *Non est tuum*] vide Exo. 28.1. & seq. 19 *Ab altari*] id est, a Deo præsentiam suam in altari testante, & ex eo lepram aspectabili signo ejaculante. 22 *Scripsit Jeschahhja*] tum in libro secundo regum, tum in libro prophetiæ suæ. 23 *In agro*] id est, in eodem agro: sed seorsim a cadaveribus aliorum regum.

CAPUT XXVII.

Jotham regnum benè & feliciter administrat, & Hhammonitas reddit tributarios.

1 NATUS vigintiquinq; annos Jotham cùm regnare inciperet, sexdecim annis regnavit Jeruschalaimis: cuius matri nomen Jeruscha filia Tzadoki.

2 Et fecit quod rectum *videtur* in oculis Jehovæ, omnino prout fecerat Hhuzzija pater ipsius: (tantùmodò non est ingressus templum Jehovæ): sed adhuc populus corrumpebant se.

3 Hic ædificavit portam domus Jehovæ supremam: & in ″ muro clivi ædificavit [a] plurimùm.

4 Civitates etiam ædificavit in montanis Jehudæ: & in saltibus ædificavit palatia & turres.

5 Hic etiam pugnans contra regem Hhammonitarum prævaluit eis: ita ut darent ei Hhammonitę anno illo centum talenta argenti, & decies mille ″ coros tritici, similiter hordei decies mille: hoc rependerũt ei Hhãmonitæ etiam anno secundo & tertio.

6 Itaq; confirmavit Jotham: quia comparaverat ″ vias suas coram Jehovа Deo suo.

7 Reliquæ autẽ res Jothami, & omnia ″ bella ejus, viæq; eius: ecce sunt scriptæ in libro regum Jisraëlis & Jehudæ.

8 Natus vigintiquinq; annos cùm regnare inciperet: sexdecim annis regnaverat Jeruschalaimis:

9 Cùm occumberet Jotham cum patribus suis, & sepelirent eum in civitate Davidis: ita regnavit Achaz filius ejus pro eo.

2.Re.15.33.

[a] *Heb.* in multitudinem.

ANNOTATIO.

3 *Muro clivi*] id est, editioris partis Jeruschalaimorum post templum ad occidentem siti, inter Gichonem torrentem & portam piscium, de quo infrà 33.15. & Nechem. 3.26. & 27. Item 11.21. 5 *Coros*] vide 1.Reg. 4.21. 6 *Vias suas*] id est consilia, actiones, vitamque suam. 7 *Bella ejus*] ei illata a rege Syriæ & Jisraëlitarum: de quibus 2.Reg. 15.37.

CAPUT XXVIII.

Achaz impius a rege Syriæ & Iſraëlitis (a quibus pietatis & charitatis exemplum Achazo exhibuit Deus) Edomæis & Peliſchtæis preſſus ad Aſſyrium recurrit: a quo afflictus Achaz in gravioremidololatriam quàm anteà delabitur: & mortuo, Jechizkÿa filius ſuccedit.

2.Reg.16.2 1 NATUS viginti annos Achaz cùm ille regnare inciperet, ſexdecim annis regnavit Jeruſchalaimis: ſed non fecit quod rectum *videtur* in oculis Jehovæ, ſicut David pater ipſi.

a *Heb.* fuſiones. 2 Ambulavit enim in viis regum Iſraëlis: atq; etiam ſiles *imagines* fecit Bahhalimis.

3 Præterea ipſe adolevit in [a] valle filii Hinnomi: & arſit filios ſuos igne, ſecundum [a] abominationes gentium quas expulerat Jehova a facie Iiſraëlitarum.

4 Et ſacrificabat ſtudiosè, adolebatq; in excelſis, & in collibus: & ſub omni arbore virente.

5 Quam ob rem tradidit eum Jehova Deus ejus in manum regis Syrorum: qui percutientes eum captivam abduxerunt ab eo multitudinem magnam, quam deduxerunt in Darmaſcum: etiamq; in manum regis Iiſraëlitarum traditus eſt, ita ut percuteret eum percuſſione magna.

b *Heb.* filios roboris. 6 Interfecit enim Pekach filius Remalję ex Jehudæis centies vicies mille die uno, oēs [b] robuſtos: eo q; dereliquiſſent Jehovā Deū majorū ſuorū.

7 Interfecit quoq; Zicri potens Ephrajimita Mahhaſejam filiū regis, & Hhazrikamum anteceſſorē domus ejus: atq; Elkanam ſecundū a rege.

8 Itaq; captivos ducebant Iiſraëlitæ e cognatis ſuis ducenta millia mulierum, puerorum & puellarum, ac etiam prædam multam diripuerant ex eis: deducebantq; iſta ſpolia in Schomronem:

9 Cùm ibi exiſtens propheta Jehovę Hhoded nomine: prodiit ante exercitum illum qui veniebat in Schomronem, ac dixit eis: ecce propter iram Iehovæ Dei majorum veſtrorum æſtuantem contra Iehudæos, tradidit eos in manum veſtram: ita ut interficeretis ex eis [a] cum indignatione: usque ad cœlos pertingit iſtud.

10 Et nunc filios Iehudæ & Ieruſchalaimorum cogitatis ſubiicere ut ſint ſervi & ancillæ vobis! [a] annon penes vos, vos *inquam ſunt* duntaxat reatus contra Iehovam Deum veſtrum?

11 Quare nunc auſcultate mihi: & reſtituite hanc captivorum multitudinem, quam abducitis captivam a fratribus veſtris: nam ęſtus irę Iehovę *exundaret* in vos.

c *Heb.* reatū Iehovæ. i. maximum: ſolet enim quicqd graviſſimum & maximū eſt, exprimi adjūcto aliquo nomine Dei: ut Gē. 30. 8. & Iirm. 2. 30

12 Tunc ſurgentes homines e primoribus Ephrajimitarum, Hhazarja filius Iehochananis, Berecja filius Meſchillemothi & Iechizkija filius Schallumi & Hhamaſa filius Chadlai: adverſus venientes ab illa militia:

13 Dixerūt eis: non eſtis adducturi hanc captivorum multitudinē huc: quia in [c] reatum graviſſimum cederet nobis [a] *quòd* vos dicitis, ſuperadditum peccatis noſtris & reatui noſtro: quia magnus reatus incumbit nobis, & ęſtus irę contra Iiſraëlem.

14 Ita

14 Ita dereliquit expeditus quisq; multitudinem illam captivã & prædam suam, ante istos principes & totam congregationem.
15 Tunc surgentes homines quidam qui expressi fuerant [d] nominatim, prehenderunt multitudinem illam captivam, & omnes nudos eorum induerũt ex ipsa præda: cumq; induissent & calceassent, cibumq; & potum dedissent atque unxissent eos, deduxerunt asinis quemq; labantem eorũ, adduxeruntq; eos Jerichuntem *in* civitatem palmarum juxta fratres eorum: deinde reversi sunt in Schomronem.
16 Tempore illo misit rex Achaz ad reges Assyriæ: ut auxiliarẽtur sibi.
17 Nam adhuc Edomæi venientes: percusserant Jehudam, & abduxerant captivos.
18 Pelischtæi quoq; irruerant in civitates depressi agri & meridianas Jehudæ; cœperantq; Beth-Schemeschum, & Ajalonem, & Gederothas, & Socuntem ac villas ejus, Timnamque & villas ejus, & Gimzuntem ac villas ejus: ubi habitabant.
19 Deprimebat enim Jehova Jehudam propter Achazum regem Jisraël: quia abstraxerat Jehudam, ut [e] omnino prævaricaretur contra Jehovã,
20 Veniens itaq; ad eum Tilgad Pilneeser rex Assyriæ, angustia affecit eum: non autem confirmavit eum.
21 Quamvis [f] accipiens Achaz partem ex domo Jehovę & domo regis ac principum: dedisset regi Assyriæ: tamen non fuit auxilio ei.
22 Quocunq; autem tempore angustia afficiebat ipsum Jehova, perge bat prævaricari contra Jehovam: idem erat rex Achaz.
23 Sacrificavit enim diis Darmascenorum ″ percutientium ipsum: dicens, quia dii regum Syriæ sunt auxilio eis, illis sacrificaturus sum ut auxilientur mihi: at illi fuerunt *obices* [g] in quos impingeret, ipsi & toti Jisraëli.
24 ″ Adeò ut congregans Achaz instrumẽta domus Dei, truncaret instrumenta domus Dei, & occluderet fores domus Jehovæ: faceretq; sibi altaria in unoquoque angulo Jeruschalaimis:
25 Etiam in singulis civitatibus Jehudæ faceret excelsa ad adolendum diis alienis: ita provocavit Jehovam Deum majorum suorum.
26 Reliquæ autem res ejus, & omnes viæ ejus ″ priores & posteriores: ecce sunt scriptæ in libro regum Iehudæ & Iisraëlis.
27 Denique cùm occubuisset Achaz cum patrib. suis, & sepelivissent ipsum in ipsa civitate, Ieruschalaimis. (nõ enim intulerunt eum in ″ sepulchra regum Iisraëlis): regnavit Iechizkija filius ejus pro eo.

[d] *Heb.* nominibus.
[e] *Heb.* prævaricando prævaricaretur.
[f] *Heb.* partitus esset.
[g] *Heb.* ad impingere faciendũ eum.

ANNOTATIO.

3 *Valle filii Hhinnomi*] vide Jehosch. 15. 8. *Abominationes gentium*] Levitici 18. 21. & 20. 1. 9 *Cum indignatione*] id est, veterum simultatum & bellorum inde à divisione regni gestorum nomine exacerbati. *Usque ad Cœlos*] id est, summa est hæc sævitia quam exercetis, & animus infensissimus: hyperbole, ut Genes. 11. 4. 10 *An non penes*] ipsos] id est, cum a Rotzine superatus esset, sup. ℣. 5. & 2. Reg. 16. 5. & 6. 24 *Adeò ut*] postquam rex Assyriæ eum invasisset, 2. Reg. 16. 10. 26 *Priores & posteriores*] id est, ante immissas a Deo calamitates & post. 27 *Sepulchra regum*] quæ erant in arce Davidis.

Caput xxix.

Jechizkija rex constitutus, illicò Dei cultum restituit: sacerdotibus imperat ipsorum sanctificationem, templiq; purgationem: in quo deinde ipse cum populo per sacerdotes & Levitas multas oblationes magna cum lætitia offert.

2.Reg.18.2 1  ECHIZKIJA regnare cœpit natus vigintiquinq; annos, & vigintinovem annis regnavit Jeruschalaimis: cujus matri nomen Abija filia Zecarjæ.

2 Et fecit quod rectum *videtur* in oculis Jehovæ: omnino pro ut fecerat David pater ejus.

3 Hic ipso anno primo regni sui mense primo aperuit fores" domus Jehovæ, & confirmavit ipsos *sacerdotes*:

4 Jussit enim convenire sacerdotes & Levitas, & cõgregavit eos in plateam orientalem:

5 Ac dixit eis, auscultate mihi, ô Levitæ: jam sanctificate vos, & sanctificate domum Jehovæ Dei majorum vestrorum, & efferte[a]" quod separandum est e sancto.

a *Heb.* separationẽ: metonymia.

6 Nam prævaricati sunt patres nostri, & faciẽtes quod malum *videtur* in oculis Dei nostri, dereliquerunt eum: & avertẽtes faciem suam a tabernaculo Jehovę opposuerunt cervicem.

7 Etiã occluserunt fores porticus, extinxerũtq; lucernas & suffitũ non adoleverunt: deniq; holocaustum non obtulerũt in sancto, Deo Jisraëlis.

8 Quam ob rem fuit fervens ira Jehovę contra Jehudam & Jeruschalaima: adeò ut tradiderit eos commotioni, desolationi & sibilo: "quemadmodum videtis oculis vestris.

9 Nam ecce" ceciderunt patres nostri gladio: & filii nostri filięque nostrę ac uxores nostrę in captivitate *fuerunt* propter illud.

b *Heb.* cũ cor de meo.

10 Nunc est[b] mihi in animo pangendi fœdus cum Jehova Deo Jisraëlis: ut avertat se a nobis ęstus irę eius.

11 Filii mei, nunc" ne erretis, vos enim elegit Jehova, ut stantes coram ipso ministretis ipsi, & ut sitis ipsi ministrantes & adolentes.

12 Tum surgẽtes hi Levitę, Machath filius Hhamasai, & Joël filius Hhazarję e posteris Kehathitarum: ex Meraritis verò Kisch filius Hhabdi, & Hhazarja filius Jehallelelis: atque e Gerschonitis Joach filius Zimmę, & Hheden filius Joachi:

13 Et e filiis" Elitzaphanis, Schimri & Jehhiel: ac e filiis Asaphi, Zecarja, & Matanja:

14 E filiis quoque Hemanis, Jechiel & Schimhhi: & e filiis Jeduthunis, Schemahhja & Hhuzziel:

15 Congregarunt cognatos suos & sanctificaverunt se, venerunt; ex prȩcepto regis ad res Jehovę: ad purgandum domum Iehovę.

16 Nam ingressi sacerdotes in interiorem partẽ domus Iehovę ad purgandum: extulerunt omnem immunditiem, quam invenerãt in templo Iehovę, in atrium domus Iehovę: recipiebant verò Levitę exportandam

17 Cœ-

in torrentem Kidronis foras.

17 Cœperant autem″ primo *die* menſis primi ſanctificare: & die octavo ejuſdem menſis ingreſſi porticum Jehovæ, ſanctificaverunt domum Jehovæ diebus octo: ita ut die ſextodecimo menſis primi abſolverint.
18 Tum venientes″ intro ad Jechizkijam regem, dixerunt: purgavimus totam domum Jehovæ, & altare holocauſti cum omnibus inſtrumentis ejus, & menſam diſpoſitionis cum omnibus inſtrumentis ejus.
19 Deniq; omnia inſtrumẽta illa quæ abjecerat rex Achaz cùm regnaret, prævaricatione ſua: comparavimus & ſanctificavimus, quæ ecce ſunt ante altare Jehovæ.
20 Itaq; mane ſurgens Jechizkija rex, congregavit præfectos civitati: & aſcendit in domum Jehovæ.
21 ″Cumq; adduxiſſent juvẽcos″ ſeptẽ & arietes ſeptem, agnosq; ſeptẽ, & hircos e capris ſeptem in peccatum pro regno & pro″ ſanctuario, ac pro Jehuda: edixit filiis Aharonis ſacerdotibus, ut offerrent in altari Jehovæ.
22 Tum jugularunt boves, & accipientes ſacerdotes illorum ſanguinẽ ″inſperſerunt in ipſum altare: ſimiliter jugulantes arietes inſperſerunt illorum ſanguinem in altare, & jugulantes agnos inſperſerunt illorum ſanguinem in altare.
23 Poſtremò admoverunt hircos peccati ante regem & congregationem: qui manibus ſuis nixi ſunt eis.
24 Jugulantesque eos ſacerdotes expiaverunt ſanguine eorum in altari ad expiationem faciendam pro toto Jiſraële: quia toti Jiſraëli indixerat rex holocauſtum & peccatum illud.
25 Reſtituerat autem Levitas in domo Jehovæ cum cymbalis, cum nabliis, & cum citharis ex præcepto Davidis, & Gadi videntis regii, & Nathanis prophetę: nam a Jehova præceptum illud erat per prophetas eius. 1. Chro. 23. & 25.
26 Itaq; adſtantibus Levitis cum inſtrumentis Davidis: ſacerdotibus verò″ cum tubis:
27 Edixit Chizkija ut offerrent holocauſtum in altari: & quo tempore cœpit holocauſtum, cœpit muſica Jehovæ cum ipſis tubis, idque cum ᶜcanticis traditis & inſtrumentis Davidis regis Jiſraëlis.
28 Interea tota congregatio incurvabant ſeſe, cùm muſici canerent & tubicines tubis clangerẽt: omnia hęc uſquedũ abſolutũ eſſet holocauſtũ.
29 Cùm autem abſolviſſent offerre: procidentes rex, & omnes qui prę ſentes erant cum eo, incurvaverunt ſe:
30 Edixitque Chizkija rex & principes Levitis, ut laudarent Jehovam verbis Davidis & Aſaphi videntis: qui cùm laudaſſent, dum agitaretur lętitia illa, inclinato vertice incurvaverunt ſe.
31 Tunc locutus Jechizkija dixit: iam ᵈconſecraſtis miniſterium veſtrũ Jehovę, ″accedite & adducite ſacrificia & euchariſtica in domũ Jehovę: adduxerunt itaq; congregatio illa ſacrificia & euchariſtica, & omnis voluntarius ᵉanimo holocauſta:
32 Adeò ut eſſet numerus holocauſtorum, quæ adduxerunt cõgrega-

ᶜ *Heb.* cũ manibus: ſynecdoche, ut ſuprà 1. Chro. 6. 31. & Hhezrę 3. 10

ᵈ *Heb.* imple viſtis manũ veſtram: ut Exo. 28. 41.

ᵉ *Heb.* corde: ſic ℣. 34.

tio, boum septuaginta, arietum centum, agnorum ducentorum: ad holocaustum Jehovæ erant omnia hæc:

33 ″Aliorum autem consecratorum, boum sexcentorum, & pecudum ter mille.

34 Verùtamen sacerdotes erant pauciores, neq; poterant ″nudare *pelle* omnia illa holocausta: quare ″confirmarunt eos cognati eorũ Levitæ, donec absolutũ esset illud op⁹, & donec sanctificassent se reliqui sacerdotes: nam Levitæ rectiores fuerant animo ad sanctificandum se sacerdotibus.

35 Nam etiam imponendũ erat copiosè de adipib. eucharisticorũ & de libaminib. ″præter illa holocausta: ita constitutus est cultus dom⁹ Jehovę.

36 Lætatusq; est Jechizkija totusque populus, de eo quod restituerat Deus populo: ″nam repentè fuerat hæc res.

ANNOTATIO.

3 *Domus Jehovæ*] id est, porticus & totius domus, quas occluserat pater, sup. 28. 24. & infrà ℣. 7. 4 *Plateam orientalem*] id est, ante præcipuam atrii portam. 5 *Quod separandum est*] id est, quæ sunt impura, aut ad prophanum cultum invecta. 8 *Quemadmodum videtis*] vos jam aliquot annis a Syris, Jisraëlitis, Edomæis, Philistæis & Assyris oppressi. 9 *Ceciderunt &c.*] sup. 28. 6. & sequ. 11 *Ne erretis*] id est, ne persistetis in errore: in quo cultum Dei, ad quem colendum, omisistis. 13 *Elitzaphanis*] qui fuit princeps familiæ Kehathitarum, Num. 3. 30. 17 *Die primo*] id est, eodem die quo rex constitutus est. 18 *Intro*] id est in regiam. 21 *Cumq; adduxissent*] id est, omnes quadrupedum species sacrificio aptas, ad consecrationem loci & personarum, ad holocaustum, pro peccatis, & ad eucharistica. *Sepram &c.*] significandam universitatem, sive totum regni corpus. *Pro sanctuario*] ut denuò cõsecraretur. 22 *Insperserunt &c.*] ex ritu Levit. 8. 15. & seq. 26 *Cum tubis*] ex mandato Dei Num. 10. 10. 31 *Accedite*] Apostropha ad populum. 33 *Aliorum &c.*] id est, sacrificiorum tam votivorum quàm voluntariorum, quæ in eucharisticis numerantur: atque etiam munerum, de quibus Levit. 2. 34 *Nudare pelle*] quia occupati erant in oblationib. offerendis. *Confirmarunt*] id est, partem muneris istorum in se receperunt, quod alioquin sacerdotum erat: Levit. 1. 6. 35 *Præter illa holocausta*] id est, multa igne absumenda accedebant ad sacrificia: nam omnis adeps Jehovæ erat Levit. 3. 16, ut & fusitus ex Libaminę. 36 *Nam repente*] quasi dicat, factum hoc insperatum lætitiam piorum auxit, uno momento ex illis tenebris, quas offuderat Achaz, emergentium.

CAPUT XXX.

Jechizkÿa inito consilio Judæis & Jisraëlitis indicit Paschain mensem secundum: in quo celebrando Levitæ immundorum vicibus funguntur: pro quibus oratione habita Deus conciliationem suam testatus est. Deinde feriæ conceptivæ habentur, ad professionem gratiarum Deũ animi.

1 DEINDE misit Jechizkija per totum Jisraëlem & Jehudam, & etiam fasciculos literarum scripsit ad Ephrajimitas & Menaschitas, ut venirent in domum Jehovæ Jeruschalaima: ad celebrandum Pascha Jehovæ Deo Jisraëlis.

2 Nam inierat consilium rex & principes ejus cum tota congregatione Jeruschalaimis: de celebrando Paschate ″mense secũdo.

3 Non enim potuerant celebrare illud tempore ″eodem: cùm sacerdotes non sanctificassent se ad ″sufficientem numerum, & populus non congregassent se Ieruschalaima.

4 Cumque recta videretur hæc res in oculis regis: & in oculis totius congregationis illius:

5 Constituerant rem *hanc* ut [a] promulgarent per totum Iisraëlem a Beer-Schebahho Danem usque, ut venirent celebratum Pascha Jehovæ Deo Iisraëlis, Ieruschalaima: nam [b] jam diu non celebraverant [c] ex præscripto.

6 Abi-

[a] *Heb.* transmitterent vocem. [b] *Heb.* non p multũ temporis. [c] *Heb.* sicut scriptum est: sic infrà 18.

6 Abiverunt itaq; cursores cũ fasciculis literarũ [d] ac rege a principibus per totũ Jisraëlẽ & Jehudam, & ex præcepto regis dicebant: filii Jisraëlis, convertimini ad Jehovã Deũ Abrahami, Jitzchaki & Jisraëlis, ut convertatse ad [e] reliquias, quæ reliquæ factæ sunt vobis e manu″ regum Assyriæ.
7 Neque estote ut patres vestri, & ut fratres vestri, qui prẹvaricati sunt contra Jehovam Deum majorum suorum: quos tradidit desolationi, quemadmodum videtis.
8 Nunc ne obdurate cervices vestras, ut patres vestri: ″ cedite manum Jehovæ, & ingressi sanctuarium ejus, quod sanctificavit in seculum, colite Jehovam Deum vestrum: ut avertat se a vobis æstus iræ ejus.
9 Nam conversis vobis ad Jehovam, fratres vestri & filii vestri [f] consequentur misericordiam coram illis, qui captivos detinent ipsos, adeò ut revertantur in terram hanc: nam gratiosus & misericors *est* Jehova Deus vester: neque avertet faciem a vobis, si convertamini ad ipsum.
10 Cùm autem cursores illi transirent de civitate in civitatem per regionem Ephrajimi & Menaschis, ac Zebulunem usque: deridebant eos ac subsannabant eos.
11 Verumtamen quidam ex Aschere, & Menasche, & e Zebulune deprimentes se, venerunt Jeruschalaima.
12 Etiam in Jehudæis erat″ manus Dei: indens eis [g] animum unum, ad faciendum præceptum regis ac principum ex verbo Jehovæ.
13 Et congregati sunt Jeruschalaima populus multus ad celebrandum festum azymorum mense secundo: congregatio [h] quàmplurima.
14 Qui surgentes amoverunt altaria quæ erant Jeruschalaimis: & omnes aras thurarias amoventes, projecerunt in torrentem Kidronis.
15 Deinde jugularunt Pascha quartodecimo *die* mensis secundi: cùm reliqui sacerdotes & Levitæ″ rubore suffusi sanctificassent se, & obtulerunt holocausta in domo Jehovæ.
16 Ita steterunt in statione sua secundum officium suũ ex lege Moschis viri Dei: sacerdotes spargentes sanguinem *acceptum* e manu Levitarum.
17 Quia multitudo in eo cœtu erat qui non sanctificaverant se: ideò Levitæ incumbebant″ jugulationi Paschatum pro omni immundo, ad sanctificandum *ea* Jehovæ.
18 Nam magna pars illius populi, multitudo ex Ephrajimo, & Menasche, Jissaschare & Zebulune nõ mundaverant se cùm comederẽt Pascha, secus quàm″ præscriptum est: sed oravit Jechizkija pro eis dicendo: Jehova optimus″ expiationem faciat pro *eo*:
19 ″ Quisquis animum suum comparaverit ad quærendũ Deum Jehovam, Deũ majorũ suorũ: quamvis non *sit* pro ut mundities [i] sacra *postulat*.
20 Et auscultans Jehova Jechizkijæ, ″ curavit populum.
21 Itaq; celebrarunt Jisraëlitæ qui prẹsentes erant Jeruschalaimis, festũ azymorum septem diebus cum lætitia magna: laudabantq; Jehovam de die in diẽ Levitæ ac sacerdotes instrumentis″ *concinentibus* robur Jehovæ.

[d] *Heb.* à manu regis &c.
[e] *Heb.* evasionem quę relicta est vobis.
[f] *Heb. erunt* in misericordiam.
[g] *Hebr.* cor: sic ℣. 20.
[h] *Hebr.* in multitudinem valde.
Levitici 1. & sequentibus cap.
[i] *Hebr.* sanctitatis.

[k] *Heb.* ad vel ſuper cor: vide Gen. 34.3.

22 "Locutus enim fuerat Jechizkija, quæ[k] erant cordi omnibus Levitis, informantibus in intelligẽtia ejus quod *videtur* bonum Jehovę: ideò comederunt ſtato illo tempore ſeptem diebus, ſacrificantes ſacrificia euchariſtica, & confitentes Jehovæ Deo majorum ſuorum.

23 Cumque conſilium iniviſſent tota congregatio illa de celebrandis ſeptem diebus aliis: celebrarunt ſeptem dies *cum* lætitia.

24 Quibus Chizkija rex Jehudæ obtulit congregationi mille juvencos, & ſepties mille pecudes: & principes obtulerunt congregationi juvencos mille, pecudesque decies mille: ſe verò ſanctificaverant ſacerdo-

[l] *Hebr.* in multitudinem.

tes[l] copiosè.

25 Ita lætati ſunt tota congregatio Jehudæ & ſacerdotes ac Levitæ, totaque congregatio eorum qui venerant ex Jiſraële: tam peregrini qui venerant e terra Jiſraëlis, quàm habitantes in Jehuda.

26 Fuitque lætitia magna Jeruſchalaimis: quia" inde a diebus Schelomonis filii Davidis regis Jiſraëlis, hujuſmodi non fuerat Jeruſchalaimis.

27 Denique ſurgentes ſacerdotes Levitici" benedixerunt populo, & exaudita eſt vox eorum: pervenit enim oratio eorum in habitaculum ſanctum illius, in cœlum.

ANNOTATIO.

2 *Menſe ſecundo*] ex lege Num. 9. 3 *Eodem*] quo conventus fuerat habitus & purgatio inſtituta: nam illud fuiſſet tempus proprium Paſchatis, Exodi 12. *Sufficientem numerum*] ut ſuperioris conventus ſacrificia offerrent: nedum maximi hujus, quo totus populus Jiſraëliticus ad celebrandum Paſcha fuiſſet conventurus, ſup. 29. 34. 6 *Regum Aſſyriæ*] Pulis 2. Reg. 15. 19. & 1. Chron. 5. 26: & Tziklag-Pilneeſeris 2. Reg. 15. 29. & ſup. 28. 20. 8 *Cedite manum*] id eſt, proſtrati, Dei opem & auxilium implorate, ut vos miſericordia ſua erigat: ut Lamentationum 5. 6. 12 *Manus Dei*] id eſt, virtus & efficacia: metonymia. 15 *Rubore ſuffuſi*] quod tamdiu diſtuliſſent ſui ſanctificationem. 17 *Jugulationi*] quæ alioquin ad offerentes pertinebat, ut obſervatum eſt Levitici 1. 5. 18 *Præſcriptum eſt*] Levitici 7. 10. *Expiationem faciat*] id eſt, præſtet ſpiritu ſuo, quod iſti temporis importunitate prætermiſerunt: ſic oſtendit Chizkija quid fuerit juris de eis, qui ſine fide mala, etiam ſecundo menſe impurati erant. 19 *Quiſquis &c.*] quaſi dicat, modò qui accedent ad Paſcha, animos ſuos comparaverint: cætera ne imputet Deus. 20 *Curavit*] id eſt, virtute ſpiritus ſui purificavit. 21 *Concinentibus*] videns Chizkija magnum populi numerum imparatum, undequaque ad celebrandum Paſcha confluere: conſilium cum ſacerdotib. & Levitis legis peritis habuerat: in quo conſtitutum eſt, ut res precibus Deo committeretur, Levitæ animos ſuos comparaverint: canebant Pſalmos robur Jehovæ prædicantes. 22 *Locutus enim*] antequam hæc fierent, videns Chizkija magnum populi numerum imparatum, undequaque ad celebrandum Paſcha confluere: conſilium cum ſacerdotib. & Levitis legis peritis habuerat: in quo conſtitutum eſt, ut res precibus Deo committeretur, Levitæ animos ſuos comparaverint: ad officium populo præſtandum, & populum de re tota inſtituerent ex verbo Dei. 24 *Copiosè*] i. tanto numero, ut abundè ſacerdotum eſſet: non autem ut ſup. ℣. 3. 26 *A diebus Schelomonis*] excluſivè ut vocant, i. a diviſo regno non fuit celebrata tanta feſtivitas, junctis cum Jehuda Jiſraëlitis. 27 *Benedixerunt*] ex lege Num. 6. 23.

CAPUT XXXI.

Populus idololatriam convellit, & Jechizkija ſacerdotes ac Levitas in ſuis muneribus & diſtributionibus reſtituens, de cibario eorum proſpicit, revocata primitiarum decimarumq; lege.

1 CUM autem abſolviſſent omnia iſta, egreſſi omnes Jiſraëlitæ qui præſentes fuerant, per civitates Jehudæ fregerunt ſtatuas, & ſuccideruntlucos, deſtruxeruntque excelſa ac altaria e toto Jehuda & Binjamine, "etiam per Ephrajimum & Menaſchem, uſque dum abſolviſſent: deinde reverſi ſunt omnes Jiſraëlitæ quiſque in poſſeſſionem ſuam per civitates ſuas.

2 Reſtituit verò Jechizkija diſtributiones ſacerdotum ac Levitarum per diſtributiones eorum, quemque ſecũdum miniſterium ipſius, ſacerdotes

dotes & Levitas, in holocausta & in eucharistica: ad ministrandum & ad
celebrandum, atque ad laudandum in " portis castrorum Jehovæ.
3 Portionem quoque regis e facultatibus suis ad quæq; holocausta, ad
holocausta matutina & vespertina, & holocausta pro sabbathis ac pro
novilunijs, & pro solennitatibus: ut præscriptum est lege Jehovæ. Num. 28.
4 Similiter edixit populo, habitatoribus Jeruschalaimorũ, ut darent "
portionẽ sacerdotũ & Levitarũ: ut " cõfirmarẽt se in lege Jehovę *exequẽda.*
5 Tum simulac erupit hoc verbum, [a] plurimas contulerunt Jisraëlitæ [a] *Heb.* multiplicaverunt primitias.
primitias frumenti, musti, oleique ac " palmæ, denique omnis proventus
agrũ: decimas quoque omnium [b] copiosè attulerunt. [b] *Hebr.* in multitudinem.
6 Filii quoque Jisraëlis & Jehudæ qui habitabant in civitatibus Jehu-
dæ, ipsi etiam decimas armenti & gregis, & decimas [c] sacras, id est, sacra- [c] *Heb.* decimas sanctitatum.
tas Jehovæ Deo ipsorum: afferentes deposuerunt [d] acervatim. [d] *Heb.* acervos acervos
7 " Mense tertio cœperunt acervorum illorum fundamenta ponere:
" mense verò septimo absolverunt.
8 Cumque venientes Jechizkija & principes, vidissent acervos illos:
benedixerunt Jehovæ & populo ejus Jisraëli.
9 Percunctatusq; est Jechizkija sacerdotes & Levitas de illis acervis:
10 Alloquens verò eum [e] Hhazarja sacerdos primarius in familia Tza- [e] qui & Tzadoc 1. Chrõ. 6. 12.
doki: dixit, ex quo cœptum est istam oblationem afferre in domum Je-
hovæ, comedimus & saturati sumus, ac supersest [f] quamplurimum: quia [f] *Hebr.* usq; in multitudinem.
Jehova benedixit populo suo, ita ut quod supersest sit multitudo hæc.
11 Quapropter edicente Jechizkija, ut compararent cellas in domo Je-
hovæ: compararunt.
12 Quo inferebant oblationem illã, & decimas, & res consecratas con-
stanter: " præerantque illis antecessor Conanja Levita, & Schimhhi fra-
ter eius secundus ab eo:
13 Jechiel verò & Hhazazja, & Nachath, & Hhasaël, & Jerimoth, &
Jozabad, & Eliel, & Jismachja, & Machath, ac Benaja: " præfecti erant sub
manu Conanjæ & Schimhhi fratris eius, institutione Jechizkiję regis, &
Hhazarjæ " antecessoris domus Dei.
14 Kore verò filius Jimnæ Levitæ janitor versus orientem, præerat vo
luntariis oblationibus Dei: ut distribueret oblationem Jehovę, & res san
ctas sanctarum.
15 " Ad manum autem eius, Hheden, & Minjamin, & Jeschuahh, ac
Schemahhja, Amarja, & Schecanja per civitates sacerdotũ in statu mune
re: dando cognatis suis per distributiones " tam magno quàm parvo.
16 (Præter generis ipsorum mares, a nato tres annos & deinceps) om-
nibus ingredienti domum Jehovę ad [g] officium diurnum: pro ministerio eo- [g] *Hebr.* rem diei die suo
rum, in observationibus eorum, secundum distributiones eorum.
17 Et cum recensione generis sacerdotũ per familias paternas eorum,
etiam Levitis a nato viginti annos & deinceps: in observationibus eorũ
per distributiones eorum.

18 Etiam generi ipsorum in omnes parvulos eorum, uxores eorum, filiosque eorum ac filias eorum, toti congregationi: " cùm in stato muneris suo rerum sanctarum sanctificassent se.

19 Tum posteris Aharonis sacerdotibus per agros suburbanos civitatum eorum, in [h] unaquaque civitate *præerant* homines, qui expressi sunt " nominibus: ad dandum portiones cuique mari inter sacerdotes, similiter singulis recensitis genere inter Levitas.

20 Itaque fecit talia Jechizkija in toto Jehuda: fecitque quod bonum, & rectum, [i] statumque *videtur* cum Jehova Deo suo.

21 In omni verò opere quod cœperat in ministerio domus Dei, & in lege ac in præcepto, quærendo Deum suum: ex toto [k] animo suo exercuit se, & secundatus est.

h *Heb.* civitate & civitate.

i *Hebr.* stabilitatis.

k *Hebr.* corde.

ANNOTATIO.

1 *Per Ephrajimum*] id est, partem illam quæ regi Jehudæ parebat, sive occupatam a superioribus regibus ut sup. 13.19. & 15.8: sive ipse aliqua ex causa ad Jehudam defecisset, ut tunc Jisraëlis regnum fluctuabat, & multis motibus agitabatur: sic infrà 34.15. 2 *In portis castrorum*] id est, templi, quò conveniebat populus Dei, & Dei ministri quasi castrensi modo erant collocati. 4 *Portionem sacerdotum &c.*] ut describitur Num. 18. *Ut confortarentur*] id est, illi rei firmè incumberent, neque distraherentur alimenti quærendi causa. 5 *Palma*] i. decimarum sive fructuum e palma: ita hoc loco vocem interpretantur hhebræi omnes uno consensu: nam primitiarum mellis nusquam in lege fit mentio: & primitiæ ac decimæ tantùm imperãtur ex fructibus terræ & animantibus: denique vox ipsa hhebræa utrunque significat. 7 *Mense tertio*] sub festum Pentecostes. *Septimo*] quo collecta fructuum totius anni absolvitur: unde festum tabernaculorum collectionis dicitur, Exodi 23.16. 12 *Præerant*] id est, summi quæstores sacri erant, sive ut Jureconsulti vocant, cimeliarchæ. 13 *Præfecti*] id est, curatores rationes accepti & expensi cimeliarchis reddentes. *Antecessoris*] id est, summi sacerdotis. 15 *Adjuncti num*] id est, conjuncti administri, ut foris extra Jeruschalaim a istas oblationes reciperent. *Tam magno*] ex Lege Deut. 18.8. 18 *Cum in statu*] id est, cum-primum ad hanc functionem initiati sunt, ut continenter de cibariis sacerdotum & Levitarum pro ætate ac sexu eorum, providerent. 19 *Nominibus*] sup. ℣. 15.

CAPUT XXXII.

Jechizkija adversus Sancheribum munit Jeruschalaima, populum confirmat: contra blasphemias legatorum orans, divinitus cæsis hostibus exauditur. Posteà gravi morbo liberatus & erectus a Deo: beneficiis ejus per superbiam abutitur: resipiscentia & precibus iram Dei amolitur: Cui mortuo succedit Menasche.

2. Reg. 18. 13.

1 POST res istas & firmam constitutionem earum, venit Sancherib rex Assyriæ: & invadens Jehudam castra ponebat contra civitates ejus munitas, [a] cogitans illas dissindendo sibi adjungere.

a *Heb.* dicēs discindere eas ad se.

2 Videns autem Jechizkija adveniisse Sancheribum: & faciē ejus *obversam esse* [b] ad oppugnandū Jeruschlaima:

b *Hebr.* ad bellum contra Jeruschalaima.

3 Iniit consilium cum principibus suis & dynastis suis, de obthurandis aquis fontium qui erant extra civitatem: & auxilio fuerunt ei.

4 Nam cōgregantes se populus multus obthurarunt omnes illos fontes, & " torrentem inundantem per medium regionis, dicendo: cur venientes reges Assyriæ invenirent aquas multas?

5 Præterea confirmans se, extruxit totum murum illum " perruptum quem perduxit usque ad " turres: foris verò " murum alterum, & confirmavit munitionem civitatē Davidis: paravitq; missilia [c] copiosè & scuta.

c *Hebr.* in multitudinem.

d *Heb.* super cor illorū.

6 Et imposuit præfectos militares populo: congregatisque eis ad se in plateam portæ civitatis, locutus est, [d] quæ erant eis cordi, dicendo:

7 Con-

7 Confirmamini & fortes estote, ne timetote neq; consternamini metu regis Assyriæ, & metu totius multitudinis quæ *est* cum eo: nam nobiscum major *est*: quàm cum eo.
8 Cum eo *est* brachium carneum: nobiscum verò Jehova Deus noster ad auxiliandum nobis & ad [d] gerendum bella nostra: sic innixi sunt populus verbis Jechizkijæ regis Jehudæ. [d] *Hebr.* ad bellandũ.
9 Posteà misit Sancherib rex Assyrię servos suos Jeruschalaima, dũ ipse obsideret Lacischum & totus dominatus ejus cũ ipso: ad Jechizkijam regem Jehudę, & ad omnes Jehudęos qui erant Jeruschalaimis, ut dicerẽt, 2. Reg. 18. 17.
10 Sic ait Sancherib rex Assyrię: cui rei cõfiditis, quòd desidetis in mutatione, Jeruschalaimis?
11 An non Jechizkija incitat vos, [e] ut exponat vos morti per famem & per sitim, dicendo: Jehova Deus noster eripiet nos e manu regis Assyrię? [e] *Hebr.* ad moriendũ.
12 An non ipse Jechizkija abstulit excelsa ejus & altaria ejus: edixitque Jehudę & Jeruschalaimis dicendo: coram altari unico incurvatote vos, & in eo adoletote?
13 An nescitis quid fecerim ego & majores mei omnibus populis terrarum? an [f] ullo modo potuerunt dii gentium terrarum eripere terram suam e manu mea? [f] *Heb.* posse do potuerunt.
14 Quis fuit inter omnes deos gentium illarum quas internecioni devoverunt majores mei, qui potuerit eripere populum suum e manu mea: ut possit Deus vester eripere vos e manu mea?
15 Nunc itaq; ne seducat vos Chizkija, neq; incitet vos *incitatione* hujusmodi, neque credite ei: nam non potest ullus Deus ullius gentis aut regni eripere populum suum e manu mea, ut e manu majorum meorum: [g] quanto minus dii vestri eripient vos e manu mea? [g] *Heb.* quanto magis dii vestri non &c.
16 Amplius etiam locuti sunt servi illius contra Jehovam Deũ ipsum: & contra Jechizkijam servum ejus.
17 Etiam literas scripserat ad probro afficiendum Jehovam Deum Jisraëlis: & ad obloquendum ei dicendo, sicut dii gentium terrarum, qui non eripuerunt populum suum e manu mea: sic non est erepturus Deus Jechizkijæ populum suum e manu mea.
18 Quæ proclamabant voce magna Judaicè populo Jeruschalaimorũ qui *erat* super murum, ad metum incutiendum eis, & ad [g] turbandũ eos: ut caperent civitatem.
19 Ita locuti sunt de Deo Jeruschalaimorum: ut de diis populorum terræ, opere manuum hominis.
20 Oravit verò Jechizkija rex, & Jeschahhja filius Amotzi propheta propter ista: & clamaverunt cœlum versus. 2. Reg. 19.
21 Quapropter mittens Jehova angelũ, excîdit omnem valentẽ robore & antecessorem ac principem in castris regis Assyriæ: qui reversus est cum pudore vultus in terram suam: ubi ingressum ędem Dei sui, prodeuntium e visceribus ejus *quidam*, prostraverunt eum gladio.

22 Ita ſervavit Jehova Jechizkijam & habitatores Jeruſchalaimorum e manu Sancheribi regis Aſſyriæ, & e manu omnium: ″ ducebatque eos liberatos undequaque:

23 Adeò ut multi afferrent munus Jehovæ Jeruſchalaima, & res pretioſas Jechizkijæ regi Jehudæ: nam elatus erat ante oculos omnium gentium poſteà.

2.Reg.20. *h Hebr.* uſq; ad moriendum.

24 Diebus illis ægrotavit Jechizkija [h] lethaliter: quapropter oravit Jehovam: qui alloquens eum, prodigium edidit ei.

i Hebr. corſic deinceps

25 At non pro beneficio erga ſe rependit Jechizkija: nam extulit ſe [i] animus ejus: quapropter fuit contra eum fervens ira, & contra Jehudam ac Jeruſchalaima.

26 Sed cùm ſe depreſſiſſet Jechizkija pro elatione animi ſui, ipſe & habitatores Jeruſchalaimorum: non obvenit eis fervens ira Jehovæ diebus Jechizkijæ.

k Heb. multum valde.

27 ″ Erat enim Jechizkijæ divitiarum & honoris [k] quàmplurimũ: thesaurosq; comparaverat ſibi ad argentum & ad aurum, & ad lapides pretioſos, & ad aromata, & ad ſcuta, ac ad omnia inſtrumẽta deſyderabilia:

l Hebr. præſepia ad omne jumentum & jumentum: ſynecdoche.

28 Apothecas quoque ad proventum, & muſti ac olei: & [l] ſtabula ad omnia jumenta, & greges per ſtabula.

29 Civitates etiam curaverat ſibi, & poſſeſſionem gregum ac armentorum copioſè: dederat enim ei Deus facultates multas valde.

m Heb. exitum: metonymia.

30 Et ipſe Jechizkija obthuraverat [m] alveum aquæ Gichonis ſuperiorem, quam rectà deduxerat infernè ad occidentem civitati Davidis: denique ſecundatus fuerat Jechizkija in toto opere ſuo.

31 Itaque *agentem* cum oratoribus principum Babyloniæ, qui miſerant ad eum, ut inquirerent de prodigio illo quod fuerat in terra, ″ dereliquit eum Deus: tẽtando eũ: ut ″ experiretur quicquid erat ei in animo.

32 Reliquæ autem res Jechizkijæ & benignitates ejus: ecce ſunt ſcriptæ in ″ viſione Jeſchahhjæ filii Amotzi prophetæ: præter librum regum Jehudæ & Jiſraëlis.

33 Tandem cùm occubuiſſet Jechizkija cum patribus ſuis, & ſepelientes eum in ſuperiore parte ſepulchrorum Poſterorum Davidis, honore affeciſſent eum in morte ejus totus Jehuda & habitatores Jeruſchalaimorum: regnavit Menaſche filius ejus pro eo.

ANNOTATIO.

4 *Torrentem inundantem*] Gichonem, de quo infrà ℣.30. 5 *Perruptum*] ſub Amatzja a Joaſcho rege Jiſraëlis, ſup.25.23. *Turres*] portæ Ephrajimi, & portæ angularis, de quibus ibidem. *Murum alterum*] de quo infrà 33.14. 18 *Turbandum*] id eſt, turbatis animis rixas inter oppidanos concitandum: per quas aut deditione, aut faciliore compendio caperentur Jeruſchalaima. 22 *Ducebat*] id eſt, agebat & moderabatur: tranſlatum ab exemplo paſtoris & gregis. 27 *Erat enim*] his ſex verſibus explicantur quæ per prolepſin duobus præcedentibus dicta ſunt: cauſa, & forma elationis. 31 *Dereliquit*] id eſt, ſivit eum agere ex affectu ſuo. *Experiretur*] vide Deut.8.2. 32 *In viſione Jeſchahhja*] a capite 36. uſque ad 40.

CAPUT XXXIII.

Menaſche peſſimè in regno ſe gerens, prophetarum monitis & temporaria captivitate caſtigatur, qua demum reſipiſcens in regnum reſtituitur: in quo cultum Dei ex parte inſtaurat: & morienti ſuccedit impius Amon: deinde huic conſpiratione ſublato, Joſchija.

1 NATUS

1 NAtus duodecim annos Menaſche, cùm regnare inciperet: 2.Reg.21.
2 quinquagintaquinque annis regnavit Jeruſchalaimis.
Qui fecit quod malum *videtur* in oculis Jehovæ: ſecundum abominationes illarum gentium, quas expulerat Jehova a conſpectu Jiſraëlitarum.
3 Nam[a] rurſus ædificavit excelſa quæ demolitus fuerat Jechizkija pater ejus: & erexit altaria Bahhalimis, fecitque lucos, & incurvans ſe toti exercitui cœlorum coluit eos.
4 Etiam extruxit altaria in domo Jehovæ: de qua dixerat Jehova: Jeruſchalaimis erit nomen meum in ſeculum:
5 Extruxit, inquam, altaria toti exercitui cœlorum: in duobus atriis domus Jehovæ.
6 Præterea idem traduxit filios ſuos per ignem in valle filii Hinnomi: & divinationibus, & conjectationibus & præſtigiis uſus eſt, inſtituitque Pythonem & ariolos: plurimum fecit quod malum *videtur* in oculis Jehovæ provocando eum.
7 Et collocavit ſculptile, ſimulacrum quod paraverat in domo Dei, de qua dixerat Deus ad Davidem & ad Schelomonem filium ejus: in domo hac & Jeruſchalaimis, quæ elegi præ omnibus *locis* tribuum Jiſraëlis, collocabo nomen meum in ſeculum:
8 Neq; deinceps amovebo pedem Jiſraëlitarũ ab hac terra, quam conſtitui majoribus veſtris: ſi modò[b] obſervanter fecerint quæcunq; præcepero eis, ſecundũ totam legem, & ſtatuta ac judicia *edita* per[c] Moſchen.
9 Itaque fecit Menaſche ut aberrarent Jehuda & habitatores Jeruſchalaimorum: faciendo malum amplius quàm gentes, quas perdiderat Jehova a conſpectu Jiſraëlitarum.
10 Et quamvis alloqueretur Jehova Menaſchem, & populũ ejus: non tamen attenderunt.
11 Quã ob rem adduxit Jehova contra eos principes exercitus qui *erat* regi Aſſyriæ, & ceperunt Menaſchem in ″ſpinis quibuſdam: quem vincientes chalybeis vinculis deduxerunt Babylonem.
12 Ubi cùm anguſtia afficeret eum, deprecatus eſt faciem Jehovæ Dei ſui: depreſſitque ſe valde coram Deo majorum ſuorum.
13 Cumque oraſſet eum, exoratus ei exaudivit deprecationem ejus, reduxitque eum Jeruſchalaima in regnum ipſius: ita agnovit Menaſche Jehovam eſſe Deum.
14 Poſteà autem ædificavit ″murum exteriorẽ civitati Davidis ad occidentem Gichonis, ab ipſo torrente uſque ad ingreſſum per portam piſcium, quem circumduxit ″clivo, extollens eum valde: ac præpoſuit præfectos copiarum omnibus civitatibus munitis in Jehuda.
15 Et amovens deos alienigenarum, & ″ſimulachrum illud a domo Jehovæ, omniaque altaria quæ extruxerat in monte domus Jehovæ & Jeruſchalaimis: projecit extra civitatem.

[a] *Heb.* revertſus eſt ut ædificaret.
[b] *Heb.* obſervaverint facere.
[c] *Hebr.* per manũ Moſchis.

16 Comparavit verò altare Jehovę, ſacrificans in eo ſacrificia euchariſtica & laudis: ac edixit Jehudę ut coleret Jehovam Deum Jiſraëlis.
17 Sed adhuc populus ſacrificabant in excelſis: verumtamen Jehovæ Deo ſuo.
18 Reliquę autem res Menaſchis, uſque ad orationem ejus ad Deum ſuum, verbaque videntium qui allocuti ſunt eum in nomine Jehovę Dei Jiſraëlis: ecce ſunt ″ inter verba regum Jiſraëlis.
19 Oratio autẽ ejus, cùm exoratus eſt illi Deus, & totũ peccatũ ejus, ac prævaricatio ejus, & loca in quibus extruxit excelſa, ac cõſtituit lucos & ſculptilia, antequàm ſe deprimeret: ecce ſunt ſcripta inter ″ verba Chozai.
20 Tandem cùm occumbentem Menaſchem cum patribus ſuis, ſepeliviſſent in domo ejus: regnavit Amon filius ejus pro eo.
21 Natus viginti duos annos Amon, cùm regnare inciperet: duobus annis regnavit Jeruſchalaimis.
22 Qui fecit quod malum *videtur* in oculis Jehovę, quemadmodum fecerat Menaſche pater ejus: nam omnibus ſculptilibus quę fecerat Menaſche pater ejus, ſacrificabat Amon & colebat ea.
23 Sed non depreſſit ſe coram Jehova, ſicut depreſſerat ſe Menaſche pater ipſius: quin ipſe Amon auxit reatum.
24 Conſpiraverunt autem contra eum ſervi ejus, & morte affecerunt eum in domo ejus.
25 Percuſſerunt verò populus regionis, omnes qui conſpiraverant cõtra regem Amonem: & regem cõſtituerunt populus regionis Joſchijam filium ejus pro eo.

ANNOTATIO.

11 *Inſpinis*] id eſt, inter vepres in quibus latitabat, ut 1. Schem. 13. 6. 14 *Murum exteriorem*] id eſt, præmunitionem cœptam a Chizkija ſuprà 32. 5, abſolvit, aut labefactatam ab Aſſyriis inſtauravit. *Portam piſcium*] vide de Nechemjæ 3. 3. *Clivo*] vide ſuprà 27. 3. 16 *Simulachrum*] de quo ſup. ℣. 7. 18 *Inter verba*] id eſt, in 2. Reg. 21. 19 *Verba Chozai*] liber eſt qui non extat: vide 1. Reg. 11. 41. annotata.

CAPUT XXXIV.

Eodem argumento eſt cum 2. Reg. 22. & initio 23.

2. Reg. 22. 1 NATUS octo annos Joſchija, cùm regnare inciperet: uno & triginta annis regnavit Jeruſchalaimis.
2 Qui fecit quod rectum *videtur* in oculis Jehovę: ambulans in viis Davidis patris ſui: neque recedens dextrorſum aut ſiniſtrorſum.
3 Nam octavo anno regni ſui, cùm eſſet adhuc puer, cœpit quærere Deum Davidis patris ſui: ″ duodecimo autem anno cœpit mundare Jehudam & Jeruſchalaima ab excelſis & lucis, ſculptilibuſque ac fuſilibus.
4 Deſtruebant enim ″ coram eo altaria Bahhalimorum, & ſubdiales ſtatuas, quæ [a] impoſitæ erant eis ſuccîdit: & lucos ſculptiliaque; ac fuſilia perfringens & comminuens, ſparſit in ſuperficiem ſepulchrorum *hominum* qui ſacrificaverant in eis.

[a] *Hebr.* quæ ſupra ab eis

5 Oſſa

5 "Ossa verò sacerdotum combussit super altaria illorum: sic" mundavit Jehudam & Jeruschalaima.
6 Etiam in" civitatibus Menaschis & Ephrajimi ac Schimhhonis usq; ad Naphtalin: rutris ipsorum circumquaque:
7 Cumque demolitus esset altaria illa, & lucos sculptiliaq; contudisset comminuendo, omnesq; subdiales statuas succîdisset per totam terram Jisraëlis: reversus est Jeruschalaima.
8 "Anno autem decimooctavo, quo regnabat, purgando regionem & domum: misit Schaphanem filium Atzaljæ & Mahhasejam præfectum civitati, & Joachum filiũ Joachazi a memoria," ad confirmandum domum Jehovæ Dei sui.
9 Qui cùm venissent ad Chilkijam sacerdotem summum," pecuniam inferendam in domum Dei, quam collegerant e manu Menaschitarũ & Ephrajimitarum, & a toto residuo Jisraëlis, atque a toto Jehuda & Binjamine, tradiderunt Levitæ custodes liminis: reversi Jeruschalaima.
10 "Tradebant autem in manum" curatorũ operis, qui præpositi erant in domo Jehovæ: hi verò tradebant illam opificibus qui operabantur in domo Jehovæ ad curandum labem, & ad confirmandum domum.
11 Tradebant enim fabris & structoribus ad comparandum lapides cęduos, & ligna ad" catenationes: etiam ad contabulandum" domos quas perdiderant reges Jehudæ.
12 Homines verò isti agebant fide in illo opere, nempe præpositi illis *opificibus* Jachath & Hhobadja Levitæ ex Meraritis, & Zecarja ac Meschullam e posteris Kehathitarum dum præessent: quorum Levitarum quisque" doctor erat in instrumentorum musicorum *tractatione*.
13 At bajulis: (nam pręerant *Levitæ* omnibus opificibus[b]" utriq; ministerio): ex Levitis quoq; iisq; janitoribus præerãt scribę & moderatores.
14 Cumque proferrent pecuniam illam illatam in domum Jehovę: invenit Chilkija sacerdos librum legis Jehovæ, *traditum* per[c] Moschen.
15 Et locutus Chilkija dixit ad Schaphanem scribam, librum hunc legis inveni in domo Jehovæ: tradiditq; Chilkija ipsum librũ Schaphani.
16 Itaq; afferens Schaphan librũ illum ad regẽ: cùm adhuc referret regi verbũ, dicendo, quicquid traditũ est in manum servorũ tuorum faciunt:
17 Nam conflantes pecuniam invẽtam in domo Jehovæ: tradiderunt eam in manum præpositorum, & in manum opificum:
18 Indicavit Schaphan scriba regi, dicendo: librum dedit mihi Chilkija sacerdos: legitque ex eo Schaphan coram rege.
19 Quam ob rem fuit audiente rege verba illa legis: ut laceraret vestimenta sua:
20 Præcepitq; rex Chilkijæ, & Achikamo filio Schaphanis, ac Hhabdoni filio Micæ, & Schaphani scribæ, atq; Hhasajæ servo regis, dicendo:
21 Ite cõsulite Jehovã pro me, & pro reliquo in Jisraële & Jehuda super verbis libri hujus qui inventus est: nam magnus est ęstus iræ Jehovę, quæ

[b] *Heb.* ministerio & ministerio.
[c] *Hebr.* manũ Moschis

effusa est in nos: eo quòd non observarunt patres nostri verbum Jehovæ, ut facerent omnino prout præscriptum est in libro hoc.

22 Itaq; abiit Chilkija & qui *erant* regis, ad Chuldā prophetissam uxorem Schallumi filii Tokehathi filii Chasræ vestiarii: ea enim habitabat Jeruschalaimis in parte secunda *ab eo*: & allocuti sunt eā *verbis* ejusmodi.

23 Quæ dixit eis, sic ait Jehova Deus Jisraëlis, dicite viro illi qui misit vos ad me:

24 Sic ait Jehova: ecce inducturus sum malum contra locum hunc, & contra habitatores ejus: omnes execrationes scriptas in libro illo quem legerunt coram rege Jehudæ:

25 Propterea quòd dereliquerunt me, & adoleverunt diis alienis: ut irritarent me omnibus operibus manuum suarum: ideò effusa manebit æstuans ira mea in locum hunc, & non extinguetur.

26 De rege verò Jehudæ qui misit vos ad consulendum Jehovam, sic dicitote ad eum: sic ait Jehova Deus Jisraëlis: *tu* qui audivisti verba ista:

27 Quia mollitus est animus tuus, & depressisti te a facie Dei, cùm audivisses verba ejus contra locum hunc & contra habitatores ejus, & deprimens te coram me, laceravisti vestimenta tua, ac flevisti coram me: ideò etiam ego exaudivi: dictum Jehovæ.

28 Ecce ego faciam ut aggregeris ad patres tuos, & aggregeris ad sepulchra tua in pace: ut non videant oculi tui totum istud malum, quod ego inducturus sum contra locum hunc, & contra habitatores ejus: qui retulerunt regi rem.

2. Reg. 23. 29 Cùm itaque misisset rex, & congregasset omnes seniores Jehudę & Jeruschalaimorum:

30 Ascendit rex in domum Jehovæ, omnesq; viri Jehudæ, & habitatores Jeruschalaimorū, cùm sacerdotes & Levitæ, tum totus populus a maximo usque ad minimū: & legit ipsis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inventus fuerat in domo Jehovæ.

31 Deinde stans rex in statione sua, pepigit fœdus ipsum coram Jehova, se secuturum Jehovam, & observaturum præcepta ejus testimoniaq; ejus & statuta ejus ex toto corde suo, & ex toto animo suo: præstando verba fœderis illius, quæ scripta sunt in libro illo.

32 Stiterat autem quemque qui inventus est Jeruschalaimis, & in Binjamine: ut facerent habitatores Jeruschalaimorum secundū fœdus Dei, Dei majorum suorum.

33 Tunc amovit Joschija omnes abominationes ex omnibus regionibus, quæ *erant* Jisraëlitarum: & addixit quemque inventum in Jisraële, ad colendum Jehovam Deum ipsorum: omnibus diebus ejus non recesserunt a sequendo Jehova Deo majorum suorum.

ANNOTATIO.

3 *Quo regnare cœpit*]. i. simul atque ad regni gubernationē liberiorē pervenit annos sexdecim natus: a paternis corruptionibus animum ad pietatem adjecit; & in privato illius studio sese exercuit. *Duodecimo autem*] quo merum in regni administratione imperium habuit. 4 *Coram eo*]. i, eo jubente & præsente. 5 *Mundavit*] ab exteris

externis sordibus: quantumvis invitis & obnitentibus Jehudæis: quorum iniquitas & contumacia indę ab hoc anno redargui palàm & damnari cœpit, Jechezkel. 4.6. 6 *Civitatibus Menaschis &c.*] de illis loquitur quę reguo Jehudæ se adjunxerant, & Jisraëlitarũ erant: ut sup. 31.1. Sic enim explicatur versibus 7. & 33. 8 *Anno decimoctavo*] ex quo regnũ iniverat, & a cœpta purgatione sexto: sic accipiendũ esse ostendũt permulti apud Jechezkelem loci. *Ad confirmandum*].i. denunciandum ex mandato regis sacerdoti summo, ut collectas colligeret, & ex eis domum Dei instauraret: versu sequente. 9 *Pecuniam inferendam*] ὑστέρωσιν sive trajectionem verborum alioquin obscuram perspicuitatis causa sustulimus. 10 *Tradebant autem*] quatuor hi versus hyberbaticè inferuntur historiæ, ad quam regressio est versu. 14. *Curatorum operis*].i. illorum quatuor Levitarum, quorũ meminit versu 12. 11 *Ad catenationes*].i. tigna sive transversaria sive arrectaria, quibus catenatis inter se, vel ut vulgus dicit, incastratis, ligneæ cellæ sacerdotum aut Levitarum cohærebant. *Domos*] sive sacerdotũ quæ templo appendebant: sive Levitarum, quæ atrio. 12 *Doctor*].i. primarius quisque sui ordinis in distributionibus musicorum: de quibus 1. Chron. 25. 13 *Utrique ministerio*].i. structuram conficiendi de quo ℣. 10, & materiã cõportandi, de quo hîc. Simile est Hhezræ 3.9. 33 *Addixit quemque*].i. regia sua autoritate obstrinxit: & quamvis propensos Jehudęorũ animos compescuit, ne ipso vivo ab externo Dei cultu deficerent: tantã adhibuit severitatem disciplinæ.

CAPUT XXXV.

Joschija Dei cultum fidelissimè restituit, Pascha ex Dei instituto celebrat: & tandem in bello contra Ægyptium temerè suscepto occiditur.

1 CELEBRAVIT autẽ Joschija Jeruschalaimis Pascha Jehovę: 2. Reg. 23. 21.
2 jugulaveruntq; Pascha quartodecimo *die* mensis primi.
Et constituens sacerdotes in custodiis suis: confirmavit
eos in ministerio domus Jehovæ.
3 Edixit verò Levitis ″ præparantibus pro toto Jisraële res sanctas Jehovæ: ″ ponite *eas* coram arca sancta in ista domo, quam ædificavit Schelomo filius Davidis rex Jisraëlis: ″ non incumbit vobis onus deportandi humero: nunc servite Jehovæ Deo vestro, & populo ejus Jisraëli:
4 Et præparate per familias paternas vestras, secundum distributiones vestras: ex præscripto Davidis regis Jisraëlis, & ex scripto Schelomonis filii ejus. 1. Chrõ. 26.
5 Et assistite in sancto ″ classibus familiarum paternarum, fratribus vestris [a] populoribus: id est, partitio *cujusque* familiæ paternę Levitarum.
6 Ita jugulate Pascha: cumq; sanctificaveritis vos, ″ præparate pro fratribus vestris, facientes secundum verbum Jehovæ per [b] Moschen.
7 Obtulit autem Joschija populoribus ex grege agnorum & [c] hœdorũ quoq; in sacrificia paschalia: secundum omnia quæ præstò erant, ad numerum tricies mille, & ″ armentalia ter mille: hæc de facultatibus regis.
8 Similiter principes ejus pro liberalitate, populo suo, sacerdotibus & Levitis obtulerũt: Chilkija *quidem* & Zecarja, & Jechiel antecessores domus Dei, sacerdotibus dederunt in sacrificia Paschalia bis mille sexcẽtas *pecudes*, & armentalia trecenta.
9 Conanja verò cum Schemahhja & Netaneele fratribus suis, Chaschabja quoq; & Jehhiel ac Jozabad principes Levitarũ, obtulerunt Levitis in sacrificia paschalia, quinquies mille *pecudes* & armẽtalia quingenta.
10 Itaque præparato hoc cultu: steterunt sacerdotes in statione sua & Levitæ per distributiones suas, secundum præceptum regis.
11 Jugulabant autem ″ illi suum Pascha: sacerdotes verò spargebant *sanguinem effusum* manu illorum: & Levitæ ″ nudabant *pelle*.
12 Et amovebant quod absumendum erat offerendum Jehovę, ut redderent illa classibus familiæ paternę *cujusque*, popularibus suis: sicut præ-

a Heb. filiis populi: sic deinceps.
b Hebr. manum Moschis.
c Heb. filiorum caprarum.

ſcriptum eſt in libro Moſchis: ſimiliter quoque de bobus.

13 Tum coquebant Paſcha igne pro ritu: reliqua verò ſacra coquebant in ollis, & in lebetibus, & in Gabatis, cùm celeriter tranſmiſiſſent ad omnes populares.

14 Poſtmodùm præparaverunt ſibi & ſacerdotibus: cùm ſacerdotes poſteri Aharonis incumberent offerendo ei quod abſumendũ erat, nempe adipibus, uſque ad noctem: ideò Levitæ parabant ſibi & ſacerdotibus poſteris Aharonis.

15 Similiter muſici poſteri Aſaphi in ſtatione ſua *erant* ſecundũ præceptum Davidis, tum Aſapho, tum Hemani, & Jeduthuni videnti regis *datum*: janitores quoq; ad [d] unamquamque portam: non erat illis recedendum a miniſterio ſuo: ſed cognati eorum reliqui Levitæ parabant eis.

[d] *Heb.* portam & portam.

16 Ita conſtitutus eſt totus cultus Jehovæ die illo, celebrãdo Paſcha, & offerẽdo igne abſumẽda in altari Jehovæ: ſecũdũ præceptũ regis Joſchijæ.

17 Celebraruntque filii Jiſraëlis qui præſentes erant, paſcha tempore illo: & feſtum azymorum, ſeptem diebus.

18 Neque celebratum fuit paſcha ſimile huic in Jiſraële a diebus Schemuelis prophetę: nec ulli regum Jiſraëlis celebrarãt paſcha ſimile ei quod celebravit Joſchija cum ſacerdotibus & Levitis, totoq; Jehuda & Jiſraële præſente & habitatoribus Jeruſchalaimorum.

19 Decimooctavo anno, [e] regnãte Joſchija: celebratũ fuit Paſcha iſtud.

[e] *Heb.* in regno Joſchijæ.

20 Poſt omnia hæc, cùm conſtituiſſet Joſchija domum, aſcendebat Neco rex Ægypti ad oppugnandũ Carcemiſchum ad Euphratem: cui procedebat obviam Joſchija.

21 Et quamvis mitteret ad ipſum legatos, dicendo: quid [f] mihi tecum, rex Jehudæ? non contra te, *heus* tu, hac die: ſed contra domum bellige-rantẽ adverſum me, quò Deus edixit accelerare me: abſtine te a Deo qui mihi adeſt, & ne perdat te:

[f] *Heb.* mihi & tibi.

22 Tamen non avertit Joſchija faciem ſuam ab illo: ſed ut pugnaret contra eum, diſſimulavit ſe, neque auſcultavit verbis Neconis ex [g] verbo Dei: venit autem ad pugnandum, in convallem Megidduntis.

[g] *Hebr.* ore.

23 Ubi cum jaculati eſſent jaculatores in regem Joſchijam: edixit rex ſervis ſuis: devehite me, quia ægrotus factus ſum valde.

24 Devehentes itaque eum ſervi ejus, a curru ejus *demiſſum* impoſuerunt currui ſecundario quẽ habebat, & deduxerunt eum Jeruſchalaima, ubi mortuus eſt, & ſepultus in ſepulchris majorum ſuorum: tota Jehuda & Jeruſchalaimis lugentibus propter Joſchijam.

25 Lamentatus eſt etiam Jirmeja propter Joſchijam: dixeruntque omnes muſici & muſicæ in lamentationibus ſuis de Joſchija *dicta*, uſque in hunc diem, quæ dederunt pro ſtatuto in Jiſraële: & ecce ſcripta ſunt in lamentationibus.

26 Reliquæ autem res Joſchijæ, & benignitates ejus: ſicut ſcriptum eſt in lege Jehovæ:

27 Res,

27 Res, inquam, ejus priores & posteriores: ecce sunt scriptæ in libro regum Jisraëlis & Jehudæ.

ANNOTATIO.

3 *Præparantibus*] sic enim legitur in emendatissimo manu scripto exemplari ex bibliotheca Illustrissimi Principis Electoris Palatini: & sequentia hanc lectionem confirmant. *Ponite eas*] id est, ne amplius foris, aut per domos jugulate pa scha: cùm propter superiorum regum tyrannidem templum clausum fuit, & publicus Dei cultus in eo abruptus: quo tempore Deus propter necessitatem cultum illum intra privatos parietes a piis observatum quasi in Ægypto fuissent pii, clementer tulit. *Non incumbit*] id est, quemadmodum non alibi quàm ante arcam offerendum est Jehovæ: ita etiã nec alibi quàm hic ad templum offerre, ubi perpetua arcæ sedes a Deo est constituta: ideoque necesse est, non ut arcam hucillucve circumferatis, pro ut olim Num. 7. 9. usque ad Schelomonis tempora: sed ut undecunque huc oblationes conferatis, ratione Deut. 12. 5. & seq. 5 *Classibus*] id est, in pascha te singulis societatibus Jisraëlitarum convenientibus ad idem pascha comedendum, ex lege Exo. 12. 4, ministrate: sic accipiendum infrà ℣. 12. 6 *Præparate*] ut feciſſe leguntur ℣. 11. & seq. 7 *Armentalia*] tam in sacrificia festi azymorum: quàm in holocausta & eucharistica. 11 *Illi*] id est, singuli offerentes, ut in reliquis sacrificiis. vide annotata Levit. 1. 5. *Nudabant pelle*] vide supr. 29. 34. 13 *Prorsus*] Exo. 12. 8. *Reliqua sacra*] id est, partes eucharisticorum cedẽtes offerentibus. *Transmisissent*] Levitæ, separatis iis quæ Deo olebant. 15 *Posteri*] quorum erant vices tunc, cùm hoc Pascha celebratum est. 20 *Domum*] & cultum: synecdoche. *Carcemisichum*] fortè Zeugma oppidum Cyrrestícæ, infimus transitus Euphratis. 21 *Domum belligerantem*] Idest Assyriam, ex 2. Reg. 23. 29. 22 *Megidduntis*] in Menasche, Jehos. 17. 11. 25 *Usque in hunc diem*] id est, adhuc extantia. *In lamentationibus*] quas conscripsit Jirmeja. 27 *Priores & posteriores*] id est, ante & post inventum librum legis.

CAPUT XXXVI.

Jehoachazi, Jehojakimi, Jehojachinis & Tzidkijæ impiorum, & regni ipsorum infelix exitus, templi & urbis ruina: & deportationis tempus describitur.

1 ACCIPIENTES itaq; populus terræ Jehoachazum filium Jo 2.Re.23.30
schiję: constituerunt eum regem loco patris ipsius Jeruschalaimis.
2 Natus vigintitres annos Jehoachaz cùm regnaret: tribus
mensibus regnavit Jeruschalaimis.
3 Quem amovit rex Ægypti Jeruschalaimis: & imposuit mulctã re-
gioni ejus, centenûm talentorum argenti, & talenti auri.
4 Constituitq; regem rex Ægypti Eljakimum fratrem ejus super Jehu
dam & Jeruschalaima: immutans nomen ejus in Jehojakimum: Joachazũ
verò fratrem ejus assumens Neco deduxit in Ægyptum.
5 Natus vigintiquinq; annos Jehojakim, cùm regnare inciperet: unde- 2.Reg.24.1
cim annis regnavit Jeruschalaimis: cumque faceret quod malum *videtur*
in oculis Jehovæ Dei sui:
6 Ascendit contra eum Nebucadnetzar rex Babyloniæ: & vincivit eũ
catenis chalybeis, ut abduceret eum in Babyloniam.
7 Etiam ex instrumentis domus Jehovæ deportavit Nebucadnetzar
in Babylonem: quæ indidit templo suo in Babylonia.
8 Reliquæ autem res Jehojakimi, & abominationes ejus quas fecit, &
quod deprehensum est in eo: ecce sunt scripta in libro regum Jisraëlis &
Jehudæ: regnavitq; Jehojacin filius ejus pro eo.
9 Natus octo annos Jehojacin, cùm ille regnare inciperet, tribus men
sibus & decem diebus posteà regnavit Jeruschalaimis: & fecit quod malũ
videtur in oculis Jehovæ.
10 Itaq; vertente anno, mittens rex Nebucadnetzar deportavit eum in
Babyloniam, cum instrumentis desyderabilib. domus Jehovę: cõstituitq;
regem Tzidkijam [a] cognatum ejus super Jehudam & Jeruschalaima.

[a] *Heb.* fratrẽ id est, patruum: vide 1. Chro. 3. 15.

2.Reg.25. 11 Natus unum & viginti annos Tzidkija, cùm regnare inciperet: undecim annis regnavit Jeruſchalaimis.

12 Qui fecit quod malum *videtur* in oculis Jehovæ Dei ſui: non depreſſit ſe a facie Jirmejæ prophetæ ex [b] verbo Jehovæ.

b Heb. ore.

13 Contrà etiam in regem Nebucadnetzarem rebellavit, qui adjuraverat ipſum per Deum: & obdurans cervicem ſuam, obfirmavit [c] animum ſuum, ne converteretur ad Jehovam Deum Jiſraëlis.

c Heb. cor.

14 Etiam omnes principes ſacerdotum & populi, [d] quamplurima prævaricati ſunt prævaricatione, ſecundum omnes abominationes gentium: polluentes domum Jehovæ quam ſanctificaverat Jeruſchalaimis.

d Heb. multiplicaverũt prævaricari prævaricatione.

Jirmejæ 25. 15 Cumq; mitteret Jehova Deus majorum ipſorum ad ipſos per nuntios ſuos, [e] inde a diluculo continenter: eo quòd clemẽter amplecteretur populum ſuum & habitaculum ſuum:

e Heb. dilucu lo ſurgendo & mittendo.

16 Subſannabant nuntios Dei, & ſpernentes verba ejus, dicebant ſe circumduci per prophetas ejus: donec accenſus eſt æſtus iræ Jehovæ in populum ſuum: adeò ut non eſſet curatio.

17 Et induxit contra eos regem Chaldæorũ, qui interfecit juvenes eorum gladio in loco ſanctuarii eorum, neque clementia uſus eſt erga juvenem aut virginem, ſenem aut decrepitum: omnes tradidit in manũ ejus.

18 Et omnia inſtrumenta domus Dei, majora & minora, theſaurosque domus Jehovæ, & theſauros regis ac principum ejus: hæc omnia deportavit in Babylonem.

19 Et combuſſerunt domum Dei, ac demoliti ſunt murum Jeruſchalaimorum: quorum omnia palatia [f] comburentes igne, & omnia inſtrumenta deſyderabilia perdiderunt.

f Heb. combuſſerũt ad perdendum.

20 Et deportavit qui reliqui erant a gladio, in Babyloniam: ubi fuerũt illi & [g] filiis illius ſervi, uſquedum [g] obtineret Monarchia Perſidis:

g Heb. regnaret regnum Perſidis: ſed ad vitandã amphibologiã nomen mutavimus.

21 Ad implendum verbum Jehovę *dictum* ore Jirmejæ, donec exſolviſſet terra [h] ſabbatha ſua: omnibus diebus deſolationis quievit, complendo [h] ſeptuaginta annos.

Jirme. 25.& 29.10. Hheſræ 1.1.

22 Anno autem primo [i] Cyri regis Perſidis, ut compleretur verbum Jehovæ *dictum* ore Jirmeję: excitavit Jehova ſpiritum Cyri regis Perſidis, ut [i] promulgaret per totum regnum ſuum, idq; etiam ſcripto, dicendo:

h Heb. Core ſchi. ſic dein.

i Heb. tranſmitteret vocem.

23 Sic [h] ait Cyrus rex Perſidis, omnia regna terræ tradidit mihi Jehova Deus Cœli, & ipſe commiſit mihi ut ædificem ſibi domum Jeruſchalaimis quæ *ſunt* in Jehuda: quis inter vos de toto populo ejus eſt *ædificaturus?* Jehova Deus ejus ſit cum eo, & aſcendito.

ANNOTATIO.

3 *Jeruſchalaimis*] captivum abducens eum Riblam, 2.Reg.23.33. 6 *Ut abduceret*] non autem couſque deductus eſt, ſed in itinere mortuus. vide Jirmejæ 22.18.19. 8 *Deprehenſum*] rebellionis crimen: 2. Reg.24.3. 9 *Ille*] id eſt, pater hujus: nam ipſe cùm regnare cœpit, octodecim annorum erat, 2. Reg.24.10: vide ſimilem locutionẽ 2.Reg. 16.2. 13 *Contrà etiam*] Jirmejæ 27.6.& ſeq. 20 *Filiis ejus*] id eſt, filio & nepoti uſque ad tempora Darii Medi & Cyri Jirmejæ 27.7.& Daniel.6.1. 21 *Sabbatha ſua*] vide Levit.26.43. *Septuaginta an.*] a deportatione Jechonis ſive Jeconjæ, uſque ad regnum Darii Medi & Cyri: nam illud eſſe principium deportationis nominatim docet Jechekel.40.1. 23 *Sic ait Cyrus*] cum Dario Medo ſocero, qui Cyro ſponte adminiſtrationem Babyloniæ conceſſit, & ſimiliter populo Dei benefecit, ut apparet ex libro Danielis: ſic Hhezræ 6.14.& 22.

HHEZRAE
LIBER UNUS.

LIBER *Hhezræ continet historiam Jehudæorum reducum inde ab edicto Cyri usque ad decimumnonum annum Darii Artaxerxis Longimani: Estq; historia septem septimanarum annorum, de quibus Danielis 9.25. id est, annorum quadraginta novem.*

Cyri cum Cambyse	9
Magorum	1
Darii Hystaspis	20
Longimani	19

CAPUT I.

Promulgato per Cyrum edicto, populus reditum instituit: pauperiores imperatis subsidiis juvantur: Et princeps Jehudæ sacra instrumenta ad domum Dei pertinentia, a Cyro recipit.

1 ANNO autem primo [a] Cyri regis Persidis, ut compleretur verbum Jehovæ *dictum* ore Jirmejæ: excitavit Jehova spiritum Cyri regis Persidis: ut [b] promulgaret per totum regnum suum, idq; etiam scripto, dicendo:

2 Sic ait Cyrus rex Persidis: omnia regna terræ tradidit mihi Jehova Deus Cœli: & ipse commisit mihi ut ædificem sibi domum Jeruschalaimis quæ *sunt* in Jehuda.

3 Quis inter vos de populo ejus *est ædificaturus?* sit Deus ejus cum eo, & ascendito Jeruschalaima quæ *sunt* in Jehuda: & ędificato domum Jehovæ Dei Jisraëlis, illius Dei qui [a] *habitat* Jeruschalaimis.

4 Et quisquis [a] residuus fuerit ex omnibus locis ubi peregrinatur: sublevanto eum homines loci ipsius argento, & auro, & facultatibus, atq; jumentis: [c] præter voluntariam oblationem ad domum Dei qui *habitat* Jeruschalaimis.

5 Tunc surrexerunt [a] primores paternarum familiarum Jehudæ & Binjaminis, sacerdotum quoque & Levitarum: & [a] cujuscunque excitavit Deus spiritum, ut ascenderent ad ædificandum domum Jehovæ qui *habitat* Jeruschalaimis.

6 Quos omnes [d] vicini eorum confirmarunt manibus suis, instrumentis argenteis, auro, facultatibus, jumentisque ac rebus pretiosis: [c] præter

2.Chro. 36. 22. & 23.
a Heb. Coreschi: sic ubiq;
b Heb. transmitteret vocem.
a Heb. cũ voluntaria, &c.
d Heb. circũ tus corũ: metonymia.
e Hebr. seorsim præter: pleonasmus.

id omne quod voluntariè offerebatur.

2. Re. 24. 15 & 25. 16. & sequen. 2. Chr. 36. 7 *f Heb.* p manum.

7 Etiam ipse rex Cyrus produxit instrumenta domus Jehovæ: quę eduxerat Nebucadnetzar Jeruschalaimis, indideratq; domui deorum suorũ.

8 Et producta ea Cyrus rex Persidis per [f] Mithredatem præfectum ærario: numeravit Scheschbatzari principi Jehudæorum.

9 Quorum hic erat numerus: pelves aurei triginta, pelves argentei mille, secespitæ vigintinovem:

10 Crateres aurei triginta, crateres argentei" secundarii quadringenti decem: instrumenta alia" *per* millia.

11 Omnia instrumenta ex auro & ex argento, quinquies mille quadringenta: omnia ista deportavit Scheschbatzar, cùm deportata multitudo deduceretur e Babylone Jeruschalaima.

ANNOTATIO.

3 *Habitat*] id est, fixit habitationem, 2. Schem. 7. 13. 4 *Residuus fuerit*] id est, non potuerit proficisci præ inopia rerum ad tantum iter necessariarum. 5 *Primores paternarum &c.*] quorum recensio est cap. 2. *Conjunctum*] etiam ex aliis tribubus, ut apparet ex 1. Chron. 9. 3. 8 *Principi Iehudæorum*] id est, legato regis, qui Iehudæis reducibus fuerat præfectus, ut eos mitteret in possessionem terræ ex autoritate regis: vide inf. 5. 14. 10 *Secundarii*] ab aureis, quorum usus erat in secunda parte templi, in atrio. *Per millia*] id est, non pro ratione formæ: sed promiscuè per numerum millenarium tradebantur minora utensilia: quorum omnium summa generalis sequente versu exponitur.

CAPUT II.

Populus Dei qui primùm cum suis ducibus & impedimentis post Cyri edictum reversus est: & oblatio ab ejus primoribus ad templi instaurationem facta, recensetur.

1" ATQUE" hi *sunt* homines" illius provinciæ ascendentes e captivitate illius deportationis, quã deportaverat Nebucadnetzar rex Babyloniæ in Babyloniam: ut reverterentur Jeruschalaima & in Jehudæam, quisque in civitatem suam.

2 Qui profecti sunt" cum Zerubbabele, Jeschuhha, Nechemja, [a] Seraja, [b] Rehhelaja Mordecaio Bischane, [c] Mispare, Bigvaio, [d] Rechumo, Bahhana: numerus hominum popularium Jisraëlis.

[a] qui Hhazarja, Nechem. 7. 7. [b] Rehhamja, ibid. [c] Mispereth, ibid. [d] Nechumo, ibid.

3 Posteri Parhhoschi, bis mille, centum septuagintaduo.

4 Posteri Schephatjæ, trecenti septuagintaduo.

5 Posteri Arachi," septingenti septuaginta quinque.

6 Posteri Pachath-Moabi, ex posteris Jeschuhhæ & Joabi: bis mille octingenti" duodecim.

7 Posteri Hhelami, mille ducenti quinquagintaquatuor.

8 Posteri Zattu, nongenti quadragintaquinque.

9 Posteri Zaccai, septingenti sexaginta.

[e] qui Binnui, ibid. ℣. 15.

10 Posteri [e] Bani, sexcenti quadragintaduo.

11 Posteri Bebai, sexcenti vigintitres.

12 Posteri Hhazgadis, mille ducenti vigintiduo.

13 Posteri Adonikami, sexcenti sexagintasex.

14 Posteri Bigvai, bis mille quinquagintasex.

15 Po-

15 Posteri Hhadinis, quadringenti quinquagintaquatuor.
16 Posteri Ateris ex Jechizkija: nonagintaocto.
17 Posteri Betzai, trecenti vigintitres.
18 Posteri [f] Joræ, centum duodecim.
19 Posteri Chaschumi, ducenti vigintitres.
20 Posteri [g] Gibbaris, nonagintaquinque.
21 Beth-Lechemitæ, centum vigintitres.
22 Netophatæi, quinquagintasex.
23 Hhanathothani, centum vigintiocto.
24 Hhazmavethani, quadragintaduo:
25 Kiriath [h] Hharimani, Cephirani, & Beerothani: septingenti quadragintatres:
26 Ramani, & Gebahhæi: sexcenti vigintiunus:
27 Micmasæi, centum vigintiduo:
28 Beth-elitæ, & Hhajani: ducenti vigintitres:
29 Nebuntini, quinquagintaduo:
30 Posteri [i] Magbischi, centum quinquagintasex:
31 Posteri Hhelami alterius, mille ducenti quinquagintaquatuor:
32 Posteri Charimi, trecenti viginti:
33 Lodæi, Charidæi, & Onuntini: septingenti vigintiquinque.
34 Jerechuntini, trecenti quadragintaquinque:
35 Senaani, ter mille sexcenti triginta.
36 Sacerdotes: posteri Jedahhiæ e familia Jeschuhhæ, nongenti septuagintatres:
37 Posteri Immeris, mille quinquagintaduo:
38 Posteri Paschchuris, mille ducenti quadragintaseptem:
39 Posteri Charimi, mille septemdecim.
40 Levitæ: posteri Jeschuhhæ & Kadmielis e filiis [k] Hodavjæ, septuagintaquatuor.
41 Musici posteri Asaphi, centum vigintiocto.
42 Posteri janitorum: posteri Schallumi, posteri Ateris, posteri Talmonis, posteri Hhakkubi, posteri Chattitæ, posteri Schobai: hi omnes centum trigintanovem.
43 Netinæi: posteri Tzichæ, posteri Chaschuphæ, posteri Tabbahhothi:
44 Posteri Kerosi, posteri [l] Sihhahæ, posteri Padonis:
45 Posteri Lebanæ, posteri Chagabæ, posteri Hhakkubi:
46 Posteri Chagabi, posteri [m] Schamlai, posteri Chananis:
47 Posteri Giddeli, posteri Gacharis, posteri Reajæ:
48 Posteri Retzinis, posteri Nekodæ, posteri Gazami:
49 Posteri Hhuzzę, posteri Paseachi, posteri Besai:
50 Posteri Asnę, posteri Mehhunimi, posteri [n] Nephusimi:
51 Posteri Bakbuki, posteri Chakuphę, posteri Charchuris:

f Chariph ver. 24.

g Jehharimā ver. 29. ibidem.

h qui Magpihhasch Nechem. 10. 19

i Hodevæ Nechē. 7. 43 & Jehuda infrà 3. 9.

k Sihhæ, Nechem. 7. 43.

l Schalmai, ver. 48. ibid.

m Nephischisimi, ver. 52. ibid.

52 Posteri [n] Batzluthi, posteri Mechidæ, posteri Charschæ:
53 Posteri Barkosi, posteri Sisræ, posteri Tamachi:
54 Posteri Netziachi, posteri Chatiphæ.
55 Posteri ″ servorum Schelomonis: posteri Setai, posteri Sopherethi, posteri [o] Perudæ:
56 Posteri Jahhalæ, posteri Darkonis, posteri Giddeli:
57 Posteri Schephatjæ, posteri Chattilis, posteri Pocereth-Hatzebajimi, posteri [p] Ami.
58 Omnes Netinæi & posteri servorum Schelomonis: trecenti nonagintaduo.
59 Hi quoq; fuerunt ex ascedentibus a ″ Telmelacho, ″ Tel-Charscha: ″ Cerub, [q] Addan, & Immer: sed ″ non potuerunt indicare familiam majorum suorum, & semen eorum, utrum ex Jisraëlitis essent:
60 ″ Posteri Delajæ, posteri Tobijæ, posteri Nekodæ, sexcenti quinquagintaduo:
61 E posteris verò sacerdotum: posteri Chabajæ, posteri Kotzi: posteri ″ Barzillai, qui accepta e filiabus Barzillai Gilhhaditæ uxore, vocatus est de nomine illorum.
62 Isti quæsiverunt quisque scripturam suam qui suum genus prædicabant: sed non inventæ sunt: quapropter ut [r] polluti abstenti sunt a sacerdotio.
63 ″ Edixit enim ″ legatus regis eis: ne comederent de re sancta sanctarũ: donec existeret sacerdos ″ cum Urimis & Tummimis.
64 Tota hæc congregatio universè: ″ quadragies bis mille, trecentorum sexaginta:
65 Præter servos eorum & ancillas eorum ″ istos: septies mille, trecẽtos triginta septem: in quibus erant ″ cantores & cantatrices ducentæ:
66 Equi eorum septingenti triginta sex: muli eorum ducenti quadragintaquinque:
67 Cameli eorum quadringenti triginta quinque: asini sexies mille, septingenti viginti.
68 Ex primoribus autem paternarum *familiarum* cùm pervenissent ad domum Jehovæ qui *habitat* Jeruschalaimis, quidam sponte se offerentes ad domum Dei statuendam in sede ipsius:
69 Pro facultate sua dederunt in thesaurum ipsius operis auri ″ drachmas [s] semel & sexagies mille: & ″ argenti pondo quinquies mille, & tunicas sacerdotum centum.
70 Ita habitaverunt sacerdotes ac Levitę, ex quorum populo tum cantores tum janitores *erant*, & Netinęi in civitatibus suis: similiter omnes Jisraëlitæ in civitatibus suis.

[n] Batzlithi, ℣. 54. ibid.
[o] Peridæ, ℣. 57. ibid.
[p] Amonis, ℣. 59. ibid.
[q] qui & Addon ℣. 60. ibid.
[r] *Heb.* polluti sunt a sacerdotio.
[s] *Heb.* sex myriadas & mille.

ANNOTATIO.

1 *Hi sunt*] id est, hæc est recensio illorum qui nomina sua dederunt in Babylonia, cùm institueretur profectio in Jehudæam. *Illius provinciæ*] Babylonicæ: sic enim ab habitatione dicuntur: ut Ittai, Gittæus ab habitatione dicitur, 2. Schemu. 15. 19.
2 *Cum Zerubbabele &c.*] id est istis ducibus. 5 *Septingenti*] qui nomina dederunt in Babylonia, pervenerunt autem in Jehu-

in Jehudæam, sexcenti quinquaginta duo. Nechemjæ 7.10: reliqui vel consilio mutato remanserunt: vel in itinere mortui sunt, idem dicendum de diversitate numerorum in seq. 6 *Duodecim*] quibus sex accesserant, cùm recensio in Jehudæa fieret: sic deinceps, ubi numeri accessio occurrit apud Nechemjam. 20 *Gibbaris*] Giblihonitæ e Binjamine, ut apparet ex Nechem. 7.25. 29 *Nebuntini*] id est, non ex Nebunte Reübenitarum qui trans Jardenem erat, & ad regnum Jehudæ non pertinebat: sed ex altera Nebunte, quæ passim in scripturis ante captivitatem Nob vocatur: ideo a Nechemja Nebo altera vocatur. 31 *Alterius &c.*] ab eo de quo ℣. 7: etiamsi numeri utrobique conveniant. 33 *Lodæi &c.*] e Binjamine, 1. Chro. 8.12. 49 *Netinæi*] vide Jehos. 9.21. 55 *Servorum Schelomonis*] de quibus vide annotata 1. Reg. 9.21. 59 *Tel Melacho &c.*] nomina locorum sunt in Babylonia & Mesopotamia. videtur autem Tel-Melach esse oppidum quod Ptolemæus Telme vocat: significat enim cumulum salsum sive sterilem, ut erant agri sub Ure Chaldæorum, in quos rivi Euphratis ducti sunt: teste Plinio natur. histo. lib. 6. 27. *Tel-Charscha*] ad orientem Babyloniæ, quod vel nomen indicat: fortassis quæ Ptolemæo Talatha ad Tigrim. *Cerub, Addan &c.*] cum suis familiis. *Non potuerunt indicare*] ac proinde certam aliquam possessionem in Jehudæa obtinere. 60 *Posteri Delajæ*] qui se Levitas profitebantur: ut colligitur ex comparatione hujus versiculi cum præcedente & sequente. 61 *Barzillai*] de quo 2. Schem. 17.27. 63 *Edixit*] ex Jehudæorum consilio, ad quos res ista pertinebat. *Legatus regis*] quem vulgo commissarium vocant: ita enim Persica voce dicebantur. Is autem fuit Scheschbatzar, sup. 1. 8. *Cum Urimis*] quibus consuleretur Deus, ex lege Num. 27.21. 64 *Quadragies bis mille*] Comprehensis illis qui sua natalia non potuerunt profiteri, tam ex Jisraëlis quàm ex Levitis & sacerdotibus. 65 *Istos*] id est, isto numero. *Cantores &c.*] quos Levitæ ad revocandum ex captivitate instituta profectione pecunia cõparaverant. 69 *Drachmas*] id est, quasi semel & sexagies mille ducatos: nam drachma quadrantem sicli pendebat. *Aureos pondo*] id est, amplius centies vicies quinquies mille daleros. vide 1. Reg. 10.17.

Caput III.

Caput III.

Jisraëlitæ reduces altare extruunt: sacrificiorum usum revocant: tabernaculorum festum celebrant, materiam & opifices curant, Levitas operi præficiunt: & fundamenta templi cum lætitia pariter & luctu jaciunt.

1 Cùm autem advenisset ″ mensis septimus, Jisraëlitis *versantibus* in civitatibus suis: convenerunt populus [a] unanimiter Jeru-
2 schalaima.

Ubi surgens [b] ″ Jeschuahh filius Jotzadaki cum cognatis suis sacerdotibus, ac ″ Zerubbabel ″ filius Schealthielis cum cognatis suis, extruxerunt altare Dei Jisraëlis: ad offerendum in eo holocausta, sicut scriptum est in lege Moschis viri Dei.

3 Cumq; statuissent altare [c] ″ in sede sua, ″ quamvis [d] incuteretur ipsis terror a populis aliarum gentium: obtulerunt in eo holocausta Jehovæ, holocausta unoquoq; mane & vespere:

4 Et celebrarunt festum tabernaculorum, sicut præscriptum est, cum holocausto [e] suo in diem quemque ″ pro numero, secundum ritum officii diurni die suo.

5 Et postmodum holocaustum juge, & in noviluniis, ac in omnib. statis feriis Jehovæ, & ″ res sacras: deniq; omnis offerentis voluntariam oblationem, *obtulerunt* Jehovæ.

6 A die primo mensis septimi cœperunt offerre holocausta Jehovæ: cùm templi Jehovæ non esset jactum fundamentum.

7 Dederuntq; pecuniam putatoribus ac fabris: cibumque & potum ac oleum Tzidoniis ac Tyriis: ut adveherent ligna cedrina ex Libano in mare Japhontis, secundum facultatem [f] a Cyro rege Persidis ipsis datam.

8 Anno autem secundo ex quo venerãt ad domum Dei Jeruschalaima mense secundo: cœperunt Zerubbabel filius Schealthielis, & Jeschuahh filius Jotzadaki, cæteriq; cognati eorũ sacerdotes ac Levitæ, & oẽs qui venerant e captivitate Jeruschalaima, constitueruntq; Levitas a nato viginti annos & deinceps: ut præessent operi domus Jehovæ.

9 Assistens itaq; ″ Jeschuahh, filii ejus & cognati ejus, Kadmiel & filii e-

[a] *Hebr.* sicut vir unus: ut Judic. 20.1.

[b] qui & Jehoschuahh, Chaggai 1.1

Deut. 12.5. & seq.

[c] *Hebr.* in suis sedibus.

[d] *Hebr.* cũ terrore sup eos a populis &c.

[e] *Hebr.* holocausto diei: nomẽ p suo relativo.

[f] *Hebr.* Cyri regis Persidis erga eos.

jus posteri[g] Jehudæ simul, præfuerunt [f] opificibus in domo Dei: & poste-
[g] qui & Hodavja sup. 2. 40.
ri Chenadadi filii eorum & cognati eorum Levitæ.

10 Itaq; fundantibus structoribus templum Jehovæ: constituerunt sa-
cerdotes indutos cum tubis, & Levitas posteros Asaphi cum cymbalis
[h] Heb. cũ manibus: vide simile 2. Chr. 29. 27.
ad laudandum Jehovam, cum *cãticis* traditis [h] a Davide rege Jisraëlis.

11 Qui exclamabant laudando & celebrando Jehovam: quoniam bo-
nus est, quoniam in seculum benignitas ejus erga Jisraëlem: totus verò po-
pulus vociferabantur vociferatione magna laudando Jehovam: eo quòd
fundaretur domus Jehovæ.

12 Multi autem ex sacerdotibus & Levitis primoribusq; paternarum
familiarum, senes qui viderant domum priorem in [f] fundatione sua, [f] hac
domo *versante* ante oculos eorum, flebant voce magna: multi quoq; vo-
ciferatione ex lætitia efferebant vocem.

13 Ita ut populus non internosceret sonum vociferationis ex lætitia,
a voce fletus populi: quia populus vociferabantur vociferatione magna:
& vox illa audiretur inde usque a longinquo.

ANNOTATIO.

1 *Mensis septimus*] id est in Autumno: quia primum anniversarium festum a Deo præscriptum, post eorum reditum in mensem istum incidit. 2 *Jeschuahh*] princeps Levitici ordinis. *Zerubbabel*] princeps populi. *Filius*] id est nepos, 1. Chro. 3. 19. 3 *In sede sua*] id est eo loco, ubi ante ruinam templi fuerat. *Quamvis incuteretur*] id est, quanvis timi eis minitarentur: non tamen propterea destiterunt a restituendo quam primum Dei cultu: freti promissionie Dei, Ezro. 34. 24. 4 *Pro numero &c.*] qui definitur in singulos dies Num. 29. 12. & seq. 5 *Res sacras*] id est, sacrificia, de quibus in Levitico. 9 *Jeschuahh &c.*] de quibus sup. 2. 40. *Opificibus in domo &c.*] id est, structoribus ipsis: ut posteri Chenadadi qui sequuntur præerant rebus importandis & deportandis 2. Chro. 34. 12. & 13. est enim membrum ἀναγραφόδοτον. 12 *In sua fundatione*] id est, dum adhuc existeret: fuerat enim domus eversa tantùm ante sexaginta annos, id est, captivitatis undecimo, 2. Reg. 25. & 2. Chron. 36. & Jechezkel 40. 1. *Hac domo*] id est, ejus fundamento: synecdoche.

CAPUT IV.

Hostes Judæorum frustra astu conati structuram templi Dei impedire: Toparcharum & summi Senatus operâ duos reges Cambysem & Darium Hystaspis contra Judæos inflammantes, obtinent interdictum extruendi templum: quod deinde armis tuentur.

1 AUDIENTES autem hostes Jehudę & Binjaminis: [a] istos
[a] Heb. filios istius deportationis.
deportatos ædificare templum Jehovæ Deo Jisraëlis:

2 Accesserũt ad Zerubbabelem, & ad primores pater-
narum *familiarum*, & [f] dixerunt eis: ædificemus vobiscũ,
nam sicut vos requisituri sumus Deum vestrum: & eidẽ
sacrificamus inde a diebus [f] Esar-Chaddonis regis Assy-
riæ, qui deduxit nos huc.

3 Dixit verò eis Zerubbabel, & Jeschuahh cum reliquis primoribus pa-
[b] Heb. vobis & nobis.
ternarum *familiarum* Jisraëlis: non *est* [b] vestrum nobiscum ędificare domũ
Deo nostro: sed nos *qui* unà *sumus* ædificabim[9] Jehovæ Deo Jisraëlis, sicut
præcepit nobis rex Cyrus rex Persidis.

4 Attamen populus illius regionis debilitabãt manus populi Jehudæi
& turbabant eos ne ædificarent:

5 Præterea mercede conducebant consiliarios contra eos ad dissolven-
[c] Heb. Darjaveschi: sic deinceps.
dum consilium eorum: omnibus diebus Cyri regis Persidis usque ad re-
gnum [c] Darii regis Persidis.

6 Nam

6 Nam in regno [e] Assueri, in principio regni ejus: scripserunt accusationem contra habitatores Jehudæ & Jeruschalaimorum:

7 Ut diebus [] Artaxerxis scripserat [] Bilscham, Mithredates, Tabeel, & reliqui collegæ ejus ad Artaxerxem regem Persidis: cum exemplari decreti [] scripto Syrè, & exposito Syrè.

8 [] Rechum præses consilii & Schimschai legis-peritus scripserunt literas unas contra Jeruschalaima: Artaxerxi regi in eandem sententiam.

9 Tunc Rechum præses consilii & Schimschai legis-peritus, & reliqui e collegio eorum: [] Dinæi, & Aparsatcæi, Tarpelæi, Aparsæi, Arcevæi, Babylonii, Schuschancæi, Dehavæi, Hhelamęi:

10 Et reliquę nationes, quas deduxit [] Osnapar magnus & glorioſus, ac collocavit in urbe Samarię: & reliqua regione transfluviali, & quidē [] eodem tempore.

11 Hoc *est* exemplum literarum quas miserunt ad ipsum ad Artaxerxē regem: servi tui, homines transfluviales, [] tali tempore.

12 Notum sit regi, Jehudęos qui ascenderunt abs te, ad nos venisse Jeruschalaima: urbem ipsam rebellem & malam ędificare, murosq; perficere, ac fundamenta ipsa conjungere.

13 Jam verò notum sit regi: si urbs ista exędificetur, & muri perficiantur: [f] canonem veterem & vectigal non daturos: ita thesauro regum damnum attuleris.

14 Jam propterea quòd ruinę templi [g] sategimus: quia spoliationē regis non cōvenit nobis videre: idcircò mittimus ut notum faciamus regi.

15 (Nam inquirat aliquis in libro commentariorum majorum tuorū: & inventurus es in libro commentariorum, & cogniturus urbem istam urbem fuisse rebellem & damnosam regibus provinciisque, ac conspirationem facere in medio sui inde a diebus seculi: propterea urbem istam devastatam fuisse).

16 Notum facimus regi, si urbs ista exędificabitur, & muri perficiētur: propterea partem in transfluviali regione non amplius fore tuam.

17 Responsum misit rex Rechumo prępsidi consilii, & Schimschaio legis-perito, ac reliquis e collegio eorum qui habitabant in Samaria, & in reliqua regione transfluviali: Pax, & tali tempore.

18 Decretum quod misistis ad nos: explicatè lectum est coram me.

19 Et a me constituto consilio, inquisiverunt & invenerunt urbem istā inde a diebus seculi contra reges sese extulisse: rebellionemq; & conspirationem factam fuisse in ea.

20 Etiā reges potentes prępfuisse Jeruschalaimis, & dominatos fuisse in tota regione transfluviali: quibus canon vetus & vectigal dabatur.

21 Jam constituite consilium ad impediendum viros istos: ut urbs ista non ędificetur, donec a me consilium constitutum fuerit.

22 Et cavete errorem committere hac in re: ne crescat ruina in damnum regum.

[e] *Hebr.* Achaschveroschi: sic ubiq;

[f] *Chal.* demensum vetustatis: sic vers. 20.

[g] *Chal.* quia demolitionem templi demolimur, & nuditatē &c.

23 Tunc ex quo exemplum decreti Artaxerxis regis lectum est coram
i Chal. cum celeritate. Rechumo & Schimschaio legis-perito ac collegio eorũ: profecti sunt ce
leriter Jeruschalaima cõtra Jehudæos, quos impediverunt ″brachio & vi.
24 Tunc impeditum est opus domus Dei qui habitat Jeruschalaimis:
& ″mansit impeditum usq; ad annum secundũ regni ″Darii regis Persidis.

ANNOTATIO.

2 *Dixerunt eis*] hoc consilio ut illis intermixti personas inter se committerent, & ita opus interverterent. *Eidem scripturæ ficamus &c.*] vide 2. Reg. 17. 26. *Esar-Chaddonis*] filii Sancheribi, de quo 2. Reg. 19. 37. 5 *Darii*] Longimani qui quartus fuit à Cyro. nam quod historici Xerxem in regibus Persidis numerant, factũ est quia bella patris Darii in Græcia administravit per annos amplius septem, deinde ab Artabano præfecto cùm se turpiter ex Græcia reciperet, occiso ei Dario sene adhuc superstite. Quamobrem jure a Metasthene omnus est. 6 *Assuerii*] qui & Darius Hystaspis filius & etiam Assuerus Artaxerxes propter ejus antecessorem ab historicis vocatur. hîc autem more scripturæ præposterorum ordine narratio incipit, quia versus proximus a Dario Longimano finitus est, ut ea ratione redeatur eò unde egerat oratio. 7 *Artaxerxis*] id est, Cambysis filii Cyri, qui vivente patre & foris in expeditione agente, ex Persarum usu, regnum administravit. *Bischlam &c.*] Toparchæ regionum trans Euphratem. *Decreti*] id est diplomatis, quod datæ sanciri, & ad se remitti postulabant. *Scripto Syrè, &c.*] id est tam literis, quàm sermone Syro: ut obsignatum eò commodius promulgari posset, Judæis lingua Babylonica (quæ Syra dicebatur) communiter utentib. 8 *Rechum præfect &c.*] id est, summus Senatus transfluvialis, per synecdochen: nam hi duo præsides erant, partim corrupti pecunia, partim autoritate Toparcharum abducti, & odio in Jehudæos inflammati. 9 *Dinæi &c.*] id est, ut geographi nominant, Dennani, Paræataceni, Tapyri, Persæ, Araceni, Babylonii, Susani, Daritæ qui etiam Zapavorteni, & Medorum pars erant. 10 *Osnapar*] qui supr. 2. ℣. Esar-Chaddon vocatur. *Eodem tempore*] id est, quo tempore Toparchæ miserunt decretum, isti literis ad regem missis illud commendarunt. 11 *Tali tempore*] id est die, mense, & anno. N. nam temporis notatio literis præfigebatur, ut mercatores & pragmatici forenses solent. sic infrà ℣. 17. 23 *Brachio &c.*] id est, armata manu ἐνδιαδυς. 24 *Mansit impeditum*] id est, quandiu Cambyses & Darius Hystaspis regnarunt. sup. ℣. 6. 7. & 8. *Darii regis*] Artaxerxis Longimani, qui ex Estera Darii Hystaspis filius erat.

CAPUT V.

Jehudæi de divina voluntate per prophetas moniti, diu intermissum opus resumunt, & officiosis illud impedire conantibus facti sui rationẽ reddunt: Qua audita illi Dariũ regem consulunt.

1 QUO *anno* prophetavit ″Chaggai propheta & Zecarja filius Hhiddonis prophetæ, *mandantes* Jehudæis qui erãt in Jehudæa & Jeruschalaimis: nomine inquam Dei Jisraëlis *mandantes* eis.

2 Tunc surgentes Zerubbabel filius Schealtielis, & Jeschuahh filius Jotzadaki, redorsi sunt ædificare domum Dei qui *habitat* Jeruschalaimis: & cum ipsis prophetæ Dei ″juvantes eos.

3 Eo tempore venit ad eos Tatnai princeps trans flumen, & Schethar-
a Chal. posuit vel dispo suit: sic dein. Boznai cum collegio suo: qui sic dixerunt eis: ″quis[a] contulit vobis jus domum istam ædificandi, & murum hunc perficiendi?

4 Tunc hujusmodi respondimus eis: & quæ essent nomina virorũ qui hoc ædificium ædificarent.

5 Oculus autem Dei eorum aderat reducibus Jehudæis: ita ut non impediverint eos dum causa ad Darium perveniret: cujus tunc retulerunt ″decretum super hac re.

6 Exemplum literarum quas misit Tatnai princeps trans flumen, cum Schethar-Bozenaio & collegio suo, Persici qui erant trans flumen ad Darium regem.

b Chal. in cujus medio. 7 Narrationem miserunt ad eum,[b] in qua sic scriptum erat: Dario regi pax omnis.

8 No-

8 Notum sit regi nos profectos esse in Jehudæam provinciam, ad domum Dei magni quæ ædificatur lapidibus [c] maximis, & [d] ligna apponuntur parietibus: denique opus istud celeriter fit, & prosperatur in manibus eorum.

9 Tunc interrogavimus reduces istos, hujusmodi dicentes eis: quis cõtulit vobis jus domum istam ædificandi, & murum ejus perficiendi?

10 Atq; etiam nomina eorum petivimus ab eis, ut nota faceremus tibi: quò scriberemus nomen virorum qui sunt inter primarios eorum.

11 Qui hujusmodi sermone responderunt nobis, dicendo: nos sumus servi Dei cœli & terræ, & ædificamus domum quę ædificata fuerat antehac inde a multis annis, quã rex Jisraëlis magnus ędificaverat & pfecerat.

12 Sed ex quo provocarunt majores nostri Deum Cœli, tradidit eos in manum Nebucadnetzaris regis Babyloniæ Chaldæi: qui domum hanc destruxit, & populum deportavit in Babyloniam.

13 Verùm anno primo Cyri regis Babylonię, Cyrus rex contulit jus domum Dei istam ædificandi:

14 Insuper etiam instrumenta domus Dei aurea & argentea quæ Nebucadnetzar deprompserat e templo quod *erat* Jeruschalaimis, & abduxerat in templum Babylonicum: deprompsit eadem Cyrus rex e templo Babylonico, traditaq; sunt *cuidam* Scheschbatzari nomine, quem principem constituerat: Sup. 1. 8.

15 Edicens ei: instrumenta hæc suscipe, abiens deduc ea in templum qđ est Jeruschalaimis: domusq; Dei ædificator in loco suo.

16 Tunc Scheschbatzar ille veniens posuit fundamenta domus Dei, qui *habitat* Jeruschalaimis: atque ex eo tempore hucusq; ædificatur, nec dum est absoluta.

17 Nunc itaque si regi bonum videtur, perquiratur in [d] tabulario regis illic quod *est* in Babylonia: num ita sit, quòd a Cyro rege collatum sit jus ædificandi domum Dei istam Jeruschalaimis: deinde voluntatem regis super hoc mittat ad nos.

[c] *Chal.* devolutionis. i. tã tę magnitudinis ut ferri non possint: sed devolvãtur: sic inf. 6. 4.

[d] *Chal.* in loco gazarũ: sic vocant omne repositorium.

ANNOTATIO.

1 *Chaggai &c.*] Chaggai 1. 1. & Zecarjæ 1. 1. 2 *Juvantes eos*] verbo & opere. 3 *Quis contulit &c.*] hoc & sequente versu oratio est anantapodota: nam petitionis duo sunt capita, quorum posterius reticetur: responsionis item duo, quorum reticetur prius: vide infrà ℣. 9. cum duobus sequ. 5 *Decretum*] quod habetur capite sequente. 8 *Ligna apponuntur &c.*] id est, parietes tabulis vestiuntur.

CAPUT VI.

Darius Longimanus Cyri edictum secutus, ministris suis vetat, ne Jehudæos deinceps in structura templi impediant: pecuniam, materiam, sacrificia petentibus sine mora subministrari imperat: & contrà venientibus ultimum supplicium decernit. Quod præstantibus ejus ministris templum absolvitur, & consecratur: restitutisq; in eo sacerdotum ac Levitarum ordinibus, Pascha a toto populo celebratur.

1 TUNC Darius rex constituit [a] legẽ: cùm perquisivissent in [a] chartophylacio, ubi tabulæ repositæ fuerant de [a] Babylonia:

2 Et inventum esset [a] Achmetæ in regia quæ *est* in provincia

[a] *Chal.* in loco scriptorũ.

Mediæ volumen quoddam: in quo sic scriptum erat ″ Memoriale.

3 Anno primo Cyri regis, Cyrus rex constituit legem. domus Dei Jeru schalaimis ″ intus ædificator, ut sit locus ubi sacrificent sacrificia, & funda menta ejus attolluntor: ″ *etiamsi esset* altitudo ejus cubitorum sexaginta, amplitudo ejus cubitorum sexaginta.

4 Ordinibus lapidum maximorum ternis, & ordine lignorum novo rum: & impensæ e domo regia traduntor.

5 Insuper etiam instrumenta domus Dei aurea & argentea, quæ Nebu cadnetzar deprompserat e templo quod *erat* Jerusschalaimis & deduxe rat in Babyloniã: restituunto ut perveniat *unumquodque* in templũ quod *erit* Jerusschalaimis in locum suum, & collocetur in domo Dei.

6 Jam *itaque* Tatnai princeps trans flumen, Schethar-Boznai cum col legio suo, Persici qui estis trans flumen: remoti estote inde.

7 Sinite opus domus Dei illius: princeps Jehudæorum, & reduces Je hudæorum, domum Dei hujus ædificanto in loco suo.

8 Prætereà a me constituitur lex de eo quod facturi estis erga reduces Jehudæorũ illos, in ædificanda domo Dei illius: ut de facultatibus regiis, de canone transfluviali illicò impensa tradatur viris illis: ne ″ impediatur.

9 Etiã quæ opus sunt, ut juvẽci subrumi, & arietes, & agni ad holocau sta pro Deo cœli, triticum, sal, vinum & oleũ, prout edixerint sacerdotes qui *sunt* Jerusschalaimis tradendũ esse sibi [a] quotidie: error ne cõmittitor.

10 Ut offerant res odoris grati Deo cœli: & orent pro vita regis & fi liorum ejus.

11 Prętereà a me constituitur lex: ut quisquis mutaverit rem hanc, amo veatur lignum a domo ejus, quo erecto aboleatur in eo: domusq; ej[us] ster quilinium fiat hanc ob causam.

12 Deus verò cujus nomen habitat illic, deiiciet omnẽ regem & popu lum qui extenderit manum suam ad ″ mutandum, quò destruat domum Dei hujus, q̃ *est* Jerusschalaimis: ego Darius constitui legẽ, illicò efficitor.

13 Tunc Tatnai princeps trans flumen, Schethar-Boznai, & collegiũ eorum: propterea quòd mandaverat Darius rex hujusmodi, illicò effe cerunt.

14 Reduces verò Jehudæorum ædificantes prosperabantur ex prophe tia Chaggai prophetæ, & Zecarjæ filii Hhiddonis: donec ædificantes perfeciissent de sententia Dei Jisraëlis, & de sententia ″ Cyri cum Dario & Artaxerxis regis Persidis.

15 Finita autem domo ista ad diem tertium mensis ″ Adar: cùm esset an nus sextus Darii regis:

16 Celebrarunt Jisraëlitæ, sacerdotes ac Levitæ & reliqui [b] reduces de portationis, dedicationem domus Dei hujus cum gaudio.

17 Obtuleruntq; in dedicatione domus Dei hujus juvencos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos: & hircos e capris in peccata pro toto Jisraële duodecim, pro numero tribuum Jisraëlis.

18 Ubi

[a] *Chal.* die in diem.

[b] *Chal.* filii deportationis: sic ℣. 19

18 Ubi constituissent sacerdotes ex partitione eorum & Levitas ex distributione eorum, in ministerio Dei qui *habitat* Jerusalaimis: secundum præscriptum libri Moschis.

19 Deinde celebrarunt reduces deportationis Pascha: *die* quartodecimo mensis primi. Num. 3. & 4

20 Nam mundaverant se sacerdotes ac Levitæ pariter, omnes mundi erant: ideo jugularunt pascha pro omnibus reducibus deportationis, & pro cognatis suis sacerdotibus, ac pro se ipsis.

21 Quod comederunt Jisraëlitæ qui reduces erant ex deportatione & quisquis separatus ab immunditia gentium regionis adjunxerat se illis: quærendo Jehovam Deum Jisraëlis.

22 Denique celebrarunt festum azymorum septem diebus cum lætitia: quoniã exhilaraverat eos Jehova, & converterat animum regis Assyriæ erga eos: ad confirmandum manus eorum in opere domus Dei, Dei Jisraëlis.

ANNOTATIO.

1 *Legem*] cujus verba habentur infrà ℣. 6. & sequentibus. *Babylonia*].i. regno Babylonico. 2 *Achmetæ*].i. Ecbatanis, ut autores vocant, ubi regia erat Mediæ: fortassis ita dicta, quòd reges æstivam stationem illic haberent, ut hybernam Seleuciæ ad Tigrim: Strabo lib. 11: Est enim Achmeta Chaldaicè, quasi locus æstivus. *Memoriale*] Inscriptio voluminis. 3 *Intus*].i. intra mœnia urbis. *Etiamsi esset*] hanc partem nõ per mandatum: sed per concessionẽ interpretamur: quia certum est ex Chaggai 2. 4. multis nominibus excellentius fuisse Schelomonis ædificium: cùm hoc secundum pauciore hominum numero, & breviore tempore, & avocantibus inimicis ædificatum sit. 8 *Impediatur*] ædificium istud, de quo ℣. 7. 12 *Ad mandatum*] legem meã hanc, ut ℣. 11. 14 *Cyri cum Dario*] vide 2. Chron. 36. 23. in annotatione. *Artaxerxis*] sive Darii Longimani, qui idẽ Artaxerxes communi Regibus Persarum appellatione dicebatur: sic deinceps. 15 *Adar*] qui duodecimus est, & maxima ex parte Februario nostro respondet. 18 *Partitione &c.*] quæ habentur 1. Chron. 24, 25. & 26. 20 *Jugularunt*].i. a populo jugulata, pelle nudarunt: & pro se ac sacerdotibus jugularunt & nudarunt: synecdoche. 21 *Adjunxerat se illis*] ex lege Exodi 12. 48. & Num. 9. 14. 22 *Regis Assyriæ*].i. Darii Medi, qui primus gratiã & autoritatem Jehudæis conciliavit, Danielis 6. nam ex quo Arbactus præfectus Mediæ, sublato Sardanapalo, regnum Assyriorum obtinuit: promiscuè nominatum est regnum Assyriæ ex jure, & Medię ab origine regum: vide Justinum lib. 1. & Diodorum Siculum lib. 3. Nam etiã eodem modo Artaxerxes Rex Persidis nominatur Rex Babyloniæ synecdochicè Nechemjæ 13. 6.

CAPUT VII.

Ehezra Jerusalaima ad Ecclesiam ibi reformandam profecturus, regia autoritate munitur: qua fretus magnum Jisraëlitarum comitatum abducit, & Deo benedicit.

1 DEINDE his rebus gestis, regnãte Artaxerxe rege Persidis: Hhezra filius Seraję, filii Hhazarjæ filii Chilkijæ,
2 Filii Schallumi, filii Tzadoki, filii Achitubi,
3 Filii Amarjæ, filii Hhazarjæ, filii Merajothi,
4 Filii Zerachjæ, filii Hhuzzi, filii Bukki,
5 Filii Abischuhhæ, filii Pinchasi, filii Elhhazaris, filii Aharonis sacerdotis primarii:
6 Hic *inquam* Hhezra ascendit e Babylonia. (erat autem legis peritus promptus in lege Moschis, quã dederat Jehova Deus Jisraëlis): cùm dedisset ei rex, pro ut manus Jehovæ Dei ejus aderat ei, omnẽ petitionẽ ejus.
7 Ascenderuntque ex Jisraëlitis, & e sacerdotibus ac Levitis, tam musicis quàm janitoribus, Netinæisque Jerusalaima: anno septimo Artaxerxis regis.
8 Pervenit verò mense illius quinto: qui annus septimus erat regi.

9 Siquidem primo die mẽsis primi ipse *fuit* [a] autor ascendendi e Babylonia: primo autem die mensis quinti pervenit Jeruschalaima, prout manus Dei ejus optima adfuerat ei.

10 Nam Hhezra comparaverat [b] animum suum ad [c] quærendum legem Jehovæ & ad præstandum eam: & ad docendum Jisraëlem statuta ac judicia.

11 Hoc autem *est* exemplum decreti quod dedit rex Artaxerxes Hhezræ sacerdoti legis perito, perito rerum [c] quas præcipit Jehova, & statutorum ejus in Jisraële.

12 Artaxerxes rex regum: Hhezræ sacerdoti perito legis Dei cœlestis, [d] incolumitatem: & tali [c] tempore.

13 A me constituitur lex, ut quicunq; sponte se obtulerit in regno meo e populo Jisraëlis, sacerdotibusque ejus ac Levitis ad proficiscendum Jeruschalaima tecum, proficiscatur.

14 Quandoquidem a rege & [c] septem consiliariis ejus mitteris ad [c] quæstionem habendam in Jehudæa & Jeruschalaimis: de lege Dei tui, quæ *est* tibi ad manum:

15 Et ad deferendum argentum & aurum: & quod rex & consiliarii ejus sponte offerunt Deo Jisraëlis, cujus Jeruschalaimis *est* habitaculum:

16 Cum toto argento & auro quod inveneris in tota provincia Babyloniæ: cum voluntaria oblatione populi & sacerdotum sponte offerentium pro domo Dei sui, quæ *est* Jeruschalaimis,

17 Ut illicò emas pecunia ista, juvẽcos, arietes, agnos cum munere eorum & libaminibus eorum: & offeras ea in altari domus Dei vestri, quæ *est* Jeruschalaimis.

18 Quod autem tibi & [c] cognatis tuis bonum videbitur reliquo argento & auro facere: pro voluntate Dei vestri facitote.

19 Et instrumenta quæ traduntur tibi ad ministerium domus Dei tui: reddito coram Deo Jeruschalaimis.

20 Reliqua verò necessaria domui Dei tui, quę acciderint tibi tradenda: tradito ex ærario regis.

21 Prætereà a me, me Artaxerxe rege, constituitur lex omnibus quæstoribus qui *estis* trans flumen: ut quicquid postulaverit a vobis Hhezra sacerdos peritus legis Dei cœlestis illicò efficiatur:

22 Usque ad argenti [c] talenta centum, & ad tritici [c] coros centum, & ad vini [c] bathos cẽtum, ac usque ad bathos olei centum: salis verò quantum non potest præscribi.

23 Quicquid est ex sententia Dei Cœli, perficitor diligenter in domo Dei cœli: ut non sit fervens ira contra regnum regis, aut filios ejus.

24 Item notum vobis facimus ullis sacerdotibus aut Levitis, musicis, janitoribus, Netinæis & ministris domus Dei istius: [c] canonem veterem aut vectigal non licere imponere.

25 Tu autẽ Hhezra, pro sapientia Dei tui quæ tibi ad manum *est*, constitue

[a] *Chal.* fundamentum ascensus.

[b] *Chal.* cor: sic deinceps.

[c] *Chal.* præceptorum Jehovæ.

[d] *Chal.* perfectionem.

stitue judices & causarum cognitores, qui causas cognoscant in totò populo qui *est* trans flumen, ex omnibus scientibus legis Dei tui: & qui nescierit eum docetote.

26 Quicunque verò non fecerit legem Dei tui, & legem regis, illicò judicatum fiat de eo: sive morti, sive[c] exilio, sive mulctę facultatum, sive vinculis *adjudicetur*.

27 Benedictus *sit* Jehovà Deus majorum nostrorum: qui indidit rem talem animo regis, ad ornādum domum Jehovæ quæ *est* Jeruschalaimis.

28 Et erga me advertit benignitatem coram rege consiliariisque ejus, ac omnibus principibus regis potentibus: ego itaq; confirmans me, pro ut manus Jehovæ Dei mei aderat mihi, congregavi ex Jisraële primarios qui ascenderent mecum.

[c] *Chal.* eradicationi: nam natale solũ plantario, & exilium exstirpationi cõparatur: vide Levitici 25.47.

ANNOTATIO.

1 *Serajæ*] de quo 2.Reg.25.21.vide 1.Chron.6.3.& sequentibus. 3 *Filii Merajothi*] hîc sex brevitatis causâ omittuntur, de quibus 1.Chron.6. 7 *Septimo*].i.secundo ab ædificato templo: vide sup.6.15. 10 *Quærendum legem*].i.ad cognoscendum de observatione legis & legitima constitutione Ecclesiæ: quam ideò studiosius in libris diebus Chronicorum proposuit ad imitationem. 12 *Tali tempore*] vide sup.4.11. 14 *Septem cõsiliarii*].i.summis Satrapis, qui inde a retecta Magorum fraude septeni regibus Persię adfuerunt, & soli eorum conspectu illorę usi sunt, Ester 1.10.& 14. *Quæstionem habendam*].i.ad cognoscendum utrum ibi res sint divinæ legi conformatæ. 18 *Cognatis tuis*].i.reliquo consilio sacerdotum. 22 *Talenta &c.*] vide Exodi 38.25.& Nechemjæ 11.23. *Coros &c.*] vide 1.Reg.4.21. *Bathos*] 1.Reg.7.26. 24 *Canonem veterem*] sup.4.13.

CAPUT VIII.

Ithezræ comites recensentur: celebrato jejunio, & traditis in manũ sacerdotũ ac Levitarum oblationibus, profectio instituitur & absolvitur: postea Jeruschalaimis res consecratæ in thesaurum reponuntur, & sacrificia offeruntur Deo, regisq; decreta executioni mandantur.

1 Hi autem *sunt* primores paternarum *familiarum* & genus eorum: qui ascenderunt mecum regnante Artaxerxe rege, ex Babylonia.

2 E posteris Pinchasi, Gerschom: e posteris Ithamaris, Danijel: e posteris Davidis, Chattusch.

3 E posteris Schecanjæ, e natis Parhhoschi, Zecarja: qui cum generis recensione per mares centum quinquaginta *erant*.

4 E posteris Pachat-Moabi, Eljehohhenai filius Zerachjæ: & cum eo ducenti mares.

5 E posteris Schecanjæ filii Jachazielis: cum quo trecenti mares.

6 Et e posteris Hhadinis, Hhebed filius Jonathanis: & cum eo quinquaginta mares.

7 Item e posteris Hhelami, Jeschahhja filius Hhathaljæ: & cum eo septuaginta mares.

8 Item e posteris Schephatjæ, Zebadja filius Micaëlis: & cum eo octoginta mares.

9 E posteris Joabi, Hhobadja filius Jechielis: & cum eo ducenti octodecim mares.

10 Item e posteris Schelomiti, filius Josiphjæ: & cum eo centum sexaginta mares.

11 Item e posteris Bebai, Zecarja filius Bebai: & cum eo viginti octo mares.

12 Item e posteris Hhazgadis, Jochanan filius Katanis: & cum eo centum decem mares.

13 Item e posteris Adonikami″ posterioribus, quorum hæc *sunt* nomina, Eliphelet, Jehhiel, & Schemahhja: & cum eis sexaginta mares.

14 Denique e posteris Bigvai, Hhuthai & Zabbud: & cum eis septuaginta mares.

15 Cùm autem congregassem eos ad″ flumen quod alluit Ahavam, & castra haberemus ibi diebus tribus: animum adverti ad populum & ad sacerdotes: at e Levitis neminem inveni ibi.

16 Quapropter amãdavi Elihhezerem, Arielem, Schemahhjam, cum Elnathane, & Jaribo, ac Elnathane, atque Nathane, & Zecarjam ac Meschullamum primores: Jojaribum quoque & Elnathanem doctores:

17 Cùm mãdata dedissem eis, ad Iddonem primarium in″ Casiphja loco, indens ori eorum verba quibus alloquerentur Iddonem, Achivum & Netinæos in Casiphja loco: ut adducerent ad nos ministros pro domo Dei nostri.

18 Qui adduxerunt ad nos, pro ut manus Dei nostri optima aderat nobis, virum intelligentem e posteris Machli, filii Levi, filii Jisraëlis: nempe Scherebjam cum filiis ejus & cognatis ejus octodecim.

19 Item Chaschabjam, & cum eo Jeschahhjam e posteris Merari: cognatos illius & filios eorum viginti.

20 Ex Netinæis autem, quos″ dediderat David ac principes ministerio Levitarũ, Netinæos ducentos viginti: omnes exprimebantur nominib.

21 Tum proclamavi ibi jejunium Ahavæ ad flumẽ: quò affligeremus nos coram Deo nostro: quærentes ab eo viam rectam pro nobis ac parvulis nostris, omnibusque facultatibus nostris.

22 Nam puduerat me petere a rege copias aut equites, ut auxilio essent nobis ab hoste in hoc itinere: quia allocuti fueramus regem, dicendo: manus Dei nostri adest omnibus quærentibus ipsum, in bonum: robur verò & quidem iræ ejus contra omnes derelinquentes eum.

23 Cùm itaque jejunantes quęsivissemus a Deo nostro hanc rem: exoratus est nobis.

24 Tunc disparavi e principibus sacerdotum duodecim: cum″ Scherebja, Chaschabja, & cum eis, ex cognatis eorum decem:

25 Quibus appendi argentum istud & aurum & instrumenta: oblationem domus Dei nostri quam obtulerant rex & consiliarii ejus ac principes ejus, & omnes Jisraëlitæ qui præstò fuerant:

26 Appendi inquam, ad manum eorum argenti talenta sexcenta quinquaginta, & instrumenta argentea centum talentorũ: auri centũ talenta,

27 Item crateres aureos viginti drachmarum millenûm: & instrumenta ex[a]″ orichalco præstante duo, pretiosa ut aurum:

[a] *Hebr.* æris fulgentis.

28 Dixiq;

28 Dixiq́ue ad illos, vos eſtis ſancti Jehovæ, hæc quoque inſtrumenta ſunt ſancta: argentum etiam ac aurum ſunt voluntaria oblatio Jehovæ Deo majorum veſtrorum.

29 [b] Sedulo obſervate donec ea appẽdatis coram principibus ſacerdotum ac Levitarũ, principibusq́; paternarum *familiarum* Jiſraëlis Jeruſchalaimis: in cellis in domo Jehovæ *reponenda*.

[b] *Heb.* ſedũli eſte & obſervate.

30 Ita receperunt ſacerdotes ac Levitæ pondus illud argenti & auri ac inſtrumentorum: deferendum Jeruſchalaima in domum Dei noſtri.

31 Tunc profecti ſumus a flumine Ahavę duodecimo *die* menſis primi ad eundum Jeruſchalaima: & manus Dei noſtri adfuit nobis, qua liberavit nos e manu hoſtis, & inſidiantis in hoc itinere.

32 Denique poſtquam pervenimus Jeruſchalaima: & conſedimus ibi diebus tribus:

33 Die quarto expenſum eſt illud argentum & aurum ac inſtrumenta in domo Dei noſtri, ad manum Meremothi filii Urijæ ſacerdotis, & [c] collegæ ejus Elhhazaris filii Pinchaſi: quibuſcum erat Jozabad filius Jeſchuhhæ & Nohhadja filius Binnui Levitæ.

[c] *Heb.* & cũ eo.

34 Ex numero, ex pondere cuiq́ue *attributo*: [e] inſcriptumq́; eſt totum illud pondus tempore eodem.

35 Qui venerant a captivitate [d] reduces deportationis obtulerũt holocauſta Deo Jiſraëlis, juvencos duodecim [e] pro toto Jiſraële, arietes nonaginta ſex, agnos ſeptuaginta ſeptem, hircos peccati duodecim: hæc omnia in holocauſtum Jehovæ.

[d] *Hebr.* filiũ.

36 Poſteà tradiderunt edicta regis, ſatrapis regiis, & principibus trans flumen: qui [e] ſublevarunt populum & domum Dei.

ANNOTATIO.

3 *Natũ Parhhoſchi*] ad diſcrimen alterius Schecanjæ de quo verſu 5. 13 *Poſterioribus*] eorum reſpectu qui primum cum Zerubbabele profecti ſunt, ſup. 2. 13. 15 *Flumen*] Maarſarem Ptolemæo, ſive Neharſarin. i. fluvium principalem dictum, qui in unum e lacubus Chaldaicis funditur, ubi eſt oppidum Betava. 17 *In Caſiphja*] i. in regione Caſpiorum in finibus Aſſyriæ ſupra Meſopotamiam, conterminorum Armeniæ. Nam etſi hæ regiones procul diſſitæ fuerunt: tamen non dubium eſt, quin brevi ſpatio totum illud iter confecerint, freti diplomate regis, & commoditate Angariarum, ut vocabant Perſę. i. ſtationum, in quibus equi celeres paſſim diſpoſiti erãt juſſu Ciron. 9. 2. 20 *Dediderat David*] cùm Levitas in ordines diſtribueret, 1. Chronic. 25. & 26. vide Jehoſch. 9. 21. & 1. 27 *Orichalco*] i. electri præſtantiſſimo genere, quod Feſtus vocat aurichalcũ. 34 *Inſcriptum*] i. in acta publica relatum, ut publico inſtrumento liberata eſſet illorũ fides. 35 *Pro toto Jiſraële*] ut ſup. 6. 17. 36 *Sublevarunt*] ut ſup. 1. 4.

CAPUT IX.

Ezra de affinitate Jiſraëlitarum cum exteris certior factus, luget, jejunat, & Dei iram ſedulo pro omnibus publicè deprecatur.

1 His autem completis, acceſſerunt ad me principes, dicendo: non ſeparaverunt ſe hic populus, Jiſraëlitæ & ſacerdotes ac Levitæ a populis aliarum regionum: ſecundũ abominationes illorum Cenahhanęorum, Chittæorum, Perizzęorũ, Jebuſęorũ, Hhammonitarũ, Moabitarũ, Ægyptiorũ & Emoręorũ *fecerũt*.

2 Nam aſſumpſerunt de [e] filiabus illorum, ſibi & filiis ſuis, ita ut commiſcuerint ſe [e] ſemen ſanctum cum populis illarũ regionum: etiã manus

ipſorum principum & antiſtitum″ prima fuit in prævaricatione iſta.
3 Itaque audiens rem hanc″ laceravi veſtem meam & pallium meum: & ″ vellens de capillis capitis mei, & barbæ meæ ſedebam deſolatus.
4 Tunc ad me cõgregaverunt ſe quiſquis trepidabat ad verba Dei Iſraëlis, propter prævaricationem[a] deportatæ multitudinis: dum ego ſedebam deſolatus, uſque ad *tempus* muneris veſpertini.
5 *Tempore* autem muneris veſpertini ſurrexi ab afflictione mei, idq; laceratam habens veſtem meam & pallium meũ: & flectens in genua mea, expandi manus meas ad Jehovam Deum meum:
6 ″ Ac dixi: Deus mi, pudet me & erubeſco attollere, Deus mi, faciem meam ad te: ″ nam iniquitates noſtræ creverunt ſupra caput, & reatus noſter magnus eſt in Cœlum uſque.
7 Inde a diebus majorum noſtrorum ſumus in reatu magno uſque in diem hunc: adeò ut propter iniquitates noſtras traditi fuerimus nos, reges noſtri & ſacerdotes noſtri in manum regum iſtarum regionum gladio, captivitati, & prædæ ac pudori vultus, ſicut eſt ″ hodierno die.
8 At nunc cùm ex ″ minimo momento ″ facta eſt gratia a Jehova Deo noſtro, relinquendo nobis reſiduum, & ponendo nobis ″ clavum in loco ſancto ejus: cùm ″ illuſtrans oculos noſtros Deus noſter, dedit nobis reſtitutionem aliquantulam in ſervitute noſtra:
9 Quamvis ſervi ſimus: tamen in ſervitute noſtra non dereliquit nos Deus noſter: ſed ″ advertit erga nos benignitatem coram regibus Perſidis, dando nobis reſtitutionem: ut ″ extollamus domũ Dei noſtri, & reſtituam m[9] vaſtitates ej[9]: deniq; dãdo nobis ″ maceriã in Jehuda & Jeruſchalaimis:
10 Nunc, inquam, quid dicemus, Deus noſter, ″ poſt hoc: cùm derelinquerimus præcepta tua?
11 ″ Quæ præcepiſti per ſervos tuos prophetas, dicẽdo: terra illa quam ingreſſuri eſtis ad hæreditariò poſſidendum eam, terra impura eſt ab immundicie populorum regionum ejus: propter abominationes eorũ, quibus impleverunt eam[b] confertim & paſſim immunditia ſua.
12 Nunc ergo filias veſtras ne traditote filiis illorum, & filias illorũ ne aſſumitote filiis veſtris, nec quæritote pacem illorum & bonum eorum uſque in ſeculum: ut confirmemini & comedatis præſtantiam terræ illius, & hæreditariò poſſidendam tradatis filiis veſtris uſque in ſeculum.
13 Etiam poſt totum id quod evenit nobis propter facta noſtra peſſima & propter reatum noſtrum maximum: quòd tu Deus noſter cohibuiſti ″ infra peccata noſtra: & dediſti nobis reſiduum hujuſmodi:
14 An[c] rurſus irrita faceremus præcepta tua, & quidem affinitatẽ jungentes cum populis[d] abominandis iſtis? an non percellereris ira contra nos, donec conſumeres, ut non eſſet ſuperſtes aut reſiduum?
15 ″ Jehova Deus Jiſraëlis juſtus eſſes: ſed facti ſumus reſidui ſicut eſt hodierno die: ecce ″ coram te ſumus in reatibus noſtris: quãvis non ſit conſiſtendum coram te cum hoc.

ANNO-

[a] *Hebr.* deportationis

Levitici 18. 25. & 27.

[b] *Hebr.* ab ore ad os. i. ab una extremitate ad alteram. Deut. 7. 3. & 23. 6.

[c] *Heb.* revertemur ad irrita faciẽda.

[d] *Heb.* abominationũ

ANNOTATIO.

2 *Filiabus illorum*] manentibus in superstitione gentis suæ, atque ideo alienis a fœdere Dei: nam hæc ex autoritate tum Dei tum Ecclesiæ matrimonia non sunt: vide Deut. 7. 2. *Semen sanctum*].i. vocatum ad sanctitatem, & Dei gratia ab aliis separatum. *Prima fuit*] infrà 10. ℣. 17. & sequentibus. 3 *Laceravi &c.*] lugentium more, Gen. 35. 34. 6 *Ad dixi &c.*] insinuatio, ut in causa turpissima. *Nam iniquitates*] propositionis pars prima: confessio peccati prioris ante captivitatem, & posterioris a tempore liberationis. 7 *Hodierno Die*] in plurima parte nostrum. 8 *Ex minimo momento*].i. a paucis annis: hyperbole ad exaggerationem peccati. *Gratia facta est*] alter locus exaggerationis, a magnitudine beneficii Dei. *Clavum*].i. veluti trabali clavo statum hunc nostrum sancto loco affigendo: sic Jeschah. 22. 23. *Illustrans oculos*] ex gravitate calamitatum defectos: vide 1. Schem. 14. 28. 9 *Advertit benignitatem*] ut suprà 7. 28. *Extollamus domum*].i. collapsam erigamus, & cultum in ea restituamus: Tertius exaggerationis locus. *Dando maceriam*].i. nos circumquaque muniendo: metaphora. 10 *Post hoc*] tantum in nos collatum beneficium. 11 *Quæ præcepisti*] quartus exaggerationis locus a monitis Dei præcedentibus: quòd plus satis præcaverat Deus, ne ignorantiam pro excusatione adferrent. 13 *Infra peccata*].i. mitius affligendo: sic esse voluisti: quam meriti essemus peccatis nostris. 15 *Jehova Deus &c.*] Conclusio, qua justitiam Deo tribuit: sibi & populo reatum, & iram Dei deprecatur ab incepto redemptionis beneficio. *Coram te*].i. exponimus nos tibi, agnoscentes reatum & indignitatem nostram.

CAPUT X.

Hhezra cum adjunctis sibi ex singulis ordinibus, populum Dei a consuetudine alienigenarum repurgat: illis illarumq; liberis a populo Dei ablegatis.

1 CUM autem oraret Hhezra, & confiteretur flens ac se prosternens ante domum Dei: & congregati ad eum ex Jisraële congregatione multa valde: viri mulieresq; & pueri, cum flerẽt populus ille permultò fletu:

2 Locutus Schecanja filius Jechielis e posteris Hhelami, dixit Hhezræ: nos prævaricati sumus in Deũ nostrũ: quòd [a] consociavimus domo uxores alienigenas e populis terræ: sed nunc est [b] quod Jisraël speret hac in re.

3 "Nunc ergo pangamus fœdus cũ Deo nostro," ejiciendo omnes uxores & natos ex eis, ex consilio domini & eorum " qui trepidant ad præceptum Dei nostri: denique secundum legem efficitor.

4 Surge: nam tibi incumbit hæc res, & nos aderimus tibi: confirmare & effice.

5 Itaque surgens Hhezra adjuravit principes sacerdotum, Levitas & totum Jisraëlem, ut facerent secundum rem hanc: qui jurarunt.

6 Posteà surrexit Hhezra ab " anteriore parte domus Dei, " ut abiret in cellam Jehochananis filii Eljaschibi: & abivit illuc: cibum nondum comederat, nec aquam biberat, quia lugebat propter prævaricationem deportatæ multitudinis.

7 Ita [c] promulgarunt per Jehudam & Jeruschalaima, omnibus [d] reducibus deportationis: ut congregarent se Jeruschalaima:

8 Et quisquis non venturus esset intra triduum ex consilio principum ac seniorum, " anathema fore omnes facultates ejus: ipsum verò " separatum iri a congregatione deportatæ multitudinis.

9 Quãobrẽ cõgregati oẽs homines Jehudæ & Binjaminis Jeruschalaima tertio die ipsius " mensis noni, *die* vigesimo mẽsis: cõsidebant tot [e] ille populus " in platea domus Dei, trementes propter hãc rem, & ex pluviis.

10 Tunc surgens Hhezra sacerdos dixit ad eos: vos prævaricati estis quòd cõsociastis domo uxores alienigenas: superaddẽtes reatui Jisraëlis,

a Heb. fecimus ut resideret *domi*: sic deinceps.

b Hebr. est spes Jisraëli super hoc.

c Heb. transmiserũt vocem.

d Heb. filiis deportationis: sic ℣. 16

11 Nunc ergo edite confessionē Jehovæ Deo majorū vestrorū, faciētes
volūtatē ejꝰ: & separate vos a populis istis terrę, & ab uxoribꝰ alienigenis.
12 Cui respondentes tota illa congregatio, dixerunt voce magna: se-
cundum verbum tuum, sic nostrum est facere.

d Hebr. pluviarum.

13 Verùm populus multus *est*, & tempus hoc [d] pluviosum *est*, nec *est* vis
consistendi foris: hoc autem opus nō *est* diei unius neque duorum, quia

e Heb. multiplicavimꝰ deficere.

[e] plurimi defecimus in hac re.
14 Consistant, quæsumus, principes nostri totius hujus congregatio-
nis, & quisquis est in civitatibus nostris qui consociaverit domo uxores
alienigenas, veniet temporibus designatis, & ‖ cum ipsis seniores [f] cujus-

f Heb. civitatis & civitatis.

que civitatis ac judices ejus: usquedum avertamus æstuantem iram Dei
nostri, usquedum hæc res *confecta sit*.
15 ‖ Tantùm Jonathan filius Hhasaëlis, & Jachzeja filius Tikvæ consti-
terunt ad istud: Meschullam verò & Schabbetai Levitę adjuverunt eos.
16 Faciētibus itaq; sic reducibus ex deportatione, separati sunt Hhez-
ra sacerdos, homines primarii paternarum *familiarum* pro familiis pater-
nis suis, & hi omnes nominibus expressi: sederuntque a die primo men-
sis decimi, ad quæstionem habendam ejus rei:
17 ‖ Usque ad diem primum mensis primi: quo perfecerunt cum om-
nibus illis hominibus qui consociaverant domo uxores alienigenas.
18 Deprehensi autem sunt e filiis sacerdotū, qui consociaverant domo
uxores alienigenas: e filiis Jeschuhhæ filii Jotzadaki & cognatis ejus, Ma-
hhaseja, & Elihhezer, & Jarib, & Gedalja:
19 Qui adhibuerunt manum suam ad ejiciendum uxores suas: & rea-
tum confitentes, ‖ arietem ex grege pro reatu suo *obtulerunt*.
20 Item e posteris Immeris, Chanani, & Zebadja.
21 Item e posteris Charimi: Mahhaseja, Elija, & Schemahhja, & Je-
chiel, & Hhuzzija.
22 Item e posteris Paschchuris: Eljohhenai, Mahhaseja, Jischmahhel,
Netaneel, Jozabad, & Elhhasa.
23 Ex ‖ Levitis autem: Jozabad, & Schimhhi, & Kelaja, idem Kelita,
Petachja, Jehuda, & Elihhezer.
24 Item e musicis, Eljaschib: & ex janitoribus: Schallum, & Telem,
& Uri.
25 De Jisraëlitis verò: e posteris Parhhoschi, Ramja, & Jezija, & Mal-
cija, & Mijamin, & Elhhazar, & Malcija, & Benaja.
26 Item e posteris Hhelami: Mattanja, Zecarja, & Jechiel, & Hhabdi,
& Jeremoth, & Elija.
27 Item e posteris Zattu: Eljohhenai, Eljaschib, Mattanja, & Jere-
moth, & Zabad, & Hhaziza.
28 Item e posteris Bebai: Jehochanan, Chananja, Zabbai, Hhathlai.
29 Item e posteris Bani: Meschullam, Malluc, & Hhadaja, Jaschub,
Scheal, & Ramoth.

30 Item

30 Item e posteris Pachat-Moabi, *ex* Hhadna & Celale: Benaja, Mahhaseja, Mattanja, Betzaleel, & Binnui, ac Menasche.
31 Item e posteris Charimi: Elihhezer, Jischija, Malcija, Schemahhja, Schimhhon:
32 Binjamin, Malluc, Schemarja.
33 E posteris Chaschumi: Mattenai, Mattatta, Zebad, Eliphelet, Jeremai, Menasche, Schimhhi.
34 E posteris Bani: Mahhadai, Hhamram, & Uël:
35 Benaja, Bedeja, Celuhu:
36 Vanja, Meremoth, Eljaschib:
37 Mattanja, Mattenai, & Jahhasau:
38 Et Bani, & Binnui, Schimhhi:
39 Et Schelemja, & Nathan, & Hhadaja:
40 Mabnadbai, Schaschai, Scharai:
41 Hhazareel, & Schelemja, Schemarja:
42 Schallum, Amarja, Joseph:
43 E Nebuntinis: Jehhiel, Mattitja, Zabad, Zebina, Jaddau, & Joël, Benaja.
44 Omnes isti duxerant uxores alienigenas: [f] & erāt *quibusdam* ex istis uxores unde [g] susceperant liberos.

[f] *Hebr.* Et.

[g] *Hebr.* posuerant.

ANNOTATIO.

3 *Nunc ergo*] remedium proponit, spei de qua dixerat: rationem ostendens: nimirum ut fœdus cum Deo, alienigenarum consortio abruptum redintegretur. *Ejiciendo*] .i. postquam ejecerimus mulieres & partus, quorum consortio (quia lege impuri sunt) fœdantur viri, & ipsa Ecclesia fœdaretur, si eos toleraret. *Qui trepidant*] .i. qui in eâ parte hac in re ipsi vixerunt, & in familia sua non tolerarunt. 6 *Interiore parte &c.*] .i. a loco atrii populi. *Ut abiret*] ubi consilium hac de re haberetur: cujus executio sequentibus versibus describitur. 8 *Separatum*] .i. excommunicatum. *Anathema*] vide Levitici 27.28. 9 *Mensis noni*] ratione anni legalis, de quo vide annotata Exodi 12. Est autem is quem vocant Cisleu, respondens ex parte nostro Novembri. *In platea*] .i. in loco atrii nondum cincto muris, ut apparet ex Nechemjæ, 2.8. 14 *Cum ipsis seniores &c.*] .i. quos magistratus cujusque loci Jerusalem ad consilium illud maximum sistent: testificantes se cives suos lustrasse, eosque quos adduxerint reos deprehendisse. 15 *Tantùm Jonathan*] ex sacerdotibus: quod ex antithesi sequētis membri colligitur: causam vide sup. ℣.3: quam ob rem ne summus quidem sacerdos huic consilio interfuit: vide infra ℣.18. 17 *Usque ad diem &c.*] ὑς ἑρωσιν verborum mutavimus ad perspicuitatem: cujusmodi est 1. Schem. 20.16. & 2. Chron. 22.2. 19 *Arietem ex grege*] quod per analogiam de singulis sequentibus accipiendum est: simile vide Gen. 49.16. 23 *Ex Levitis*] qui sacerdotibus ministrabant, ut ex antithesi sequētium colligitur: cujusmodi fuit supra ℣.15. 44 *Et erant*] quasi dicat, illas sive solæ essent, sive cum liberis abdicarunt.

NECHEMIAE
LIBER UNUS.

LIBER *Nechemiæ instaurationem Jeruschalaimorum, correctionemq; reducis populi & labentis cultus Dei describit. Estq; historia quasi septuaginta annorum a vigesimo anno Longimani usque ad regnum Darii ultimi.*

A vigesimo Longimani ad finem usque	Anni		18
Darii Nothi			18
Artaxerxis Mnemonis			10
Darii Ochi			22
Arsenis			3

Cui successit Darius ultimus. Annum enim Nothi decimumnonum, successori ejus communem fuisse ratio temporis ostendit: & sic deinceps usque ad Darium ultimum.

CAPUT I.

Nechemja accepto nuntio de adversis rebus in Jehudæa luget: & adhibito jejunio Deum orat: ut populo ignoscat, & suis consiliis faveat.

1 VERBA Nechemjæ filii Chacaljæ: "Fuit autem
mense Cislevo anno" vigesimo, cũ essem "Schu-
schane in regia:
2 Ut veniente Chanani uno e cognatis meis,
ipso cum viris quibusdam e Jehudæa: interro-
garem eos de Jehudęis, de residuo illorũ qui re-
licti fuerãt ex captivitate, & de Jeruschalaimis.
3 Qui dixerunt mihi: reliqui illorum qui re-
licti fuerant ex captivitate ibi in ea provincia,
in malo magno & in opprobrio sunt: & murus Jeruschalaimorum diruptus, & portæ eorum" manent succensæ igne.
4 Fuit verò cùm audirem verba ista, ut sedens flerem ac lugerẽ *aliquot* dies: quibus jejunavi & oravi coram Deo Cœli:
5 Ac dixi: "obsecro, Jehova Deus Cœli, Deus fortissime, maxime, & summè reverende: observans fœdus & benignitatem diligentibus se, & observantibus præcepta sua:
6 "Sit, quæso, auris tua intenta, & oculi tui aperti ad auscultandum orationi servi tui qua oro corã te hoc tempore interdiu ac noctu, pro Jisraëlitis servis tuis: & confiteor peccata Jisraëlitarum, quibus peccavimus tibi: ego quoque & familia patris mei peccavimus.
7 Corruptione corrupimus tibi: ac non observavimus præcepta, statutaque

tutaque ac judicia illa quæ præcepisti per Moschen servum tuum.
8 "Recordare, queso, verbi quod præcepisti Moschi servo tuo, ut dicere: vos prævaricaturi estis: ego dispergam vos in populos. Deut.30.4.
9 Cùm autem cõversi ad me observabitis præcepta mea, & facietis ea: si fuerint depulsi ex vobis ad extremitatem Cœli, inde colligam eos, & reducam eos in locum quem elegi ad collocandum nomen meum ibi.
10 At hi *sunt* servi tui & populus tuus: quem redemisti virtute tua maxima, & manu tua validissima.
11 "Obsecro domine, sit jam auris tua intenta in orationem servi tui, & in orationem servorum tuorum, qui student revereri nomẽ tuum: & secunda, quæso, servum tuum hodie, dans ei misericordiã *consequi* coram viro isto: ego enim eram pincerna regi.

ANNOTATIO.

1 *Fuit autem*] ita incipit Nechemja librum suum, quia eum Hhezræ conjungit. *Cisleu*] qui plurimùm respondet Novembri, suprà Hhezræ 10.9. Erat autem Chaldæorum annorum ratione mensis tertius, quam rationẽ hîc Nechemja sequitur. *Vigesimo*] Darii Artaxerxis Longimani, ut ostenditur infrà 2.1. *Schuschane*] Susis Susiana metropoli quam a Dario Hystaspis ædificatam fuisse historici scribunt. Plin. lib. 6.c.27. natural. hist. 3 *Mater &c.*] ut cùm ruina illata est a Nebucadnetzare, 2. Chron. 36. 19. 5 *Obsecro Jehova*] Exordium a natura & Deprecatio. 6 *Sit quæso*] Propositio: cujus partes sunt confessio peccati, & deprecatio. 8 *Recordare &c.*] Beneficiis, ℣. 10. 11 *Obsecro*] Conclusio petitoria, ut Ecclesiæ precibus & suo instituto faveat. *Viro isto*] Artaxerxe rege.

CAPUT II.

Nechemja a rege obtinet dimissionem in Jehudæam, & facultatem urbis instaurandæ. Quatuor literis & comitatu instructus Jeruschalaima venit, opus aggreditur, & vicinis contrà nitentibus respondet.

1 FUIT verò mense "Nisane, anno vigesimo Artaxerxis regis cùm *afferendum esset* vinum in conspectum ejus: " ut
2 afferens vinum porrigerem regi, & non essem [a] ingratus in conspectu ejus.

Quapropter dixit mihi rex, quare vultus tuus afflictus est cùm non sis ęgrotus? non est hæc nisi afflictio [b] animi: " nam timebam quamplurimùm.
3 Itaque dixi regi, rex in seculum vivat: quare non esset afflictus vultus meus, cùm " civitas ipsa, locus sepulchrorum majorum meorum vastata, & portæ ejus maneant consumptæ igne?
4 Tum dicente mihi rege: quid illud *est* super quo requiris? " Oravi Deum Cœli.
5 Et dixi regi: si regi bonum videtur, & si gratus *est* servus tuus coram te: ut mittas me in Jehudęam, in civitatem sepulchrorum majorum meorum & ædificem eam.
6 Dixit verò mihi rex, & conjux assidens ei: quousque esset *duratura* profectio tua, & quando revertereris? itaque bonũ visum est coram rege ut dimitteret me, cùm exposuissem ei " tempus.
7 Deinde dixi regi: si regi bonum videtur, literas " tradant mihi ad principes trans flumen: ut transmittant me usquedum venero in Jehudęam.
8 Literas quoque ad Asaphum custodẽ [c] saltus qui *est* regi, ut det mihi

a *Heb.* malus: sic deinceps.

b *Hebr.* cordis.

c *Heb.* Paradisi: sic vocant regionem a Libano ad Antilibanũ propter ejus amœnitatẽ, in cujus summa extremitate fuit oppidũ nomine Paradisi, de quo Ptolemęus, & Plinius.

ligna ad contignandum portas ″castri adjuncti ædi, & ad murum civitatis, & ad ″domum quam ingressurus sum: quas dedit mihi rex: pro ut manus Dei mei optima aderat mihi.

9 Veni itaque ad principes trans flumen, & tradidi eis literas regis: miserat autem rex mecum præfectos copiarum & equites.

10 Quod cùm audiret Sanballat ″Choronites & Tobija ″servus Hham monites, displicuit eis [d] maximè: advenisse hominẽ ad procurandum bonum Jisraëlitis.

d Heb. malũ visum est illis malũ magnum.

11 Denique perveni Jeruschalaima: ubi cùm fuissem diebus tribus:

12 Surrexi noctu, ego & homines pauci mecum: neque indicavi cuiquam quid Deus meus inderet animo meo faciendum Jeruschalaimis: & jumentum non erat mecum præter jumentum illud cui insidebam.

13 Et egressus sum per ″portam vallis noctu, ″tum versus ″fontem [e] serpentis, tum ad ″portam sterquiliniorum: ubi effringebam de muris Jeruschalaimorum qui fuerant perrupti, & portæ eorum absumptæ igne.

e Hebr. draconis: vide Exodi 7.12

14 Inde transivi ad ″portam fontis, & ad ″piscinam regis: sed non erat ″locus jumento quod suberat mihi ut transiret.

15 Quam ob rem ascendi secundum torrẽtem noctu, cùm effregissem de muro: & revertens veni ad portam vallis, ita reversus sum.

16 Antistites verò nesciebant quò irem aut quid facerem: nam Jehudæis aut sacerdotib⁹, aut clarissimis aut antistitibus aut reliquis curatoribus operis adhuc non indicaveram.

17 Dixi itaque ad eos: videtis malum in quo versamur, Jeruschalaima vastata esse, & portas eorum succensas igne: agite ædificemus murum Jeruschalaimorum: ut non simus amplius opprobrio.

18 Et ubi indicavi eis manum Dei mei quę *est* optima, ad fuisse mihi, & etiam verba regis quæ dixerat mihi: dixerunt, surgamus & ædificemus: confirmaruntque manus suas ad hoc bonum.

19 Audiens verò Sanballat Choronites, & Tobija servus Hhammonites & Geschem ″Arabs, subsannabant nos & spernebant nos: dicentes, quæ *est* res ista quam facitis? an contra regem rebellatis?

20 Quibus respondi ″rẽ, ac dixi: Deus cœli secundabit nos, & nos servi ejus surgentes ædificabimus: vobis verò non est ″pars: aut jus: aut mentum Jeruschalaimis.

ANNOTATIO.

1 *Nisane*].i. septimo ex ratione Chaldæorũ: qui primus erat hhebræis, apud quos dicitur Abib, Exodi 12. *Assurens ʃinum*] quia vices ministrandi regi ad ipsum redierãt ex aulicorũ usu: alioquin si prius data fuisset opportunitas, prius fuisset petiturus. 2 *Nam timebam*].i. partim meorũ studio sollicitabar: partim magnitudine regis & postulati deterrebar. 3 *Civitas ipsa*].i. Jeruschalaima, utitur autẽ ista periphrasi ad excusandũ studiũ suum, & prohoc a rege demãdabitur. 8 *Castri*].i. atrii, quod domũ Dei ita cingebat, ut castellũ circundatur castro: sermone accõmodat ad prophani regis captũ. *Domum*].i. prætorianam. 10 *Choronites*] Toparcha Moabitarum a Choronajimis ejus regionis præcipuo loco denominatus, de quo Jeschahhjæ 15.5. & Jirmejæ 48.3,5. & 34. ℣. *Servus*].i. Toparcha Hhammonitarũ, beneficiarius, quẽ vulgo Vassallũ vocant, regis Persidis, quod etiã ἀπὸ κοινοῦ de Sanballato est intelligendũ. 13 *Portam ʃ vallis*].i. per locum in quo porta vallis antè à fuerat, & postea ipsius opera redintegrata est. Dicitur autẽ porta vallis, ℘ in valle ad radicẽ montis esset, ubi superior urbs cũ inferiore conjungebatur: vide infrà 3.13. *Tum ʃ versus*] prolepsis, quæ explicatur duobus versib. sequentibus. *Fontem serpentis*].i. Jon tem Schiloachi: quẽ ita vocarunt Jehudæi a lento & serpente fluxu: vide Jeschahhjæ 8.6. *Portam sterquiliniorum*] quæ fere terminum urbis angularem efficiebat ab oriente: nam per eam sordes urbis in Kidronem efferebantur, ut quàm remotissimæ essent a templo. *Effringebam*].i. parietinas explorabam. 14 *Portam fontis*] qua ibatur ad fontem

ad fontem Schiloachi,& Rogelis in civitate Davidis. *Piſcinam regis*] quam cap. 3.15. vocat piſcinam Schelachi,quam Schiloachi rivus efficiebat. *Non erat locus*] id eſt vadũ,in Kidronis torrentis ex oppido effluentis alveo. 19 *Arabs*] Toparcha Arabiæ,ut ſup. ℣.10. 20 *Rem*] id eſt,rem ſicut geſtæ erat a me apud regem explicavi. *Non eſt pars*] id eſt, neque poſſeſſio,neque jus,aut aliquod veſtigium ſive ſpecies,& prætextus juris.

CAPUT III.

Structuræ communes triplicis civitatis Jeruſchalaimorum: deinde ſingulares, aliæ ad regiã, aliæ ad Levitarum ſedem pertinentes,deſcribuntur.

1 SURGENS enim Eljaſchib ſacerdos ſummus,& cognati ejus ſacerdotes,ædificarunt a″ porta gregis(quã ipſi″ ſanctificaverunt,& ſtatuerunt valvas ejus,inde uſq; ad″ turrim centenariam ſanctificaverunt eam)uſque ad″ turrim Chananeelis.

2 Et ad latus ejus ædificarunt Jerechuntini: & ad alterum latus ejus ædificavit Zaccur filius Imri.

3 ″Portam autem piſcium ædificarunt Senaani: ipſi contignaverunt eam,& ſtatuerunt valvas ejus,ſeras ejus,& vectes ejus.

4 Ad quorum latus inſtauravit Meremoth filius Urię filii Kotzi,& ad horum latus inſtauravit Meſchullam filius Berecjæ filii Meſchezabeelis: & ad horum latus inſtauravit Tzadok filius Bahhanæ.

5 Et ad latus horum inſtaurarunt Tekohhæi: ſed magnifici eorum nõ ſubmiſerunt collum ſuum ad opus″ domini ipſorum.

6 ″Portam autem veterem inſtaurarũt Jojadahh filius Paſeachi,& Meſchullam filius Beſodeję: ipſi contignaverunt eam,& ſtatuerunt valvas ejus,& ſeras ejus,ac vectes ejus.

7 Et ad latus horum inſtauravit Melatja Gibhhonita,& Jadon Meronothanus,Gibhhonitæ,& Mitzpani: uſq; ad″ ſoliũ principis″ cis flumen.

8 Ad cujus latus inſtauravit Hhuzziel filiꝰ Charchajæ″ *cum* aurifabris, & ad latus ejus inſtauravit Chananja filius *unius* e pigmentariis: ″relique runt autem Jeruſchalaima,quaqua verſum murus latus *erat*.

9 Poſteà ad latus horum inſtauravit Rephaja filius Churis, præfectus ″dimidio tractui Jeruſchalaimorum.

10 Et ad latus horum inſtauravit Jedaja filius Charumaphi,atque e regione domꝰ ſuę: ad cujꝰ latus inſtauravit Chattuſch filius Chaſchabneję.

11 ″Menſura altera inſtauravit Malcija filius Charimi, & Chaſchub filius Pachat-Moabi: unà cum″ turri furnorum.

12 Et ad hujus latus inſtauravit Schallum filius Locheſchi″ præfectus dimidio tractui Jeruſchalaimorum: ipſe & filiæ ejus.

13 ″Portam vallis inſtauravit Channun cum habitatoribus Zanoachi: ipſi ædificaverunt eam,ſtatueruntq; valvas ejus,ſeras ejus, & vectes ejus: ac mille cubitos in muro uſq; ad″ portam ſterquiliniorum.

14 Portãverò ſterquiliniorũ inſtauravit Malcija filiꝰ Rechabi pfectꝰ tractui Beth-Ceremi: ipſe ędificavit eã,ſtatuitq; valvas ejꝰ,ſeras ejꝰ,& vectes ejus.

15 Itẽ″ portã fontis inſtauravit Schallũ filius Col-Chozę prędectus tractui ″Mitzpę: ipſe ędificavit eã & cõtexit eã,ſtatuitq; valvas ejꝰ,ſeras ejus & vectes ejꝰ: murũ quoq; piſcinę″ Schelachi inde ab horto regis uſq;″ ad gradus deſcendentes e civitate Davidis.

16 Post eum instauravit Nechemja filius Hhazbuki præfectus dimidio tractui Beth-tzuris: usque ex adverso sepulchrorum ″ Davidis, & usq; ad piscinam ″ factam, & ad ″ locum potentiorum usque.

17 Post eum instauraverunt ″ Levitæ, Rechum filius Bani: ad cujus latus instauravit Chaschabja præfectus dimidio tractui Kehhilæ cum ″ tractu suo.

18 Post eum instaurarunt cognati eorũ, Bavvai filius Chenadadi, præfectus dimidio tractui Kehhilæ.

19 Instauravit verò ad latus ejus Hhezer filius Jeschuhhæ præfectus Mitzpæ mensuram alteram: e regione ascensus ad ″ armamentarium Miktzohhum.

a *Heb.* accendit se, instauravit.

20 Post eum [a] flagrante animo instauravit Baruc filius Zabbai mensuram alteram: inde a Miktzohho usque ad portam domus Eljaschibi sacerdotis summi.

21 Post eum instauravit Meremoth filius Urijæ filii Kotzi mensuram alteram: inde a porta domus Eljaschibi usq; ad finem domus Eljaschibi.

22 Post hunc instauraverunt sacerdotes ″ viri planitiei.

23 Post hoc instauravit Binjamin & Chaschub e regione domus suæ: post quem instauravit Hhazarja filius Mahhasejæ, filii Hhananjæ juxta domum suam.

24 Post hunc instauravit Binnui filius Cenadadi mensuram alteram: inde a domo Hhazarjæ usq; ad Miktzohhum & ″ angulum usque.

25 Palal filius Uzai *instauravit* e regione Miktzohhi & turris prominẽtis, a domo regis superiore quæ adjacet ″ atrio custodiæ: post hunc Pedaja filius Parhhoschi.

26 Netinæi autem qui habitabant in ″ clivo: instaurarunt usq; ex adverso ″ portæ aquarum ad orientem & turris prominentis.

27 Post hoc instaurarunt Tekohhani mensuram alteram, ex adverso turris magnæ prominentis usq; ad murum clivi.

28 Supra ″ portam equorum instaurarunt sacerdotes, quisque e regione domus suæ.

29 Post illud instauravit Tzadok filius Immeris e regione domus suæ: post quẽ instauravit Schemahhja filius Schecanję custos ″ portę orietalis.

30 Post quem instauravit Chananja filius Schelemję, & Chanun filius Tzalaphi sextus mensuram alteram: post eum instauravit Meschullam filius Berecję e-regione cubiculi sui.

31 Post eum instauravit Malcija filius alicujus aurifabri usq; ad locum Netinæorum & aromatariorum, e regione ″ portę mandati, usque ad ascensum ″ anguli.

32 Inter ascensum autem anguli & portam gregis, instaurarunt aurifabri & aromatarii.

ANNOTATIO.

1 *Porta gregis*] hæc porta ad meridiem urbis erat, in ea vallis parte quæ frontem civitatis Davidis & templi spectabat. ita autem vocata fuisse videtur hebræis & græcis προβατικὴ: quia in ea parte erat forum pecuarium ad commoditatem sacrificantium.

Israelitum, & piscina illa quinque porticubus constans nomine Beth-Chesda, de qua Johan. 5. 2. Confer cũ versũ 32. & infrà 12.39. *Sanctificaverunt*] id est, precibus Deo commendarunt, & spacium ab ea usque ad turrim centenariam rebus ad templi pertinentibus consecrarunt: quam ob rem in ambitu erant aurifabri & aromatarii, infrà ℣. 32: in platea verò piscinarium & piscina: quam verisimile est, inde ab hoc tempore, in signum approbatæ hujus instaurationis fuisse ortam illo miraculo, de quo Johan. 5. 4. *Turrim centenariam*] sitam inter portam gregis & turrim Chananeelis: quæ sic dicta est, quòd centenis cubitis ab utroque loco distaret. *Turrim Chananeelis*] qua a porta gregis itur occidentem versus: de hac Jirmejæ 31. 38. Nam Nechemja a porta gregis incipiens ad occidentem progreditur inde usque ad turrim hanc: & sic deinceps usque ad ver. 13. totum urbis ambitum describit, donec in eandem portã recidat. 3 *Portam piscium*] in civitate Davidis ad occasũm sita est: sic dicta, quòd mare spectabat, & pisces a mari per eam afferebantur: de qua vide 1. Chro. 33. 15. Tzephanjæ 1. 10. & infrà 12. 39. 5 *Domini ipsorum*] id est, Dei, ex cujus beneficio & mandato susceptæ erat instauratio. ita notat eos ingrati animi: ut Debora Merozitas, Judicum 5. 23: & Hhezra posteros Schelæ, 1. Chro. 4. 22. 6 *Veterem*] quia muri prioris fuerat: ut refert Josephus lib. 6. de bello Judaico, cap. 6, a qua initium habet Laurus: civitatem Davidis ab altera Jeruschalaimorum parte dividens. 7 *Solium principis*] id est prætorium, synecdoche de quo suprà 2. 8. *Cis flumen*] id est, Judææ quæ est cis Euphratem. 8 *Cum aurifabris &c.*] in hac quoque parte septentrionali ex adverso portæ gregis erat aurificum & pigmentariorum vicus: ad commoditatem eorum, qui per hanc regionem urbis templum adibant. *Reliquerunt &c.*] id est, non fuerunt solliciti de instaurando muro mediano, qui ab hac parte, quæ supra portam Ephrajimi erat, usque ad portam veterem protendebatur: ut superiora & inferiora Jeruschalaima, civitatemque Davidis inter se divideret: de partibus urbis vide Judicum 1. 8. 9 *Præfectus dimidio tractus*] id est, dimidiæ urbis parti, quæ ad tribum Jehudæ pertinebat. 11 *Mensura altera*] id est, tanta quanta instaura verat Chattusch: de qua vide 3. 11. 12 *Præfectus dimidii tractus*] id est, pro Binjaminitis: illorum enim erat septentrionalis tractus urbis. 13 *Portam vallis*] de qua suprà 2. 13: nam hîc rursum Nechemja a parte orientali ad meridianam transilit: quia reliquus murus ab oriente ad septentrionem non ita latus fuerat. *Portam sterquilinium*] extremum terminum Jeruschalaimorum ab oriente: vide sup. 2. 13. & infrà 3. 13. 15 *Portam fontis*] de qua sup. 2. 14: hîc autem incipit Nechemja de singularibus illis operibus agere, quę vel ad regiam, vel ad domum Dei pertinebant. *Mitzpe*] in Binjamine: vide Judicum 20. 1. *Schelachi*] id est Schiloachi, de qua Joh. 9. 7. *Ad gradus*] quibus descendebatur ad altera Jeruschalaima, Nechem. 12. 36. 16 *Davidis*] id est, quę ad familiam filia curavit David. *Factam*] a rege Chizkija: vide 2. Reg. 18. 17. & 20. 20. *Locum potentiorum*] ubi prę-sidiarii civitatis Davidis stationem habebant. 17 *Levitæ*] id est genus Leviticum, quod etiam sacerdotes complectitur: de quo apparet ex seq. *Tractu suo*] id est, hominibus tractus sui: metonymia. 19 *Armamentarium*] turrim sive munitionem in editissimo loco civitatis Davidis: a prærupto situ suo, appellatam Miktzoahh. 2. Chro. 26. 9. 22 *Viri planitiei*] de quibus infrà 12. 28. 24 *Angulum usque*] id est, alteram turrim quæ angulum efficiebat civitatis Davidis. 25 *Atrium custodiæ*] de quo Jirmejæ 32. 2. & seq. 26 *Clivo*] de quo 2. Chro. 27. 3. *Portæ aquarum*] sitæ ad orientem in atrio Davidis versus ingressum templi, de qua infrà 8. 2. & 12. 36. 28 *Portam equorum*] portam Aquilonarem civitatis Davidis, quà ibatur ad portam Ephrajimi: vide 2. Reg. 11. 16. 29 *Portæ orientalis*] id est templi, spectantis ad orientem. 31 *Portæ mandati*] Videtur ita dicta, quòd ibi synedrium haberetur: & de Ecclesiæ legibus ibi responderetur consulentibus. *Anguli*] de quo suprà ℣. 24.

Caput IV.

Jehudæorum hostes cæptam urbis instaurationem primùm ludificantur: deinde cùm succedere eam intelligunt, conspirant: Nechemja verò conspiratione audita Deum precatur, & disciplinam militarẽ instituit: ita divinitus hostiũ conatus irriti fiũt, & instaurationis opus procedit.

1 Sanballat autem, cùm audivisset nos ædificare murum istum: ut accensus ira indignaretur plurimũ: & subsannaret Jehudæos.

2 "Dicebat enim coram cognatis suis & copiis Samarię: dicebat, inquã: quid isti Jehudæi languidi facturi essent? "an sinerẽt eos? "an sacrificaturi essent? an absolverẽt hoc tẽpore? an[a] redivivos statuerẽt lapides, e ruderib⁹, postquam exusti sunt?

3 Tobija verò Hhammonita assistens ei: "dixit: etiam ut ædificent, si ascendat vulpes, utiq; perrumpet murum lapideum eorum.

4 "Audi, ô Deus noster, nos esse contemptui, & converte probrum eorum in caput eorum: & expone eos prædæ in terra captivitatis:

5 Neq; obtegas iniquitatem eorum, & peccatum eorum a facie tua ne deleatur: quia" irritaverunt te respectu ædificantium.

6 Ita ædificavimus murum istum, adeò ut[b] cõstructus fuerit totus murus usq; ad dimidium ipsius: nam populo erat[c] animus ad agendum.

7 Fuit verò cùm audiret Sanballat, & Tobija, Arabesq;, & Hhammonitæ, atque Aschdodæi[d] assurrexisse ad justam constitutionem muros Jeruschalaimorũ, & cœpisse loca perrupta occludi: accẽsa est *ira* eorũ valde.

a Heb. vivificaturi essent lapides ex acervis pulveris, &c. vide Gen. 18. 10.

b Heb. colligatus fuerit. *c Hebr.* cor.

d Heb. ascendisse sanitatẽ muris: sic 2. Chro. 24. 13.

8 Quare conſpiraverunt omnes ſimul,ut venientes oppugnarent Jeruſchalaima:aut facerent ei [e] impedimentum.

9 (Quapropter oravimus Deum noſtrum:& conſtituimus cuſtodiam adverſus eos interdiu & noctu metu eorum.

10 Dicebant enim Jehudæi,[m] debilitata eſt vis bajulorũ,& pulveris multum ſupereſt:nos autem [n] non prævalituri eſſemus ædificando murum).

11 Et dixerant hoſtes noſtri,ne animadvertant,neq; videant donec pervadentes medium eorum interficiamus eos: aut [f] ceſſationem afferamus iſti operi.

12 Fuit verò cum adveniſſent Jehudæi habitantes apud illos: & dixiſſent nobis decies,[o] *cavete vobis* ab omnibus locis per quæ redire poteſtis ad nos:

13 Ut conſtituerem ab imis partibus cujuſq; loci *aliquos* a poſterioribus partibus muri,in locis arduis:conſtitui etiam populum per familias cum gladiis ſuis,ſpiculis ſuis,& arcubus ſuis.

14 Cumq; luſtraſſem ſurgens, dixi ad clariſſimos & ad antiſtites & ad reſiduum populi: ne timetote ab [g] iſtis: dominũ maximum & ſummè reverendum recordamini,& pugnatote pro fratribus veſtris,filiis veſtris & filiabus veſtris,uxoribus veſtris,& domibus veſtris.

15 Deinde fuit cùm audiviſſent inimici noſtri innotuiſſe nobis, & irritum feciſſet Deus conſilium eorum: ut reverteremur omnes ad murum,quiſque ad opus ſuum.

16 Erat tamen inde ab eo die pars [p] puerorum meorum agens in opere, pars verò eorum tenẽs cum ſpiculis ſcuta & arcus & loricas: principes autem [q] ſequebantur quamque familiam Jehudæorum.

17 Eorum qui ædificabant murum, & qui ferebant onus *cum* onerantibus:una manu ſua *quiſque* agebat in opere:altera tenente miſſile.

18 Structores autẽ iſti,quiſq; gladio ſuo accincti erant ad lumbos ſuos, cùm ædificarent:tubicen verò erat apud me:

19 Dixi enim clariſſimis & antiſtitibus reſiduoq; populi,opus hoc multum & amplum *eſt*:ideoque nos diſparati in muro,longinqui ſumus [h] alter ab altero.

20 In locum ubi audietis ſonum tubæ,illuc congregamini ad nos:Deus noſter pugnaturus eſt pro nobis.

21 Sic faciebamus opus:quorum pars tenebant ſpicula ab aſcenſu auroræ,uſque ad [i] exortum ſtellarum.

22 Etiam tempore illo edixi populo: quiſque cum puero ſuo pernoctanto intra Jeruſchalaima: ut ſint nobis noctu ad cuſtodiam, & interdiu ad opus.

23 Ne ego quidem & cognati mei & pueri mei,deniq; [k] cuſtodes quiſquuntur me exuturi ſumus veſtes noſtras:[r] cuiq; gladius ſuus & aqua *eſto*.

e Heb. aberrationem.

f Heb. faciam⁹ ut ceſſet iſtud opus.

g Heb. a facie iſtorum.

h Hebr. vir a fratre ſuo.

i Heb. exitũ.

k Heb. viri cuſtodiæ.

ANNOTATIO.

2 *Dicebat enim*] hæc indignantis ſunt verba, quaſi coram milite arma conclamaret. *An ſinerent eos*] id eſt, an noſtri homines

hostes eos amplius ferrent? *An sacrificaturi essent &c.*] id est, an per nos licere ipsis operã dare sacrificiis suis, & mu. nitionem cœptam absolvere? 3 *Dixit &c.*] hæc verba subsannantis sunt hyperbolica, quibus indignatio superior tollitur. Deus consulit suis, ut sine impedimento pergant. 4 *Audi ô Deus*] oratio Nechemjæ: quam habuit, cùm sermones hostium ad eum perferrentur. 5 *Irritarunt te*] q.d. hæc non propter nos: sed propter gloriam tuam effice: quã isti [illegible]simè proculcarunt, dum in nos tuo jussu ædificantes invecti sunt. 10 *Debilitata est vis*] id est, bajuli vinb. fracta essent pares sustinendæ & propulsandæ impressioni hostium. *Pulveris multum &c.*] q.d. necesse est illos in pomœrio multum bajulare. *Non prævaluturi essemus*] sub. contra hostem, si omnium operæ in labore structurę consume. 12 *Cavete vobis*] id est, certis custodiis & exploratoribus firmate omnes aditus, quibus vos isti adoriri possent. Est autem hæc eclipsis verbi conjugati cum custodiæ nomine, de quo suprà ℣. 9. unde illud supplevimus. 16 *Puerorum*] id est, custodum, quorum dux erat: alternis enim excubias agebant, & operi murorum incumbebant. *Sequebantur*] id est, id opus deducebant & reducebant. 23 *Exuturi sumus*] cùm in excubiis erimus. *Cuiq; gladius*] id est, singuli armis & cibario instructi comparento: synecdoche.

CAPUT V.

Nechemja expostulantem populum, servitutis, æris alieni, & bonorum oppignerationis onerib. liberari curat: & ipse exemplo suo præiens de suo remittit, populum publicis oneribus sublevat, & sua cum ipsis communicat.

1 ERAT autem clamor populi cum uxoribus suis magn⁹: contra cognatos suos Jehudæos.

2 Nam erant qui dicerẽt: filios nostros & filias nostras nostrum multi *oppigneramus*, ut accipiamus frumentũ & comedentes vivamus.

3 Alii erant qui dicerent, agros nostros, vineasque nostras & domos nostras oppigneramus: ut accipiamus frumentum in ipsa fame.

4 Deniq; erant qui dicerent: mutuamur pecuniam pro canone regis: oppigneratis agris nostris & vineis nostris.

5 Jam verò ut caro cognatorum nostrorum, caro nostra est: sicut filii eorum, filii nostri *sunt*: ecce autem nos subjicimus filios nostros & filias nostras in servos, suntque de filiabus nostris *quædam* subjectæ, quarum *redemptio non est* in facultate manuum nostrarum, cùm agri nostri & vineę nostræ penes alios sint.

6 Itaque displicuit mihi valde: cùm audirem clamorem eorum & verba ista.

7 Cumq; consilium iniisset [a] animus meus apud me: contendi cum clarissimis & antistitibus, dixiq; eis: onus [b] uniuscuiusque impositum alteri vos exigitis: & indixi illorum causa congregationem magnam.

8 Ubi dixi eis, nos comparamus fratres nostros Jehudæos, qui venditi sunt gentibus, pro ut est in nobis: & etiam vos venderetis fratres vestros, aut venderentur nobis? qui siluerunt, nec invenerunt quod respon-derent.

9 Tum dixi: non *est* bona hæc res quam facitis: an non in timore Dei nostri ambulaturi estis: potius quàm *in* probro istarum gentium inimicarum nobis?

10 At etiam ego, cognati mei, & pueri mei exacturi essemus ab eis pecuniam aut frumentum: remittamus, quæso, onus istud.

11 Restituite, quæso, eis hoc ipso die agros eorum, vineas eorum, olivetaeorum ac domos eorum: prætereà centesimam pecuniæ, aut frumentũ, mustique, aut olei, quam exacturi essetis ab eis.

[a] *Heb* cor meum.
[b] *Heb* viri in fratrẽ suum.

12 Qui dixerunt, restituimus, & ab eis non repetemus: sic faciemus sicut quemadmodum dicis: tum convocavi sacerdotes, *per quos* adjuravi illos ut facerent secundum verbum istud.

13 Etiam lacertum meum excussi, dicens: sic excutiat Deus omnem virum qui non præstiterit verbum hoc, a domo ejus, & a labore ejus: & ita fit excussus ac vacuus: dixeruntq; tota congregatio, Amen, laudantes Jehovam: fecitq; populus secundum verbum istud.

14 Etiam ex quo tempore præceperat mihi ut essem princeps in terra Jehudæ: ab anno vigesimo usque ad annum trigesimum secundum Artaxerxis regis, duodecim annis: ego cum cognatis meis cibarium principis non comedi.

15 Nam principes priores qui antecesserant me, prægravabant populum accipientes ab eis de pane & vino, præter argenti siclos quadraginta: etiam pueri eorum dominabantur in populo: ego verò non feci ita propter reverentiam Dei.

16 Etiamq; in opere muri istius instauravi, & agrum non comparavimus: omnesq; pueri mei congregati erant ibi ad opus.

17 Quin ipsi Jehudæi & antistites centum quinquaginta viri, & qui veniebant ad nos ex gentibus quæ *erant* circa nos: mensæ meæ assidebant:

18 Ita ut quod parabatur unoquoq; die: bos unus, pecudes senæ selectæ cum avibus pararentur mihi: & intra diem denum ex quovis vino plurimum: nihilo-minus tamen cibariū principis non petebam, eo quòd gravis fuisset servitus illa imposita ipsi populo.

19 Recordare mei, Deus mi, in bonum: quicquid fecerim erga populum istum.

b Hebr. post.

d Hebr. inter decadē dierum.

e Heb. tamē cum hoc.

ANNOTATIO.

2 *Oppigneramus*] id est, alii jam ante oppigneravimus, & alii in dies oppignerare cogimur: est enim in tribus his versibus mesozeugma. Occasionem verò dedit his querimoniis assiduus eorum in instaurando muro labor, quo impediebantur a privatis suis & domesticis occupationibus. 4 *Pro canone regis*] de quo Hhezræ 4.13. nam ab hoc canone tantùm immunes erant sacerdotes, Levitæ & ministri domus Dei, Hhezræ 7.24. 5 *Ut caro*] id est, tantidem sumus ex jure naturæ, & mandato Dei: Deut. 15.7. *Non est in facultate nostra*] id est, non habemus unde redimamus. 7 *Vos exigitis*] id est, rei istarum exactionum estis: sive debitores compellatis, aut vestro aut aliorum creditorum nomine: sive alios intertis exigere. *Illorum*] expostulantium. 8 *Comparamus*] id est, tenemur comparare ex lege Levit. 25.47. & sequent. 9 *Probro*] id est, factis probrosis. 10 *Exacturi essemus*] si cum illis, exemplo vestro, summo jure experiremur. 13 *Etiam lacertum*] Publicæ execrationis formula: Id est, excusso pallio lacertum eduxi: syn ecdoche. *A labore*] id est, a facultatibus, ut omnis ipsius labor fit irritus. 14 *Præceperat mihi*] Deus per regem: supr. 2. 6. & 8. ℣. 15 *Præcedentes*] id est, amplius denos daleros in diem. 18 *Intra denum diem*] id est, certum demensum vini decimo quoque die in singulas horum familias erogabatur. 19 *Recordare, &c.*] q.d. nihil mihi apud homines hac narratione arrogo, cujus testis est Deus: & multo minus apud Deum, cujus fidem & misericordiam imploro: fretus non meis factis: sed ejus bonitate: utcunque mihi benè sim conscius: sic infrà 13.22.

CAPUT VI.

Impedimenta Nechemjæ oblata a vicinis hostibus, a pseudoprophetis, & falsis fratribus, ædificationis & totius administrationis tempore describuntur.

1 Evit autem cùm auditū esset Sanballato, & Tobijæ, Geschemoq; Arabi, residuoq; inimicorum nostrorum, me exædificasse murum, neq; esse residuam in eo rupturam: etiā ad hoc usque tempus valvas me non statuisse in portis:

2 Ut mitteret Sanballat cum Geschemo ad me, dicendo: age ineamus consilium

consilium pariter in *aliquo* vicorum in valle ″ Onuntis: illi autem cogitabant ″ afficere me malo.

3 Sed misi ad eos nũtios qui dicerẽt: op⁹ magnũ facio: ideoq; nõ possum descẽdere: quã ob rẽ cessaret hoc op⁹, cũ desisterẽ *ab* eo descendens ad vos?

4 Et remittentibus ad me [a] in eandem sententiam quater: respondi eis in eandem sententiam.

[a] *Heb.* secũdum verbũ. hoc quatuor vicibus.

5 Tandem misit ad me Sanballat in hanc sententiam [b] quintò per puerum suum: & literis e manu eius apertis,

[b] *Heb.* vice quinta.

6 Scriptum erat in eis: per gentes auditur, ut [c] Gaschmu ait, te & Jehudæos [d] cogitare rebellionem: idcircò te ædificare istum murum: teq; fore illis regem, ″ cùm res istæ fuerint.

[c] qui sup. ℣. 1. Geschem.
[d] *Heb.* rebellare.

7 Insuper etiam prophetas te constituisse, qui prædicent de te Jeruschalaimis, dicendo: rex est in Jehuda, adeò ut mox fama perferenda sit ad regem hujusmodi rerum: quare nunc age, ″ ineamus consilium pariter.

8 Tum misi ad eum dicendo: non *est* factũ huiusmodi rerum *quicquam* quas tu dicis: sed ex [e] animo tuo comminiscéris eas.

[e] *Heb.* corde.

9 Nam omnes isti timorem studebant iniicere nobis, ″ dicendo: remissæ erunt manus eorum ab isto opere, ita ut non perficiatur: ″ nunc itaq; ô *Deus* confirma manus meas.

10 Præterea cùm ego venissem in domum Schemahhjæ ″ orti Delaja filio Mehetabeelis, qui ″ detentus erat: dixit, conveniamus in ″ domum Dei intra ipsum templũ, & occludamus valvas templi: venturi enim sunt ad interficiendum te: noctu, inquam, venturi sunt ad interficiendum te.

[f] *Heb.* in medium templi

11 Cui dixi, an vir ″ qualis *sum* ego fugeret? ″ aut quis *est* qualis ego, qui ingrediatur in templum ut vivat? non ingrediar.

12 Tunc ″ agnovi quòd ecce nequaq; miserat eum Deus: sed istã prophetiam indixerat mihi: quia Tobija & Sanballat mercede conduxerãt eum:

13 Ut ″ conductitius esset: ut timens & ita faciens peccarem: quod fuisset illis [g] argumentum infamiæ, ut probro exponerent me.

[g] *Heb.* ad nõmen malũ.

14 Recordare, Deus mi, Tobijæ & Sanballati secundum opera eius istã: atque etiam Nohhadjæ prophetissę & residui illorum prophetarum, qui timorem studebant iniicere mihi.

15 Tandem ″ perfectus est murus vigesimoquinto *die* ″ Elulis: ad ″ quinquagesimum secundum diem.

16 Fuit itaq; cùm audirent omnes inimici nostri, & viderẽt omnes gentes quæ *erant* circa nos oculis suis, ut concíderent valde: quia agnoscebãt a Deo nostro confectum fuisse opus istud.

17 Etiam ″ diebus illis frequentarunt clarissimi Jehudæ ″ literas suas [h] missas ad Tobijam: ut quæ *erant* Tobijæ, [i] afferebantur ad ipsos.

[h] *Heb.* eũtes.
[i] *Heb.* veniẽtes.

18 (Nã multi in Jehuda [k] cõiurati erãt ei: quia gener erat Schecanję filio Arachi: & Jehochanan filius eius duxerat filiã Meschullami filii Berecję).

[k] *Heb.* domini juramẽti.

19 Etiam benefacta eius prædicabant coram me, & res meas prodebãt ei. literas verò mittebat Tobija ad iniiciendum mihi timorem.

ANNOTATIO.

2 *Valle Onuntis*] tribus Binjaminiticæ infrà 11.35. *Afficere me malo*] id est, occidere. εὐφημία. 6 *Cùm res ista*] id est, istis omnibus confectis & constitutis. 7 *Consilium*] q.d. ut malo quod tibi & toti provinciæ imminet, occurramus & ne nobis eveniat aliquid mali propter vicinum malum. 9 *Dicendo*] id est, cogitando cum animo suo: ut Exo. 2. 14. *Nunc itaque*] vide simile sup. 4. 4. 10 *Delaja*] sacerdote primario vicis vigesimæ tertiæ, de quo 1. Chro. 24. 18. *Detentus &c.*] id est, qui se voto vel religione detineri simulabat pro salute Nechemjæ: de cujus periculo se divinitus monitū fingebat. *In domum Dei*] q.d. non est tutum in urbe esse, cùm portæ valvis nondum instructæ sint, sup. ℣. 1. *Talis sum &c.*] q.d. hoc non esset mihi honorificum: qui Deo confido, & huic populo præsum. *Aut quis est*] id est, facere contra testimonium conscientiæ meæ, quæ novit ex lege mihi extero non licere vel vitę tuendæ causa in templum Dei me recipere, Num. 3. 38. 12 *Agnovi*] ex eo videlicet quòd contra suaderet quàm lex imperat: vide Deut. 13. 13 *Conductitius*] id est, stipendiarius, quem vulgo pensionarium vocant, ut continua pensitatione obstrictus, omnibus modis Nechemjam ad peccatum sollicitaret. 15 *Perfectus est murus*] id est, valvis, seris, & vectibus ac omni ex parte confirmatus. *Elulis*] id est, ultimi mensis plurimùm Augusto respondentis. *Quinquagesimum diem*] ex quo murus lapideus fuerat ædificatus. 17 *Diebus illis*] quibuscunque ædificatum est, & Nechemja Jeruschalaimis mansit, id est, spacio duodecim annorum. *Literas suas*] quarum argumentum est versu ultimo.

CAPUT VII.

Nechemja officia domus Dei recognoscit: urbi præsides instituit, custodias q̃, ordinat: & cùm habito Jisraëlitas reduces recenset, ad urbem incolis muniendam: qui omnes pro suis facultatibus Deo offerunt.

1 DEINDE fuit, cùm exędificato muro instituissem valvas ej⁹: & recẽsiti essent janitores musiciq̃; & reliqui Levitę:

2 Ut mandatis instruerem Chananin fratrẽ meum, & Chananjam præfectũ castro super Jeruschalaima: nam erat vir planè [a] fidus, & timebat Deum præ multis.

[a] *Hebr.* fidei vel veritatis.

3 Ac edixi eis: ne aperiuntor portæ Jeruschalaimorum usquedum incalescat sol, & dum ″ ipsi adstantes occludent valvas, etiam ″ tractate: idq̃; constitutis custodiis habitantium Jeruschalaimis, unoquoque in custodia sua, & unoquoq; ″ ex adverso loci sui.

4 Urbs autem ipsa ampla erat spaciis & magna: populus verò paucus intra eam: nec erant domus ædificatæ.

[b] *Heb.* cor.

5 ″ Quapropter indente Deo meo in [b] animum meum, ″ congregavi clarissimos antistitesq̃; & populum: ut fieret ″ generis recensio & inveni librum recensionis eorũ qui ″ ascenderant primùm, in quo inveni scriptum.

Vide Hhezræ 2.

6 HI *sunt* homines illius provinciæ, qui ascenderunt e captivitate illius deportationis quã deportaverat Nebucadnezar rex Babyloniæ: qui reversi sunt Jeruschalaima & in Jehudæam, quisque in civitatem suam.

7 Qui venerunt cum Zerubbabele, Jeschuhha, Nechemja, Hhazarja, Rahhamja, Nachamani, Mordecaio, Bilschane, Misperetho, Bigvaio, Nechumo, Bahhana: numerus hominum popularium Jisraëlis.

8 Posteri Parhhoschi, bis mille centum septuagintaduo.

9 Posteri Schephatjæ, trecenti septuagintaduo.

10 Posteri Arachi, sexcenti quinquagintaduo.

11 Posteri Pachath-Moabi, ex posteris Jeschuhhæ & Joabi: bis milleoctingenti octodecim.

12 Posteri Hhelami, mille ducenti quinquagintaquatuor.

13 Posteri Zattu, octingenti quadragintaquinque.

14 Posteri Zaccai, septingenti sexaginta.

15 Posteri Binnui, sexcenti quadragintaocto.

16 Posteri Bebai, sexcenti vigintiocto.

17 Posteri

17 Posteri Hhazgadis, bis mille trecenti vigintiduo.
18 Posteri Adonikami, sexcenti sexagintaseptem.
19 Posteri Bigvai, bis mille sexagintaseptem.
20 Posteri Hhaddinis, sexcenti quinquagintaquinque.
21 Posteri Ateris, ex Chizkija nonagintaocto.
22 Posteri Chaschumi, trecenti vigintiocto.
23 Posteri Betzai, trecenti vigintiquatuor.
24 Posteri Chariphi, centum duodecim.
25 Gibhhonitæ nonagintaquinque.
26 Beth-Lechemitæ & Netophatæi centum octogintaocto.
27 Hhanathothani centum vigintiocto.
28 [c]Hhazmavethani quadragintaduo.
29 Kiriath-Jehharimani, Cephirani, & Beerothani septingẽti quadragintatres.
30 Ramani & Gebahhæi sexcenti vigintiunus.
31 Michmasei centum vigintiduo.
32 Bethelitæ & Hhajani centum vigintitres.
33 Nebontini alteri quinquagintaduo.
34 Posteri Hhelami alterius mille ducenti quinquagintaquatuor.
35 Posteri Charimi trecenti viginti.
36 Jerechuntini trecenti quadragintaquinque.
37 Lodæi, Chadidæi & Onontini septingenti vigintiunus.
38 Senaani ter mille nongenti triginta.
39 Sacerdotes: posteri Jedahhjæ e familia Jeschuhhæ nongenti septuagintatres.
40 Posteri Immeris mille quinquagintaduo.
41 Posteri Paschchuris mille ducenti quadragintaseptem.
42 Posteri Charimi mille septemdecim.
43 Levitæ: posteri Jeschuhhæ cum Kadmiele e filiis Hodevæ septuagintaquatuor.
44 Musici: posteri Asaphi, centum quadragintaocto.
45 Janitores: posteri Schallumi, posteri Atteris, posteri Talmonis, posteri Hhakkubi, posteri Chatitæ, posteri Schobai: centum trigintaocto.
46 Netinęi: posteri Tzichę, posteri Chaschuphę, posteri Tabbahhothi,
47 Posteri Kerosi, posteri Sihhæ, posteri Padonis,
48 Posteri Lebanæ, posteri Chagabæ, posteri Schalmai,
49 Posteri Chananis, posteri Giddeli, posteri Gachadis,
50 Posteri Reajæ, posteri Retzinis, posteri Nekodæ,
51 Posteri Gazami, posteri Hhuzzæ, posteri Paseachi,
52 Posteri Bezai, posteri Mehhunimi, posteri Nephischesimi,
53 Posteri Bakbuki, posteri Chakuphæ, posteri Charchuris,
54 Posteri Batzelithi, posteri Mechidæ, posteri Charschæ,
55 Posteri Barkosi, posteri Siseræ, posteri Temachi,

[c] *Heb.* viri loci Hhazmavethi.

56 Posteri Netziachi, posteri Chatiphæ:
57 Posteri servorum Schelomonis: posteri Sotai, posteri Sopherethi, posteri Peridæ,
58 Posteri Jahhalæ, posteri Darkonis, posteri Giddeli,
59 Posteri Schephatjæ, posteri Chatilis, posteri Pocereth-Hatzebajimi, posteri Amonis:
60 Oẽs Netinęi & posteri servorũ Schelomonis, trecẽti nonagintaduo.
61 Hi quoq; *fuerunt* qui ascenderunt e Tel-Melacho & Tel-Charscha: Cerub, Adon & Immer: sed non potuerunt indicare familiam majorum suorum, & semen eorum: utrum ex Jisraëlitis essent.
62 Posteri Delajæ, posteri Tobijæ, posteri Nekodæ, sexcenti quadragintaduo.
63 E sacerdotib. verò, posteri Chabajç, posteri Kotzi: posteri Barzillai: qui accepta e filiabus Barzillai Gilhhaditæ uxore, vocatus est de nomine illorum.
64 Isti quæsiverunt quisq; scripturam suam, qui suum genus prædicabant: sed nõ inventa est: quapropter ut polluti abstenti sunt a sacerdotio.
65 Edixit enim regis legatus eis, ut non comederẽt de re sancta sanctarum: donec existeret sacerdos cum Urimis & Tummimis.
66 Tota hæc congregatio universè, quadragies bis mille trecentorum sexaginta:
67 Præter servos eorum & ancillas eorum istos: septies mille trecentos triginta septem: quibuscum erant cantores & cantatrices: ducentæ quadragintaquinque.
68 Equi eorum, septingenti triginta sex: muli eorum ducenti quadragintaquinque:
69 Cameli, quadringenti trigintaquinq;: asini, sexies mille septingenti viginti.
70 "Tum pars primorum paternarum *familiarum* contulerunt adipsum opus:" regis legato conferente in thesaurum, auri "drachmas mille, crateras quinquaginta, tunicas sacerdotum quingentas triginta.
71 E primorib⁹, inquã, paternarũ *familiarum* contulerunt in thesaurũ ipsius operis, auri drachmas [d] vicies mille, & "argẽti pondo bis mille ducẽta.
72 Quod verò contulerunt reliquum populi: fuit auri drachmę vicies mille, & argenti pondo bis mille: ac tunicæ sacerdotum sexaginta septẽ.

[d] *Heb.* duas myriadas: sic ver. 72.

ANNOTATIO.

3 *Ipsi adstantes &c.*] id est, custodes: quibus portarum cura mandata fuerit. *Tractate*] id est, admotis manibus observate an bene sint clausæ. *Ex adverso loci*] id est, in portis & propugnaculis, quæ fuerint in ea urbis regione quam quisq; inhabitat. 5 *Quapropter &c.*] id est, cùm istam incolarum paucitatem animadverterem Jeruschalaimis. *Congregavi*] id est, convenire jussi in diem primum mensis septimi: ut audita lectione legis compararentur ad ea facienda, quæ Dei cultui, conservationi urbis & populi convenire judicarentur. Prolepsis quinque capitum sequentium. *Generis recensio*] ac proinde incolarum urbis numerus augeretur: inventis iis qui ad antiquas urbanas familias olim pertinebant, & in oppidũ etiam aliis, si opus esset, ascitis. *Ascenderant primùm*] id est, qui in Jehudæam duce Zerubbabele pervenerant: nam hęc recensio prima est in Jehudæa facta cum primùm in eam appulissent: sed tamen secunda ab ea quæ prius fuerat habita in Babylonia, cùm institueretur profectio, Hhezræ 2. Hinc varietas numerorum orta. 70 *Tum*] cùm Nechemjæ mandato congregati sunt sup. ℣. 5: quemadmodum primo adventu contulerant, Hhezræ 2. 68. *Ipsum opus*] id est, ad omnia quæ forent opus in domo Dei. *Regis legato*] Nechemja, ut nominatim exprimitur infrà 8. 10. & 10. 1. *Drachmas mille*] i. quasi mille ducatos. 71 *Argenti pondo*] i. ampli⁹ quinquagies mille quinquaginta daleros: vide 1. Reg. 10. 17.

CAPUT

Caput VIII.

Israëlitarum conventui verbum Dei proponitur, consternati eriguntur, tabernaculorum festum indicitur: quod summo studio & religione celebratur, habitis quotidie sacris concionibus.

1 NAM habitaverãt sacerdotes & Levitæ, janitoresq; & musici & populares ac Netinæi, deniq; omnes Jisraëlitæ in civitatibus suis: adveniente autem ″ mense septimo, dum Jisraëlitæ *inhabitarent* civitates suas:

2 Congregati sunt totus populus [a] unanimis in plateã quæ *est* ante ″ portam aquarũ: dicentes Hhezræ legis perito, ut afferret librum legis Moschis, quam præceperat Jehova Jisraëli.

[a] *Heb.* quasi vir unus.

3 Adferens itaq; Hhezra sacerdos legem coram congregatione tam virorum quàm mulierum, & [b] omnium aptorum ad intelligenter audiendum, die primo mensis septimi:

[b] *Heb.* omnis intelligẽtis ad audiendum.

4 Legit in illo ante plateam illam quæ *est* ante portam aquarum a luceusq; ad meridiem, coram viris mulieribusq; ac intelligentibus: auribus totius populi *attentis* ad librum legis.

5 Stabat autem Hhezra legis peritus in suggestu ligneo quem fecerant ad hanc rem: adstante ei ″ Mattitja, & Schemahho, & Hhanaja, & Urija, & Chilkija, & Mahhaseja ad dexteram ejus: a sinistra verò ejus Pedaja, & Mischaële, & Malcija, & Chaschumo, & Chaschabaddana, Zecarja, Meschullamo:

6 Cùm aperuit Hhezra librũ ante oculos totius populi (nã superior toto populo erat): quem dum ″ apertum habuit, cõsistebant totus populus.

7 Deinde benedixit Hhezra Jehovæ Deo maximo: cui respondẽtes totus populus Amen, Amen, cum elatione manuum suarum, verticem inclinarunt & incurvarunt se Jehovæ facie *demissa* terram versus.

8 Similiter Jeschuahh, & Bani, & Scherebja, Jamin, Hhakkub, Schabbetai, Hodija, Mahhaseja, Kelita, Hhazarja, Jozabad, Chanan, Pelaja, & alii Levitæ docebant populum legem: ″ populo manente in statione sua.

9 Legebant enim librum illum, legem Dei explanatè: & exponẽdo sensum, dabant intelligentiam per scripturam ipsam.

10 Deinde dixit Nechemja, is *est* legatus regis, & Hhezra sacerdos legis peritus, ac Levitæ docentes populum, toti populo: hic dies sanctus *est* Jehovæ Deo vestro, ″ ne lugete neque flete: (flebant enim totus populus cùm audirent verba legis).

11 Sed, inquit, eis abite, ″ comedite pinguia, & bibite dulcia, ac ″ mittite portiones cuicunque nihil *est* paratum: nam sanctus *est* hic dies domino nostro, & ne dolore afficiamini: sed ″ gaudium Jehovæ sit robori vobis.

12 Cùm itaq; Levitæ [c] repressissent totum populũ, dicendo: silete, quia hic dies sanctus est: & ne dolore afficiamini:

[c] *Hebr.* jussissent conticescere.

13 Abiverunt totus populus ad comedendum & ad bibendum & mittendum portiones, & ad agitandum lætitiam magnam: quòd intellexissent verba illa, quæ nota fecerant ipsis.

14 Postridie verò congregati sunt primores paternarum *familiarum* to
tius populi, sacerdotes ac Levitæ ad Hhezram legis peritum: idq; ad intel
lectum ″ habendum in verbis legis.

15 Cumq; invenissent scriptũ in lege: præcepisse Jehovã per Moschẽ, ut
Levit. 23. & Deut. 16. considerent Jisraëlitæ in tabernaculis, in festo eorum mense septimo:
d Heb. transmitteret vocem. 16 Et ut promulgarent ac[d] proclamarent in omnibus civitatibus suis &
Jeruschalaimis, dicendo, exite in montana, & afferte ramos olivarum, &
ramos arborum oleosarum, ramosq; myrti, & spathas palmarum, cum ra
mis arborum densarum: ad faciendum tabernacula, ″ pro ut scriptum est;
17 Egressi populus attulerunt, & fecerunt sibi tabernacula quisq; in te-
cto suo aut in atriis suis, ac in atriis domus Dei: etiam in platea ″ portæ a-
quarum, & in platea portæ Ephrajimi.

18 Sic cùm fecissent tota congregatio illa, reduces a captivitate taber-
nacula, & considerent in ipsis tabernaculis: (″ etsi non fecerant inde a tem
poribus Jeschuhhæ filii Nunis, ita filii Jisraëlis usque in diem istum) esset-
que lætitia magna valde:

e Heb. de die in diem. 19 Legebat *Hhezra* in libro legis Dei [e] quotidie, inde a die primo usq;
Levit. 23. 36 ad diem ultimum: celebraruntq; festum septem diebus, die verò octavo
diem interdicti pro ritu.

ANNOTATIO.

1 *Nam habitarunt*] causa indictæ illius congregationis, de qua supr. 7. 5. nimirum ut habitarentur Jeruschalaima, quæ
prius inopia muri ædificiorumque quasi deserta relinquebantur. hinc autem incipiendũ esse caput res ipsa indicat. *Men-
se septimo*] ex ratione legis Exo. 12. nam hîc de rebus legalibus agitur: alioquin ratione politica diceretur primus: vide an-
notata Exo. 12. 2. 2 *Portam aquarum*] vide sup. 3. 26. 5 *Mattitja &c.*] qui seniores erant e genere Levitico om
nes. 6 *Apertum habuit*] id est, legit & concionem habuit: synecdoche. 8 *Populo manente*] id est, singulis e popu-
lo in suis sedibus se continentibus: erant enim propter populi frequentiam plures cœtus & conciones institutæ ibidem, &
eodem tempore. 10 *Ne lugete &c.*] ex lege Num. 10. 10. 11 *Comedite pinguia*] id est, bono cibo & potu vos re-
create. *Mittite portionem*] ex lege Deut. 16. 14. *Gaudium Jehovæ*] id est, ista Dei beneficentia exhilarare vos & con
firmare debet: cùm vobis terram promissam, urbem, templum, cultum, doctrinamque restituerit. 14 *Habendum*] id
est, ad cognoscendum si quid sibi & populo suo lege imperabatur. 16 *Ut promulgarent*] sicut imperatum est in omni-
bus congregationibus sanctis: Levitici 23. 4. & Num. 10. 10. *Prout scriptum est*] vide Levitic. 23. 40. 17 *Portæ a-
quarum &c.*] id est, ab una parte oppidi ad alteram: synecdoche. 18 *Etsi non fecerant &c.*] id est, etsi nunquam ha-
buerunt Jisraëlitæ in festo tabernaculorum convocationem sanctam, & conciones quotidianas. (lege enim tantùm die pri-
mo & octavo imperabatur convocatio, Levit. 23. 35. & 36): tamen præ studio pietatis & lætitia, singulis diebus convoca-
tiones sanctas habuerunt.

CAPUT IX.

*Publica Jisraëlitarum reducum resipiscentia lectione legis audita exponitur: Et oratio sub-
jungitur qua Deum laudantes se ipsos accusant, iramq; ejus & graviora supplicia deprecantur.*

1 ″ POSTEA die vigesimoquarto mensis ejusdẽ, congrega
tis Jisraëlitis in jejunio & ciliciis, & ″ terra ipsis imposita:
a Heb. semẽ Jisraëlis. 2 ″ Disparati sunt [a] nati Jisraële ab omnibus alienigenis:
& consistentes confessi sunt peccata sua, & iniquitates
majorum suorum.

3 Nam ″ illis erectis in statione sua legebant *Levitæ* in
libro legis Jehovæ Dei sui per quadrantem diei: quo quadrante confite-
bantur & incurvabant se Jehovæ Deo suo.

b qui Chaschabneja, *c* q Hodija, *d* q Petachja ℣. sequente. 4 ″ Consceneoq; ″ suggestu Levitarum, Jeschuahh, & Bani, Kadmiel,
Schebanja, [b] Bunnai, Scherebja, [c] Bani, [d] Cenani: inclamaverunt voce ma
gna Jehovam Deum suum.

5 Cùm

5 Cùm dixissent iidem Levitę Jeschuahh, & Kadmiel, Bani, Chaschabneja, Scherebja, Hodija, Schebanja, Petachja: Surgite, benedicite Jehovę Deo vestro a ″ seculo usque in seculum: & benedicunto ″ nomini glorioso tuo, atque ″ exaltato supra omnem benedictionem ac laudem.

6 ″ Tu ille Jehova solus es: tu fecisti cœlos, cœlos cœlorum, & omnem exercitum eorum, terram & quicquid *est* in ea, maria & quicquid *est* in eis, & tu cõservas hæc omnia: etiam ″ exercitus cœlorum tibi se incurvãt. Gen. 1.

7 ″ Tu es Jehova Deus, qui eligens Abramum eduxisti eum Ure Chaldæorum: & imposuisti ei nomen Abraham. Gen. 11. 33. Gen. 17. 5.

8 Et inveniens animum ejus ″ fidelem coram te: etiam pepigisti cum eo fœdus, te daturum terram Cenahhanæi, Chittæi, Emoręi, Perizzęiq;, ac Jebusæi, & Girgaschæi, daturum, *inquam*, semini ejus: & præstitisti verba tua, quia justus es. Gen. 15. 6.

9 ″ Nam aspiciens afflictionem majorum nostrorũ in Ægypto: & clamorem eorum exaudiens ad mare algosum: Exodi 3. 7.

10 Edidisti signa & prodigia contra Parhhonem & contra omnes servos ejus, & contra totum populum terræ ejus: noveras enim hos superbivisse in illos: & comparasti tibi nomen sicut *est* hodierno die. Exodi 7. & quinque sequentibus. Exodi 18. 11

11 Et mare diffidisti coram illis, ita ut [e] penetraverint mare per aridam: persequẽtes verò eos projecisti in profunda, tanquam lapidem in aquas valentes. [e] *Heb.* transiẽrunt p̃ medium maris. Exodi 14. & 15.

12 Præterea columna nubis duxisti eos interdiu: & columna ignis noctu, illustrando eis viam qua ituri erant. Exodi 13. 21

13 Deinde super montẽ Sinai ita descendisti ut alloquereris eos e cœlis: & dedisti eis judicia recta & leges veras, statuta ac præcepta bona. Exodi 19. & 20. ac sequentibus.

14 Sabbathum quoque sanctum tuum notũ fecisti eis: cùm præcepta statutáque & legem præciperes eis per Moschen servum tuum.

15 Item panem e cœlo dedisti eis ad famẽ eorum, & aquam e petra eduxisti eis ad sitim eorũ: & edixisti eis ut venirent ad hæreditariò possidendum terram, quam sublata manu tua *juraveras* te daturum eis. Exodi 16. & 17. Num. 20. Deut. 1. 8.

16 ″ Ipsi verò & patres nostri superbè egerunt: & obdurantes cervicem suam, non auscultaverunt præceptis tuis:

17 Renuerunt, inquam, auscultare: immemores mirabilium tuorum, quæ exercueras erga ipsos: & obdurata cervice sua constituebãt ducem, ut redirent ad servitutem suam rebellione sua: ″ attamen tu Deus condonationum es, gratiosus & misericors, longanimis & multus benignitate, qui non dereliqueris eos. Num. 14. 4

18 Etiam cùm fecissent sibi vitulum fusilem, & dicerent: hic *est* Deus tuus, qui eduxit te ex Ægypto: denique afficerẽt *te* contumeliis magnis: Exodi 32.

19 Tamen tu miserationibus tuis maximis non dereliquisti eos in ipso deserto: columna nubis non recessit ab eis interdiu, ut deduceret eos per viam: aut columna ignis noctu, ut illustraret eos & viam per quam irent.

Num. 11. 20 Spiritum etiam tuum optimum dedisti ad intelligentiam tribuendum eis: & Man tuum non cohibuisti ab ore eorum, & aquas dedisti eis ad sitim eorum.

Jehosch. 5. 12.

Deut. 2. 6. 21 Ita quadraginta annis sustentasti eos in deserto, non eguerunt: vestimenta eorum non veterarunt, & pedes eorum non intumuerunt.

Deut. 8. 4.

Num. 21. 22 Et dedisti eis regna & populos, quos [m] dispertitus es angulatim: nam hæreditariò possederũt regionem [m] Sichonis cum regione regis Cheschbonis, & regionem Hhogi regis Baschanis.

23 Cumque [m] filios eorum multiplicasses sicut stellas Cœli: & introduceres eos in terram illam, quò edixeras patribus eorum ut venirent ad hęreditariò possidendum eam:

Vide Jehoschuhhæ librum. 24 Ingressi illorũ filii hæreditariò possederunt terrã illam, cùm deprimeres coram eis habitatores ipsius terræ, Cenahhanæos: & hos traderes in manum eorum: nempe reges horum & populos regionis, ut facerent eis pro voluntate sua.

25 Itaque cœperunt civitates munitas & solum pingue, possederuntq; hæreditariò domos plenas omni bono, cisternas effossas, vineas, & olivetа, & arbores [f] esculenti fructus plurimas: quibus comedentes saturati & saginati sunt, oblectaruntque se bonitate tua maxima.

f Heb. escæ in multitudine.

26 Cùm verò mutantes se rebellarunt cõtra te, rejicientes legem tuam post [g] tergum suum, & prophetas tuos interficientes, qui contestabantur ipsos, ut reducerent ipsos ad te: deniq; afficerent *te* contumeliis magnis:

g Hebr. corpus: sic 1. Reg. 14. 9.

Judicum 2. & 3. 27 Tradebas eos in manum hostium ipsorum, qui angerent eos: cùm autem tempore angustiæ suæ inclamarẽt te, tu e cœlis exaudiebas, & pro miserationibus tuis maximis dabas eis servatores, qui servabant eos e manu hostium ipsorum.

h Heb. revertebãtur ad faciendum. 28 Sed simulac quies erat eis, [h] rursus faciebant malum coram te: quapropter relinquebas eos in manum inimicorum eis, qui dominarentur in eos: cumque conversi inclamarent te, tu e Cœlis auscultans eripiebas eos pro miserationibus tuis, multis temporibus.

29 Contestabaris quidem eos, revocando eos ad legem tuam: sed ipsi superbè agebãt, neque auscultabant præceptis tuis, & in ipsa judicia tua peccabant: in quibus, si ea faceret homo, victurus esset: exhibebant [n] humum refractarium, cervicemq; suam obdurabant, neq; auscultabant.

Levitici 18. 5.

30 Cumq; protrahens erga eos [n] annos multos, cõtestatus esses eos spiritu tuo per prophetas tuos: neque præbuissent aurem: tandem tradidisti eos in manum populorum regionum.

2. Reg. 17. & 2. Chrõ. 36. 15. & sequentibus.

31 Sed propter miserationes tuas magnas non fecisti eorum consumptionem, neque dereliquisti eos: quia Deus fortis, gratiosus & misericors es.

32 [o] Nunc ergo Deus noster, Deus fortis, maxime, potentissime & summè reverende, servans fœdus & benignitatem: ne parùm esto coram te obvenisse nobis totam hanc molestiam, regibus nostris, principibus nostris

stris & sacerdotibus nostris, prophetisq; nostris ac majoribus nostris, totíque populo tuo: inde a diebus regum Assyriæ usque in diem hunc.

33 Quamvis tu justus sis in omnibus quæ obveniunt nobis: nam veritatem exercuisti, quia improbè egimus:

34 Et cum regibus nostris principes nostri ac majores nostri non fecerunt legem tuam: neque attenderunt ad præcepta tua & ad testimonia tua, quibus contestatus es eos.

35 Nam ipsi in regno suo, & in beneficio tuo plurimo quod cõtuleras eis, & in regione amplissima & pinguissima[i] quam exposueras eis, non coluerunt te: neque reversi sunt a factis suis pessimis.

[i] *Hebr.* posueras ante faciem eorum.

36 Ecce nos hodie servos: & in terra hac ipsa quam tradideras majoribus nostris, ut fruerẽtur fructu ejus & bonitate ejus: ecce nos servos *in* ea.

37 *Ecce* ut proventum suum efferat regibus, quos præposuisti nobis propter peccata nostra: etiã in corpora nostra dominentur & in jumenta nostra pro voluntate sua: adeò ut in angustia magna simus.

ANNOTATIO.

1 *Postea*] id est, cùm audita lege agnoscerent quàm procul abessent ab ilia sanctitate, quam ipsa imperat, &c. *Terrapsis &c.*] vide Jehoschuhhæ 7.6. 2 *Disparati sunt &c.*] ut sublata ista consuetudine impura cum exteris, sanctè deprecarentur culpam, hoc capite, & fœdus cum Deo renovarent, capite 10. 3 *Illis*].i popularibus. 4 *Confessio*] post totius legis lectionem. *Suggestu Levitarum*].i. in suo suggestu Levita quisq;: nam propter frequentiam octonæ conciones erant, in quibus lex legebatur, & fiebat peccatorum confessio. 5 *A seculo in seculum*] benedictione sempiterna. *Nomini tuo*] Apostrophe ad Deum. *Exaltato supra &c.*].i. omnem benedictionem & laudem sua amplitudine superanti. hæc autem sunt verba Levitarum, populum ad laudes Dei & confessionem peccati sui excitantium. 6 *Tu ille*] Exordium laudativum a natura Dei, ab opere creationis, & conservationis. *Etiam exercitus*].i. omnes res creatæ etiam altissimæ & præstantissimæ tibi obsequuntur. 7 *Tu es &c.*] ab electione, fœdere & promissionibus. Narratio cujus partes sunt duæ: beneficiorum Dei, & perversitatis Israëlitarum. 8 *Fidelem*].i. certa fide amplectentem promissiones tuas. 9 *Nam aspiciens*] Prolepsis, quæ in sequentibus explicatur. 16 *Ipsi verò*] Narrationis secunda pars. 17 *Attamen*] narrationis ἐγχασία per antithesin sive comparationem superiorũ partium inter se: qua ostenditur quàm sollicitè, diu, variè & prolixè Deus beneficiis & signis cum ingrato Israëlitarum animo certaverit. 22 *Dispertitus es angulatim*].i. reliquos superstites eorum huc illuc dissipatos in summas angustias conjecisti. *Sichonis*].i. Emoræorum, quibus propriè imperabat Sichon. *Cheschbonis*].i. partis agri Moabitarum, quam antè occupaverat Sichon, Num. 21.26. 23 *Filios eorum*] qui dixerant, constituamus nobis ducem: vide Num. 14.21. & sequentibus. 26 *Rejicientes &c.*].i. abjicientes ejus memoriam. 29 *Armum refractarium*] metaphora a jumentis & bobus impatientibus oneris & jugi. 30 *Annos multos*] quamdiu duraverunt regna Jehudæ & Israëlis. 32 *Nunc ergo Deus*] Conclusio peritopia: qua graviores in posterum calamitates deprecantur, & orant ut Deus superiorum calamitatum, quas fabricarunt omnes tamdiu, rationem habeat, & tandem aliquando castigandi finem faciat. 33 *Quamvis*] altera conclusionis membrum, confessio justitiæ judiciorum Dei in se propter peccata sua. 36 *Ecce nos*] Tertius conclusionis locus: πάθος, ad conciliandum Dei misericordiam:

CAPUT X.

Omnes Israëlitarum ordines fœdere cum Deo renovato sese obstringunt ad legis Dei & cultus ipsius observationem.

1 PRO hoc autem toto, cùm pangeremus constitutionẽ *fœderis* & scriberemus: idq; cum horum obsignatione, principum
2 nostrorum, Levitarum nostrorum, sacerdotum nostrorum.

(Itaque fuerunt in istis obsignationibus: Nechemja legatus regis filius Chacaljæ, & Tzidkija,
3 Seraja, Hhazarja, Tzidkija,
4 Paschchur, Amarja, Malcija,
5 Chattusch, Schebanja, Malluc,
6 Charim, Meremoth, Hhobadja,
7 Danijel, Ginnethon, Baruc,

8 Meſchullam, Abija, Mijamin,
9 Mahhasja, Bilgai Schemahhja: iſti ſacerdotes:
10 Levitæ autem: Jeſchuahh filius Azanję, Binnui e poſteris Chenadadi, Kadmiel:
11 Et cognati eorum, Schebanja, Hodija, Kelita, Pelaja, Chanan,
12 Micai, Rechob, Chaſchabja,
13 Zaccur, Scherebja, Schebanja,
14 Hodija, Bani, Beninu:
15 Primores populi, Parhhoſch, Pachath-Moab, Helam, Zattu, Bani,
16 Bunni, Hhazgad, Bebai,
17 Adonja, Bigvai, Hhadin,
18 Ater, Chizkija, Hhazzur,
19 Hodja, Chaſchum, Betzai,
20 Chariph, Hhanathoth, Nebai,
21 Magpihhaſch, Meſchullam, Chezir,
22 Meſchezabeel, Tzadok, Jaduahh,
23 Pelatja, Chanan, Hhanaja,
24 Hoſcheahh, Chananja, Chaſchub,
25 Locheſch, Pilcha, Schobek,
26 Rechum, Chaſchabna, Mahhaſeja:
27 Item Achija, Chanan, Hhanan,
28 Malluc, Charim, Bahhana).
29 Reliquum populi, Sacerdotes, Levitæ, Janitores, Muſici, Netinæi, & quiſquis diſparatus fuit a populis regionũ in legem Dei, uxores eorũ, filii eorum & filiæ eorum: quiſq; [a] notitia præditus & intelligentia:

[a] *Hebr.* cognoſcens, intelligens.

30 Firmè adjungentes ſe fratribus ſuis, magnificis eorum, & ineuntes ″ execrationem & juramentum nos ambulaturos in lege Dei, quę tradita fuit per Moſchen ſervũ Dei: id eſt, obſervaturos & facturos omnia præcepta Jehovæ domini noſtri, judiciaque eius & ſtatuta eius:

Deut. 7. 31 Et non daturos filias noſtras populis regionis: & filias eorum nõ aſſumpturos pro filiis noſtris:

Exodi 20. Deut. 5. Exodi 23. Exodi 23.11 Deut. 15. 1. 32 Et a populis regionis afferentibus merces, & quamlibet annonam die ſabbathi ad vendendum, nos nõ accepturos ullo ſabbatho aut die ſancto: & nos deſerturos *culturã* anni ſeptimi, & omne jus vendicãdi manu:
33 ″ Inſtituimus nobis pręcepta, imponentes nobis ″ trientem ſicli quotannis: ad cultum domus Dei noſtri:
34 Ad panes diſpoſitionis, munusq; juge, & holocauſtum juge ſabbathorum, noviluniorum, ad ſolennitates & ad res ſacras atque ad peccata, ut expietur Jiſraël: denique *ad* totum opus domus Dei noſtri.

[b] *Hebr.* pro oblatione lignorũ, hypallage: ſic infrà 13.3. Num. 3.7. Levitici 6.2 Num. 28.& 29.

35 Item ſortes ″ conjecimus Sacerdotum, Levitarum & ″ populi pro [b] lignis oblationum: ″ ut afferrent in domum Dei pro familiis paternis noſtris, temporibus condictis de anno in annum: ad accendendum ſuper altare Jehovæ Dei noſtri: ſicut ſcriptum eſt in lege.

36 Item

36 Item *instituimus* nos allaturos primitias terræ nostræ, & primitias omnis fructus cujusq; arboris de anno in annum: ad domum Jehovæ: Exodi 23. 19. Levitici 19. 23.

37 "Primogenita quoque filiorum nostrorum & jumentorum nostrorum, sicut scriptum est in lege: & primogenita boum nostrorum, & pecudum nostrarum allaturos in domum Dei nostri ad sacerdotes, ministrantes in domo Dei nostri: Exodi 13. Levitici 27

38 Primitias cujusque massæ nostræ, & oblationes nostras, & fructum cujusque arboris, mustum & oleum nos allaturos sacerdotibus in cubicula domus Dei nostri: decimas verò terræ nostræ *daturos* Levitis: qui ipsi Levitæ decimaturi sint in quibuscunque civitatibus *fuerit* cultura nostra. Num. 15. 20. Num. 18. 21 & sequentibus.

39 Et postquam adfuerit sacerdos filius Aharonis Levitis, quando dabunt decimas Levitæ: ipsos Levitas abducturos decimas suarum decimarum ad domum Dei nostri, in cubicula, in 'thesaurum ejus.

40 Nã ad illa cubicula afferre debent "Jisraëlitæ & "Levitæ oblationem frumenti, musti & olei: ubi sunt instrumenta sanctuarii, & sacerdotes & ministri, janitoresq; & musici: "ut non derelinquamus domũ Dei nostri. *c Heb.* in locum thesauri.

ANNOTATIO.

1 *Probo toto*] i. ad testandam seriam nostram abdicationem mali, & studium consequendæ misericordiæ: quæ superiore oratione expostulaveramus Deo. 2 *Itaque fuerunt*] hyperbaton usque ad ℣. 29. 30 *Execrationem & juramentum*] ad confirmationem fœderis, de quo ℣. 1. 33 *Instituimus nobis*] i. ordinavimus, ita exigẽte necessitate cultus Dei: etiamsi lege non fuisset diserte imperatus hic ordo: sed res ipsa Num. 28. 29. quam ob rem hæc non tantùm a vulgo: sed a Davide rege & Chizkija pro facultatibus suis subministrata leguntur, 1. Chrõ. 26. 29. & 2. Chron. 31. 3. *Trientem sicli*] vide annotata Exodi 30. 12. 35 *Conjecimus &c.*] hoc est, quia sortium a Davide, Nethinæorum sive deditiorum addictorum ministerio domus Dei, Jehosch. 9. 21. videl. 1. Chron. 24. & 25. ac 26, institutarum numerus integer non aderat: nova sortitione usi sumus. *Populi*] i. ministerio defungerentur: synecdoche. 37 *Primogenita*] i. pretia primogenitorum quæ sacrificiis inepta essent. *Primogenita boum*] i. ipsa corpora: quia sacrificiis apta. 40 *Jisraëlitæ*] quibus de alimento in stratas fesias cautum fuerat Lege, Deut. 14. 23. *Levitæ*] omnes ordinis Levitici: tam sacerdotes, quàm eorum administri. *Non derelinquamus*] i. ne per nos fiat his rebus omissis, ut derelinquatur cultus Dei.

CAPUT XI.

Jeruschalaimis incolæ sorte ordinantur: reliquis in suas possessiones commigrantibus.

1 CONSEDERUNT autẽ principes isti populi Jeruschalaimis: cùm reliquus populus conjecissent sortes, ut educerent unũ e denis qui inhabitaret Jeruschalaima, civitatem sanctam: novem autem reliquæ partes civitates suas.

2 "Quãvis benedicerent populus omnibus hominibus illis, qui sponte se oblaturi essent ad inhabitandum Jeruschalaima)

3 Isti, inquam, sunt primarii "provinciæ qui inhabitarunt Jeruschalaimã: alias civitates Jehudæ inhabitantibus quibusque in possessione sua per civitates suas, Jisraëlitis, sacerdotibus, & Levitis, Netinæisque, ac posteris "servorum Schelomonis.

4 Jeruschalaima itaque" inhabitarunt e Jehudæis & e Binjaminitis: e Jehudæis, Hhataja filius Hhuzzijæ, filii Zecarjæ, filii Amarjæ, filii Schephatjæ, filii Mahalaleelis, e posteris Peretzi:

5 Itẽ Mahhaseja filius Baruci, filii Col-Chozæ, filii Chazajæ, filii Hha-

dajæ, filii Jojaribi, filii Zecarjæ, filii Schiloni:

6 Omnes posteri Peretzi inhabitantes Jeruschalaima: quadringenti sexagintaocto viri [a] strenui.

[a] *Heb.* robo ris.

7 Hi verò posteri Binjaminis: Sallu filius Meschullami, filii Johhedi, filii Pelajæ, filii Kolajæ, filii Mahhasejæ, filii Ithielis, filii Jeschahhjæ:

8 Et post eum Gabbai, Sallai: nongenti vigintiocto.

9 Joël autem filius Zicri præfectus erat illis: & Jehuda filius Senuæ secundarius in civitate.

10 E sacerdotibus: Jedahhja filius Jojaribi, Jacin,

11 Seraja filius Chilkijæ, filii Meschullami, filii Tzadoki, filii Merajothi, filii Achitubi, antecessor in domo Dei:

12 Et cognati eorum facientes opus in ipsa domo, octingenti viginti duo: cum Hhadaja filio Jerochami, filii Pelalję, filii Amtzi, filii Zecarję, filii Paschchuris, filii Malcijæ.

13 Item fratres istius primores in paternis *familiis*, ducenti quadraginta-duo: cum Hhamaschsajo filio Hhazareelis, filii Achtzai, nepotis Meschillemothi, filii Immeris:

14 Et cognati eorum valentes robore, centũ vigintiocto: quibus prę-fectus Zabdiel filius Gedolimi.

15 E Levitis quoque: Schemahhja filius Chaschubi, filii Hhazrikami, filii Chaschabjæ, filii Bunni.

16 Item Schabbetai & Jozabad, præfecti operi externo pro domo Dei e primoribus Levitarum.

[b] *Heb.* principium.

17 Item Mattanja filius Micæ, filii Zabdi, filii Asaphi primarius, [b] primùm celebrabat in ipsa oratione, aut Bakbukija secundarius e cognatis eius: & Hhabda filius Schammuhhæ filii Galalis, filii Jeduthunis:

18 Omnes Levitæ in civitate sancta, ducenti octogintaquatuor.

19 Janitores verò, Hhakkub, Talmon, & cognati eorum observantes in portis: centum septuagintaduo.

20 Reliquum autem Jisraëlitarum, Sacerdotum, Levitarum in omnibus civitatibus Jehudæ quisque possessionem suam:

21 Netinæi verò inhabitabant clivum: & Tzicha ac Gischpa præerãt Netinæis.

22 Præfectus autem Levitarum Jeruschalaimis, Hhuzzi filius Bani, filii Chaschabjæ, filii Mattanjæ, filii Micæ: e posteris Asaphi musicis, ere-gione operis domus Dei.

23 Nam præceptum regis *datum fuerat* de eis: & constitutio pro musicis, demensum cuiusque diei quotidie.

24 Petachja verò filius Meschezabeelis e posteris Zerachi filii Jehudę,

[c] *Hebr.* pro manu regis

erat [c] administrator regis in omni negotio erga populum.

25 In villis autem cum agris earum: e posteris Jehudæ inhabitabant Kiriath-Arbahhum cum pagis eius, & Dibonem cum pagis eius, & Jekabtzeelem cum villis eius:

26 Item

26 Item Jeschuhham, & Moladam, & Beth-Pelethum:
27 Et Chatzar-Schuhhalem, & Beerschebahhum cum pagis eius:
28 Et Tziklagum, Meconamque cum pagis eius:
29 Et Hhen-Rimmonem, Tzorhhamque, & Jarmuthum:
30 Zanoachum, Hhadullamum cum villis eorum, Lacischum cum agris eius, Hhazekam cum pagis eius: ita [d] commorabantur a Beer-schebahho ad vallem Hinnomi usque.
31 Posteri verò Binjaminis, a Gebahho: Michmaschum & Hhajam & Beth-Elem cum pagis eius:
32 Hhanathothas, Nobum, Hhananjam:
33 Chatzorem, Ramam, Gittajima:
34 Chadidum, Tzebohhima, Neballatum:
35 Lodum, & Onuntem cum valle fabrorum.
36 De Levitis autē, [e] distributiones Jehudæ & Binjaminis *inhabitabant*.

[d] *Hebr.* castra habebāt. i. in formā castrorū se disponebant, civitatibus nōdum instauratis:

ANNOTATIO.

2 *Quamvis benedicerent*] id est, non modò non impedirent: sed etiam faverent ac bene precarentur iis, qui voluntariè inhabitaturi essent Jeruschalaima: in quibus fuerunt aliqui ex Ephrajimitis & Menaschitis, 1. Chronic. 9. 3 *Provinciæ*] Jehudææ, quæ regni Persici provincia erat. *Servorum Schelomonis*] vide 1. Reg. 9. 21. 4 *Inhabitarunt*] sorte: nam hîc ii tantùm commemorantur, quibus sorte obvenit Jeruschalaimorum inhabitatio: Ait 2. Chronic. 9. non hi tantùm: sed etiam incolæ voluntarii recensentur, de quibus sup. ℣. 2. Quam ob rem illic Ephrajimitarum, Menaschitarum, Zerachitarum, aliorumque ex sacerdotibus, Levitis & populo habetur mentio: & longè amplior numerus exponitur. 16 *Operi externo*] id est, curatores erant earum rerum, quæ foris fierebantur ad cultum Dei: quorum causa conferebatur triens sicli viritim: de quo sup. 10. 33. vide 1. Chronic. 26. 29. 21 *Clivum*] de quo 2. Chronic. 27. 3. & sup. 3. 26. 22 *E regione operis*] id est, qui musici instituti erant, ut assisterent toti ministerio quod intus fiebat: ut alii Levitæ foris. sup. ℣. 16. 23 *Præceptum*] vide Hhezræ 7. 22. qua significat, munificentiâ regis prospectum est musicorum sacrorum alimento: cùm annuam pensionem de suo ærario erogari jussit. 25 *Kiriath Arbahhum*] hæc omnia loca usque ad 31. ℣. erant Jehudæ & Schimhhonis: vide Jehosch. 15. & 19. 36 *Distributiones*] id est, loca ab istis tribubus sibi attributa.

CAPUT XII.

Primores sacerdotum & Levitarum, & successio summorum sacerdotum usque ad tempora Alexandri Magni recensentur: & murorum totius urbis dedicatio, functionumq; in templo confirmatio describitur.

1 ATQUE isti *sunt* primores sacerdotum & Levitarū, qui [a] ascenderant cum Zerubbabele filio Schealtielis & Jeschuhha: Seraja, Jirmeja, Hhezra:
2 Amarja, [a] Malluc, Chattusch:
3 [b] Schecanja [c] Rechum, [d] Meremoth:
4 Hhiddo, [e] Ginnetoi, Abija:
5 [f] Mijamin, Mahhadja, Bilga:
6 Schemahhja, Jojarib, Jedahhja:
7 [g] Sallu, Hhamok, Chilkija, Jedahhja: hi primores sacerdotum & cognatorum suorum temporibus Jeschuhhæ.
8 LEVITÆ verò: Jeschuahh, Binnui, Kadmiel, Scherebja, Jehuda: Mattanja præfectus celebrationibus, ipse cum cognatis suis:
9 Deinde Bakbukja, & Hhunni cognati illorū, e regione illorum per observationes.
10 Jeschuahh autem genuit Jojakimum: & Jojakim genuit Eljaschi-

[a] qui Melicu infrà ℣. 14.
[b] Schebanja, Ibidem.
[c] Charim, ℣. 15.
[d] Merajoth, Ibid.
[e] Ginneton, ℣. 16.
[f] Minjamin Mohhadja ℣. 17.
[g] Sallai, ℣. 20.

bum, & Eljaſchib genuit Jojadahhum.

h qui Jochanan, ℣. 22. & 23.

11 Jojadahh verò genuit [h] Jonathanẽ, & Jonathan genuit Jadduhham.

12 Temporibus autẽ ″ Jojakimi erant ſacerdotes primarii paternarum *familiarum*: ex Seraja, Meraja: ex Jirmeja, Chananja:

13 Ex Hhezra, Meſchullam: ex Amarja, Jehochanan:

14 Ex Melicu, Jonathan: ex Schebanja, Joſeph:

15 Ex Charimo, Hhadna: ex Merajotho, Chelkai:

16 Ex Hhiddone Zecarja: ex Ginnetone, Meſchullam:

17 Ex Abija, Zicri: ex Minjamine ex Mohhadja, Piltai:

18 Ex Bilga, Schamuahh: ex Schemahhja, Jehonathan:

19 Ex Jojaribo autem, Mattenai: ex Jedahhja, Hhuzzi:

20 Ex Sallaio, Kallai: ex Hhamoko, Hheber:

21 Ex Chilkija, Chaſchabja: ex Jedahhja, Netaneel:

22 ″ Atq; hi quidem ſacerdotes uſque ad regnum ″ Darii Perſæ: LEVITARUM, temporibus Eljaſchibi, Jojadahhi, Jochananisque & Jadduhhæ, ″ conſcripti ſunt primores paternarum *familiarum*.

23 Levitarum *enim* primores paternarum *familiarum*, conſcripti in libro Chronicorum: ſimiliter uſque ad ″ tempora Jochananis nepotis Eljaſchibi:

1. Chron. 9.

24 Primores, inquam, Levitarum *ſunt* Chaſchabja, Scherebja, & Jeſchuahh filius Kadmielis, & cognati eorum e regione eorum ad laudandum, ad celebrandum ex præcepto Davidis viri Dei: ″ obſervatio ex adverſo obſervationis:

25 Mattanja, & Bakbukja, Hhobadja, Meſchullam, Talmon, Hhakkub: cuſtodientes janitorum cuſtodiam, in ″ ærariis portarum.

26 Iſti *jam erant* temporibus ″ Jojakimi filii Jeſchuhhæ, filii Jotzadaki: temporibus quoque Nechemjæ principis, ac Hhezræ ſacerdotis legis periti.

i Heb. requiſiverunt Levitas.

27 Ad dedicationem autem muri Jeruſchalaimorũ [i] ″ requiſiti ſunt Levitæ ex omnibus locis eorum, quos reducerent Jeruſchalaima: ad celebrandum dedicationem & lætitiam, idque gratiarum actionibus & muſica, cymbalis, nabliis & citharis.

28 Itaque congregati ſunt poſteri muſicorum: tum ex planitie circum Jeruſchalaima, & ex villis Netophathæi:

29 Tũ ex loco Gilgalis & ex campis Gebahhi & Hhazmavethi: nam villas ″ ædificabant ſibi muſici circum Jeruſchalaima.

30 Cumque mundaſſent ſe ſacerdotes & Levitæ: ″ mundaverunt populum, portasque & murum.

k Heb. celebrationes: metonymia: ſic infrà 38. & 41. ℣.

31 Deinde jubens aſcendere principes Jehudææ ″ verſus ſuperiorẽ partem muri: conſtitui duas [k] claſſes celebrantium magnas: quarum proceſſiones *erant*, *unius* ad ″ dexteram a ſuperiore parte muri ad ″ portam ſterquiliniorum.

32 (Sequebatur autẽ ″ iſtos, Hoſchahhja, & dimidiũ principũ Jehudæ:

33 Nem-

33 Nempe Hhazarja, Hhezra, & Meſchullam,
34 Jehuda, & Binjamin, & Schemahhja, ac Jirmeja:
35 Et" præter ſacerdotes cum tubis: " Zecarja filius Jonathanis, filii Schemahhjæ, filii Mattanjæ, filii Micajæ, filii Zaccuris, filii Aſaphi:
36 Et" cognati ejus, Schemahhja, & Hhazareel, Milalai, Gilalai, Mahhai, Nethaneel, Jehuda quoque, & Chanani cum inſtrumentis muſicis Davidis viri Dei: & Hhezra legis peritus antecedebat illos).
37 Deinde ad portam fontis, quæ" ex adverſo ipſorum *erat*, aſcenderũt per gradus civitatis Davidis in aſcenſum muri: inde a *muro qui eſt* ſupra domum Davidis uſque ad portam aquarum orientem verſus.
38 Similiter claſſis celebrantiũ altera quæ procedebat ex adverſo, quã ego ſequebar: dimidiumque populi, a" ſuperiore parte ejuſdem muri, ab *ea quæ eſt* ſupra" turrim furnorum, ad murum latum uſque.
39 Deinde a parte quæ *eſt* ſupra" portam Ephrajimi, & ſupra portam veterem, & ſupra portam piſcium, turrimq; Chananeelis & turrim centenariam ad portam gregis uſque: & ſubſtiterunt in porta cuſtodiæ.
40 Deinde ſubſtiterunt duæ illæ laudantium claſſes in domo Dei: ego quoque & dimidium antiſtitum mecum.
41 Sacerdotes quoque, Eljakim, Mahhaſeja, Minjamin, Micaja, Eljohhenai, Zecarja, Chananja cum tubis:
42 Item Mahhaſeja, & Schemahhja, & Elhhazar, & Hhuzzi, & Jehochanan, & Malcija, Hhelamque, & Hhezer: reſonabant etiã muſici cum Jizrachja præfecto ſuo.
43 Et ſacrificarunt die illo ſacrificia magna atque lætati ſunt: nã Deus [k] affecerat eos lętitia magna, etiam fœminis & pueris lætantibus: adeò ut audiretur lætitia Jeruſchalaimorum uſque e longinquo.
44 Præfecti ſunt etiam eo die homines cubiculis ad theſauros, ad oblationes, ad primitias, & ad decimas: ut colligerent in ea ex agris civitatum portiones legales pro ſacerdotibus & pro Levitis: nam lætitia Jehudæorum *erat* de ſacerdotibus & de Levitis" conſiſtentibus.
45 Qui obſervaturi erant obſervationem" Dei ſui & obſervationem munditiei, muſicorumque & janitorum: ſecundum præceptum Davidis & Schelomonis filii ejus.
46 Nam temporibus Davidis &" Aſaphi a priſcis temporibus: primores muſicorum, cum muſica laudationis & celebrationũ, Deo aſſiſtebãt.
47 Quare omnes Jiſraëlitæ temporibus Zerubbabelis & temporibus Nechemjæ," dabãt portiones muſicorũ & janitorũ, [l] demenſum cujuſq; die quotidie: & cõſecrabant Levitis: Levitæ verò conſecrabant poſteris Aharonis.

k *Heb.* lætificaverat eos lætitia.

1. Chrõ. 24, 25. & 26.

l *Heb.* rem diei die ſuo Num. 28. Num. 18.

ANNOTATIO.

1 *Atque iſti*] Digreſſio ab hoc verſu uſque ad 27, nata ab occaſione ſuperioris recenſionis, ut una ſerie totus eccleſiaſticus & politicus ordo contexeretur. *Aſcenderant*] duabus profectionibus: altera cum ducibus Zerubbabele & Jeſchuhha, Hhezræ 2. altera cũ ipſo Hhezra, Hhezræ 7: ſynecdoche. 9 *Obſervationes*] de quib. 1. Chro. 25. 10 *Jeſchuahh &c.*] ſeries ſummorum ſacerdotum poſt reditum a captivitate, uſque ad tranſlationem Monarchiæ perſicæ ad Alexandrũ Magnũ: cui Jeruſchalaima adorſuro obviã venit Jadduahh. Joſeph. Ant. lib. 11. cap. 7. & 8. Hoc autem non debet cuiquam mirum videri a Nechemja ſcribi: cùm a regno Artaxerxis, cui Nechemja

inserviebat, usque ad monarchiam Alexandri non intercedant sexaginta anni. 12 *Jojakim*] sacerdotis summi post Jeschuhham. 22 *Atque hi quidem*] ὑστέρωσις verborum, quã ad perspicuitatẽ sustulimus: vide 2. Chrõ. 22. 2. in annotatione. *Darii Persæ*] postremi, qui ab Alexandro fusus est. *Conscripti sunt*] quasi dicat, nihil est opus ut a me describantur. 23 *Temporã*] *ochananis*].i. usque ad Jadduhham filiũ ejus. 24 *Observatores &c.*] vide 1. Chron. 24. 31. & 26. 16. 25 *AEvarii portarum*] 1. Chron. 26. 15. 26 *Jojakim*] cum Nechemja in Jehudæam primùm missus est. 27 *Requisiti sunt*].i. revocati, cum a magno illo conventu, de quo sup. 7. 5. ut alii filiæ raëlitæ ad suas habitationes reverterentur. 29 *AEdificabant*] nam Babylonicis bellis omnia fuerant everra. 30 *Mundaverunt*].i. purgaverunt rebus immundis. 31 *Versus superiorem*].i. in editiorem partem alterorum Jeruschalaimorum orientem versus: inter portam sterquiliniorum, & turrim furnorum. *Dexteram*].i. versus meridiem. *Portam sterquiliniorum*] de qua sup. 2. 13. 32 *Istos*].i. sacerdotes & Levitas prioris classis, qui exprimuntur ℣. 35. 35 *Præter sacerdotes*] quorum nomina per classes exponuntur infrà ℣. 41. *Zecarja &c.*] Levitas esse constat ex progenitore Asapho, & ex administrationis genere, 1. Chrõ. 25. 36 *Cognati ejus*] partim Asapho, partim Hemane & Jeduthune orti, de quibus 1. Chron. 9. & 25. 37 *Ex adverso ipsorum*] ex alteris Jeruschalaimis in civitatem Davidis ascendentium: vide sup. 2. 14. *Inde a muro*].i. obiverunt ab interiore parte totum murum civitatis Davidis, a porta fontis ad portam aquarum, quæ erat e regione templi, sup. 3. 26. 38 *Superiore parte*] de qua ℣. 31. *Turrim furnorum*] de hac, & reliquis locis hic annotatis vide sup. 2. & 3. 39 *Portam Ephrajimi*] ad Septentrionem urbis alterius, quæ cũ civitate Davidis magis conjuncta erat. 44 *Constituti sunt*] *Desiderantibus*] *ministeriis*].i. quòd in ministerio suo deinceps essent permansuri, ac non per agros ut anteà, erraturi. 45 *Custodiam cultu*] cultu legitimo exhibendo. *Mundatiei*].i. rebus immundis arcẽdis ut suprà ℣. 30. 46 *Asaphi*] cum Hemane & Jeduthune: synecdoche.

CAPUT XIII.

Nechemja recepta post aliquod tempus rursus administratione: exterorum consortium: intermissionem sacri ministerii: violationẽ sabbathi: & conjugium cũ alienigenis severè corrigit.

Deut. 23. 3. 1 IN TEMPORE illo lectum est in libro Moschis, audiente populo: in quo inventum est scriptum, ut non veniat Hhammonita aut Moabita in congregationem Dei usque in seculum:

2 Propterea quòd non occurrerant Jisraëlitis pane & aqua: & conduxerant contra eos Bilhhamum ad maledicendum eis: quanquam convertit Deus noster maledictionem illam in benedictionem.

3 Itaque fuit cùm audirent istam legem: ut dispararent omnem miscellaneam turbam a Jisraële.

4 Anteà autẽ Eljaschib sacerdos præpositus cubiculo domus Dei nostri: [a] affinis factus fuerat Tobijæ:

5 Paraveratq; ei cubiculum magnum, ubi prius reponebant munus, thus, instrumentaq;, & decimas frumenti, musti & olei, [b] præceptas pro Levitis, musicisq; ac janitoribus: & oblationem sacerdotum.

6 Sed [c] cùm totum hoc fieret, non eram Jeruschalaimis: nam anno trigesimo secundo Artaxerxis regis Babylonię redieram ad regem, tantùm [d] exactis *aliquot* annis, exorata est mihi venia a rege.

7 Cumq; venissem Jeruschalaima: & intellexissem malum istud quod fecerat Eljaschib pro Tobija, parando ei cubiculum in atriis domus Dei:

8 Malum visum est mihi valde: quam ob rem ejeci omnia instrumenta domestica Tobijæ foras extra illud cubiculum.

9 Cumque edicente me, mundavissent illa cubicula: retuli illuc instrumenta domus Dei, munus, & thus.

10 Deinde cognoscens portionum Leviticarũ nihil fuisse datũ: ideoq; diffugisse quemq; in agrum suum, Levitas & musicos [e] curatores operis:

11 Contendi cum antistitibus, ac dixi: quam ob rem derelicta fuit domus Dei? & congregans illos, restitui illos in statione sua:

12 Om-

a *Heb.* propinquus.
b *Heb.* præceptum Levitarum. Num. 18. Num. 28. & 29.
c *Heb.* in toto hoc. Sup. 5. 14.
d *Heb.* ad finem annorum vel anni exoratus sum a rege.
e *Heb.* facientes opus.

12 Omnesque Jehudæi attulerunt decimas frumẽti, mustique, & olei, in thesauros.
13 Et quęstores dedi super thesauros, Schelemjam sacerdotem, & Tzadokum scribam, & Pedajam ex Levitis: atque ad manum eorum Chananem filium Zaccuris filii Mattanjæ: quia fidi reputabantur: quorum erat distribuere cognatis suis.
14 "Recordare mei, Deus mi, in hac re: & ne finito deleri benignitates meas, quas exercui erga domum Dei mei, & erga observationes ejus.
15 Temporibus iisdem vidẽs in Jehudæa calcantes torcularia ipso sabbatho, & afferentes manipulos quibus onerabãt asinos: etiamq; vinum, uvas, & ficus, ac quodvis onus, & adducentes die sabbathi Jeruschalaima: contestatus sum, quo die vendebant commeatum.
16 Tyrii quoque habitabant in ipsa *urbe*, afferentes pisces, & omnes res venales: quas vendebant ipso sabbatho Jehudæis, & quidem Jeruschalaimis.
17 Quapropter contendi cum clarissimis Jehudęorum: & dixi eis, quę est res pessima hæc, quam facitis, quòd profanatis diem sabbathi? Exodi 20.
18 An non cùm ita fecissent majores vestri, induxit Deus noster super nos totum malum istud, & super civitatem hanc: & vos augetis æstum iræ contra Jisraëlem profanando sabbathum.
19 Fuit itaque cùm "obumbrarentur portæ Jeruschalaimorum ante sabbathum, ut edicente me clauderentur fores, quas edixi ne aperirent usque postridie sabbathi: præterea ex pueris meis constitui in portis, ne ingrederetur onus die sabbathi.
20 Sed cùm pernoctassent aromatarii & propolæ omniũ rerum venalium, extra Jeruschalaima semel ac iterum:
21 Contestatus sum eos, dicens ad eos: cur estis pernoctes e regione muri? si iterabitis, manum immittam in vos: ex tempore illo non veniebant sabbatho.
22 Edixi verò "Levitis, ut mundarent se, & venientes observarent portas, sanctificando diem sabbathi: etiam hoc" recordare mei Deus mi, & parce mihi pro multitudine benignitatis tuæ.
23 Etiam diebus illis vidi Jehudæos habitatione consociasse sibi fœmi nas, Aschdodæas, Hhammonitidas, Moabitidas:
24 Et filios eorum ex parte loqui Aschdodęè, neque scientes loqui Jehudaicè: sed ex lingua [f] cujusque populi sui. *f Heb.* populi & populi.
25 Ideò contendi cum eis, "maledicens eis, & percutiens ex eis áliquos glabravi eos: & jurejurando obstrinxi eos per Deum *dicens*, "*dira imprecamini vobis* si dederitis filias vestras filiis illorum, aut si assumpseritis filiis vestris aut vobis de filiabus illorum.
26 An non cum istis peccavit Schelomo rex Jisraëlis: quamvis in gentibus multis non fuerit rex par ei: & dilectus Deo suo esset, adeò ut constituerit eũ Deus regem super totum Jisraëlem? etiam ipsum ad peccan- 1. Reg. 11.

dum induxerunt fœminæ alienigenæ.

27 Et vobis an″ auſcultabimus, faciendo totum malum maximum iſtud: prævaricando contra Deum noſtrum: ut habitatione conſocietis fœminas alienigenas?

28 Etiam e″ poſteris Jojadahhi filii Eljaſchibi ſacerdotis ſummi gener erat Sanballato Choronitæ: quem fugavi a me.

29 ″Recordare horum, Deus mi, ſecundum″ pollutiones ſacerdotii, &″ fœderis ſacerdotalis, atque Levitici.

30 Itaque mundavi″ illos ab omni extero: & reſtitui obſervationes ſacerdotibus & Levitis, quemque in opere ſuo:

g *Hebr.* oblationem lignorum: ut ſup. 10.35.

31 Tum ad[g] ligna oblationis temporibus condictis, tum ad primitias: Recordare mei, Deus mi, in bonum.

ANNOTATIO.

1 *Tempore illo*] quo Nechemja ſecundò præfecturam Jehudææ conſecutus eſt, infrà ℣. 6: fuitq; hoc ad ſummum quinquennio poſtquàm ad Artaxerxem rediiſſet: nam Artaxerxes non ultra 37. annos regnavit. 5 *Paraverat cubiculum*] ex pluribus cubiculis confectum, dejectis intergerinis illorum parietibus: ut apparet ex verbis ſequentibus & ℣. 9. 6 *Regis Babyloniæ*] vide in Hhezræ 6.22. *Aliquot annis*] ad ſummum quinque: vide in ℣. 1. 14 *Recordare mei &c.*] id eſt, exaudi me, & cultum a me reſtitutum conſerva. 19 *Obumbrarentur*] id eſt, cùm ſol vergens ad occaſum, diſpareret a portis Jeruſchalaimorum, hoc eſt, tempeſtivè admodum: quia ſol propter adverſos montes celerius illorum conſpectu occultabatur: hoc autem præcepit, rationem habens legis, Levitici 23.32. 22 *Levitis*] qui die quoque ſabbathi, ut reliquis profeſtis, neceſſaria comparabant. *Recordare mei*] vide ſup. 5.19. in annotatione. 25 *Maledicens*] id eſt, maledicis convitiis eos agitans, prout merebantur. *Glabravi*] id eſt, capillos aut barbam prehendens avelli: ſynecdoche. *Dira imprecamini*] eclipſis, de qua Gen. 14.23. 27 *Auſcultabimus*] diſſimulantes aut ferentes factum veſtrum. 28 *Epoſteris*] id eſt, nepotibus: fuit enim hîc Menaſche frater Jadduhhæ ſacerdotis ſummi: de quo vide Joſephum Antiq. lib. 11. cap. 7. & 8. 29 *Recordare*] id eſt, vindica. *Pollutiones ſacerdotii*] quibus, inita affinitate iſta, ſacerdotium prophanavit. *Fœderis*] quod rupit, & a quo improbè deſcivit, fœdere adverſus cultum Dei inito cum Sanballato ſocero: Joſephus ibidem. 30 *Illos*] qui volentes abdicarunt impura conſortia.

ESTERÆ

ESTERAE
LIBER UNUS.

LIBER *Esteræ ea quæ Jehudæis temporibus Darii Assueri filii Hystaspis memorabilia acciderunt: Evectionem Esteræ: Hamanis exitiale in Jehudæos consilium, liberationemq; eorum: & Mordecaii administrationem describit. Estq; historia, quasi annorum octodecim.*

Nam convivium instituit } anno 3 cap. 1. ℣. 3.
Ducit Esteram } anno 7 cap. 2. 16.
Haman in Jehudæos conspirat, & tandem suspenditur } anno 12 cap. 3. 7. & 7. 10.

Inde ad finem regni ejus Ester regnat, & Mordecai administrationem summam obtinet.

CAPUT I.

Assuerus magnum & diuturnũ convivium suis exhibet: sub cujus fine reginam ad ostentationem advocat: & renuentem ex cõsilio procerum regno abdicat, promulgata lege in exemplũ.

1 FUIT autem temporibus [a] Assueri (is est Assuerus qui regnum obtinebat ab India usq; ad Æthiopiam, centum viginti septem provinciarũ)

a Hebr. Achalchveroschsic deinceps.

2 Ut temporibus illis, cùm sederet rex Assuerus in solio regni sui: quod erat [b] Susis in urbe regia:

b Hebr. Schuschane.

3 Anno tertio regni sui faceret convivium omnibus principibus suis ac servis suis: principibus copiarum Persiæ & Mediæ, regulis & præfectis provinciarum, coram se:

4 Ostentando divitias, gloriam regni sui, & honorem, decorem magnitudinis suæ: diebus multis, *nempe* centum octoginta diebus.

5 (Etiam dum completis diebus istis, fecit rex toti populo qui pręstò erant Susis in urbe regia a maximo usque ad minimum, convivium septẽ diebus: in atrio horti palatii regii)

6 *Aulæa* alba, viridia & hyacinthina, appensa funiculis byssinis & purpureis, ad [c] annulos argenteos & columnas marmoreas: lectos aureos & argenteos super pavimentum e porphyrite & marmore: denique habitationem & circumpositum apparatum:

c Heb. orbes

7 Et potum præbendo in vasis aureis, & [d] vasis inter se variis: vinumq; regium plurimum, pro [e] facultate regis.

d Hebr. vasis a vasis diversis.
e Heb. secundum manũ.

8 Potum autem ex jure nemo exigebat: sic enim [f] constituerat rex uni-
cuique magistro domus suæ, ut facerent pro voluntate [g] uniuscuiusq;.
9 Etiam Vaschti regina fecit convivium fœminarum: in domo regia
quæ *erat* regi Assuero.
10 Die illorum septimo, cùm [h] hilaris esset animus regis vino: edixit
Mehumani, Biztæ, Charbonæ, Bigtæ & Abagtæ, Zethari & Carcaso, se-
ptem aulicis ministrantibus coram rege Assuero:
11 Ut adducerent reginam Vaschtin in conspectum regis: cum corona
regia: ad ostentandum populis & principib. pulchritudinem ejus, quòd
bona specie esset.
12 Sed cùm renuisset regina Vaschti venire ad verbum regis, quod per
[i] aulicos illos *afferebatur*: efferbuit rex valde, & æstuans ira ejus exarsit
in eo.
13 Quapropter dicente rege sapientibus noscentibus tempora: (nam
sic negotium regis exponebatur omnibus noscentibus jus & judicia)
14 Et propinquo sibi Charschenæ, Schethari, Admathæ, Tarschischo,
Meresо, Marsenæ, Memuchani: septem principib. Persidis & Mediæ, vi-
dentibus faciem regis, sedentibus primis in regno:
15 Ex jure quid faciendum reginâ Vaschti: eo quòd non fecit edictum
regis Assueri per aulicos?
16 Dixit Memuchan coram rege & principibus, non contra regem so-
lùm perversè egit Vaschti regina: sed contra omnes principes & contra
omnes populos qui *sunt* in omnibus provinciis regis Assueri.
17 Cùm prodibit [k] factũ reginæ ad omnes fœminas, *futurum est* ut sper-
nant maritos suos in oculis suis: dicendo, ipse rex Assuerus edixerat adduci Vaschtin reginam in conspectum suum: tamen non advenit.
18 Etiam hoc ipso die dicturæ sunt principes *fœminæ* Persidis & Mediæ,
quæ audiverunt factum reginæ, omnibus principibus regis: [l] ita plus satis
contemptus & æstuantis iræ *nobis erit*.
19 Si regi bonum videtur prodeat edictum regium a conspectu ejus: &
scribatur inter jura Persidis & Mediæ: ut non [m] pereat: quia non venit
Vaschti in conspectum regis Assueri: ideò regnum ejus tradet rex proxi-
mæ ejus, quæ melior *erit* ea.
20 Ita audito edicto regis quod promulgabit in toto regno suo, utut
magnum est: omnes fœminæ tribuent honorem maritis suis, a maximo
usque ad minimum.
21 Cumq; bona videretur hęc res in oculis regis & principum: fecit rex
secundum sententiam Memuchanis.
22 Nam misit literas ad omnes provincias regis, ad [n] unamquanq; pro-
vinciam secundum scripturam ejus, & ad unumquemque populum se-
cundum linguam ejus: ut esset quisq; vir dominator domi suæ: quod edi-
xit quisque lingua populi sui.

Anno-

f Heb. funda verat.
g Heb. viri & viri.
h Hebr. cùm bonũ esset cor.
i Heb. p manum aulicorum: sic ℣.15
k Heb. res: sic ℣.18.
l Heb. planè satis.
m Heb. transeat.
n Hebr. ad provinciã & provinciã, populum & populum.

ANNOTATIO.

h Is est Assuerus] intelligit Darium Hystaspis filium, ut Hhezræ 4. 6. qui primus ab India ad Æthiopiam usque regnavit: nam etsi reges Medorum & Persarum priores magnum imperium obtinebant: tamen illorum nullus fines Æthiopię attigit ante Cambysem filium Cyri, qui simulac Ægyptum devicit, quasi libata tantùm Æthiopia, in Ægypto mortuus est, teste Justino lib. 1: neque septem annis integris regnavit: cùm hic Assuerus multo amplius regnaverit, ut ostenditur infrà 3. 7 & seq. vide provinciarum recensionem apud Herodotum lib. 3. 5 *Toti populo*] præter superiores convivas totum etiam populum regiæ urbis adhibuit: ut ostendit vers. 11. 6 *Lectos*] quibus convivantes accumbebant pro more antiquo. *Habitationem &c.*] has voces ita interpretamur, ut Chaldaicas origine. 9 *Vaschti*] Cyri filia, soror Cambysis Artaxerxis: quamobrem etiam Artachschastana vocabatur, sive Artisthone Herodoto corrupta voce: vide infrà 2. 7. annot. 10 *Cum hilaris esset*] id est, magis vino quàm ratione ageretur: quo modo evocatio reginæ ad ostentum, & sequētia accipienda sunt. 13 *Nescientibus tempora*] vide annotata 1. Chro. 12. 32. *Nam sic*] id est, nihil sine consilio procerum a rege fieri solebat. 14 *Septem Principibus*] vide Hhezræ 7. 14. 19 *Scribatur*] id est, in acta regni authentica refera tur, ut firmum maneat. 22 *Quisque*] præfectorum, quibus rex mandarat.

CAPUT II.

Delectus puellarum ex toto regno Assueri habetur, ut ei apta inveniatur uxor: inter quas Esther assumpta omnibus præfertur, & regina creatur: Mordecai verò cōspirationem quorundam aulicorum in regem per Esteram prodit, quod in regni annales refertur.

1 His rebus gestis, cùm sedatus esset æstus regis Assueri: [a] mentionem fecit Vaschti, & ejus quod fecerat, quodq; decretū fuerat in ea.

a Heb. post res istas: ut infrà 3. 1.

2 Quapropter dixerunt pueri regis ministri ejus: quærant *aliqui* regi puellas virgines [b] bonæ speciei,

b Hebr. bonas: sic infrà 3. & 8. ℣.

3 Et constituat rex [c] procuratores in omnibus provinciis regni sui, qui congregent quamq; puellam virginem bonæ speciei, Susis urbe regia, in gynæceum, ad manum [d] Hegæ aulici regis custodis fœminarum: qui adhibeat [e] mundum earum.

c Heb. constitutos. *d* qui & Hegai, ℣. 8.

4 Deniq; puella quæ bona videbitur in oculis regis, regnet loco Vaschti: cumq; bona visa esset hæc res in oculis regis, fecit ita.

5 Vir Jehudæus erat Susis in urbe regia: cujus nomen Mordecai filius Jairis, filii Schimhhi, filii Kisci [e] Binjaminita.

e Heb. vir Jeminita.

6 Qui deportatus fuerat Jeruschalaimis cum deportatione quę deportata fuit cum Jeconja rege Jehudę: quem deportavit Nebucadnetzar rex Babyloniæ.

2. Reg. 24.

7 Is nutriebat [f] Hadassam: ea *est* Esther filia [g] patrui ejus, eo quòd non esset illi pater aut mater: eratq; puella illa pulchra forma & bona specie, quā moriente patre ejus & matre ejus assumpserat Mordecai sibi in filiam.

8 Fuit itaq; cùm audito verbo regis & decreto ejus, cōgregarentur puellæ multæ Susis in urbem regiam ad manū Hegai: ut assumeretur Esther in domum regis ad manum Hegai custodis gynæcei.

9 In cujus oculis cùm bona videretur puella, & obtineret benignitatē ab eo: [h] celeriter dedit ei mundum ejus & [i] portiones ejus, septemq; puellas quas visum fuerat dare ei e domo regis: denique [k] dedit ei puellisq; ejus conditionem optimam in gynæceo.

f Heb. acceleravit dare. *g Heb.* mutavit eā & puellas ejus in optimum.

10 Non indicaverat Esther populum suum aut genus suum: nam Mordecai interdixerat ei ut non indicaret:

11 Sed [l] quolibet die Mordecai obambulabat ante atrium gynæcei: ut cognosceret de [m] prosperitate Esteræ, & quid fieret ea.

h Heb. omni die & die. *i Heb.* pacē.

12 Cùm autem perveniſſet terminus [k] cujuſque puellæ ut ingrederetur
ad regem Aſſuerum, [l] poſtquàm fuerat ipſi *factum* pro jure fœminarum
duodecim menſes. (ſic enim complebantur dies mundi earum: ſex men-
ſes oleo myrrhino, & ſex menſes aromatibus mundoq̃; muliebri).

13 Tunc cum eo puella veniebat ad regem: quicquid indicebat daba-
tur ei: ut procederet cum ea, a gynæceo uſq; ad domum regis.

14 Veſpere ingrediebatur illa, & mane revertebatur in gynæceum al-
terum ad manum Schahhaſchgazi aulici regis, cuſtodis concubinarum:
non redibat amplius ad regem: ſed ſi delectabatur ea rex, vocabatur no-
minatim.

15 Cum itaq; perveniſſet terminus Esteræ filiæ Abichajilis patrui Mor
decaii, quam aſſumpſerat ſibi in filiam, ingrediendi ad regem: non quæ-
ſivit quicquam, niſi quod dicturus eſſet Hegai aulicus regis cuſtos gynæ-
cei: obtinebatq; Ester gratiam in oculis omnium videntium eam.

16 Ita aſſumpta Ester ad regem Aſſuerum, *adducta eſt* in domum regiã
ejus, menſe decimo is *eſt* menſis Tebeth: anno ſeptimo regni ejus.

17 Dilexit enim rex Esteram præ omnibus aliis mulieribus: & obtinuit
gratiam & benignitatem coram eo, præ omnibus aliis virginibus: adeò
ut imponeret coronam regiam capiti ejus, & reginam conſtitueret eam
loco Vaſchti.

18 Poſteà fecit rex convivium magnum omnibus principibus ſuis &
ſervis ſuis, convivium Esteræ: & [m] immunitatem provinciis conceſſit, de-
ditq; munus ſecundum facultatem regiam.

19 Dum autem eſſent aggregatæ virgines ſecundò: & Mordecai con
ſideret ad portam regis:

20 Non indicabat Ester genus ſuum aut populum ſuum, quemadmo-
dum interdixerat ei Mordecai: ſed ſermonem Mordecaii Ester faciebat,
ut cùm eſſet alumna apud eum.

21 Diebus illis, cùm Mordecai conſideret ad portam regis: & efferve-
ſcens Bigtan & Tereſch, duo aulici regis ex cuſtodibus liminis, quærerent
immittere manum in regem Aſſuerum:

22 Innotuit res iſta Mordecajo, quam indicavit Esteræ reginæ: Ester
verò dixit regi nomine Mordecaii.

23 Cumq; res quæſtione habita deprehenderetur: ſuſpenſi ſunt illi am-
bo de ligno, & ſcriptum eſt in libro [n] Chronicorum coram rege:

[k] *Heb.* puellæ & puellæ.
[l] *Heb.* a fine fuiſſe ei.
[m] *Heb.* quietem, id eſt, vacationem ab oneribus
[n] *Heb.* verborum dierum

ANNOTATIO.

1 *Mentionem*] fortaſſis miſericordiam, factum cum decreti gravitate comparans: quod tamen ex jure Perſarum & Medorum mutari non poterat. Danielis 6. 15. & infrà 8. 8. 3 *Gynæceum*] id eſt, ut Græci vocant, παρθενῶνα ſive domum virginum: nam alterum eſt mulierum, infrà 14. *Mundum*] id eſt, omnia pertinentia ad cultum muliebrem, tam rei pigmentariæ quàm veſtiariæ: ſicut oſtenditur infrà verſi. 12. 7 *Hadaſſam*] quam Herodotus lib. 3. & 7. Atoſſam vocat, ſummæ apud Darium autoritatis. quamvis Herodotus in cæteris plurimùm a veritate aberret: ſive ipſius ignoratione, ſive librariorum imperitia factum ſit, ut nomina uxorum Darii commutata ſint: nam quod ad Vaſchtin pertinet, Atoſſæ tribuit: ut contrà quod ad Atoſſam, attribuit Artiſthonæ, quæ eſt Vaſchti: vide ſuprà 1. 9. annot. *Patrus*] Abichajilis, ver. 15. 9 *Portiones*] id eſt, alimenta & pigmenta. 13 *Quicquid indicebat*] id eſt, quemcunque comitatum aut ornatum expetebat,

Caput III.

egrebatur a gynæciario dabatur. 14 *Alterum*] Concubinarum, ubi asservabantur quæ fuerant congressæ cum rege. 15 *Non quæsivit*] hoc est, non studuit ut sibi regis animum ullis ornamentis, pigmentis, aut ulla ratione conciliaret: ut tetarum faceret se ad regem invitam perduci: sed tantùm imperata a custode fecit: adeò memor & studiosa erat legis. 16 *Tebeth*] qui nostro Decembri plurimùm respondet. 19 *Aggregatæ essent*] id est, a gynæceo regis, singulæ ad suos se recepissent. 20 *Consideret*] id est, munus suũ ordinariũ exerceret in aula regis: fortè custodiæ palatii, ut versus 21. subindicat. *Interdixerat ei*] prudẽter & modestè cavẽs: ne hoc nomine ipsi populóve suo invidia gravior, aut periculũ crearetur. 23 *Libro Chronicorum*] .i. Persicorum annalium.

Caput III.

Haman regis jussu ab omnibus adoratur, præterquam a Mordecaio: in quem infensus Haman obtinet a rege mandatum de toto Judæorum genere tollendo, & ad omnes provinciarum præfectos mittit.

1 Post res gestas, magnificavit rex Assuerus Hamanẽ filiũ Hammedathæ Agagęum, & extulit eum: adeò ut poneret soliũ ejus supra *solium* omnium principum qui *erant* apud ipsum.

2 Et omnes servi regis qui [a] ingrediebantur portam regis, flectẽtes incurvaverunt se Hamani, quia sic præceperat de eo rex: sed Mordecai non flectebat, neque incurvabat se.

3 Quam ob rem dicebant servi regis qui ingrediebantur portam regis, Mordecaio: quare transgrederis præceptum regis?

4 Fuit itaque cùm dixissent ad eum [b] quotidie, & non auscultasset eis: ut indicarent Hamani: ad videndum an constitura essent verba Mordecaii, nam indicaverat eis se esse Jehudæum.

5 Itaq; videns Haman Mordecaium non flectere se, aut incurvare ipsi: implętus est Haman æstu.

6 Sed cùm sperneret in oculis suis mittere manũ in Mordecaium solũ. (nam indicaverant ipsi populum Mordecaii): quærens Haman perdere omnes Jehudæos, qui *erant* in toto regno Assueri, populares Mordecaii,

7 Mense primo, is *est* mensis Nisan, anno duodecimo regis Assueri: jussit conjici pur id est sortem coram [c] se, de die in diem, & de mense *in mensem* usq; ad mensem duodecimum, is *est* mensis Adar.

8 Dixerat enim Haman regi Assuero, est populus quidam dispersus ac dissipatus inter populos, in omnibus provinciis regni tui: quorum jura diversa sunt a *jure* omnium populorum: jura autem regis non exequuntur, ideóq; regi non est utile sinere eos.

9 Si apud regem bonum videtur, scribatur ut perdãt eos: & decies mille talenta argenti pendam ad manus præfectorum huic operi, ut inferant in thesauros regis.

10 Tum amovens rex annulum suum e manu sua: tradidit illum Hamani filio Hammedathæ Agagæo, oppressuro Jehudæos.

11 Et dixit rex Hamani: istũd argentum traditum esto tibi: & ut facias in istum populum, sicut bonum *videtur* in oculis tuis.

12 Itaq; vocatis scribis regis, mense ipso primo, tertiodecimo die, scriptum est omnino prout præceperat Haman, ad satrapas regis, & ad duces qui *erant* in [d] unaquaq; provincia, & ad principes singulorum populorum, cuiq; ꝓvincię secundum scripturã ejus, & cuiq; populo secundum linguam ejus: nomine regis Assueri scriptũ, & obsignatum annulo regis.

Infrà 9.24.

a *Heb.* in porta regis: sic deinceps.

b *Heb.* die & die.

c *Hebr.* corã Hamane: antecedẽs pro se & relativo suo, ut Gen. 9.6.

d *Heb.* ꝓvincia & ꝓvincia, & ad principes populi & populi: sic deinc.

13 Missæ autem sunt literæ per cursores in omnes provincias regis: ad perimendum, ad interficiendum, & ad perdendũ omnes Jehudæos, tam pueros quàm senes, parvulos & fœminas uno die, decimotertio mensis duodecimi, is mensis *est* Adar: & ad prædandum spolia eorum.

14 Exemplum istius scripti, ut constitueretur jus in unaquaq; provincia, patefactum est omnibus populis: ut essent parati in diem istum.

15 Cursores exiverunt ″citati, cum verbo regis, & jus datum est Susis in urbe regia: rex verò & Haman sedebant ad bibendum, cùm [d]″cives Susorum perplexi essent.

d Heb. civitas Schuschã pplexa esset.

ANNOTATIO.

1 *Agagæum*] Hhamalekitam, e stirpe Agagi: vide Num. 24.7. 2 *Flectentes incurvarent*] deferentes ei honorem supra humanum, ex regis mandato: qualis regi Persarum habebatur: nam etiam Conon Athenienſis hanc προσκύνησιν indignam ratus, a colloquio regis abstinuisse dicitur apud Justinum lib. 6. *Non flectebat*] tum quia ex ea gente erat, in quam Jehudæis perpetuum bellum Deus indixerat, Exo. 17.14. & Deut. 25.17: tum quia is honor soli Deo debebatur. 4 *An constitura esset*] id est, an perstiturus esset constanter in suo proposito, & in professione gentis ac religionis suæ, Hhamalekitas aversantis. 7 *Nisan*] qui nostro Martio ex parte respondet: in hoc autem libro menses numerantur ex ratione legis, Exo 12. *De die in diem*] id est, quicunque dies aut mensis ad cædem Jehudæorum perpetrandam sorte accideret. *Adar*] respondens ex parte Februario. 8 *Jura autem regis*] qui jusserat Hamanem adorari. ita nefariè singulare Mordecaii factum in se, derivat in Jehudæos omnes, quasi omnia jura regis convellerent. 10 *Tradidit illum*] in symbolã traditæ autoritatis, ut Gen. 41.42. *Oppressuro*] id est, cui animus erat Jehudæos opprimendi, & dabatur autoritas. 11 *Tradatum esto*] id est, acceptum habeo, & eo te dono. 12 *Ad satrapas*] nimirum ut constituto ab Hamane tempore regis edictum promulgarent & exequerentur. 15 *Citati*] id est, equis celeribus vecti, quos Persæ vocabant Angarios: vulgus postas dicit. *Cives Susorum*] id est, Jehudæi Susis habitantes, de hoc mandato certiores facti: synecdoche.

Caput IV.

Mordecai auditum regis decretũ graviter lugens, Esteræ per internuntios significat, eamq; serìo sui officii admonet: ad quod præstandũ ipsa cum Jehudæis omnib. indicto jejunio se cõparat.

1 Cùm itaque Mordecai ″cognovisset quicquid factum erat: lacerans Mordecai vestimenta sua ″induit cilicium cum cinere: & exiens per civitatem clamabat clamore magno & amaro.

2 Ita venit usq; ante ″portam regis: non enim erat ingrediendum in portam regis cum ″indumento cilicii.

a Hebr. provincia & ꝑvincia.

3 Et in [a]qualibet provincia, in quemcunque locum verbum regis & edictum ejus pervenerat, luctus magnus erat Jehudæis, jejunium q; & fletus ac planctus: ciliciumq; cum cinere stratum erat multis.

4 Quam ob rem venientes puellæ Esterę & aulici ejus cùm indicarent ei, dolens exhorruit regina valde: & misit vestimenta ad induendũ Mordecaium, & ad amovendum cilicium ejus ab eo: quæ non admisit.

b Heb. constituerat corã ipsa.

5 Deinde advocans Ester Hathacum ex aulicis regis, quem [b]constituerat administrũ ipsi, mandata dedit ei de Mordecaio: ut sciret quid & quare hoc esset.

6 Egresso itaque Hathaco ad Mordecaium: in plateam civitatis quæ *est* ante portam regis:

7 Indicavit ei Mordecai ″quicquid obtigerat sibi: & ″præstitutam pecuniæ summam, quam dixerat Haman se pensurũ in thesauros regis contra Jehudæos ad perdendum eos.

8 Præterea exemplum scripti juris quod ″positum fuerat Susis ad perimendos

mendos ipsos dedit ei, ut ostenderet Esteræ & indicaret ei: atque ″ præceptum daret ei veniēdi ad regem ad deprecandum eum, & ad rogandum in conspectu ejus pro populo suo:

9 Rediens itaq; Hathac, indicavit Esteræ verba Mordecaii.

10 Dixit verò Ester Hathaco, & mandavit ei referre ad Mordecaium:

11 Omnes servi regis, etiam populus provinciarum regis sciunt: quicūque vir aut mulier ingressus fuerit ad regem in atrium interius, qui non fuerit vocatus, unum esse jus de eo morte afficiēdo: ″ præterquàm cui ″ extenderit rex sceptrum aureum, eum vivere: ego verò non fui vocata ut ingrederer ad regem, hic *est* trigesimus dies.

12 Sed cùm indicassent Mordecaio verba Esteræ:

13 Dixit Mordecai referēdum ad Esteram: ne putes apud animum tuū te ereptum iri in domo regis, ex omnibus Jehudæis.

14 Nam si [b] omnino silueris ″ tempore isto, respiratio & liberatio constabit Jehudæis [c] aliunde: tu verò & domus patris tui peribitis: ″ & quis novit an propter tempus ejusmodi perveneris ad istud regnum?

15 Tum edixit Ester referri ad Mordecaium.

16 I, congrega omnes Jehudæos, qui præstò sunt Susis: & jejunate pro me, & ne comedatis, neq; bibatis tribus diebus noctu & interdiu: similiter ego quoq; cum puellis meis jejunabo: ita demum ingrediar ad regem, quod non *est* ″ secundum jus: & cum ″ perierim periero.

17 [d] Abiit itaq; Mordecai: & fecit omnino prout præceperat ei Ester.

[b] *Heb.* filēdo filueris.
[c] *Heb.* e loco alio.
[d] *Heb.* transiit.

ANNOTATIO.

1 *Cognovisset*] vel alicujus amici revelatione, vel inimicorum sermone: etsi in constitutum tempus dilata erat promulgatio. *Induit cilicium*] vide Jehos. 7. 6. 2 *Ante portam*] id est, plateam regiæ adjacentem, infrà ℣. 6. *Indumento cilicii*] id est, habitu lugubri, synecdoche: vide Gen. 50. 4. 7 *Quicquid obtigerat*] id est, totam historiam superioris capitis. *Præstituram &c.*] sup. 3. 9. 8 *Positum*] id est, decretum in arcano consilio regis. *Præceptum daret*] verbis Mordecaii, quasi jus in aluminam suam retinentis sup. 2. 20. 11 *Extenderit*] juxta ritum regum Persidis, suos hoc symbolo ad se vocantium, ut infrà 5. 2. 14 *Tempore isto*] tam periculoso Jehudæis. *Et quis novit*] Argumentum a providente ad fe vocantium, ut infrà 5. 2. 14 *Tempore isto*] tam periculoso Jehudæis. *Et quis novit*] Argumentum a providente diligentissatione Dei, cujus usum nulla occasione omittendum esse docet. 16 *Secundum jus*] sup. ℣. 11. *Pericrim, periero*] vide Gen. 43. 14.

CAPUT V.

Ester ornatu regio Assuerum accedit pro Jehudæis intercessura: eumq; cum Hamane ad convivium invitatos, & exceptos convivio, in alterum posteri diei convivium invitat: Haman interea Mordecaii inurbanitate offensus, patibulum erigit: de quo ille ex suorum cōsilio ante proximum reginæ convivium suspendatur.

1 DEINDE fuit ″ completo die tertio, ut induta Ester *indumentis* regiis, consisteret in atrio domus regis interiore ex-adverso ″ domus regis: rex autem insidebat solio regni sui in domo regia, ex-adverso portæ domus.

2 Fuit verò cùm videret rex Esteram reginā consistentem in eo atrio, (″ obtinebat gratiam in oculis ejus): ut extenderet rex ad Esteram sceptrum aureum quod *erat* in manu ipsius, & accedens Ester tangeret summitatem sceptri.

3 Tum dicente rege: quid tibi Ester regina *est*? aut quæ *est* petitio tua?

etiam usque ad dimidium regni, dabitur tibi.

4 Dixit Ester, si apud regem bonum videtur: veniat rex ″ cum Hamane hodie ad convivium quod paravi ei.

5 Cùm itaque edixisset rex, accelerate Hamanem, ad faciendum verbum Esterę: venit rex cum Hamane ad convivium quod paraverat Ester.

a Heb. in cõvivio vini.

6 Dixit autem rex Esteræ [a] cùm bibisset vinum, quod *est* postulatum tuum & dabitur tibi? aut quæ *est* petitio tua? etiam usque ad dimidium regni fiet.

7 Cui respondens Ester dixit: *hoc* postulatum meum & petitio mea:

8 Si inveni gratiam in oculis regis, & si apud regem bonum *videtur* concedere postulatum meum & facere petitionem meam: veniat rex & Haman ad convivium quod paravero eis: ubi ″ cras factura sum secundũ verbum regis.

b Heb. bonꝰ corde.

9 Itaque egressus est Haman die illo lætus & [b] hilari animo: sed cùm videret Haman Mordecaium in porta regis, ut neque assurgebat neq; moveba se propter ipsum: impletus est Haman contra Mordecaium æstu.

10 Continuit tamen se Haman, dum rediret domum suam: deindemittens accersivit amicos suos, cum Zerescha uxore sua.

11 Quibus ″ enarrans Haman gloriam divitiarum suarum, & amplitudinem filiorum suorum: & quibuscunq; reb. magnificaverat ipsum rex, & quibus extulerat eum supra principes & servos regis:

12 Dicebat Haman: etiam non introduxit Ester regina cum rege ad convivium quod fecit, nisi me: quin-etiam in crastinum invitatus sum apud eam cum rege.

13 Sed totum hoc non prodest mihi: quocunq; tempore video Mordecaium istum Jehudæum confidentem in porta regis.

14 Cui dixit Zeresch uxor ejus, & omnes amici ejus: parent patibulum altum quinquaginta cubitos: & mane dic regi, ut suspendant Mordecaiũ ex eo: & ingredere cum rege ad convivium lætus: quæ res cùm bona videretur coram Hamane, paravit illud patibulum.

ANNOTATIO.

1 *Completo die tertio*] nam triduanum indixerat jejunium: quo finito regem ad prius convivium invitat. *Domum regis*] id est, illius partis regiæ, quam rex inhabitabat. 2 *Obtinebat gratiam*] ut suprà 2.17. *Extenderet rex*] eo signo indicans ad cognitionem postulati se paratum esse, & quasi ad dicendum erigens: ut infrà 8.4. *Tangeret*] subjiciendo manum summitati ejus, in reverentiæ & subjectionis signum. 4 *Cum Hamane*] ut eum apud regem præsentem accusaret decreti per fraudem surrepti contra suos populares nomine, & in os omnes cavillandi vias ei præcluderet: cum primùm sibi justam occasionem a Deo dari perciperet: prout ante secundum convivium evenit, cùm Mordecai jussu regis in summam autoritatem evectus est. 8 *Cras factura sum*] id est, explicatura petitionem meam: sic promittit, certior facta divinitus occasionem explicandæ petitionis intra illud tempus non defuturam. 11 *Enarrans*] ad exaggerandum Mordecaii factum, accumulatione utens.

CAPUT VI.

Assuerus fugiente per noctem somno annales recognoscit: in quibus Mordecaii beneficio lecto, Hamanem suppresso illius nomine, consulit quo modo sit ei beneficium rependendum: ex cujus consilio administro Hamane ipso Mordecaium extollit: Hamani verò consternato domi eventus tristis a suis denunciatur.

1 No-

Caput VI.

1 NOCTE illa″ fugiente ſomno regis: edixit afferri librum commentariorum, [a] Chronica, quæ fuerunt lecta coram eo.

[a] *Heb.* verba dierum.

2 Cumque inveniretur ſcriptum indicaſſe Mordecaium de Bigtana & Tereſcho duobus aulicis regis ex cuſtodibus liminis: quòd quæſiviſſent mittere manum in regem Aſſuerum: Sup. 2. 21.

3 Dixit rex: quid honoris aut magnificẽtiæ [b] collatum eſt in Mordecaium propter hoc? dixerunt autem pueri regis miniſtri ejus, non eſt collatum ei quicquam.

[b] *Heb.* factũ eſt Mordecaio: ſic infr. eodem ℣.

4 Tum dixit rex, quis *eſt* in atrio? (Haman autem venerat in atrium domus regis exterius, ut diceret regi ſuſpendendum eſſe Mordecaium de illo patibulo quod paraverat illi)

5 Dicentibus verò pueris regis ad eum, ecce Haman ſtat in atrio: edixit rex, ingrediatur.

6 Deinde ingreſſo Hamani dixit rex, quid faciendum viro illo cujus honore rex delectatur? (″ dicebat verò Haman cum [c] animo ſuo, quem magis delectaretur rex afficere honore quàm me?)

[c] *Heb.* corde

7 Tum dixit Haman ad regem: viro cujus rex delectatur honore,

8 Adferant indumentum regium, quali induitur rex: & ″ cùm impoſitum fuerit ″ diadema regium capiti ejus, & equus cui inſidet rex *adductus*:

9 Tradentes indumentum & equum in manum alicujus è principibus regis, qui reguli ſunt: induunto virum illum, cujus honore delectatur rex: & tranſvehunto eum equo illo per plateam ciuitatis, proclamantoq; coram eo: ita faciendum eſt viro illo, cujus honore delectatur rex.

10 Edixit itaq; rex Hamani: feſtina, ſume indumentum illud & equum quemadmodũ dixiſti, & fac ita Mordecaio Jehudæo qui conſidet in porta regis: ne [d] omittito quicquam ex omnibus quæ locutus es.

[d] *Heb.* cadere ſinito.

11 Quam ob rem aſſumens Haman indumentũ & equum induit Mordecaium: & tranſvexit eum per plateam civitatis, próclamans coram eo: ita faciendum eſt viro illo cujus honore delectatur rex.

12 Poſteà reverſus eſt Mordecai ad portam regis: Haman verò [e] proripuit ſe domum ſuam lugens, & ″ opertus capite.

[e] *Heb.* impulſus eſt.

13 Ubi cùm enarraſſet Haman Zereſchæ uxori ſuæ, & omnibus amicis ſuis, quicquid obvenerat ſibi: dixerunt ei ſapientes ejus & Zereſch uxor ejus: quandoquidem ″ è ſemine Jehudæorum *eſt* Mordecai, ante cujus conſpectum cepiſti concidere, non prævalebis ei: ſed [f] omnino concides ante faciem ejus.

[f] *Heb.* concidendo concides.

14 His adhuc loquentibus cum eo, aulici regis advenerunt: qui [g] celeriter abduxerunt Hamanem ad convivium quod paraverat Eſter.

[g] *Heb.* feſtinarunt deducere.

ANNOTATIO.

1 *Fugiente ſomno*] Deo ita diſpenſante. 6 *Dicebat verò*] ex præcedente gratia regis tantum ſibi arrogabat: ut ſe eum eſſe putaret, ad quem is honor perventurus eſſet. 8 *Cùm impoſitum*] in textu eſt trajectio, quam ad evidentiam mu-

tavimus. *Diadema regium*] quale regibus beneficiariis & Dynastis imponebatur, quos illi megistanes vocabant teste Suetonio in Augusto Cæsare: vide 2. Reg. 25.32. & Jeschahhjæ 10.7. & infrà 8.5. 12 *Opertus capite*] vide 2. Schem. 15.30. in annotatione. 13 *Esemine*] quasi dicant, quandoquidem tibi cum hac gente res est, jam actum est de re: nam illos à Deo ipsorum evehi, & adversarios illorum impediri ac dejici, cùm res anteactæ a temporibus Cyri hucusque ostendunt: tum insperata hæc istius hominis evectio: ita percellebat eos Deus & afficiebat metu certissimo illius decreti contra Hhamalekitas, de quo Exo. 17.14. & Deut. 25.17.

Caput VII.

Ester in altero convivio regi urgenti, postulatum suum exponit de sua & populi sui incolumitate: Hamanem consilii autorem accusat: quem rex e patibulo suspendi jubet, quod Mordecaio paraverat.

1 Cùm itaque venisset rex & Haman, [a] convivatum cum Estera regina:

2 Dixit rex Esteræ etiam die secundo, [b] postquam bibit vinum: quod *est* postulatum tuum Ester regina, & dabitur tibi: aut quæ *est* petitio tua? etiam usque ad dimidium regni fiet.

3 Tum respondens Ester regina dixit, "si inveni gratiam in oculis tuis, ô rex, & si apud regem bonum videtur: " cõcedatur mihi [c] vita mea ad postulatum meum, & populus meus ad petitionem meam.

4 "Nam" venditi sumus ego & populus meus: quos perimant, interficiant, & perdãt: "quòd si in servos & ancillas venditi fuissemus, siluissem: sed non *est* iste hostis utilis, [d] damnosus est regi.

5 Elocutus verò rex Assuerus dixit Esteræ reginæ: quis *est* iste & ubi iste *est*, quem [e] provexit eò audaciæ animus ipsius, ut faceret ita?

6 Cui dixit: vir hostis & inimicus Haman pessimus, iste *est*: quapropter Haman terrefactus est a conspectu regis & reginæ.

7 Tum rex surgens in æstu suo a [f] bibendo vino, *abiit* in hortum palatii: Haman verò substitit ad requirendum pro vita sua ab Estera regina: videbat enim [g] definitum esse contra se malum a rege.

8 Rex autem rediens ex horto palatii in domum ubi biberat vinũ, Haman procidente super lectum cui accumbebat Ester, dixit rex: an etiam subacturus esset reginam apud me in ipsa domo? simulatq; verbum hoc prodiit ex ore regis, faciem Hamanis "operuerunt.

9 Et dicente Charbona uno ex aulicis, coram rege: etiam ecce patibulum quod paravit Haman Mordecaio, qui locutus fuerat bonum pro rege, stat ad domum Hamanis altum quinquaginta cubitos: edixit rex, suspendite istum ex eo.

10 Itaq; suspenderunt Hamanem ex eo patibulo quod paraverat Mordecaio: & æstus regis sedatus est.

[a] *Heb.* bibitum: synecdoche, ut Genes. 43.34.
[b] *Heb.* in cõvivio vini.
[c] *Heb.* anima
[d] *Heb.* cum dãno regis.
[e] *Heb.* implevit cor suum
[f] *Heb.* convivio vini: sic ver. 8.
[g] *Heb.* absolutum: ut 1. Schẽ. 20.7.
Sup. 2.21.

Annotatio.

2 *Secundo die*] id est, secundi convivii, quod condixerat sup. 5.8. 3 *Si inveni*] Exordium a persona sua, & rei æquitate. *Concedatur*] Propositio. 4 *Nam venditi*] ætiologia propositionis, sive confirmatio. *Venditi sumus*] sup. 5.8. & seq. *Quòd si*] amplificatio superioris ætiologiæ a comparatione facti hypothetica, & ab utili. 8 *Operuerunt*] ne amplius faciem regis videret: ut fiebat apud Persas cum iis, qui a gratia regis exciderant.

Caput VIII.

Assuerus Mordecaium dignitatibus auget: eiq; ac Esteræ concedit, ut suis verbis Jehudæos confirment, & armari in diem cædis ab Hamane conflictum curent: quam denunciationem Jehudæi læti accipiunt.

1 Die

1 DIE illa dedit rex Assuerus Esterę reginę domum Hamanis hostis Jehudæorum: Mordecai verò veniebat in con
2 spectum regis, cùm indicasset Ester ″ quid is sibi esset.
Nam amovens rex annulum suum, quem transferri jusserat ab Hamane, tradidit eum Mordecaio: ″ præposuitque Ester Mordecaium domui Hamanis.
3 °Deinde [a] rursus Ester elocuta est coram rege, procidens ante pedes ejus: & flens deprecabatur eum, ut averteret malum Hamanis Agagæi & cogitationem ejus, quam cogitaverat contra Jehudæos.
4 Nam extendente rege ad Esteram sceptrum aureum: surgens Ester constitit coram rege:
5 Et dixit, si apud regem bonum videtur, & ″ si inveni gratiam corã eo, ideſt, si recta videtur res hæc coram rege, & [b] grata videor in oculis ejus: ° rescribatur ad revocandum literas illas, cogitationẽ Hamanis filii Hammedathæ Agagæi, quas scripserat ad perdendum Jehudęos, qui *sunt* in omnibus provinciis regis.
6 Nam quomodo potero aspicere illud malum quod obventurũ esset populo meo, [c] & quomodo potero aspicere perditionẽ cognationis meę?
7 Dixit verò rex Assuerus Esteræ reginæ & Mordecaio Jehudæo: eccè domum Hamanis tradidi Esteræ: cùm eum suspendissent ex patibulo, ,p- pterea quòd missurus fuerat manum suam in Jehudæos:
8 Vos itaq; scribite pro Jehudæis, ut bonum *videtur* in oculis vestris, nomine regis, & obsignate annulo regis: sed scriptura quæ rescripta fuerat nomine regis & obsignata annulo regis ″ non est revocabilis.
9 Tum convocatis scribis regis tẽpore illo mense ipso tertio, is *est* mensis ° Sivan, vigesimotertio *die*: rescriptum est omnino ,p ut præcepit Mordecai ad Jehudæos & ad satrapas principesque ac præfectos provinciarum quę *sunt* ab India usque ad Æthiopiam, centum vigintiseptem provincię, secundum scripturam [d] cujusque provincię, & secundum linguã ° cujusq; populi: ad Jehudęos autem secundum scripturam ipsorum, & secundum linguam ipsorum.
10 Cumq; scripsisset nomine regis Assueri, & obsignasset annulo regis, misit literas per [f] cursores celeres, equitantes in equis angariis, ″ regios cursores, natos angaris,
11 (″ Concessisse regem Jehudęis qui sunt in [g] unaquaque civitate ut congregati resistant pro vita sua, ut perimant, occidant & perdant omnes copias populi aut provincię quę hostiliter invadent ipsos parvulos & fœminas: & ut prędentur spolia eorum:
12 Die ″ eodem in omnib. provinciis regis Assueri: tertiodecimo mensis duodecimi, is *est* mensis Adar).
13 ″ Exemplum istud scripturę constituendum jus in unaquaq; provincia, patefactum omnibus populis, idq; ut sint Jehudęi parati in diem istũ ad ulciscendum se de inimicis suis.

a Heb. adjecit Ester & locuta est.
b Heb. bona.
c Heb. potero ut aspiciã
d Heb. ,p vinciæ & ,p vinciæ: sic dein.
e Heb. populi & populi: sic deinceps.
f Heb. ,p manum cursorum in equis
g Heb. in civitate & civitate.

14 Cursores equitantes in equis angariis, regii cursores[g] prodierunt celere & citato cursu, cum verbo regis: & jus datũ est Susis in urbe regia.

15 Ita Mordecai egrediebatur a conspectu regis cum indumento regio, hyacinthino & albo, coronaq; aurea magna, & stola byssina aut purpurea: & [h] cives Susorum luce perfusi lætabantur.

16 Jehudæis erat [i] lux & lætitia: gaudiumq; ac gloria.

17 Etiam in unaquaq; provincia & in unaquaq; civitate, in quemcunque locum edictum regis & jus illius perveniebat, lętitia & gaudium erat Jehudæis, convivium & [i] hilaria: multiq́ue ex populis terræ [i] Jehudæi fiebant. nam irruerat in eos metus Jehudæorum.

g *Heb.* accelerati & impulsi.

h *Heb.* civitas Susorũ lucebàt & lęta batur: metonymia.

i *Heb.* dies bonus.

ANNOTATIO.

1 *Quid is sibi esset*] id est, ut suus necessarius esset: sic Genes. 33. 5. & 8. 2 *Præposuitque*] excisis domesticis illius infrà 9. 6. & sequentibus. 3 *Deinde*] id est, postquam Haman suspendi jussus est, suprà 7. 9. 5 *Si invenit*] Exordium, ut suprà 7. 3. *Rescribatur*] Propositio, cujus argumentatio est versu sequente: similis ei, qua utitur Jehuda Genes. 44. 34. 8 *Non est*] vide suprà 2. 1. quasi dicat, videte ut genti vestræ alia ratione quàm decreti revocatione, consularis. 9 *Sivan*] ex parte Maio respõdens. 10 *Regios cursores*] his duabus vocibus definiuntur cursores angarii, quales in Persis de stativis locis erant dispositi, teste Herodoto lib. 8. Primùm enim regii cursores dicuntur a functione: Persicè Achaschdarani, sive ut Suidas vocat Astandæ pro Achaschtandæ, quod sonat regios fugientes: deinde etiam nati angaris, id est, viris qui angariorum, & parangariorum, aut lati cursus servitute tenebantur. quia ista servitus hæreditaria erat & in familias perdurabat: de quibus vide librum 10. Codicis & 5. Basilicorum. 11 *Concessisse &c.*] summa edicti publici. 12 *Die eodem*] id est, constituto ab Hamane, suprà 3. 13. 13 *Exemplum*] summa ejus est quod literis mandabatur singulis præfectis. 15 *Cives Susorum*] id est, Jehudæi Susas inhabitantes: ut docet versus sequens. 16 *Lux & lætitia*] id est, illustris lætitia. ἐυδιαδυς. 17 *Jehudæi fiebant*] id est, in Jehudæorum cœtum se recipiebant.

CAPUT IX.

Jehudæi condicto die eos perdunt, qui in ipsos ex Hamanis decreto eodem die fuerant insurrecturi. Quam ob rem a Mordecaio instituitur consuetudo celebrandi dies sortium quotannis, & a regina confirmatur.

1 ITAQUE duodecimo mense, is *est* mensis Adar, ipso die tertiodecimo, quo propè erat ut verbum regis & jus ejus fieret: quo die sperabant inimici Jehudæorum se dominium exercituros in eos: aut [a] e converso quo dominium exercituri erant Jehudæi ipsi in osores suos:

2 Congregaverunt se Jehudæi in civitatibus suis per omnes provincias regis Assueri ad mittendum manum in quærentes malum ipsorum: ante quos non cõstitit quisquam: nam irruit metus eorum in omnes populos.

3 Omnes autem præfecti provinciarum, satrapæque & principes, & curatores operum quæ *erant* regi sublevabant Jehudæos: quia irruerat metus Mordecaii in eos.

4 Nam magnus erat Mordecai in domo regis, & fama ejus obibat omnes provincias: quia vir ille Mordecai [b] pergebat magnus esse.

5 Itaque percusserunt Jehudæi omnes inimicos suos percussione gladii, & cæde ac perditione: feceruntq́ue contra osores suos pro voluntate sua.

6 Etiam Susis in urbe regia interfecerunt Jehudæi, & perdiderũt quingentos viros:

7 Et

a *Heb.* cõverso hoc.

b *Heb.* iens & magnus.

7 Et Parschandatham, Dalphonemque, & Aspatham,
8 Et Poratham, Adaljamque, & Aridatham,
9 Et Parmaschtam, Arisaiumq;, & Aridaium, ac Vajezatham:
10 Decem filios Hamanis filii Hammedathæ hostis Jehudæorũ ″ interfecerunt: sed ad prædam ″ non miserunt manum suam.
11 Die illo cùm perveniſſet numerus interfectorũ Susis in urbe regia, in conspectum regis:
12 Dixit rex Esteræ reginæ, ″ Susis in urbe regia interfecerunt & perderunt Jehudæi quingentos viros, ac decem filios Hamanis: in reliquis provinciis regis quid fecerint? jam quod *est* postulatum tuum, & dabitur tibi? aut quæ petitio tua amplius, & fiet?
13 Cui dixit Ester, si apud regem bonum videtur, ″ concedatur etiam cras Jehudæis qui sunt Susis facere secundum jus hodiernum: & decem filios Hamanis ″ suspendant e patibulo.
14 Edicente ergo rege ut fieret ita, cõstitutum est jus Susis, quo decem filios Hamanis suspenderunt.
15 Et congregantes se Jehudęi qui *erant* Susis, etiam die quartodecimo mensis Adaris, interfecerunt Susis trecentos viros: sed ad prædam non miserunt manum suam.
16 Reliqui Jehudæi quoque qui *erant* in provinciis regis cõgregarunt se, ut resistentes pro vita sua quiescerent ab inimicis suis, & interfecerunt osorum suorum septuagintaquinq; millia: sed ad prædam non miserunt manum suam,
17 Die decimotertio mensis Adaris: quieverunt autem quartodecimo ipso, & celebrarunt illum diem convivii & lætitiæ.
18 Jehudæi verò qui *erant* Susis congregarunt se ipso decimotertio & quartodecimo ipso: quieverunt autem quintodecimo ipso, celebrantes eum diem convivii & lætitiæ.
19 ″ Idcircò Jehudæi pagani, habitantes in [c] pagis civitatum, celebrarunt diem quartumdecimum mensis Adaris, lætitia & convivio ac [d] hilariis: & missu portionum [e] alterius ad alterum.
20 Nam ″ rescripsit Mordecai res istas: & misit literas ad omnes Jehudęos qui *erãt* in omnib. provinciis regis Assueri, ppinquos & lõginquos:
21 Instituendo eis ut celebrarent diem quartumdecimum mẽsis Adaris, & diem quintumdecimum in ipso: [f] quotannis:
22 Pro ratione dierum quibus quieverunt Jehudæi ab inimicis suis, & mensis qui conversus est eis a mœrore in lætitiam, & a luctu in hilaria: celebrando eos dies convivii & lætitiæ, tum missu portionum alterius ad alterum, tum donis erga egentes.
23 Ita receperunt quiq; Jehudæi se facturos quod inceperant: & quod scripserat Mordecai ad ipsos.
24 ″ Quoniam Haman filius Hammedathæ Agagęus hostis omnium Jehudæorum cogitationem iniverat contra Jehudæos ad perdendũ eos: Sup. 3. 6. & 7.

[c] *Heb.* civitatibus pagorum: hypallage.
[d] *Hebr.* die bono: sic de inceps.
[e] *Hebr.* virũ ad proximum suũ: sic ℣. 22.
[f] *Hebr.* in omni anno & anno: sic deinceps.

& conjici jusserat Pur id est sortem ad fundendum eos & ad perdendum eos.

25 Sed cùm″ illa venisset coram rege, edixerat *rex* cum literis, revertatur cogitatio ejus pessima quam cogitavit contra Jehudæos in caput ipsius: ideò suspenderunt eum filiosq; ejus ex patibulo.

Sup. 5.

26 Præterea vocantes dies istos Purim de nomine Pur *sive sortis* illius, [g] nempe propter omnia verba epistolæ istius: & *propter* id″ quod viderant [h] hujus rei, & *propter* id″ quod pervenit ad ipsos:

g *Hebr.* propterea.
h *Heb.* in sic.

27 Instituerunt & receperunt Jehudæi in se & in semen suum, & in omnes qui essent se adjuncturi eis, ut nō [i] pereat: se celebraturos duos dies istos, secundum rescriptum eorum & secundum condictum tempus eorum: quotannis.

i *Heb.* transeat: ut sup. 1. 19. & infrà ℣. 28.

28 Et dies istos memoratos & celebres *fore* in [k] unaquaque ætate, familia, provincia, & civitate: denique dies Purim istos non perituros e medio Jehudæorum, & memoriam eorum non interituram a semine ipsorum:

k *Hebr.* in omni ætate & ætate, familia & familia, provincia & provincia, civitate & civitate.

29 Scripsit quoque Ester regina filia Abichajilis, ut Mordecai Jehudæus, *epistolam* secundam *ad* omnem [l″] ratihabitionem: ad stabiliendum epistolam *dierum* Purim″ istam.

l *Heb.* firmitatem.

30 Quas literas misit *Mordecai* ad omnes Jehudæos per centum viginti septem provincias regni Assueri: verbis [m] prosperitatis & firmitatis *præmissis*:

m *Heb.* pacis.

31 Ut instituant dies Purim istos condictis temporibus eorum, quemadmodum stabilivit apud eos Mordecai Jehudæus, & Ester regina: & quemadmodum stabiliverant apud se ipsos & apud semē ipsorum: [n″] documenta jejuniorum & clamoris sui.

n *Hebr.* res, sive verba: metonymicè.

32 Cùm itaq; edictum Esteræ stabiliviset res istas *dierum* Purim: conscriptum est in libro hoc.

ANNOTATIO.

10 *Interfecerunt*] non tantùm propter has inimicitias: sed decreti Dei memores de delenda Hhamalekitarum memoria, Exodi 17. 14. & Deut. 25. 17. *Non miserunt &c.*] nam etsi illis a rege permissum erat sup. 8. 11: tamen consultò sibi a præda temperarunt: rationem habentes legis Dei, quæ vetat derivari in filios iniquitatem parentum. Deut. 24. 16. Posterorum verò Hamanis alia ratio fuit, quorum excidium imperaverat Deus Exod. 17. 14. & Deut. 25. 17. 12 *Susis in urbe regia*] gratulantis verba. 13 *Concedatur*] supererant enim adhuc in urbe Jehudæorum hostes: quos Jehudæi, ut pauciores numero erant, non potuerant conficere: sicut ostendit ℣. 15. *Suspendant*] jam interfectos, ad execrationem & exemplum suffigant. 19 *Idcircò*] id est, propter liberationem hoc die partam. 20 *Nam rescripsit*] id est, scripto autor fuit istius consuetudinis, de qua duobus versibus sequentibus. 24 *Quoniam Haman*] ratio consuetudinis sumpta ex literis Mordecaii ad Jehudæos. 25 *Illa*] Ester, relativum a suo antecedente quàm remotissimum: vide simile Gen. 10. 12. & 1. Schem. 7. 16. *Quod viderunt*] id est, quod in singulis locis cognoverunt atque experti sunt, literis ab Hamane allatis, hostibus in cædem paratis, & insperata liberatione. 29 *Ratihabitionem*] id est, quicquid potuit pertinere ad illius consuetudinis confirmationem & autoritatem. *Istam*] quam scripserat Mordecaius, & cujus argumentum explicatū est suprà inde a versu 20. 31 *Documenta jejuniorum*] id est, qui dies monimento futuri sunt salutis, quam jejunio & precibus fuerant a Deo consecuti.

CAPUT X.

Assuerus imponit tributum, & Mordecaio autoritatem administrationemq; committit: in qua ille suis gratificatur & consulit.

1 POSTEA

1 POSTEA imposuit rex Assuerus tributum regioni, &
2 insulis maris.

Omnia autem facta autoritatis ejus & potentiæ ejus, & explicatio amplitudinis Mordecaii, qua magnificavit eum rex: an non sunt scripta in libro[a] Chronicorum regum Mediæ & Persidis?

[a] *Heb.* verborũ dierũ.

3 Nam Mordecai Jehudæus secundus a rege Assuero, magnusq; apud Jehudæos, & acceptus multitudini fratrum suorum erat: procurans bonum populo suo, & proloquens prosperitatem toti semini suo.

ANNOTATIO.

1 *Regioni &c.*] id est, ab aliis tributum exegit: Jehudæos immunes fecit ab isto tributo: cùm expeditio in Græciam duceretur Xerxe pararetur: quam ob rem Herodotus lib. 3. etsi suppresso Jehudæorum nomine, partem Arabiæ Jehudææ contermiam immunem fuisse scribit: eademque causa apud Persas dici Cyrum patrem, Cambysem dominum, Darium verò cuposterum regni extitisse. 2 *An non &c.*] quasi dicat, nihil attinet ea hic enarrare: hæc ad fidem sunt satis: vide simile 3. Reg. 11. 41. 3 *Semini suo*] id est, genti suæ: synecdoche.

Secundæ partis Bibliorum finis.

παντὸς δόξα Θεοῦ.

FRANCOFVRTI AD MOENVM
EXCVDEBAT ANDREAS WECHELVS,
ANNO SALVTIS M. D. LXXVI.

ERRATA.

Pagina 1. *vers.* 7 *marg. dele*, 7. *pag.* 6. ℣. 12 *lege Gadita.* 11. 5 *adeò ut velut.* 12. 17 *post familiam dele: ibid.* 15 *lege qua perdenda.* 13. 1 *post regem, dele In.* 15. 13 *lege medio erat.* 18. 10 *Hhazekam.* 22. 2 *Cheschbone.* 25. 27 *Cinnerethæ. ibid.* 25 *Jephtach.* 28. 26 *marg. Schebahh infrà* 19. 2 *& Schuahh Nechemja.* 29. 63 *a Dauide enim primum.* 31. 3 *Tirtza. ibid.* 5 *marg. partes.* 33. 13 *Beth-Choroni.* 34. 7 *Hhajin.* 36. 37 *Hhen-Chatzor.* 39. 32 *Kartanem.* 44. 4 *Hhesavo.* 49. 8 *præter arcem.* 50. 12 *circa ipsos.* 60. 31 *pro ejus, ipsius.* 61. 25 *bubili.* 63. 22 *Abel-Mecholæ.* 65. 28 *Non perrexerunt attollere.* 72. 33 *aut offeram.* 74. 4 *Menaschen, ibid.* 6 *Jeschahhjæ. ibid.* 11 *Zebulonita.* 80 *in marg. præcenit, sine commate.* 84. 5 *amiculo.* 86. 28 *pro quid, quæ.* 89. 2 *marg. anguli. ibid.* 9 *marg. sorte.* 91. 48 *Reversi ad Benjaminitas.* 93. 22 *quadringentæ Binjaminitis traditæ.* 94 *in arg. pro ipse, ipso.* 96. 13 *non sum futura.* 100. 20 *Nachschonem & Nachschon. ibid.* 11 *precamur.* 105. 34 *Chophni.* 107. 21 *Jehova.* 110. 9 *hæmorrhoidis.* 112. 11 *Mitz-pam.* 122. 10 *Jabesch.* 125. 4 *Icabodis. ibi.* 6 *Micmaschum.* 126. 34 *sanguine.* 133. 1 *Socuntem. ibi.* 12 *provectus* 141. 16 *Davidis* 142. 30 *perversissimæ.* 151. 8 *tuis*) 152. 26 *cædes, & vindicet.* 153. 8 *æquũ.* 156. 8 *mar. Gezeræo.* 168. 3 *mar. dele, Heb. ib. lege Mahhacæ.* 178. 8 *marg. pro Cum Ptolemæo, Cun: Ptolemæo.* 180. 3 *genere Ithamaris, 1. Chro. ib.* 1 *Chamus.* 182. *in arg. pro desidens, desideret. ib.* 4 *dele, eum.* 183. 11 *lege dixit vero Urijæ.* 184. 21 *Jerubbeschethi.* 185. 14 *marg. dele,* 15. 186. 1 *lege Abschalomo.* 189. 2 *Joab.* 200. 31 *vindicavit.* 201. 8 *prosequere, loquere.* 203. 30 *edixeram.* 204. 44 *Hosche* 205. 15 *obsederunt.* 213. 2 & 3 *epitheti. ib.* 9 *Achoachi.* 219. 33 *marg. 2. Chro.* 223. 22 *Abischagam. marg. præsepiata.* 227. 31 *ecclesiasticis.* 231. 8 *Parbhonis.* 232. 10 *denũm cubitorum & lapidibus octonũm cub.* 234. 16 *æternæ.* 237. 31 *execratio.* 239. 62 *sacrificia.* 242. 18 *Palmyra.* 255. 2 *Mahhaca.* 257. 2 *Gebhhani. ib.* 14 *confermaverit.* 260. 13 *prius, quàm.* 269. 42 *pro ad me, ame.* 271. 29 *temporario.* 272. 8 *Jehoschaphatum, sic* 273. 32. 274. 10 *pro erant, eant.* 276 *pro Achaja, Achaz ja.* 280. 6 *Schomrone.* 281 *in arg. amara.* 288. 30 *cilicium.* 295. 31 *Rhomrin.* 300. 8 *pro nobis, notis.* 305. 9 *arcessis. ib.* 10 *conspirans Schallũ.* 310. 24 *Cutha.* 311. 6 *Gaussamitide.* 312 *Ghogi, Chizkija.* 317. 21 *pro ut, utut ib.* 31 *liberæ.* 323. 17 *altare.* 325. 34 *pro & 11 lege, &* 12. 327. 10 *chalybeis.* 328. 26 *Seraja.* 330. 2 *Mahalaleel.* 331. 21 *Hadoramum. ib.* 36 *Timnahhæ.* 334. 10 *Nachschonem.* 341. 19 *pro Judeæ Judææ.* 342. 39 *Jehosch.* 15. 36. 346. 3 *Abihu.* 349. 10 *Jochananem.* 357. 15 *Zicri.* 365. 6 *Jehharima.* 366. 9 *& diffusi.* 369. 31 *Hhodeda.* 419. 34 *ges, dicens,* 371. 11 *cum patribus.* 382. 4 *Hothir, &* 396. 5 *pro quot, quod* 399. 4 *pro At, Ac,* 414. 8 *Hhodeda.* 419. 34 *distinebat.* 450. 24 *toto Jehuda.* 452. 19 *post igne, dele &.* 454. 2 *Bilschane.* 470 *titulo pro Nechemja Hhezræ. ibi.* 14 *confecta.* 476 *pro Cenadadi, Chenadadi.* 485. 11 *pro inquit, eis, inquit eis,* 488. 25 *pro cæperunt, cæperunt & pro effossas effossas.* 495. 47 *pro die, diei.* 501. 5 *Keschi.* 502. 1 *misericordem.* 504. 2 προσκύνησιν.

